BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
31
7 E
21
FONDO LOKENSE

[illegible]

1817.

Ad simplicem usum Adm. Rndi Patris F. Cherubini M.ri ab Atena

Observ. Provinciae Romanae.

INSTITVTIONES
IVRIS CANONICI,

QVIBVS IVS PONTIFICIVM SINGVLARI
Methodo libris quatuor comprehenditur;

AB IO. PAVLO LANCELOTTO PERVSINO
Conſcriptæ; & in Aula Romana, mandato Pont.
Max. ab illuſtribus viris olim recognitæ.

His nouiſſimè acceſſerunt Interpretationes, quas Gloſſas uocant; quibus loca omnia, unde contextus deſumptus eſt, indicantur; pleraque declarantur; nonnulla per Sacroſanctum Concilium Tridentinum hodie immutata adnotantur.

Item Commentariolum, quo conſcripti operis & ratio,
& hiſtoria quædam continetur.

CVM PRIVILEGIIS SVMMI PONTIFICIS, CAES. MAIEST.
Illuſtriſs. Senatus Veneti, & Catholici Regis Neapolis.



VENETIIS,
Impenſis Marci Amadori, & ſocios M. D. LXX.

D. Thadæi Corſctti, I.V.D. Peruſini.

IOAN. FRANCISCVS CARDINALIS DE GAMBARA IO. PAVLO LANCELOTTO. I. C. S. D.

DE Inſtitutionibus ad Ius Canonicũ à te cõſcriptis: quas nuper ad me miſiſti, eſt quidem quòd tibi gratias agam, ſunt enim huiuſmodi ut eas ego loco magni à te muneris, habere debeam. Sed omnino nimis diuturna libri huius expectatione nos torſiſti, agitur enim annus ſextuſdecimus quo ego Peruſiæ te præceptore prima Iuris Ciuilis initia urgebam, & tu iam tum opus huiuſmodi ſub incude habebas, idq; propediem editurus uidebaris, vnde quòd tam diu illud continueris erit fortaſſe qui te accuſet. Quĩ dicam? quòd ne nunc quidem illis editis fidem tuam liberaſti? etenim Commentarij quod præteritis annis edidiſti libro ſecundo aſſeris à te quædam in contexendis Inſtitutionibus conſulto fuiſſe prætermiſſa, quòd ea notulis neſcio quibus explicaueris, ac quaſi cum fœnore reddideris, & tamen notulas nullas: quas uiderim, editis à te nuper Inſtitutionibus adſcripſiſti. Quod licet ego, cui tuum iam pridem perſpectum eſt iudicium nõ niſi optimo conſilio factum rear, cum tamen & tu id

ſponte tua promiſeris, et ea ſit hodie (vt omnium opti mè noſti) conditio ſcriptorum canonicæ ac ciuilis prudentiæ, ut in his quæ ſcripta ſunt fides adhibeatur nemini, qui non eadem ueterum authoritate confirmet, eas à te quàm primum inuulgari neceſſarium duco non modo ut ea quæ ſunt à te prætermiſſa nobis reponas, & te promiſsis exoluas, uerum etiam ut eorum ipſorum quæ ſcriptis mandaſti, fidem nobis ex ueterum teſtimonio facias. Non poſſum pro ſumma mea in te beneuolentia quid ſentiam liberè non præſcribere, tu quidquid id eſt æqui boni conſule. Vale Romæ Nonis Septembris. M D L X I I I.

CLARISSIMO VIRO
D. IO. PAVLO LANCELOTTO,
IVRECONSVLTO PERVSINO FAVTORI, ET AMICO TANQVAM FRATRI CARISSIMO.

CLariſſime Domine Fautor & amice tanquam frater cariſſ. Libros Inſtitutionum Iuris Canonici à M. tua authoritate & mandato ſummi Pontificis antea conſcriptos (cuius etiam nomine prodijſſe oportuerat) nunc de manu. M. tuæ ſumma animi letitia (ut cæteri boni & docti omnes) accepi, ac ſtatim à capite ad calcem uſq; percurri, & ut antea ab illuſtribus uiris, ſuo merito, laudati, & recogniti, ita per me ſanè (& ſi iudicio parum ualeo) tales reperti, ut plenè ſentiam, hominum memoria pro illius Iuris firma ſolidaque habenda cognitione parem librum in lucem minimè prodijſſe. liber iſte, M. tuam & Deo, & Eccleſiæ, & huic ætati poſteriſque omnibus gratum faciet, & nunquam intermoritura gloria donabit. Non dubito quin eadem M. tua, (ut etiam dudum ceperat) hunc primum fœtum: qui tam auidè ab omnibus eſt acceptus, auctiorem locupletioremque reddet. Quod dum ſedulo conantur meminiſſe forte ab re non erit, ſi M. tua aut ſingulis titulis, aut paragraphis fontes ex quibus pręcipuè deſumpti ſunt, pauciſſimis annotare non grauaretur id enim & doctiſſimos quoſque optima ſanè ratione deſiderare animaduerto, tùm quòd illinc ipſe liber maiorum cum authoritate Pontificum loquatur lectoreſque omnes publico imperio confirmet, res iſta dum reliqua elaborantur, haud uſque adeo multum attulerit incommodi & publica tamen commoda ſtudioſorum omnium maximè uouerit. Quidquid factu optimum fuerit M. tua pro ſumma ſua in omnibus rectè dijudicandis prudentia facile ſtatuet. Deſiderijs. Cornelij Matij & ſi iuſtiſſimis ſatisfacere non undequaque tam facile erat præſertim quod ipſe ſuique maiores Mercato

ribus à quibus æs ſumendum fuerat , planè eſſent incogniti , & penè eò res deuenerant ut ſua opinione fruſtratus uacuus rediret,ni ego interceſſione M.tuæ fretus fidem meam, immo me ipſum tanquam principalem debitorē interpoſuiſſem.Monebit itaque M.tua,ut ille beneficij præſtiti memor quanto citius fidē datam per ſuos liberari curet,alioqui ſanè ſtatutis diebus elapſis per me quod acceptum eſt ſine ulla ſpe exceptionis remunerādū erit. Vale uir clariſſimè Iureconſultorū unicū decus, raptim ex Vrbe die prima menſis Nouemb.anno reparatę Salutis 1563.M.Tuę

Deditiſſ.amantiſſimuſque tanquam frater

Gaſpar Gropperus Rotę Romanæ auditor.

FRANCISCVS MVCANTIVS
Io. Paulo Lancelotto. S. D.

OPtaui iam pridē Lancelotte doctiſſime literarū ad te aliquid dare,cū ut tuas uiciſſim elicerē iucunditatis, leporis ,doctrineq; plenas atq; intermiſſam diu inter nos ſcribēdi conſuetudinē aliquando reuocarē,tum etiam certè ut deſiderium meū in his tibi exponerem quod mihi iam ab eo tempore, quo Peruſiæ morabar tuarum Inſtitutionum argumento inieciſti, nuperq; demum edito tuo commentario quaſi earundem idea quadam ac ſpecie auxiſti aut refricaſti potius.Sed nec integrum nobis fuit, cum ab Vrbe complures menſes uarijs negotijs diſtenti abfuerimus ad iſtud ſcribendi officium unquam reuerti,nec ſatis urgens ratio uidebatur eſſe, ut tantum tibi negotij meo priuato commodo exhiberem.Nunc uerò cum iam dudū in patriam reuerſus expeditior aliquanto ſim , & ad cām quā plures adiunxerim qui partim ſua ſponte, ac fama ducti, partim commentariolo tuo deguſtato allecti,partim etiā oratione noſtra aliorūq; amicorū tuorum excitati, mirum in modum opus ipſum, cuius tu nobis imaginē repręſentaſti,expectant,quaſi conceptam ſitim uberiore fonte ſedaturi , ſtatui non amplius expectandum quin continuo te meis ſcriptis appellarem,atq; adeò omnium ſtudioſorum nomine flagitarem ne tu nos longa expectatione ſuſpenſos diutius torquere uelles.Nō id ago nunc mi Lancelotte . ut uelim ullis apud te argumentis

oſtendere

oſtendere Inſtitutiones tuas Pontificij Iuris digniſſimas eſſe nouitate ſua ſplendore pondere,quę in apertū proferantur:nam neque hoc ad me attinet,& tibi perſuaſum eſſe ſcio, aut ſi pro tua modeſtia minus uelles tuo iudicio eſſe contentus, non deeſſe tibi ampliſſimorum uirorum teſtimonia quę acre tuum ingenium in huius editione operis (garriant inuidi quantum libet) poſteritati commendare queant,nec ſanè dubito te egregium iſtum tuum librum in lucem tandem e miſſurum eſſe, quem pluribus ab hinc annis publicè priuatimq; pollicitus ſis,multa deinde die multaq; litura ad unguem caſtigaueris,poſtremo etiam tuo commentario quaſi chirographo fidē tuam arctius obſtrinxeris, quibus ex cauſis ut maximè uelis, ab inſtituto tamen diſcedere non poſſis. Verum illuc meę ſpectarunt literę ut currentem te magis incitarent cum intellexiſſes omnibus his: quæ enumerauimus incredibilem bonorum omnium expectationem adiūctam eſſe.Quod ſi tu maleuolorum aculeos fortaſſe times, uide ne hoc tibi maiorem inuidiam excitet, quòd cum nullo fere negotio tantam expectationem explere poſſis,idem tamen cunctando tot deſideria hominū ſuperbè aſpernari uidearis. Atq; ſcio te obtrectatorum columnias nihil morari,quandoquidem tibi in cauſam ingredienti facile fuerit conijcere non defuturos huiuſmodi garrientium cœtus, quorum quidem ineptias tantum abeſt, ut de laude tua quicquā delibare poſſe credam,ut ex his,gloriam potius tuam augeri illuſtrioremq; reddi exiſtimem,quod & tu pulcherrimis exemplis in eo libello demoſtraſti,ſin uerò ea retardandi forte eſt cauſa,quòd librum tuum ſummi Pontificis authoritate impreſſum iri cupias, non negauerim (ſi res quidem ita eſt in promptu ut breui conficiendi negotij ſpem habeas) aliquid etiam operę te in eo ponere, quod & tibi perhonorificum,& rei de qua agitur ualde conſentaneum fore uideatur.Cæterum ſi longius interuallum temporis interponendum ſit,aut dubius etiam euentus expectetur, quoniam tu in ea re ſatis iam ſuperq; temporis laboriſq; impendiſti, haud tandem magnopere laborandum eſſe cenſuerim publico ne is liber an priuato nomine diuulgetur, ſatis enim per ſe ille,& dignitatis,& authoritatis adferet,nec minus gratus Pontificij Iuris ſtudioſis omnibus futurus eſt,quàm ſi ampliſſimo Principis diplomate fulciretur , quippe non tam ſpecioſam inſcriptionem

 ſpectantibus

ſpectantibus illis, quàm quid inde utilitatis ac commodi percepturi ſint. Hęc te Lancelotti facile poſſunt ad laudem tuam ſtudioſorum commodo coniunctam uel inuitum impellere, quem tamen ſatis iam tua ſponte incitatum eſſe non dubito, quare nihil eſt quod in te hortãdo multum laborem, uolui tamen leuiter hęc perſtrinxiſſe, ut me cum gloriæ decoriſq; tui, tum uerò utilitatis publicę ſtudioſum ac percupidum eſſe ſcires. Tu ſi ad me ſcripſeris quid hac de re ſentias, aut quouſq; opus perduxeris rem facies gratiſſimam. Vale Romæ Idibus Maij An. Sal. M. D. LXI.

Deſideratur reſponſio in qua excuſat author ſe quòd ſerius reſpondeat, tum familiariter conqueritur quòd licet mandato Pontificis ſuas Inſtitutiones nomine Pontificio feliciter, eruditiſſimorum uirorum iudicio abſoluerit, non ſolum negotium non confecerit, ſed maximos etiam labores, & maximos ſumptus ſubſtinuerit, dum diutiſſimè Romæ difficillimis temporibus proprijs negotijs poſthabitis omnibus una ea cauſa detinetur principibus ipſis ad incommoda ſua inclementiſſime conniuentibus, quibus diuinitus dicit contigere, ut in rebus ſibi tam glorioſis tam altè indormiant, ne ſcilicet tantam ipſi laudem immerentes aſſequantur. narrat item poſt mortem Pauli. IIII. Pium. IIII. inſtante Illuluſtriſſimo Cardinali Cicada, mandaſſe doctiſſimo & ampliſſimo Viro Franciſco Alciato ut opus rurſus percurreret, relaturo an huiuſmodi ſit quod Pontificio nomine edi conueniat, ſe tamen licet non unis ab eo literis compertum habeat Alciatum optimè ſentire de Inſtitutionibus ſuis Pontificiq; rem ſuaſurum, certo tamen ſcire Pontificem id minimè curaturum quippe qui iam pridem mores aulicos cognitos habeat, atq; ideò ſe relationis huius exitum non expectaturum, ſed primo quoq; tempore opus ipſum priuato nomine editurum, pro ut fecit, uel ipſo Alciato non probante.

ILLVSTRISSIMO,

ATQVE AMPLISSIMO. S. R. E. CARDINALI IO. FRANCISCO DE GAMBARA,

Franciſcus Mancinus. S. P. D.

SI quid utilitatis ſtudioſis hominibus ſecunda hæc inſtitutionum Iuris Canonici cum ſuis notulis editio afferret (afferet autem doctorum omnium ſententia non modicum) id omne tibi uir Ampliſsime nec non illuſtriſsimis, atq; doctiſsimis Cardinalibus Io. Bap. Cicadæ, & Franciſco Alciato acceptum ferre debemus. licet.n. eā multis annis Commentario ſuo notulas illas nobis eſſet pollicitus, ita tamen poſtea de illis non edendis animum obfirmauerat, ut de ea illam ſententia poſſe aliquando deduci interdum planè deſperarem, erant autem multa quæ (ut ego & eo ſæpius audiui) à primo illo ſuo propoſito eum retraxiſſe affirmaret. Primum quidem quòd nuſquam uidetur auditum, ut eiuſdem operis idem eſſet Author et interpres, ſe autem cum de notulis adſcribendis cogitaſſet, non exiſtimaſſe fore, ut is liber: quem & ipſe mandato & nomine Pontificio abſoluiſſet, & ſummi etiam Viri caſtigaſſent ac probaſſent, priuato nomine in publicum exire deberet, quod ſi Pontifex ſuo nomine, ut non ſolum Cenſorum, ſed etiam aliorum plurium teſtimonio ac iudicio facere debuit, edidiſſet, tunc nō futurum incongruum ut non quaſi ab Authore ipſo, ſed alio quopiā operi notulæ adſcriberētur. Huc accedere quòd illas rudes eſſe affirmaret, atq; inchoatas potius quàm abſolutas ut autem perpoliret eadem ratione animum nunquam adijcere potuiſſe, demum magno ſe quotidianarum concertationum tædio eſſe affectum, ſibiq; imperaſſe, ut quo ad per ſe fieri poterit, anſam poſthac nouis moleſtijs non tribuat, ſeq; id nulla alia ratione conſecuturum ſperare quā ſi ab nouorum ſcriptorum editione prorſus abſtineat. ſed magnus flagitantium numerus, tuaq; potiſsimum atq; illuſtriſsimorum Cicadæ & Alciati authoritate perfectum eſt, non ut ille ederet, neq; enim à ſua ſententia dimoueri potuit, ſed ut libri mihi & Roberto fratri poteſtatem faceret, quidquid de eo ſtatueremus ad animum non reuocaturus, itaq; nos tam ueſtro, quàm aliorum grauiſsimorum uirorum iudicio atque authoritati inhærentes, & plurimorum flagitationibus impulſi, ſecundam editionem adornauimus notulasq; ipſas ſingulis uerbis aptauimus, quibus quidem ex doctorum reſponſis interpretationibus, ac tractatibus multa addere fuiſſet nobis his temporibus multo facillimum: ſed ſcribendi genus ſuapte natura conciſum reſpuere omniuo id uidebatur, ſimul etiam ne quid Authorem ipſum offenderemus uerendum

nobis fuit à quo uix ſumma ueſtra authoritate impetratum fuit ut edi rurſus per nos liber pateretur, in quo quidem ut ego exiſtimo, nullam ſtudioſi iacturam fecerunt, in hac enim iuris tam Canonici quàm ciuilis facultate conſcripti libri alij alios fines habent. quidam enim ut artem ipſam doceant, quidam ut quæſtiones ipſas finiant ac terminent, & licet qui docet aliquid terminet, & qui terminat ac decidit aliquid etiam interim doceat, fuit tamen authoribus ipſis in conſcribendis libris finis alius alio principalior: nam interpretationibus, & enarrationibus ad libros ueterum Iuriſconſultorum docendi propoſitum eſt principalius, licet multa interim terminentur et in reſponſis, et quos uocant tractatibus, decidendi unus propemodum eſt finis, licet interim multa etiam doceantur. hinc fit ut illorum atq; illorum diuerſa admodum ſit ſcribendi ratio. nam in docendo ratiocinandi modus magis neceſſarius eſt, quàm authoritatum enumeratio, quippe quod artis fundamenta ſunt aperienda, & fontes atq; origo rerum demonſtranda, at in reſponſis reddendis differendi quidem ratio non abijcienda, ſed ubi de quæſtione conuentum eſt ac facti ſpecie magis pugnandum eſt authoritatibus, cum id demum uerum habeatur quod eſt à pleriſque receptum. Vnde cum hic Inſtitutionum liber ſit ad docendum potiſſimum conſcriptus, nimirum ſi multiplicium in eo allegationum copia non fuit affectanda. Huc accedit quòd id quod noſtra opera notulis accedere potuiſſet, facile unuſquiſque ſuo marte conſequi poterit, cum enim notulis ipſis principales materiarum ſedes & loca contineantur. ſiquis earum notularum ductu ea adierit ex magno interpretum tam antiquorum quàm modernorum numero, unde copioſius haurire, & ſitim explère poſſit facile inueniet, itaque poſthabita qualibet addendi cura, ſolum dedimus operam ut ea quæ nuperrime per Sacroſanctum Concilium Tridentinum immutata ſunt, notulis ipſis adiungeremus: nam ut contextui illa ipſa inſererentur impetrari ab Authore nō potuit, quod diceret uelle ſequi ſe Iuſtiniani exemplum, qui licet poſt editas à ſe Inſtitutiones Iuris Ciuilis, multa nouellis ſuis conſtitutionibus innouaſſet, non propterea aliquid dictis Inſtitutionibus adiecit, uel immutauit, ſed lectoribus ea perquirenda reliquit. Vnum enim fuiſſe ei in illa ſcriptione propoſitum, ſcilicet non ut omnia complecteretur, ſed ut breui libello prima Iuris Canonici rudimenta concluderet, & ius illud adhuc diſperſum quaſi in artem redigeret, id autem ſatis præſtari poſſe etiam ſi conſtitutiones Tridentini uel etiam aliorum Conciliorum decreta non contineat, ſatiſque eſſe ne quem forte ius nouum circa pauciſſima lateat, Si de ea re notulis ipſis admoneatur, nec propterea totum opus ſibi fuit retexendum: placuit etiam Commentarium quod ab hinc ſex annis in lucem ipſe idem edidit, adiungere, tum quòd magnam operi claritatem addit, explicat enim luculentiſſimè Authoris intentionem, quod non modicum authoribus intelligendis exiſtimatur conducere, tum etiam ut quorundam non ſatis iuſtæ cupiditati occurratur, qui frigidis quibuſdam aſſertionibus, ne dicam commentitijs teſtimonijs operis huius inuentionem Lancellotto noſtro præripere conantur, apparet enim in eo meridie clarius, quàm diu (quòd tute omnium optimè noſti) primam Inſtitutionibus manum admonerit, & quàm multis illarum copiam fecerit, de-

mum

mum quàm facile omnibus fuerit inde exemplum ſumere, nomen autem tuum operi præfigendum ideo duximus, tum quód ea re non modicum operi ſplendorem acceſſurum exiſtimauimus, tum uerò etiam, ut quemadmodum tua potiſſimum opera factum eſt, & ampliter locupletatus liber in lucem prodeat, ita & tibi quiſquis ex eo utilitatem aliquam ſentiet id omne acceptum ferat. Vale Peruſia Nonis Aprilis.

M. D. LXVII.

PIO PONT. MAX.

IO. PAVLVS LANCELOTTVS IVRECONSVLTVS PERVSINVS S.

POntificij Iuris Inſtitutiones proximis annis ſuperiorum Pontificum iuſſu & nos conſcripſimus, & ſummi uiri caſtigarunt, quæ quidem optandum ſanè erat ut ijs in lucem prodirent authoribus, quorum mādato & ſcriptæ & recognitæ fuiſſent, uel ea ſaltem ratione quòd authores ipſi munera nobis gratiora, ac pretioſiora facere conſueuerint, & ſæpe non tam quid, quàm à quibus accipiant homines ſoleant perpendere. Sed quando id uel ratio temporum uel alia quæcunque cauſa fieri non ſinit, illud certè nulla ratione committi debet, ut Iuris ſcilicet Pontificij Inſtitutiones ſub alterius quàm ipſius Pontificis nomine appareant à quo pontificia omnia iura emanant, uelut enim ab Oceano deducta flumina in ipſum tandem refluunt, ita hoc, quidquid eſt operis, quod totum de Romanorum Pontificum conſtitutionibus deriuatum eſt, ad ipſum Romanum Pontificem quaſi ad fontem, proprium redibit. Ad te autem eo iuſtius quod magnis alijs animi dotibus: quibus ad Pontificatum tibi aditum paraſti exactiſsimam adiunxiſti iuris huius cognitionem. Vnde perbelle nunc

accidit,

accidit, ut quæ facultas optimum te meliorem reddidit, & ad moderandam difficillimis temporibus Chriſtianam Rempub. inſtructiorem eam nunc tu contra, cum canonum conditor euaſeris, beneficium reponens meliorem ſis redditurus, cuius rei non dubia iam apparent indicia. Cum ad reſtituendos antiquos Chriſtianorum mores atque hæreſes extirpandas ſanctiſsimas quotidie conſtitutiones edere non deſiſtas, quæ dubio procul Chriſtiano gregi non minus futuræ ſunt ſalubres ijs ipſis, quæ iuris Pontificij: quod nunc tenemus, libros implent, ad illas autem inſtitutiones hæ noſtræ gradum forte rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo, nam ſi ita contingere ſenſerimus, ad alia promptiores reddemur, & alacriores. Deus opt. Max. te nobis diu incolumen, feliceemque ſeruet.

RVBRICAE INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI PRIMI LIBRI.

DE Iure Canonico fol. 1 col. 1
De Iure diuino conſuetudine & conſtitutionibus fol. 2 col. 1
De Eccleſiaſticis conſtitutionibus 3 col. 2
De Iure perſonarum 5 col. 3
De Epiſcopis & Summo Pontifice 6 col. 1
De electione 7 col. 4
Qui eligere eligiue poſſunt 12 col. 2
De Poſtulatione 14 col 4
De Confirmatione 15 col. 3
De Conſecratione 19 col. 2
De Receptione & authoritate pallij 20 col. 4
De Vita & honeſtate Prælatorum 21 col. 3
De Officio Archidiaconi 24 col. 1
De Officio Archipresbyteri 24 col. 3
De Officio Vicarij 25 col. 1
De Coadiutore 26 col. 1
De Corepiſcoporum uſu ſublato 26 col. 3
De Translatione 27 col. 3

D.

De Renuntiatione	29	col. 3
De Depoſitione ſeu degradatione	32	col. 3
De Sacerdotibus in inferiore gradu conſtitutis	33	col. 3
De iis qui ſunt in ſacris conſtituti	34	col. 4
De iis qui ſunt in minoribus Ordinibus conſtituti	35	col. 4
Communia tam maiorum quàm minorum Ordinum	36	col. 3
Qui promoueri non poſſunt	39	col. 1
De Præbendis & aliis beneficiis	44	col. 4
De Collationibus	46	col. 1
De Inſtitutionibus & Iure patronatus	56	col. 3
De clericis non reſidentibus	61	col. 4
De Regularibus ac monachis	63	col. 1

RVBRICAE INſtitutionum libri ſecundi.

DE Rerum diuiſione	69	col. 1
De Sacramentis	69	col. 4
De Baptiſmo & eius effectu	71	col. 3
De Sacramento chriſmatis	75	col. 2
De Pœnitentiis & remiſſionibus	76	col. 3
De Euchariſtia	80	col. 1
De extrema unctione	81	col. 4
De Sacramento Ordinis	82	col. 4

De

De Sacramento matrimonij 83 col. 1
De Sponſalibus 84 col. 1
De Nuptijs 90 col. 2
Quæ Matrimonium impedire poſſunt 93 col. 2
De Triplici Cognatione 98 col. 1
De Clandeſtina deſponſatione 102 col. 1
Qui Matrimonium accuſare poſſunt, uel contra illud teſtificari 103 col. 1
De Diuortijs 105 col. 1
De Rebus ſacris, ſanctis, & religioſis 111 col. 3
De Conſtruendis, conſecrandis, & reparandis eccleſijs, & altaribus 111 col. 4
De Unionibus eccleſiarum 115 col. 4
De Immunitate eccleſiarum, & ſubiectione 117 col. 4
De Cenſibus, exactionibus, & procurationibus 122 col. 1
De Capellis monachorum 124 col. 4
De Religioſis domibus 125 col. 2
De Sepulturis 126 col. 2
De Canonica portione 130 col. 1
De Decimis 133 col. 3
De Rebus Eccleſiæ alienandis, uel non 137 col. 2
De Peculio clericorum, relictis, & ſucceßionibus eorum 141 col. 3

RVBRI-

ſtitutionum libri tertij.

DE Iudicijs, & illorum diuiſione 143 col. 1
De Procuratoribus 151 col. 2
De Pactis, & tranſactionibus 157 col. 3
De Arbitris 158 col. 3
De In Ius uocando 160 col. 3
De Dolo, & contumacia, & in poſſeßionem mißione 163 col. 2
De libelli conceptione, & oblatione 166 col. 2
De Exceptionibus, & replicationibus 167 col. 4
De Mutuis petitionibus 173 col. 4
De Reſtitutione ſpoliatorum 175 col. 3
De Litis conteſtatione 180 col. 1
De Iuramento calumniæ 182 col. 4
Ut Lite pendente nihil innouetur 184 col. 2
De Probationibus 185 col. 2
De Sententijs, & re iudicata 199 col. 4
De Executione rei iudicatæ 204 col. 2
De Appellationibus 206 col. 4
De Reſtitutione in integrum 214 col. 4

RVBRICÆ INſtitutionum libri quarti.

DE Accuſationibus, denuntiationibus, & inquiſitionibus. 217 col. 1

De

De Duplici purgatione	219	col. 2
De Simonia	220	col. 2
De Hæreticis, ſchiſmaticis, & apoſt.	223	col. 3
De Sortilegis, maledicis, & ſacrileg.	227	col. 1
De Furtis	228	col. 3
De Vſuris	229	col. 2
De Adult. & alijs coniunct. illicitis	232	col. 2
De Crimine falſi	233	col. 3
De Homicidio	234	col. 1
De Iniurijs & damno dato	235	col. 2
De Eccleſiaſticis Cenſuris	236	col. 1
De Sententia excommunicationis	236	col. 3
De Eccleſiaſtico interdicto	249	col. 2
De Suſpenſione	251	col. 3

FINIS.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER I. incipit.

IO. PAVLVS LANCELOTTVS I. C. Peruſinus, Iuris Pontificij Candidatis S.

PROOEMIVM.

LIbros Iuris Pontificij diligenter intuentibus facilè apparebit eos ad quandam imitationem illorum,qui in Iure Ciuili extant,fuiſſe conſcriptos,atq; digeſtos. Nã ut illi Romani Imperatoris, ſic hi Romani Pontificis authoritate potiſsimum nituntur, ac uelut illi Romanorum Imperatorum conſtitutionibus, Senatus, aliorumq; magiſtratuũ placitis,& Iureconſultorum reſponſis conſtant, ſic in hos Pontificum itidẽ Romanorum ſanctiones, ſacrorum Conciliorum decreta, & ſanctiſsimorum uirorum haud diſsimili ordine congeſtæ ſententiæ conſpiciuntur,quæ omnia tam pari poſtmodum ſtudio poſteritas amplexa eſt, & tam eodem ſtylo interpretata, ut inter bonas artes nullæ prorſus ſint,quæ tanta ſimilitudine ſeſe inuicem contingant. Non parua hinc nos interdum cepit admiratio, qua nam ratione contigerit, ut ueluti Imperatorio nomine Cæſarei Iuris in certos libros redacta ſunt elementa,non ita etiam ad uſum ſtudioſæ iuuentutis ad Ius Canonicum ab ipſis Pontificibus compoſitæ Inſtitutiones reperiantur,cum id, ſi, ut quidem nunc eſt, contemplemur, ædificij cuiuſdam referat ſpeciem ianuis, atque omni prope modum aditu carentis, & una hac tantum diſsimilitudine à Iure Ciuili ſeiungatur. Accedit, quòd cum nemo ſit mortalium qui gloriæ cupidine non tangatur,hoc non ſine magna ſua laude facturi uidebantur. Sed Veteribus quidem facile id ignoſci poterit,in iaciendis,& ſtruendis huius Iuris fundamentis uidelicet occupatis,& quaſi materię defectu impeditis. At recentioribus eius facul-cultatis tractatibus ad iuſtum corpus excreſcentibus, Inſtitutiones inde elicere,& quaſi de rudi marmore ſtatuæ cuiuſdam effigiem ducere non difficile fuiſſet: & quæ noſtrorum eſt felicitas temporum, non modo in ea re illuſtrium uirorum opera uti,uerum etiam per ſe id præſtare nonnulli potuiſſent. Sed & horum quidam uitæ breuitate, quidam multiplicium hæreſum,bellorumq; tam ciuilium,quàm externorum procellis facile excuſari poſſunt. Quis enim in ſacri Apoſtolatus faſtigio uniuerſæ eccleſiæ præſidens,atque orbem ipſum principum diſcordijs fluctuantem, bellorumq; incendijs æſtuantem circumſpiciens, ad ocium literarium uariè agitatum

animum

animum facilè poſsit appellere? Sed hoc nos parum aliquando perpendiſſe uideri poſſumus, nam cum in aula Romana difficillimis temporibus degeremus, de Inſtitutionibus Iuris Canonici Pontificio nomine conſcribendis, Iuſtiniani Imperatoris exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſsimus: & quamuis minus fortè oportunè, de his tamen conſcribendis ab eodem mandatum accepimus, & quantum in nobis fuit, etiam expleuimus: ſi quidem intermiſſo ſuperioribus annis prælegendi ac patrocinandi munere, impensè operam dedimus, ut per nos huiuſmodi Inſtitutiones componerentur, quæ, ut Pontificio nomine exirent, non indignæ iudicarentur: quod quidem ex ſententia nobis ceſsiſſe, ita locupletiſsimum ſummorum uirorum probauit teſtimonium, ut illæ iamiam de manu Pontificis in manus ueſtras uenturæ crederentur. Sed uſque adeò poſtmodum, cùm Romæ ob eam unam rem diu fuiſſemus, ſupremæ manus impoſitio differebatur, ut qui grauiſsimis, ac multiplicibus undiq; ad ſedem Apoſtolicam confluentibus negotijs admodùm ſummũ Pontificem, & natura ipſa (ut aiebant) ualde cunctatorem diſtentum fuiſſe ignorauerit, magnam illo tempore in curia rerum harum incuriam fuiſſe facilè ſuſpicari potuerit. Itaque diutius ſubſtinere non ualentes in patriam conceſsimus, Pontifex paulo mox in fata. Sed hæc Commentariolo ſufficiat nos aliquando fuiſſe complexos. Ergo ſi cui fortè audentiores uiſi fuimus, qui tantam rem aggredi tam imbecilli auſi fuerimus, maximis authoribus, atque adeò mandato ipſo Pontificio hanc temeritatis culpam redimere poſſumus: uel certè id non impunè tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impenſas, atque inuidorum obtrectationes, neſcio an dicam, fruſtra ſubierimus, utinam non amplius ſubituri. Sed hæc omnia æquiſsimo feremus animo, ſi, quod uehementer ſemper optauimus, noſtra hæc eiuſmodi ſit ſcriptio, quæ ſtudijs ueſtris commoda uideri poſsit: quod ſanè his temporibus futurum non deſperamus, quibus ut nonnullos fortè ſacroſancti Pontificij Iuris ignoratione in errores aliquos, atque hæreſes facilius prolabi potuiſſe, ita nunc expeditiore quadam eius tractatione non tam facilè iuuenum hoc iure imbutos animos aberraturos uerisimiliter exiſtimare debemus. Vnde quamuis non ijſdem, quibus inchoatus fuit auſpicijs, liber hic noſter in lucem prodeat, in communi ſaltem periculo non fuiſſe nos ocioſos, ſed quoquo modo tuliſſe opem, iuuabit. Accipite igitur priuati quidem hominis, Pontificio tamen mandato ad Ius Canonicum & ſcriptas, & caſtigatas Inſtitutiones. Cumque eis nihil ſit comprehenſum, quod (ni fallimur) ſacris Canonibus penitus non conſentiat, ita exiſtimate, ſi de Pontificis manu eas accepiſſetis, fuiſſe id perinde futurum, ac ſi uobis uaſis aureis, ac longè ſplendidiſsimis menſis fuiſſent fercula ſubminiſtrata, nunc, cum de manu noſtra, ac ſi fictilibus illa quidem, atque exoticis: in ſapore tamen nullam fore differentiam.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS OMNIVM RERVM,

Quæ in quatuor libris INSTITVTIONVM Iuris Canonici IO. PAVLI LANCELOTTI, continentur, in ſtudioſorum gratiam editus.

ABBAS quomodo & qualis ſit eligendus.§.ut autem.colum. 3.fol.67.

Abbas ſi imperet laico,ut monachum etiam cauſa diſciplinę uerberet,uterq; incidit in excommunicationem: ſecus autem, ſi imperet clerico ex cauſa neceſſitatis.§.quod autem. col.3.fol.238.

in Abbatem non poteſt eligi,qui non eſt profeſſus,ſed bene in Epiſcopum. §. & propterea.col.4.fol.67.Cætera uide.J.i uer.Epus.

Abbates debent perquirere fugitiuos. Et monachi nõ poſſunt præeſſe eccleſijs parochialibus,licet ſecùs ſit in regularibus.§.fugitiuis uerò. col.2.fol.67.
Cætera uide infra in uerſi. Parentes.

Abortum procurans punitur, ut homicida,ſecus ſi id caſu fieri contingat. §. is quoque. col.1.fol. 235.

Abſciſſi ex neceſſitate promoueri poſſunt, ſecus ſi ex uoluntate.§.idẽ iuris.col.2.fol.44.

Abſens poteſt uni de capitulo uotum ſuum demandare.§.ſed etſi. col.2.fol.8.

Abſentia & mors ęquiparantur re non integra §. quæſitum eſt.col.1.fol. 149. Cætera uide infrà in uer.Probatio ſpolij.

Abſolui quis poteſt ex cauſa,ab alio, quàm ab Apoſtolico.§.quod autem. col.1.fol.240.

Abſolutio poteſt delegari ex cauſa certis caſibus.§.his autem. col.2.fol.241.

Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam peti poteſt.§.ſi quis tamen. col.2.fol.246.

Abſolutio non cõceditur, ubi manifeſtum eſt delictum, niſi præuia cautione; aliàs ſecus. §.manifeſtum. col.1.fol.247.

Abſolutio ſurreptitia non tenet, & innodatus pluribus non põt ab una tantùm excõicatione abſolui.§.quòd ſi quis. col.1.fol.248.

Abſolutus ui,uel metu, duplici excommunicatione innodatur.§. illud aũt. col.3.fol.eo.

Abſtrahens inuitum a ſacris locis,excommunicatur:& quaſi ſacrilegus punitur.§. ſacrorum locorum. col.4.fol.118.

Abſtrahi non poteſt quis inuitus à domo Epiſcopi,uel ab Eccleſię circuitu intra triginta paſſus.§. nec ab atrijs. col.1.fol.119.

Abſtrahi non debet liber hõ uiolenter ab eccleſia, niſi impetrata uita & membrorũ incolumitate.§.hæc tñ ſecuritas.col.2.f.119.

Acceſſorij idem iuris eſt, quod de principali. §.nec obijciat. col.3.fol.222.

Accuſare matrimoniũ non pmittitur ei, qui tẽpore denuntiationis ſiluit,niſi iuret de calũnia,& ꝙ poſt denuntiationẽ nouit,quę obiecturus eſt,& negligentia authoris mei nõ intelligitur eſſe mea.§.nõ tamen.col.1.f.103.

Accuſare poteſt quis matrimonium etiã poſt denuntiationem ex cauſa. §. idem iuris erit. col.2.fol.103.

Accuſare matrimonium non ex cauſa delicti ſoli coniuges admittuntur. §. ſed nec omnes. col 3 fol.103.

Accuſare matrimonium ex cã delicti omnes admittuntur:ſed potiſſimum coniunctiores antiquiores & honeſtiores. §. quòd ſi delictum. col.4.fol.103.

Accuſator non probans obiectũ crimen, tenet ad pęnã talionis, niſi ſuam innocentiã purgauerit,& interim dum purgat, eſt ſuſpendendus §.accuſator igitur. col.3. fol.217.

Accuſatio excipienti de ſpolio à tertio facto, debet indulgeri tempus,intra quod reſtitutionem petat,& cauſam ſi poteſt, finiat:quo elapſo nõ obſtante tali exceptione accuſari poterit.§.inter ſcholares. col. 1. fol.172.

Acolytatus,eſt de minoribus ordinibus.§.ſunt igitur. col.4.fol.35.

Acta cum procuratore reuocato, donec ignoratur reuocatio, tenent. §. ad hæc etiam. col. 4 fol. 155.

acta iudicij poſt reuocationem procuratoris non ignoratam non tenent. §. quòd ſi ſcientibus. col. 2. fol. 156.

actorum omnium intimatio parti appellatæ eſt facienda: & Appellare ſufficit coram maiori parte iudicum. §. quòd ſi a pluribus. col. 3. fol. 211.

actor ſequi debet forum rei. §. quòd ſi inter. col. 3. fol. 154.

actor mittitur in poſſeſſionem rerū rei contumacis, & poſt annum efficitur uerus poſſeſſor, reſeruata quæſtione ſuper proprietate. §. illud quoque uidetur. col. 4. fol. 163.

actor, ſi ob potentiam aduerſarij contumacis non poſſit poſſeſſionē ingredi, uel illā amiſerit, nihilo minus efficitur uerus poſſeſſor elapſo anno. §. ſi tamen ꝓpter. col. 1. fol. 164.

actor anno elapſo non reputatur poſſeſſor, ſi per eū ſteterit, quo minus intrauerit poſſeſſionem. §. idem iuris eſt. col. 3. fol. 164.

actor ſi non uenerit in termino, ad quem reū citari fecerit, debet reo reficere expenſas, & cauere de in poſterū comparendo, aliàs non admittitur ad aliam citationē. §. idem quoque actor. col. 4. fol. 165.

actor reo comparente debet clarum iudici libellum offerre, & quid ſit libellus. §. in primis igitur. col. 2. fol. 166.

actor recuſans ſubire iuramentum calumniæ cadit ab actione, & reus habetur pro confeſſo. §. ſed, ut ueritate. col. 4. fol. 182.

actoris & rei cōueniētis æqualis debet eſſe cōditio in iudicio §. utriuſq; aūt. col. 3. f. 174.

Actus præcedens ſubſequentem limitat, & interpretatur. §. ſed ſi eundem. col. 3. fol. 155.

Adminiſtratores hoſpitalium æquiparãtur tutoribus. §. ut autem hi. col. 4 fol. 125. Supra dicta non habent locum in hoſpitalibus militarium ordinum, aut religioſorum. §. prædicta uerò ad. col. 1. f. 126.

Adulterij appellatio eſt generalis, propriè tamē in nuptam committitur, & quæ ſit adulterij pœna. §. adulterij generalis eſt. col. 2. fol. 232.

Aduocatus non pōt eſſe teſtis in cauſa, in qua aduocauit. §. is quoque qui. col. 2. fol. 192.

Aduocati reſponſio niſi ſit ſtatim reuocata, facit litis conteſtationem. §. an aduocati. col. 4. fol. 180.

Aedificans ritè, uel dotans acquirit ius patronatus, eumque debent ſequi commoda, quē ſequuntur incommoda. §. ædificatione acquiritur. col. 4. fol. 56.

Aegrotantes, muti, & ſurdi baptizari poſſunt §. muti quoque, &c. col. 3. fol. 73.

Aequipollentium non refert quid fiat. §. appellaſſe autem. col. 1. fol. 211.

Affectus punitur, licet non ſequatur effectus. §. ſed etſi. col. 1. fol. 111.

Affinitas ſuperueniens dirimit ſponſalia de futuro. §. item ſi inter. col. 4. fol. 88.

affinitas quid ſit. §. naturalis cognatio. col. 4. fol. 99.

affinitas & conſanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu. §. nec intererit. colum. 1. fol. 100.

affinitas ſubſequens non dirimit matrimonium, ſed præcedens legitimè probata. §. ergo præcedens. col. 3. fol. 101.

Agenti petitorio ad coniugem obſtat conſanguinitatis exceptio, ſecus ſi poſſeſſorio: quia ante quàm de exceptione cognoſcatur, plenaria reſtitutio eſt facienda, niſi conuentus excipiens iuret de malitia, & probationes habeat in promptu: quo caſu fiet reſtitutio quoad alia, non quoad copulam. §. ergo niſi. col. 3. fol. 109.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine utilitate Eccleſiæ, & clericorum conſenſu, non ualet: & quid contineat Alienationis uerbum. §. ex his conſequens. col. 4. fol. 137.

propter Altaris detrimentum, ipſum altare, non Eccleſia, eſt iterum conſecrandum. §. de eo dubitari. col. 1. fol. 115.

in Altari qui laborat, de altari debet & uiuere § præbenda nihil. col. 1. fol. 45.

Amens ſi ante amentiam habuit propoſitum baptizandi, baptizari poteſt. §. de dormientibus, &c. col. 4. fol. 73.

Anguſtia temporis ad comparendum uitiat citationem. §. ſed etſi. col. 4. fol. 161.

Animal tuum ſi damnum dabit, potes liberari illud dedendo, niſi ſit ferum animal, & nocere ſolitum, & nō fuerit adhibita debita diligentia. §. ꝙ ſi animalia. col. 4 fol. 235.

Animus & propoſitum diſtinguunt maleficia. §. diuerſa ratione. col. 4. fol. 110.

Apoſtatæ qui ſint, & quotuplex apoſtaſia, & qua pœna puniantur apoſtatæ. §. apoſtatæ ſunt. col. 4. fol. 226.

Appellans ab interlocutoria debet in ſcriptis appellare:

appellare : & intra triginta dies apoſtolos petere, & exhibere continentes cauſam appellationis, aliàs cauſa cenſebitur deſerta. §.multum autem intereſt. col. 3. fol.207.
appellans minus rationabiliter condemnatus in expenſis ad inferiorem iudicem remittetur:nec poteſt quis alias cauſas proſequi, quàm expreſſas.§.q͂ ſi iudex. col.4.f.208.
appellans ab ordinario poteſt coram eodem ſuper alia cauſa conueniri. §. licet autem. col.2.fol.210.
appellans unus ex pluribus, ſi obtineat in cauſa appellationis, prodeſt uictoria conſortibus,ſi ſit idem negotium, & cauſa. §. idem ex contrario. col.4.fol.211.
appellantem poteſt ab interlocutoria pœnitere,& facere, ut prior iudex cognoſcat, ſed appellato ſunt reficiendæ expenſæ, quas is fecit ob appellationem.§. ac ueluti in. col. 4.fol.209.
Appellare ſufficit coram maiori parte iudicũ §.quod ſi à pluribus. col.3.fol.211.
appellatur à uicario ad Archiepiſcopum, ab Archidiacono ad Epiſcopum.§. inter uicarium autem. col.3.fol.25.
appellari non poteſt ad Papam à iudice ſeculari ſedi Apoſtolicæ non ſubdito. §. & ideo nec. col.1.fol.210.
Appellari poteſt, ſi locus non tutus parti aſſignatur,uel ſententia contineat manifeſtam iniquitatem,etiam ſi ſit reſcriptum appellatione remota.§.interdum etiã. col.2.f.212.
Appellatio quid ſit,& quare inuenta.§. appellandi uſus. col.4. fol.206.
appellatio alia extraiudicialis,alia iudicialis, & de iure Canonico etiam extra iudicium appellatur, quæ appellatio Prouocatio dicitur.§.appellationum duæ. col.1.fol.207.
appellatio Iudicialis diuiditur in duas ſpecies §.rurſus in iudicio. col.2.fol.207.
appellatio eſt deſerta lapſo anno, & ex cauſa biennio.§.illud tam iudiciali.col.4 fo.212.
appellationis prætextu uiolatoribus interdicti minimè ſuffragatur.§.nec aliquid uiolatoribus. col.2. fol.251.
appellationi in quibus caſibus non eſt deferẽdum.§.non omnis ergo. col.4 fol.209.
appellationi legitimæ qui non defert, punitur.§.& ideo nec. col.1.fol.210.
ad Appellationem proſequendam interdum datur plus,quàm biennium.§. accidit tamẽ aliquando. col.4.fol.213.
in Appellatione à diffinitiua non eſt neceſſe cauſam inſerere. §. in appellationibus. col. 2.fol.208.
in Appellatione ab interlocutoria debet talis cauſa allegari,quæ ſi eſſet uera, reputaretur legitima.§.cum autem ex.col.3.fol.208.Reliqua uide infra in uer.Regulares.
Arbiter ſuper pluribus ſi ſuper uno tantũ pronuntiet,non expirat compromiſſum,niſi habuerit à partibus facultatem ita pronuntiã di.§.finiuntur. col.4.fol.159.
arbitri qui propriè ſint.§.arbitri dicũtur.col. 3.f.158. Cætera uide infrà in uerb. Electio.
arbitrorum poteſtas non expirat re non integra,etiam non ſequuta electione.§. quòd ſi intra. col.4. fol.11.
Archidiaconus eſt à iure conſtitutus uicarius, & quaſi oculus Epiſcopi,& inter clericos cognoſcit, uiſitat, & corrigenda emendat, & ardua ad Epiſcopum defert, de cuius licentia poterit etiam excommunicare. §. quoniam uerò grauis. col.1.fol.24.
Archiepiſcopus impeditus, conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere poteſt. §. quòd ſi Metropolitanus. col. 1.fol.20.
archiepiſcopus poteſt uiſitare prouinciam,etiam quando ſuffraganei non ſint negligentes.§.uiſitandi uerò. col.1.fol 124.
Archiepiſcopi ſunt præſules epiſcoporum unius prouinciæ. § archiepiſcopi ſunt. col. 3.fol.6.
Archipresbyter eſt uicarius Epiſcopi,circa diuina, & archipresbyterorum duæ ſunt ſpecies.§.non abſimiles. col.3.fol.24.
archipresbyterorum foraneorum quæ ſit poteſtas.§.exteri ſunt, qui. col.4. fol.eo.
Argumentum à regulari ad monachum,regulariter ualet, & econtrà. §. quoniam uerò. col.1.fol.63.
Argumentum per dationem inſtantiæ ſoluitur.§.nec refert,quod. col.3 fol 95.
Articuli plures connexi ſi per reſcriptum plures committantur, & in uno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in alijs.§.iam dubitari poterit col.1.fol.212.
Aſſaſſinium ſicuti omnium homicidiorum eſt atrociſſimum,ita etiam atrociſſimè punitur §.cum non ad. col.1 fol.234.
Aſſecutus Epiſcopatũ ſimoniacè,ſed ignoranter,ſi fiat poſteà regularis,licet ad primũ reuerti non poſſit,alium tamen Epiſcopatum conſequi poteſt.§.rurſus,ſi quis.col 2.f.31.

Attentata poſt appellationem ante diffinitiuã non reuocantur, niſi primò de ueritate conſtiterit, uel niſi poſt inhibitionẽ debito modo factam attẽtata fuerint, §. illa uerò, quę col. 3. fol. 210.

B

BAptiſmus operatur animæ ablutionem, & in locum circuncisionis eſt inſtitutus, § baptiſmus eſt ablutio. col. 3. fol. 71.

Baptiſmus alius fluminis, alius flaminis, alius ſanguinis, §. quod quidem, &. col. 4. f. 72.

Baptiſmus non debet conferri in priuatis domibus, niſi ex neceſſitate, uel ob magnã nobilitatem, §. illud etiam nouiſsimè. col. 1. fol. 75.

baptiſmus, nec chriſma poſſunt iterari, & utrũ quæ conferri poteſt tempore interdicti, §. commune etiam. col. 3. fol. 76.

baptiſmum iterantes ſunt deponendi ab officio, & beneficijs, §. ille quoque qui. col. 4. fol. 74.

In Baptiſmo multa fiunt, quæ non ſunt de eius ſubſtantia, §. poſtremò ſciendum eſt. col. 4. fol. 74.

In Baptiſmo, confirmatione, & catechiſmo debent patrini interuenire, §. illud commune eſt. col. 1. fol. 76.

In Baptiſmo licet plena contingat peccatorũ remiſſio, non tamen contingit plena nouitas, §. non tamen ex. col. 4. fol. 71.

baptizare ſeipſum nemo poteſt, §. ſed quãquã. col. 2. fol. 72.

baptizãdi cura ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſſitatis, quilibet poteſt baptizare, §. baptizandi autem cura. col. 4 fol. 71.

Baptizantur paruuli in fide parentum, & Eccleſiæ, & non debet minor eſſe uirtus baptiſmi, quàm circumciſionis, §. nõ tamẽ, quia. col. 2. fol. 73.

baptizari poſſunt ſeparatim tam mater, quàm filius in ipſo articulo parturiendi, nec ob id creditur baptiſmus iteratus, §. is quoque, cuius. col. 3. fol. 73.

baptizari poſſunt muti, ſurdi, & ægrotantes, §. muti quoque, &. col. 3. fol. 73.

baptizari poſſunt dormiens & amens, ſi ante ſomnum & amentiam habuerunt propoſitum baptizandi, par. de dormientibus, &. col. 4. fol. 73.

baptizari ſine metu iterationis is, de quo non eſt præſumptio, ꝙ ſit baptizatus, poteſt, §. illud in dubium. col. 2. fol. 72.

baptizatus q nõ eſt, & ordinatus eſt, debet baptizari, & rurſus ordinari. §. de eo. c. 3. f. 38.

baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter, & rebaptizati nunquã ordinantur, § ſed etſi nullum. col. 4. fol. 42.

baptizatus ab hæreticis, ſchiſmaticis, paganis, uel aliàs facinoroſis, nõ ſunt denuo rebaptizandi, §. ſed etſi quis. col. 1. fol. 72.

baptizatus inuitus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſeruantiam fidei, ſecus ſi penitus ſit coactus, §. ſed etſi quis. col. 1. f. 74.

baptizatus iterum ſcienter debet ſeuerißimè puniri, ignoranter uerò bis baptizatus non poteſt ordinari, niſi ex neceſsitate, §. quòd ſi quis ſciens. col. 3. fol. 74.

Beneficium ex ſimplici mãdato de prouidendo non poteſt prouideri obtinẽti aliud beneficiũ, niſi fuerit id expreſſum, quo caſu ſolũ unicũ & nõ curatũ beneficium obtinenti prouideri poterit: & pluralis locutio reſtringitur ad duo, §. nã & is, cui. col. 2. fol. 55.

beneficium nemo ſibi confert, ueluti nemo ſe præſentat, nec uacaturi beneficij tenet collatio, aut præſentationis promiſsio, §. ſunt autem inſtitutiones. col. 2. fol. 60.

beneficiũ ſi conferatſ nõ idoneo ad reſidẽdũ, & prouiſus priuãdus eſt beneficio, & collator cõferendi ptãte, §. debent aũt hi. c. 4. f. 61.

beneficium nõ uacat per religionis ingreſſum ante profeſsionem, niſi de cõſenſu ingreſſi, §. etſi contigerit eũ. col. 3. fol. 65.

beneficium reſtitutionis in integrum nõ indulgetur, niſi intra quatuor annos, ſi nõ ſubſit aliqua rõnabilis cã, ut dictum ſpacium prorogetur, §. ſed ſiue ſententia. col 3. f. 215.

beneficium conſecutus ſimoniacè per accuſationẽ conuictus, priuatur beneficio, & deponitur, per inquiſitionem uerò priuatur quidem beneficio, ſed poſt peractam pœnitentiam in ſuo ordine permittitur miniſtrare, §. quod ſi non ordinem. col. 2. f. 222.

beneficij collati pluribus ubi de prioritate nõ conſtat, primò poſſeſſor, deinde maior prærogatiua præfertur, §. itẽ ſi à ſede. c. 1. f. 52.

beneficij appellatione non uenit penſio, §. & ſi quis literas. col. 3. fol. 53.

beneficij ſpectantis ad prouiſionẽ plurium, cui mandatur prouideri, intelligitur cõiunctim §. ſi uerò de beneficio. col. 4. f. 54.

beneficia Eccleſiaſtica debent ſine diminutione cõferri, §. poſtremo illud ſciendum eſt. col. 2. fol. 56.

beneficiorum

Beneficiorum permutatio ſi cõpleta eſt ex una parte,& per alteram ſtat quo minus impleatur, reſtituitur pars ad ſuũ beneficium par. ſubuentum eſt. col.4.fol.28.

ſuper Beneficiorum pluralitate reſcripto Apoſtolico diſpenſatur, maximè circa literatas perſonas §.inde etiam licet. col.4.fol.51.

Bigamus,& qui uxorem duxit uiduam, eiectã, uel meretricem, ordinari non poſſunt §. itẽ repellendi ſunt. col.2.fol.43.

bigamus eſt, qui duas duxit uxores, & qui ſecundas nuptias tantum de facto contraxit, reputatur bigamus: idem ſi cum uidua de facto contraxerit paragr. eſt autem bigamus. col.3.fol.43.

Blaſphemus ſi iniunctam ſibi pœnitẽtiam peragere recuſet, & uiuens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur,& mortuus Eccleſiaſtica carebit ſepultura paragra. diuerſa eſt pœna. col. 3.fol.227.

Bonum aliquod ſubſecutum, præcedens delictum,& eius pœnam non abolet §. uſqueadeo autem. col.4.fol.110.

bona quæſita ſacerdotibus intuitu Eccleſiæ, debẽt remanere apud Eccleſiam, nec de his poteſt quis teſtari,& quid cõtineatur nomine Eccleſię §.generaliter igitur. col.1.fol.142.

bona ſerui promoti ad ſacros ordines ab inteſtato decentis diuiduntur in quatuor partes §.ſi uero ſeruus. col.4.fol.142

bona hæreticorum poſt latam ſententiam confiſcantur para. bona quoque damnatorum. col.3.fol.224

bona hęreticorum etiam poſt mortẽ confiſcantur §.poſt mortem quoq;. col.1.fol.225.

C

CAdauera punitorum pœnitẽtium: ſunt tradenda ſepulturæ Eccleſiaſticæ §. ex his apparet. col.2.fol.129.

Canones quibus conſtent, & quotuplicia ſunt Concilia,& quæ Concilia uniuerſalia §. Canonum quidem alij. col.2.fol.3.

Canonica portio quid ſit,& quòd eſt duplex, parochialis & Epiſcopalis, & quòd parochialis debetur curato de relictis factis Eccleſiæ, in qua quis poſthabita propria Eccleſia elegit ſepeliri para. Canonica portio. col.1.fol.130.

canonica portio, de his quæ quis uiuens & ſanus cõtulit alicui Eccleſiæ, curato nõ debetur. ſecus ſi infirmus,& ex eadem infirmitate decedens §.ſed etſi nihil. col.3.fol.130.

canonica portio ſoluitur Eccleſiæ, in qua quis diuina percipit,& ſi duo quis habeat domicilia. diuidetur inter Eccleſias duorũ domiciliorũ §.dubitari tamẽ poteſt. col.4.fol.130.

canonica portio de quibus relictis nõ detrahatur §.ſunt tamen quædam col.1.fol.131.

canonica epiſcopalis eſt, quã detrahit Epiſcopus de relictis pro anima, quã teſtator prohibere non poteſt,& ubi eadem ratio, eadẽ debet eſſe iuris diſpoſitio §. Canonica portio. col.3.fol.131.

canonica portio Eccleſiæ debeẽ de relictis Epiſcopo, quã tamen poteſt teſtator prohibere §.item ex contrario. col.1.fol.132.

canonica portio, ſi quid ſimpliciter Epiſcopo à cõiũcto fuerit relictum, in dubio nõ debetur Eccleſiæ, ſecus ſi ab extraneo §. ſed in hac ſpecie. col. 1.fol.132.

Canonica purgatio quæ ſit:&, quales eſſe debent cõpurgatores, §. Canonica purgatio. col. 3.fol.219.

Capitulũ ſede uacante poteſt inſtituere præſentatos. Idem poteſt uicarius ſine ſpeciali mãdato Epiſcopi §.diſsimiles ſũt col.3.fol.60.

capitulũ ſede uacãte non fungitur uice Epiſcopi in cõferendo §.licet autem. col.4.fol.47.

Caſus, in quib. ſolẽnis libelli porrectio nõ eſt neceſſaria §.ſunt tamẽ caſus. col.1.fol.167.

caſus excepti ab illa regula, ſpoliatus ante omnia ẽ reſtituẽdus §.ſũt & alij col.2. fol.178.

caſus reſignationis nõ includit, nec uerificaẽ in caſu mortis §.eodem ſpectat col. 1. fol.53.

caſus futurę uacationis nõ uerificaẽ in caſu noue creationis §.idem obtinet. col.2.fol.53.

Cauſa quid ſit,& quid iudicium §.reſtat. col.1, fol.143.

cauſa ſuſpicionis qualiter cognoſcatur & expediatur §.recuſationis autem. col.3 fol.150.

cauſa deferitur in tribus caſibus ob nõ petitos apoſtolos §.idem iuris eſt. col 4.fol.207.

cauſa ceſsãte ceſſat effectus §.licet aũt.co.4 fo. 47. §.ſed etſi iudex, col.1.fol.209.& §. periculo tamen. col.2.fol.240.

cauſæ iuſtæ non reſidendi quæ ſint, & qui ſine cauſa non reſidet, poſt monitionem priuandus erit. columna.4.fol.61. §. ſi tamen.

cauſæ uniendi ſunt, neceſſitas, & utilitas §. uelut ergo ex. col.1.fol.116.

Cautio, uide infrà in uer. Receptio.

Celebrare non licet, niſi in templis conſecratis, niſi ex priuilegio, uel ex cauſa neceſſita-

tis,§.Eccleſiam. col.4.fol.111.
Celebrare licet ſub dio, conſtitutis in itinere, & celebrans in priuatis domibus eſt deponendus §. in itinere quoque. col.1.fol.112.
Celebrans in Eccleſia polluta, uel ſimoniacè conſecrata, non incurrit irregularitatem, ſecus ſi alia ratione uiolat interdictum §. eſt autem inter hæc. col.3.fol.249.
Cenſuræ Eccleſiaſticæ appellatione quid ueniat, quid ſit excommunicatio, quid interdictum, quid ſuſpenſio, §.Eccleſiaſticæ cenſuræ. col.2.fol.236
Cenſus & tributa de fructibus de quibus decimæ ſoluendæ ſunt, non debent deduci, §.ſed nec cenſus. col.1.fol.135
Cenſus generaliter ſumptus continet omnem penſionem, ſpecialiter uerò tantum cathedraticū, §.cenſus appellatio. col.1.fol.121.
Cenſus quibus temporibus, & quibus cauſis poteſt conſtitui in eccleſijs §. conſtituitur. col.2.fol.122.
Chriſma ieiunis & à ieiuno dari debet, niſi neceſſitas aliud cogat §. accedent igitur. col.4.fol.75.
Chriſma non poteſt iterari, & conferri poteſt tempore interdicti §. commune etiam. col.3.fol.76.
Chriſmatis Sacramentum operatur augmentum gratiæ, & ſoli Epiſcopi chriſmant §.igitur omnes fideles. col.3.fol.75.
Chriſtiani non debent nubere infidelibus, & ſi illis nubant, ſunt excommunicandi §.cultus quoque diſparitas. col.1.fol.94.
Chriſtianorum quidam ſunt laici, quidam clerici: & clericorum quidam ſunt in ſacerdotio conſtituti, quidam in ſacris non in ſacerdotio, quidam nec in ſacerdotio nec in ſacris §.perſonarum genera. col.3.fol.5.
Chriſtianorum teſtimonia aduerſus infideles admittuntur, ſed non contra §. Chriſtianorum quoque. col.2.fol.190.
Citandi ſunt in confirmatione facienda, quorum intereſſe poteſt: & calumnioſè opponētes puniuntur, §.illud etiā. col.2.f.18.
Citatio eſt initium iudiciorum, ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli, §. omnium autem iudiciorum. col.4.fol.160.
Citatio ex quatuor capitibus eluſoria redditur, §.ſit tamen interdum. col.1.fol.161.
Citatio ex qualitate loci non arctat ad comparendum, §. ſi locus quoque, ad. col.2.fol. 162. Cætera uide infrà in uer. Diebus.
Citatus à non ſuo iudice nō tenetur comparere, §. ſit tamen interdum. col.1.fol.161.
Citatus legitimè qui mutauit iudicem, nō propterea pōt declinare iudicē, cū ſit præuentus, §.ſi tamen contigerit. col.2.fol.161.
Citatus ad inſtantiā ſpoliatoris nō tenet̄ comparere, §.idem iuris eſt, ſi. col.2.fol.161.
Citatus poteſt ex legitimo impedimento nō comparere, quo tamē ceſſante debet ſe iudici præſentare, §. adhuc, tametſi. col.1.fol. 162. Reliqua uide infrà in uer. Electio.
Clericus ſi, cùm mandatur ei prouideri de beneficio uacaturo, negligat petere præbendā, non poterit poſteà aliam petere, niſi fuerit in Canonicum receptus, §. quo tamen caſu. col.2.fol.51.
Propinquitas uiri reputatur uxoris, & econtra §. admonendi. col. 4. fol. 100.
Prouentus eccleſiaſtici poſſunt uendi ad modicum tempus, & ad precariam concedi, quę renouanda erit de quinquennio in quinquennium. §. idem iuris erit. col. 1. fol. 139.
Prouideri per inſtitutionem quando dicatur. §. accidit autem. col. 3. fol. 56.
Prouinciæ & Eccleſiæ de nouo cõuerſæ in per ſoluendis cenſibus ſeruabunt conſuetudinẽ uicinarum. §. ſed quis erit. col. 3. fol. 123.
Pſalmiſtatus eſt minor ordo, & poteſt conferri a ſolo presbytero. §. eſt & pſalmiſta. col. 1. fol. 36.
Pubertas extimatur non tam annis, quàm corporis habitu, & minores xiiij. annis nõ poſſunt contrahere matrimonium, niſi pro bono pacis, & ex neceſsitate. §. ſed qui ſint. colum. 4. fol. 90.
Publicæ honeſtatis iuſtitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. §. publicæ quoque. col. 4. fol. 96.
Publici latrones, & qui in ſacris locis immunitatis ſpe ducti delinquunt, priuilegijs ſacrorum locorum non gaudent. §. hoc autem. col. 3. fol. 119.
Pudicitiæ ſtudioſus debet eſſe Epiſcopus. §. pudicitiæ quoque. col. 3. fol. 23.
Purgatio quid ſit, & quotuplex, & quòd uulgaris purgatio eſt penitus improbata. §. contingit etiam. col. 2. fol 219.
purgatio canonica quę ſit, & quales eſſe debeãt purgatores. §. Canonica purgatio. colum. 3. fol. 219.
purgatio ſuper notorio non eſt indicenda, & deficiens in purgatione habetur pro conuĩcto. §. quicunque uerò. col. 4. fol. 219.

Q

QVæſtio ſpolij per modum reconuentionis propoſita non impedit proceſſum ſuper alia cauſa ciuiliter inſtitutum. §. ꝙ ſi ciuiliter. col. 2. fol. 176.
Qualis quis ſit interius, debet per exteriora demonſtrare. §. oportet item. col. 4. fol. 23.

R

RAptorum pœna, excommunicatio, depoſitio, & ſeruitus, cum facultate tamen ſeipſum redimendi. §. maior legum. col. 1. fol. 233
Raptus in propriam ſponſam non cadit, & raptus per conſenſum purgari poteſt. §. raptus autem. col. 1. fol. 233.
raptus monialis purgari non poteſt. §. ſed hæc de illis. col. 2. fol. 233.
Rebaptizati nunquam ordinantur. §. ſed etſi nullum. col. 4. fol. 42.
Receptio inſtrumenti, & cautio domini operantur, quibus procurator non poſsit renuntiare mandato, ſed teneatur defendere. §. at literis. col. 4. fol. 156.
Receptus authoritate Apoſtolica quis dicatur §. authoritate autem. col. 2. fol. 52.
Recipientes aliquid pro concedenda licentia docendi, puniuntur. §. pro docendi. colum. 2. fol. 223.
Reconciliati licet alioqui Eccleſiaſticæ ſepulturæ non eſſent tradendi, poſt reconciliatio

nem

nem tradi poterunt §.ſed hæc. col.1.f.129.
Reconuentio non habet locum coram arbitris §.de arbitris. col.4.fol.174.
Reconuentio ſuper cauſa criminali non remittitur. Idē in cauſa depoſiti,§.illis quoque. col.3.fol.175.
Recuſans reſpōdere poſitionibus, habetur pro confeſſo,§.ſi quis igitur. col.1.f.186.
Redacta in publicam formam poſt mortē tabellionis faciunt fidem §. eandem etiam. col.1.fol.197.
Reditus decimarum locari poſſunt, dum modò locatio nō ſapiat alienationem,§.ſi quis tamen. col.1.fol.137.
Refutatio mandati non impedit refutantē acceptare ſi mandans perduret in uoluntate mandandi,§.non idem. col.3.f.156.
Regulares nō appellant à correctione ſui prælati,§.& ideo. col.1.fol.210.
Regularibus prælatis non conferentibus intra ſex menſes,fit deuolutio ad ordinarium,§. idem ſtatuitur.col.1.fol.47.Cætera uide ſuprà in uer.Monachi.
Relapſus quando quis dicatur, §. relapſi autē. col.1.fol.226.
Relapſus dicitur qui arbitrauerit in uno articulo, ſi pòſt ſit hæreticus in alio, §. is uerò qui. col.1.fol.226.
Relictum ei qui poteſt proprium poſsidere nō habenti prælationem, uel adminiſtrationē à quocunque præſumitur relictum intuitu propriæ perſonæ,non eccleſiæ,§. illud etiā. col.1.fol.133.
Relictum ſacerdoti pro anima cenſetur relictum eccleſiæ, ſecus eſt ſi quid ei ſit relictū ſub onere fideicommiſsi, §. ſed & ſi non. col.1.fol.142.
Religionem nouam non debet quis inuenire, uel fundare,§.nouiſſimè. col.2.fol.68.
Religioſi non poſſunt ſibi ſepulturam eligere, §.impuberi ſimiles. col.3.fol.127.
Renuntiare compellitur qui impetrauit cedendi licentiam,§.aliud iuris eſt. col.2.f.32.
Renuntiari poteſt ob irregularitatem §. ob irregularitatem. col.3.f.30.
Renuntiari non poteſt gratia laboris fugiendi §.cæterùm ob aliòs. col.3.fol.30.
Renuntiari poteſt per procuratorem & quatenus ualet renuntiatio facta à procuratore reuocato,§ poteſt autem. col.4.f.32.
Renuntiatio quid ſit, & quibus ex cauſis poſſit renuntiari,§ per renunciationē.c.3.f.29.
renuntiatio ad eum fieri debet, ad quem ſpectat confirmatio, paragrafo abbas quoque. col.3.fol.32.
Renūtiatio facta poſt ſpolium nō impedit ſpoliati reſtitutionē : ſecus ſi antè fuerit renuntiatum, & teſtes ſuper ſpontánea renuntiatione non ſunt admittendi ante reſtitutionem,§.illud quæſitum. col.4.fol.177.
Reparatio eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorem beneficij,& Epiſcopus debet de ſua tertia contribuere, paragrafo hæc de ædificandis col.4.fol.115.
Repetitio ad memoriam iuuandam conducit §.hæc de præbendis. col.3.fol.62.
Replicationes dantur aduerſus exceptiones,§. dantur aduerſus. col.3.fol.173.
Res inter alios acta alijs præiudicium regulariter non adfert,§. de eo quoque.c.1.f.204.
Res eccleſiaſtica poteſt propter ſcriptionē legitimam ab eccleſia abduci, & detrahi,§. præterea etſi. col.2.fol.151.
res eccleſiaſticæ ſunt aut ſpirituales, aut temporales,§.ſuperiore libro. col.1.fol.69.
res ſpirituales ſunt aut incorporales, aut corporales, & corporales diuiduntur in ſacramenta,in res ſacras, ſanctas & religioſas §. rurſus. col.2.f 69.
Rebus ſingulis ſingula ſunt imponenda nomina,§.conceduntur. col.1.fol.46.
Reſcripti interpretatio ex loco ſumitur, par. ex loci. col.2.fol.54.
Reſcripti interpretatio ex inſertione cauſæ elicitur,§.item inſertio. col.1.fol.55.
Reſcripto Apoſtolico diſpenſatur ſuper pluralitate beneficiorum,maximè circa literatas perſonas,§.inde etiam. col.4.fol.50.
Reſeruationes legatorum expirant finita legatione §.ille quoque. col.3.fol.48.
Reſidens.Qui ſine cauſa non reſidet, poſt monitionem priuandus erit, & quæ ſint iuſtæ cauſæ non reſidendi, paragrafo ſi tamen. col 4.fol.61.
Reſignationis caſus non includitur nec uerificatur in caſu mortis, paragrafo eodem ſpectat col.1.fol.53.
Reſilire quis licitè poteſt ob fornicationē poſt ſponſalia etiam iuramento firmata cōmiſſa, & id quod coniunctos diſiungit, multò magis impedit coniungendos §.unius quoque. col.2.fol.89.
Reſtitutio in integrum ſemel negata nō conceditur amplius, etiam in alio iudicio, niſi duobus

duobus caſibus,§.quòd ſi ſemel. c.4.f.215.
Reſtituti in integrum qui, & quando poſſunt cognoſcere,§.huiuſmodi. col.4.f.215.
Reuelans confeſſionem, in perpetuū eſt in monaſterium detrudendus,§.ſed ſiue. c.3.f.78.
Reus contumax ſi dederit cautionem de ſtando iuri, nec mulctandus eſt quòd aduerſarium non fuerit paſſus eſſe in poſſeſſione & miſſionem paſſus reſtituetur, §. hoc tamen. col.2.fol.164.
reus excommunicatus licet reconuenire non poſsit, admittitur tamen ad proponendas ſuas legitimas defenſiones, §. reus autem. col.4.fol. 169.
reus conuentus ſi nolit uel non poſsit excipere,ſi habeat unde actorem reconueniat, poterit illum reconuenire, §. igitur oblato. col.4.fol.174.
reus etiam coram iudice delegato pōt actorē reconuenire,§.nec ſolum. col.2.f.174.
reus conuentus coram iudice laico non poteſt reconuenire actorem ſuper cauſa ſpirituali, §.interdum etiam. col.1 fol.175.
reus non tenetur edere actori,niſi inſtrumenta communia,§.non tamen. col.4.f.186.
reus citandus eſt ad uidendum iurare,& deponere teſtes, & teſti iniurato non creditur, niſi fuerit remiſſum iuramentum à parte, §. debet autem. col.1.fol.187.
reo deferendum eſt iuramentum,ſi pro eo ſunt præſumptiones, niſi aliter iudex arbitretur, §.ſed etſi pro reo.col.1.f.198. Cætera uide ſupra in uer. Actor.
Ruinæ,prædia inculta, & ſyluæ extirpatæ, poſſunt ſub annuo cenſu concedi in emphyteuſim, & ſi per biennium in ſolutione cenſus ceſſatum fuerit, poteſt emphyteuta expelli, §.ruinæ quoque. col.3.fol.139

S

Sacerdos qui reuelat confeſsionem, in perpetuum eſt in monaſterium detrudēdus, §.ſed ſiue. col.3.fol.78.
Sacerdos nō debet quē abſoluere de caſibus reſeruatis Papæ uel Epō,§.illud etiā.c.4 f.78.
ſacerdos cōſtitutus in peccato mortali, quoad ſeipſum eſt ſuſpenſus, non quo ad alios, §. imo &. col.4.f.80.
ſacerdos contemnens conſtitutiones eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia,ſi publicentur,recipit eccleſia, §.ſand ſi. col.4.fol.103.
ſacerdotes inferioris gradus ſunt presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe §. nunc deſcendamus. col.3.fol.33.
ſacerdotes propriè appellantur, qui Euchariſtiam conficiunt, impropriè etiam diaconus & ſubdiaconus, parag. diximus autem. col.3.fol.35.
ſacerdotes quotidie hodie pro populo ſacrificare debent:ſed ſemel tantum, non pluries, niſi ex magna cauſa, uel in Natiuitate Domini, §.inualuit tamen. col.2.fol 80.
ſacerdotes ſimplices non poſſunt proprias eccleſias facere cenſuales, & qui de facto id fecerit,ab eccleſia ipſa remouebitur, §. ſimplices autem. col.3.fol.122.
ſacerdotum in duas claſſes diuiſio ſumpſit originem tam à teſtamento ueteri,quàm nouo §. & non ineleganter. col.4.fol.33. Cætera habes ſuprà in uer. Conſentientes, in uer. Euchariſtia, in uer. Ordo ſacer. & in uer. Relictum.
Sacramentum quid ſit, §. ſacramentum. col. 4.fol.69.
ſacramentum Chriſmatis operatur augmentum gratiæ, & ſoli Epiſcopi chriſmant, §. igitur omnes. col.3.fol.75.
ſacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ non denegatur deputatis ultimo ſupplicio, §. nec infirmis. col.3.fol.79.
ſacramentum Euchariſtiæ maximum eſt, & ſaltem ſemel in anno debet aſſumi, §.ſic autem. col.1.fol.80.
ſacramentum Euchariſtiæ conſtat uiſibili forma, ueritate corporis, & ſpirituali uirtute. & in calice poni debet uinum aqua mixtum §.conſtat autem. col.2.fol.81.
in Sacramento altaris panis & uinum fiunt uera caro & ſanguis Domini, par. ueritas eſt. col.2.fol.81.
ſacramenti uirtus eſt charitas & unitas, §.uirtus eſt. col 3 fol.81.
ſacramenta quomodo & quando ſint illa tria quibus ea conſtant, paragrafo his igitur. col.3 fol.81.
ſacramenta miniſtrari poſſunt à malo miniſtro & hæretico, paragrafo ergo qui. col. 4 fol.70.
ſacramenta nō eccleſia, ſed Chriſtus inſtituit, quæ tamen dicuntur eccleſiæ, quia illa per ea ſanctificatur,& illa miniſtrat,§.illud quoque. col.4.fol.70.
ſacramenta conſtant elemento & uerbo,§.conſtant autem. col.1.fol.70.

Sacramentorum quædam neceſſaria ſunt, quædam uoluntaria.§.ſacramentorũ.col.4.f.69.

ſacramentorum neceſſariorum quædam deſeruiunt ad ingreſſum eccleſiæ, quædam ad progreſſum in eccleſia, quædam ad egreſſum ab eccleſia.§.& rurſus. col.1. fol.70.

ſacramentorum ſecunda diſtinctio, quòd quædam characterem imprimunt, quæ iterari non poſſunt, quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt.§. rurſus ſacramentorum. col.2.fol.70.

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quàm perſonarum,& qualiter intuitu rerũ. §.ſacrilegium autem. col.1.fol.228.

ſacrilegium ratione perſonarum committitur cum quis clericum percutit, uel cum monialem habet.§.perſonarum ratione. colum. 3.fol.228.

Sacrilegi uarijs pœnis puniuntur.§. ſimilibus. col.4.fol.227.

Cætera uide ſuprà in uer.Conſentientes.

Sanctorum ſcripta non inſerta iuri communi, ſecundum poſt decreta Pontificum Romanorum locum obtinent.§. alia ſanè. colum. 1.fol. 5.

Scenicis & hiſtrionibus non eſt danda Euchariſtia, pro cæteris autem, maximè infirmis, ſemper debet eſſe parata. §. item quamuis. col.4.fol. 80.

Schiſmatici qui ſint, & quomodo differant ab hæreticis.§ hæretici ſunt. col. 3.fol.223.

ſchiſmatici excommunicatione, depoſitione, bonorum confiſcatione,& à ſe geſtorum annullatione puniũtur.§.utrunq;.col.4.f.223.

Scripta ſanctorum, uide ſuprà in uer.Sanctorũ

Scriptura ſolùm publica in iudicio fidem facit & quæ ſit ſcriptura publica, §. non tamen. col.4 fol. 196.

Scrutatores qui ſint,§.per ſcrutinium. colum. 1.fol. 10.

Secundæ nuptiæ abſque timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari:ſed non debent benedici quocunque tempore contrahantur §.illud quoque. col.2.fol.111.

Sede uacante is abſoluit qui habet Epiſcopalem iuriſdictionẽ.§.epiſcopali.col.3.f.24.

Seditioſi ordinari non poſſunt.§. idem ſtatuendum. col.3 fol.42.

Sententia eius qui eſt maioris authoritatis præponitur inter diſcordantia concilia. §. alia uerò. col.1.fol.4.

ſententia contra reum contumacem ſi de cauſa liqueat, ferri poteſt, etiam in cauſa profana lite conteſtata, contra actorem uerò etiã lite non conteſtata.§. quod interdum. col.4.fol.165.

ſententia diffinitiua eſt, quæ condemnando, uel abſoluendo liti finem imponit, nec requiritur de neceſſitate in ea uerbum condemno, uel abſoluo, ſed ſufficit æquipollẽs. §.diffinitiua uero. col.2.fol.200.

ſententia debet ferri ſedendo, & de ſcripti recitatione, alìàs non ualet,& Epiſcopus facere poteſt quòd alius pro ſe recitet.§.uocatis igitur. col.4.fol.200.

ſententia lata contra ius conſtitutionis, licet ſit nulla:ſecus tamen eſt in ſententia lata cõtra ius litigatoris.§.ſi tamen. col.3 fol.202.

ſententia lata poſtquam per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari non poteſt.§.lata tamen. col.3.fol. 203.

ſententia lata in reali actione mandatur executioni ſtatim, in perſonali uerò poſt quatuor menſes, qui terminus poteſt breuiari, & prorogari.§.ſi igitur ſniæ. col.2.fol.204.

ſententia per querelam & ſupplicationem retractatur, & ſub qua forma ſupplicatio porrigatur, parag.per ſupplicationem. col.2. fol.216.

ſententiam ex pluribus iudicibus ſufficit quòd unus recitet, uſus plurali numero, ſecus in actu electionis.§.ſed etſi plures.co.1.f.201.

ſententiarum duæ ſunt ſpecies, interlocutoria & diffinitiua, & interlocutoria poteſt reuocari ante diffinitiuam.§ uideamus.col.4.fol. 199.Cætera uide ſuprà in uer. Proceſſus

Separatio thori non habet locũ pendente iudicio ſuper adulterio.col. 1. fol. 107. §. ſæpius tamen.Reliqua habes ſuprà in uer.Diuortium

Sepulturam eligendi unuſquiſque habet liberam facultatem, & ſi quis non eligat in parochiali eccleſia, aut maiorũ ſepulchris eſt ſepeliendus.§ regulariter. col.4 fol. 126.

ſepulturæ cur conſtituantur in eccleſijs & locis ſacris.§ tractemus. col. 2.fol. 126.

Non poteſt quis etiam iureiurando a ſeipſo abdicare liberã eligendæ ſepulturæ poteſtatem.§.alias autem.col 4.fol.127.Cætera inuenies ſuprà in uer.Clerici. & in uerſi. Depræhenſi.

Sequeſtratio fit ob dilapidationem etiam lite pendente.§.planè. col.1.fol.185.

Seruus non poteſt ordinari,& ordinatus ſcien-

te domino fit ex hoc liber & ingenuus. §. ratione ſubiectionis. col.2.fol.39.
Seruus triénio in monaſterio commoratus, per monachationem fit liber. in. §. quemadmodum. col.2.fol.64.
ſerui poſſunt etiam inuitis dominis contrahere matrimonium dum tamen dominos non ſcandent debitis obſequijs. §. illud quoque. col. 4. fol. 91. Cætera require ſuprà in uerſi. Princeps. & in uer. Profeſſio
Simonia quid ſit, & unde dicta. §. ſimonia. col. 2. fol. 220.
ſimonia aut eſt ſimplex conuentionalis, aut realis: & realis ſubdiuiditur in realem conuentionalem, & realem mentalem. §. ſimoniæ. col. 2. fol. 220.
ſimonia contrahitur cuiuſcunque muneris receptione. §. contrahitur. col. 3. fol. 220.
ſimonia ex quibus capitibus committatur. §. ſed & tunc. col. 1. fol. 221.
Simoniacè dicitur quis electus, etiam ſi quid ignorante eo datum fuerit uel promiſſum. §. nec diſtinguemus. col. 2. fol. 221.
ſimoniacè ordinans cum ſuo ordinato, & clerico mediatore eſt deponendus, laicus uerò mediator excommunicatur. §. ac ueluti. col. 4. fol. 221.
Simoniacus poteſt à quocunque accuſari: & ſolus ſimoniacus inter peccatores miſſam non celebrat. §. huius autem criminis. columna. 3. fol. 222.
ſimoniaci ordinari non poſſunt. §. idem ſtatuendum. col. 3. fol. 42.
Simplicitas excuſat à communione cum hæreticis. § mercatores. col. 2. fol. 245.
Sortilegi qui ſint: & quòd ab eccleſia ſint omnino eijciendi. §. ſunt autem. col. 2. fol. 227.
Spirituale coniugium quomodo diſſoluitur. §. per degradationem. col. 3. fol. 32.
ſpiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione eccleſiæ. §. hoc tamen. col. 2. fol. 71.
Spoliaſſe quis intelligatur præter manifeſtam ſpoliationis uim. §. is quoq;. col. 2. fol. 177.
Spoliatus opponens de ſpolio in modum exceptionis, non cogitur reſpondere ante quàm ſit reſtitutus. §. ſed & ſi. col. 2. fol. 171.
ſpoliatus eſt ante omnia, & quoad omnia reſtituendus. §. ſed & ſi ſpoliatus. col. 1. f. 176.
ſpoliatus quot caſibus dicitur quis priuatus à iudice, & quibus. §. ſpoliatus. col. 1. fol. 177.
ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, regula. §. ſunt & alij. col. 2. fol. 178.
ſpoliatus quando non ſit ante omnia reſtituendus. §. quinimò. col. 2. fol. 179.
ſpoliatus poteſt ſuſpenſo petitorio ante concluſionem in cauſa intentare poſſeſſorium: ſecus ſi ſit concluſum, niſi tamen aliter iudici uideatur §. poſtremò ſciendum. col. 4. fo. 179. Cætera uide ſuprà in uer. Electio.
ſpolium cùm proponitur in modum exceptionis, nulla fertur reſtitutionis ſententia: ſed quandiu non fuerit reus reſtitutus, non eſt cogendus actori reſpondere. §. ſed hæc quidem. col 3. fol. 176.
ſpolij quæſtio per modum reconuentionis propoſita nõ impedit proceſſum ſuper alia cauſa ciuiliter inſtitutum. §. quòd ſi ciuiliter. col. 2. fol. 176.
Sponſalia quid ſint, & unde dicantur. §. ſponſalia ſunt. col. 1. fol. 84.
Sponſalia contrahuntur re, uerbis, literis & cõſenſu. §. contrahuntur. col. 1. fol. 84.
ſponſalia contrahuntur tripliciter, purè, in diem, & ſub conditione, & qui contraxerũt ſponſalia purè, compellendi ſunt etiam matrimonium contrahere, & cõſanguinei contrahentium non debent cum ipſis contrahẽtibus contrahere. §. rurſus contrahuntur. colum. 2. fol. 85.
ſponſalia contracta ſub conditione euaneſcũt deficiente conditione, niſi ab ea receſſum fuerit §. ſub conditione. col. 4. fol. 85.
ſponſalia qui contraxerunt, debent compelli ad matrimonium, niſi aliquid triſte timeatur. §. initiatum igitur. col. 1. fol. 87.
ſponſalia contracta à parentibus, non tenent, niſi filij aſſentiant & ratificent. §. non abſimile eſt. col. 4. fol. 87.
ſponſalia diſſoluuntur ipſo iure, quando non habetur ratio uoluntatis contrahentium. §. diſſoluuntur ſponſalia. col. 1. fo. 88.
ſponſalia diſſoluuntur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum & ingreſſum monaſterij. §. item ex contrario. col. 3. fol. 88.
ſponſalia quando facto hominis diſſoluantur §. facto hominis. col. 1. fol. 89.
ſponſalia diſſoluuntur contrario conſenſu, nec pœnę appoſitio ſponſalibus appoſita aliquid operatur. §. ſi contrahentes. col. 2. f. 89.
ſponſalia dirimuntur propter lepram, uel ſimilem morbum. §. item ſi ſponſus. co. 1. fo. 90.
ſponſalia pura, & certa ex conſenſu ualida, licet aliàs nulla, inducunt publicæ honeſta-

tis iuſtitiam, quæ ſequentia ſponſalia dirimit, non præterita, §. uſqueadeo autẽ. col. 2. fol. 97. Cætera require ſuprà in uer. Matrimonium minores, & in uer. Reſilire.

Sponſi ſi cõferãt ſe ad remotas regiones, ſponſæ poſſunt ſe ad aliorum nuptias conferre, recepta, ſi peieraueriut pęnitentia, §. ſed etſi qui. col. 4. fol. 89.

Spurius, uide ſuprà in uer Poſtulari.

Subdiaconus poteſt quis ordinari in decimooctauo anno, §. ſicut autem. col. 2. fol. 35.

ſubdiaconi officium circa quæ uerſetur. §. diaconum igitur. col. 2. fol. 35. Cætera habes ſuprà in uer. Diaconi, & in uer. Eccleſia.

Superior de excommunicatione cognoſcens, uidens illam iuſtam, debet excommunicatam ad inferiorem remittere, niſi is malitioſè differat abſoluere: ſecus autem, ſi compeᵲiat illam iniuſtam: ſed ſi dubitetur, honeſtè faciet, ſi remittet, §. ubi uerò. colu. 4. fol. 246.

ſuperiori conceditur multò magis, quod conceditur inferiori, §. quod autem. col. 2. fol. 7. Reliqua require ſuprà in uer. Epiſcopi. & ſuperiores.

Surdi baptizari poſſunt, §. muti quoque. col. 3. fol. 73. Cætera uide ſupra in uer. Muti.

Suſpecti de hereſi, niſi ſe purgent, ſunt excommunicandi, & excommunicati ſi in excommunicatione inſorduerint, condemnantur tanquam hæretici, §. qui uerò inuẽti. col. 2. fol. 226.

Suſpenſio eſt duplex, ut excommunicatio & interdictum, §. ſuſpenſio quoq;. c. 3. f. 251.

Suſpenſio iudicis quæ ſit, §. iudicis ſuſpenſio. col. 1. fol. 252.

Suſpenſio ſolum ordinem & ſtatum eccleſiaſticum reſpicit, & priuatio præſupponit habitum, §. eſt autem ſuſpenſio. col. 1. fol. 252.

Suſpẽſus quoad ſeipſum, nõ quo ad alios quis eſt, ob mortale peccatum, non notorium, §. at ſi crimen. col. 4. fol. 251.

ſuſpenſus à canone eligit, ſecus ab homine, §. in ſuſpenſo. col. 1. fol. 13.

Suſpicio uehemens interdum habet uim notorij, §. ad notorium. col. 1. fol. 199.

Syluæ, uide ſuprà in uer. Ruinæ.

T

TAciti & expreſſi eadem eſt uirtus, §. ꝙ ſi iudex. col. 1. fol. 208.

Taciturnitas habiti beneficij inualidat prouiſionem legati, nõ ordinarij, §. ſed nec aliter. col 4. fol 48.

taciturnitas obtenti beneficij etiã modici obſtat, niſi prouiſio ſit facta motu proprio, §. ſed multum intereſt. col. 2. fol. 50.

Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur aliquãdiu conuerſatus, & captus, §. item dicendum. col. 2. fol. 145.

Tempus deuolutionis currit ſolum non impeditis, & à die notitiæ, §. tempus. c. 3. fol. 47.

tempus ad proſequendum in quibus caſibus non currat, §. quãdiu. col. 1. fol. 213.

tempus datum à iure ad proſequendam appellationem poteſt breuiari per iudicẽ ex cauſa, §. & licet. col. 2. fol. 13.

tempus interdicti, uide ſuprà in uer. Interdicti tempore.

tempora quæ ſeruari debeant in ordinationibus, § igitur per tres. col. 3. fol. 37.

Terminus, habes ſuprà in uer. Pars.

Terrulas incommodas, & minus utiles, item ſeruos fugitiuos poteſt prælatus alienare, §. terrulas. col. 4. fol. 139.

Teſtator ſi aliquid Epiſcopo, aliquid eccleſijs reliquit, & iuſſit Epiſcopum eſſe contentum ſuo relicto, poſthabita detractione quartæ, ſeruanda eſt teſtatoris uoluntas, niſi ſit facta in fraudem, § hoc autem. col. 4. fol. 132.

Teſtis. Differentia, utrùm teſti obijciatur crimen, de quo nunquã alias fuerit conuictus, uel obijciatur crimen, de quo alias quis cõfeſſus & conuictus fuit, §. multũ. c. 3. f. 172.

teſtis malæ uitæ caret fide, §. uita cenſetur. col. 3. fol. 189.

teſtis non poteſt quis eſſe in cauſa, in qua fuit aduocatus uel procurator, §. is quoque col. 2. fol. 192.

teſti ſtatim ſeipſum corrigenti non adimittitur ob id fides, & poteſt iudex teſtẽ repetere ſuper omiſsis, §. cũ quoque. c. 4. fol. 95.

teſtes quales eſſe & qualiter iurare debent ſuper conſanguinitate, §. quoties. c. 2. f. 104.

Teſtes poſſunt examinari etiam lite non conteſtata, cũ ciuiliter agitur, & probabiliter de morte teſtium, uel diuturna abſentia timetur, §. admonendi. col. 3. f. 181.

teſtes qui examinauit ad perpetuam rei memoriam, debet intra annum, uel conuenire aduerſarium, uel examen denuntiare, §. debet tamen. col. 2. f. 182.

Teſtes recuſantes iurare, ſunt ſub pœna excõmunicationis cogendi, & iuramentum de non deponendo non tenet, §. quòd ſi teſtes. col. 3.

col.3.fol.187.
teſtes conſiderantur conditione, natura & uita §. teſtes uerò. col.4.fol.188.
teſtes non poſſunt eſſe domeſtici, & habentes cām ſimilem, §. domeſtici. col.4.fol.191.
teſtes publicato proceſſu non poſſunt examinari ſuper eiſdem, nec in prima, nec in ſecūda inſtantia, ſecus ſuper emergentibus, §. elapſis. col.4.fol.193.
in Teſtes qualiter & quando obijci poteſt, §. ſed interdum. col.2.f.194.
teſtes probatorios & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios reprobatoriorum non licet, §. illud etiam. col.1.fol.195. Cętera inuenies ſuprà in uer. Pater. in uer. Renunciatio, & in uer. Reus
Titulus de rebus ſacris ſubordinat præcedentia ad ſequentia. §. Sacramentorū. c.3.f.111
tituli de nuptijs ſubordinatio. §. expoſuimus. col.2.fol.90.
tituli de decimis ſubordinatio. §. explicito. col.3.fol.133.
Tractatus, uide ſuprà in uer. Sacerdotes
Tranſactiones quæ non ſunt iuri cōtrariæ ſeruari debent, & partium iuribus derogant, §. tranſactiones. col.2.fol.158.
Translatio inducta eſt ex utilitate, & ex neceſſitate, & neceſsitate ceſſante translatio irritatur, §. translationes. col.3.fol.27.
Tributa & cenſus de fructibus quibus decimæ ſoluendæ ſunt, nō debent deduci, §. ſed nec. col.1.fol.135.
Tumulantes. uide ſupra in uer. Hæretici.
Tumulati contra canones ſunt exhumandi, ſi illorum corpora poſſint diſcerni à corporibus fidelium, §. & ſi contigerit, col.3.f.128.
Tutor poteſt litem conteſtari, §. fit autem litis conteſtatio. col.4.f.180.

V

Vacationis futuræ caſus, non uerificatur in caſu nouę creationis, §. idem obtinet. col.2.fol.53.
Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam noua ſuperueniente cauſa, §. illud in dubium. col.3.f.191.
Verba etiam quātum ad eccleſiam ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium, ac muti & ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere, § licet autem. col.1.f.91.
uerba apta ad contrahendum matrimonium, §. uerba autem. col.2.fol.91.
uerba prolata in cōtrahēdo matrimonio ſunt accipienda ſecundum cōmunem intelligentiam, §. inde quæritur. col.2.f.91.
Vicarius epiſcopi non poteſt inquirere, punire, priuare beneficijs, uel eadē conferre, niſi hæc ſpecialiter ſibi committantur, parag. per uicarium. col.1.fol.25.
Vicarius conſtitui non poteſt, habens curam animarum in diuerſis eccleſijs, uel laicus, §. debet autem. col.2.f.25.
Vicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi poteſt ſede uacante inſtituere præſentatos, §. diſſimiles ſunt. col.3.f.60.
à Vicario appellatur ad Archiepiſcopum, ab Archidiacono ad epiſcopum, §. inter uicarium. col.3.fol.25.
Vir qui uiuente uxore etiā ab eo ſeparata quo ad thorum, ſecundam conſciam duxit uxorem, etiam prima mortua ſeparabitur à ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit, col.1.fol.110. parag. fornicationis quoque. Reliqua require infrà in uer. Vxor.
Vir qui inuitā uxore ingreſſus eſt monaſteriū ab eadem uxore redire coactus, ea mortua non cogitur rurſus in monaſterium reuerti, ſed nō poterit amplius uxorē ducere. Quòd ſi uxore non contradicente fuerit ingreſſus, illa mortua non poterit exire, præſertim ſi fuerit profeſſus conſentiente uxore, parag. quæſitum. col.4 fol.107.
Viſitare qui poſſint, & quòd Archiepiſcopus poteſt uiſitare prouinciam, etiam quando ſuffraganei non ſunt negligentes, §. uiſitandi uerò. col.1.fol.124.
Viſitatores creandi, & quid agere debeant, §. uiſitatores. col.1.fol.68.
Vitatio ſcandali iuſtam tribuit renūciandi cauſam, §. propter malitiam. col.2.f.30.
Vitiatus corpore, niſi modica ſit læſio, ordinari non poteſt, par. cauenda ſunt. c.1.fol.44.
Vitam regularem qui uouit, monaſterium ingredi debet, non obſtante ꝙ fuerit prælaturam conſecutus, §. is quoque. col.4.f.65.
Vnctio, uide ſuprà in uer. extrema Vnctio. & in uer. Interdicti tempore.
Vniendi cauſæ ſunt neceſsitas, & utilitas, §. uelut ergo. col.1.fol.116.
Vnio quid ſit & quotuplex, parag. unio nihil. col.4.fol.115.
unio diſſoluitur temporis lapſu, & cauſæ ceſſatione, & ab his qui habent ius uniendi, §. diſſoluetur autem. col.3.fol.117.
unionis effectus qui ſit, parag. ſecuta uerò. col.1.

col.1.fol.117.

per Vnionem non præiudicatur iuribus epiſcopalibus, paragrafo ſed quæri poterit. col.2.fol.117.

in Vnione facienda requiritur conſenſus non ſolum capituli, ſed etiam eorum qui lædi poſſunt.§.nec ſolum. col.2.fol.117.

Vniuerſitatis intuitu poteſt noua eccleſia ædificari:ut [illegible] pro leproſis.§.uniuerſitatis.colum.1.fol.113.

uniuerſitate interdicta & ſinguli de uniuerſitate cenſentur interdicti, ne interdictum reddatur eluſorium.§.item cum loci.col.3.fol. 250.Cætera uide ſupra in uer. Clerici.

Votum non poteſt in electione reddi per literas.§.ſed cum abſens. col.1.fol.9.

uotum ſolenne derogat ſimplici.§.illud quæri poteſt. col.1.fol.66.

Vouere peregrinationem quis poteſt etiam altero coniugum inuito.§. licet autem.col.4. fol.108.Cætera uide ſupra in uer.Vitam.

Vſura quid ſit, & unde dicta, & habens poſſeſſionem in pignus recepta propria pecunia, ſi recuſet fructus in ſortem computare, uſuras committit.§.uſura eſt. col.2.fol.229.

uſuræ ſi non ſint quibus reſtitui poſſint, erogandæ ſunt in pauperes, & paupertas excuſat à reſtitutione.§.nec quicquã.co.3.f.230

Vſurarius licet de uſuris ſatisfieri mandet per hæredem, non tamen eſt tradendus eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec fuerit ſatisfactum,& contrà faciens incurrit pœnas eorundem,& teſtamenta uſurariorum non ualent. §.& id adeo. col.1.fol.230.

uſurarius non eſt rem emens minus iuſto pretio, ſi tunc uériſimiliter dubitetur, an tempore ſolutionis plus uel minus eſt res ualitura, uel aliter dubius euentus uſurarum ſuſpicionem remouet.§.illud quoque.colum. 1.fol.232.

uſurarius eſt, qui à debitore recipit aliquid ultra ſortem, etiam ſi ſuſcipiat in ſe periculum §.aliud tamen. col.1.fol.232.

Vſurarij an poſſint ordinari.§. ijs illis.colum. 2.fol. 42.

uſurariorum pœnæ ſunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum & officiorum & eccleſiaſticæ ſepulturæ amiſſio.§.multiplicibus autẽ.col.4.fol.229. Reliquã uide ſupra in uer. Malum facere.in uer. Officia.

Vxor, cuius conſanguinea à proprio uiro cognita eſt, monenda eſt, non cogenda ad continentiam.§.uxor quoque. col.3.fol.101.

uxor & uir regulariter non poſſunt diſiungi, ut alter ſumat ſacros ordines, aut monaſteriũ ingrediatur:fallit hoc in caſibus præcedentibus & ſequẽtibus.§.his exceptis.co.3.f.107

uxor, quę credens uirum eſſe mortuum, religionem eſt ingreſſa, & à uiro educta, ſi uir moriatur, non cogitur reuerti ad monaſterium, licet id ſibi expediat.§. quid ſtatuemus.col. 3.fol.108.

Vxor non plenè certificata de morte uiri contrahere non poteſt, quanuis continere nequeat.§.& quanuis. col.4 fol.108.

uxor non tenetur ſequi ſepulturam uiri, ſi uelit aliam eligere.§.nec ulla. col. 4 fol.126.

uxor ſi ſepulturam non eligat, tenetur ſequi ſepulturam ultimi uiri, ſi plures habuerit. § ſi tamen ipſa. col.1.fol.127.

Vxorem qui duxit uiduam, eiectam uel meretricem, ordinari non poteſt. §. item repellendi. col.2.fol.43.

uxorem publicam meretricem ſcienter ducenti peccata remittuntur. §. quin potius. col. 3.fol.93.

uxorum dotes ob hæreſim maritorum nõ ſunt confiſcandæ, niſi ſcienter contraxerint matrimonium cum hæreticis.§. ſed & cum alteri.colum.4.fol.224.Cætera uide ſuprà in uer.Conſanguineam.& in uer. Vir.

X

Xenodochia, Orphanotrophia, & loca ſimilia Epiſcopis ſubſunt, qui prouidere debent, ne illorum res diſſipentur.§.xenodochia. col.2.fol.125.

Xenodochia & loca ſimilia non poſſunt in beneficium conferri, niſi in certis caſibus. §. eodem cauetur concilio. col.4.fol.125.

FINIS.

DE IVRE CANONICO. [a]

Diuiditur in tres partes. In prima ponit unde dicatur Ius Canonicum, In ſecunda quid ſit, In tertia ex quibus conſtet, Partes patent. h.d.

IVri Canonico [b] daturũ operã [c] noſſe oportet, [d] unde talis denominatio deſcendat. Et quidem *Ius* generale [e] eſt nomen, *Canonicum* verò dicitur à uerbo Græco, *κάνον* quod Latinè idem ſignificat quòd regula, [f] vnde Ius canonicum Ius regulare [g] nõ malè dixeris: quam denominationẽ ex eo accepit, quòd ex regulis priſcorum patrum [h] ad rectam uiuẽdi normam inſtitutis deductũ fuerit. Eſt igitur [i] Ius Canonicum quod ciuium [k]

a DE IVRE CANONICO. Id eſt, cur ſic appellet, quid ſit, & ex quibus conſtet ius canonicum. & ſic no. quòd dictio applicatur nõ ſolum ad quæſtionem quid rei, ſed etiã ad q. quid nominis: & deſignat cauſas nõ ſolum eſſendi, ſed etiam fiendi i fac. c. cùm cauſam. de electio. l. ſed & reprobari, ubi not. ff. de excuſ. tut. l. j. §. nunc uideamus & § emancipatus. ff. de coniun. cum emanc. libr. & de multiplici ſignificatione huius monoſyllabæ, per Pani. in trac. de offi. & pot. capituli ſede uacãt. in primo præludio.

b Canonico. Expone tripliciter. Primo diſcẽdo, cùm abſurdũ ſit ignoratis principijs ad cætera tranſire: arg. l. j. ff. de ori. iu. Alb. in l. j. ff. de ori. iur. Secundò docendo: nam undique doctus indoctum docere debet. Auth. de ſanctiſſ. epiſc. §. j. & §. ſi. infra de elect. & c. miſeram. diſt. lxj. & c. j. cũ ſeq. diſtin. xlviij. Tertiò pertractando, puta allegando & iudicando, cum turpe ſit patritio uiro & c. l. ij. §. poſt hos. ubi etiam not. & in §. ſeruius. ff. de ori. iur.

c Operam. Non ſolum diſcendo ſed etiam docendo, allegando, & iudicando ut ſupra in proxima notula.

d Oportet. Id eſt, decet. ſic in l. j. ff. iuſt. & iu. & l. cum oportet. in prin. C. de bon. quæ lib. & l. j. §. oportet enim. C. de cap. & poſtli. reuer. & ſic importat conuenientiam, regulariter autem importat neceſſitatem: ut uidetur not. in c. j. de reſcr. in vj. fac. l. j. ff. ſi cer. pet. & l. j. ff. de acqui. poſſeſſ. de quo uide per Ab. in c. j. de libel. oblat.

e Generale. Generalitas autẽ colligitur dupliciter primo: quia dictio ius, non magis adapcatur ad ius canonicum, quàm ad ius naturale, ius gentium & ius ciuile, inſtit. de iu. nat. gent. & ciui. per to. Secundò. quòd præter artem boni, & æqui, etiam alia ſignificat, ut in l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iu. & concor. c. omnes. cum ſeq. diſt. j. unde ſumitur.

f Regula. c. canon. & c. regula. diſt. iij.

g Regulare. Et triplici ratione forſan appellat hoc nomine: & quia cõtinet ſpiritualem uiuendi normam, ut hic. & c. bene. diſt. xj. ca. multos, diſt. liiij. unde etiam dicti ſunt regulares, ut per Hoſti. in ſum. de reg. §. ij. & per Archi. in c. regula. diſt. iij. & quia eſt commune omnibus fidelibus. c. j. diſt. lviij. ubi regula dicit ius cõmune. & quia per compẽdium quoddam rerum uniuerſarum amplectitur determinationem. arg. not. per Archid. in d. c. regula.

h Patrum. Ideo patrum dixit & non pontificum, ut ſub uno uerbo comprehenderet non ſolum ſtatuta Rom. Pont. ſed etiam Concilia, & dicta ſanctorum, ex quibus omnibus conſtat ius canonicũ: ut infra de eccl. cõſt. per tot.

i Eſt igitur. Pro intellectu iſtius deſcriptionis ſiue diffinitionis ſciendum eſt, quòd homo cõſiderari poteſt quadrupliciter, uidelicet in ſuo genere ut animal, in ſua ſpecie, id eſt, ut homo, ut ſubditus Romano Imperio, & ut ſubiectus Eccleſiæ Romanæ. ſi cõſideretur primo modo, utitur iure naturali inſti. de iu. nat. gent. & ciui. in prin. ſi ſecundo utitur iure gentium. §. j. eo. tit. quod interdum appellatur naturale. §. ſingulorum. inſtit. de re. diui. c. ius naturale, ubi de hoc prolixè no. diſtinct. j. ſi tertio utitur iure ciuili Romanorum. l. j. C. de ſum. Trin. ubi traditur ſi quarto utitur iure canonico. Poteſt conſiderari & quinto modo ſcilicet ut ciuis Peruſinus, Bononienſis &c. & tunc utitur ſtatutis Peruſinis, Bononienſibus, & cuiuſcunque loci unde originem ducit. §. j. inſti. de iur. nat. gen. & ciui.

k Ciuium. Id eſt, Chriſtianorum, uel fidelium, nec enim regulariter infideles Papæ aut

iuri canonico ſubijciuntur, cum de his quæ extra nos ſunt, nihil ad nos. c. multi. ij. q. j. faciunt. not. in c. de infidelibus. de conſangui. & affi. c. gaudemus. de diuor. & per Ab. in c. j. de conſt. Habet tamen aliquibus caſibus Papa iuriſdictionem etiā ſuper infidelibus, ut p Domi. in d. c. multi. & per Inno. Io. And. & alios in c. quod ſuper his. de uoto, notatur etiā. xxviij. q. j. c. ſæpe. & p Abb in c. j & cap. fin. de conſt. & in cap. nouit. de iudi. & per Archid. in cap. ſi quis ſuadente. xvij. quæſtio. iiij. Sed an hæc appellatio Ciuium includat etiam Imperatorem? & non uidetur, cum non ligetur legibus. l. Princeps. ff. de ll. l. ex imperfecto. ff. de leg. iij. Tu dic quòd in concernentibus animam etiam Imperator iuri Canonico, & Papæ ſubijcitur. c. omnes. de maio. & obe. & diſt. xcvj. c. duo ſunt. & c. Imperator, & traditur in c. j de conſt. c. nouit. & in c. clerici. de iudi. & in c. per uenerabilem. qui fil. ſint legi. Qui autem ueniant appellatione ciuium uel ciuitatis, habetur in cap. Rodulphus. primo de reſcript.

actiones [a] ad finē æternæ beatitudinis [b] dirigit. Conſtat uerò in primis id Ius diuinæ legis, præceptis, conſuetudine, & conſtitutionibus, quæ ſingula qualia ſint diligē tius diſpiciamus.

a Actiones. Subiectum igitur huius ſcientiæ, uel artis, uel facultatis, eſt homo operatiuus. docet enim qualiter homo bene uiuendo, & operãdo poſſit in ęternum beatificari, quod cum non poſſit fieri niſi adminiculante Theologia, ſequitur quòd hæc facultas non ſubijcitur ſimpliciter ethicæ, ſed etiam metaphiſicæ. unde pro maiori parte tractatus huius ſcientiæ dirigit nos in Deū, uel remouet ea quæ nos auertunt à Deo, ut patet in uolumine Decreti, & in multis iuribus totius corporis, maximè in cap. fin. de præſcript. in cap. cum contingat. de iureiur. cap. ij. de pact. in vj. cap. licet. de iureiur. cap. j. in fin. de ſum. Trinit. Eſt ergo hæc ſcientia quoddam mixtum partem capiens ex Theologia, in quantum ſcilicet tēdit in finem æternæ beatitudinis, & ſpiritualia ex parte ſpeculatur. partem a iure ciuili in quantum tractat de temporalibus, ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt. j. quæſt. iij. c. ſi quis obiecerit. Habet igitur ſe ius canonicum ad ius ciuile ut anima ad corpus, cum nō ſit merè practica ut ius ciuile ſed partim etiā ſpeculetur, ut apparet ex uolumine Decreti, & de hoc per Summiſtas in ſuis præludijs. per Abb. in inſcriptione Procem. Decretalium, per eundem in capit. primo. in ſexto not. de iuramē. calumn. & in cap. fin. ne cle. uel mona. per Ioan. Andreę. in regula poſſeſſor. in Mercurial. & per Ab. in capit. qualiter, & quando. el. ij. de accuſat.

DE IVRE DIVINO [c] conſuetudine, & conſtitutionibus.

II

Ius diuinum eſt quod continetur in lege, & Euangelio, & eſt immutabile. hoc dicit.

b Eternę beatitudinis. Ex hoc patet differentia inter finem Iuris ciuilis, & finem Iuris Canonici: quia licet utrunque ius intendat inducere homines ad bonum commune, differunt tamen in modo inducendi. Nam ius ciuile intendit hominem inducere in bonum commune, ſecundum quòd congruit humanæ ſocietati ciuiliter ac temporaliter uiuenti, ſecundum quem modum ad ſuum finem promoueri poteſt per legalem iuſtitiam, & ciuilem amicitiam. Ius uerò canonicum intendit dirigere hominem ad bonum commune, ſecundū quòd congruit humanæ ſocietati non ſolum ciuiliter ſed etiam Chriſtianè uiuenti, & uitam aliam æternam expectanti. Et hunc finem non poſſunt homines conſequi per ſolam legalem iuſtitiam, & ciuilem amicitiam, ſed ulterius requiritur cœleſtis amicitia; ſine qua non poteſt homo in Deum tendere. ſicut ergo potiſſima uirtus ad quam conatur ius ciuile eſt legalis iuſtitia, & ciuilis amicitia, ita potiſſima uirtus ad quam conatur ius Canonicum eſt ipſa cæleſtis amicitia, quam Charitatem appellamus, & de hoc fuſè per Abb. in locis in præcedenti notula allegatis, & licet ſint aliquæ, ll. etiam de iure ciuili, quæ ad hoc uidentur tendere, tamen plurima ab hoc ſcopo deuiant.

c DE IVRE DIVINO CONSVETVDINE, & conſtitutionibus.

IVs diuinũ eſt quod in lege [a] continetur [b] & Euangelio, atq; immutabile [c] ſemper permanet. Sũt [d] enim Legis & Euãgelij præcepta, aut moralia, [e] aut myſtica, [f] Moralia præcepta nullã omnino mutabilitatẽ recipere poſſunt. [g] Myſtica uerò etſi quantũ ad ſuperficiem mutata uideantur, ſecundũ moralem tamen intelligentiam nullam mutationẽ recepiſſe comperiuntur.

Quid ſit conſuetudo, & unde duxerit originem, & quã uim habeat h. d.

Ius conſuetudinis [h] poſt naturalem legẽ ſumpſit exordiũ [i] ex quò homines in unũ conuenientes cœperunt ſimul [k] habitare, quod ex eo tempore factũ creditur, quo Cain ciuitatem ædificaſſe legitur. [l]

De iure diuino. Intellige de iure diuino ſtrictè ſumpto, hoc eſt de eo quod immediatè deſcendit a lege ueteri & Euangelio: aliàs autẽ largè etiam ius canonicum appellatur ius diuinum: ut per Ab. in c. nimis. de iureiu. propriè aũt ſtatuta Papæ & Conciliorũ dicuntur humana. cap. non debet. de conſangui. & affin. & latè per Abb. in cap. licet ex quadam. de teſti. ſup text. quòd autem ius canoni cum conſtet iure diuino probatur in cap. qualiter. ij. de accuſ. & not. per Abba. in cap. j. de transla. epiſcopi.

a Lege. ſcilicet Moſayca, de qua in dubio eſt intelligendum per antonomaſiam: arg. §. quoties. de iu. nat. gent. & ciui.

b Continetur. Immo aliud uidetur ius naturale: ut cap. j. diſt. j. reſpon. ibi exponitur ius naturale, id eſt, ius diuinum: ut not. in d. c. j. uel aliàs non omnia quæ ſunt in lege, & Euangelio ſunt ius naturale, ſed illa particula: qua quiſque iubetur alij facere, quod ſibi uult fieri, & prohibetur alij inferre, quod ſibi non uult fieri.

c Immutabile. Poteſt tamen diuinum ius limitari & diſtingui a lege poſitiua ſi probabilis ratio ſuadeat, licet non in totum mutari: ut latè habetur per Gloſſ. Abb. & alios in cap. fi. de conſuet. Item a conſuetudine Inno. in d. cap. fin. Abb. in cap. quoniam. de ferijs in princ. & in cap. cum eſſes. de teſtam. in repet.

d Sunt enim. Rationem reddit cur ſit. immutabile ius diuinum, diligenter partes enumerando, ſed contra uidetur quòd partes nõ ſint diligenter enumeratæ, cum ſint in lege etiam præcepta iudicialia: ut Deut. vj hæc ſunt cæremoniæ præcepta ac iudicia. reſpon. quòd iudicialia ſunt acceſſoria ad moralia, uel pertinent ad moralia, uel ſecundũ Turrecrem. pertinent ad myſtica, ut per eum. in c. non eſt peccatum. §. his itaque. & ſumitur quod hic dicitur ex d. cap. non eſt peccatum. §. his itaque. diſtin. vj. per quod remouetur contrarium de c. j. §. ſed cum. diſt. v.

e Moralia. Sic dicta, quia mores informant.

f Myſtica. Id ẽ, arcana uel figurata: & quæ aliud pter id qđ uidetur cõtinẽt, uel aliud ſignificant, quàm quod litera ſonat. Et horũ alia ſunt ſacramẽtalia, alia cæremonialia. de ſacramẽtalibus ratio reddi poteſt; quare ad literam ſic fuerint præcepta. puta, de circũciſione, obſeruatione Sabbati: ut eſt de bapt. c. maiores. & cap. tranſlato. de conſti. de cæremonialibus non. Item ut de eo non arabis in boue & aſino. xvj quæſt. vij. cap. in noua. Item non feres ueſtem lana & lino conteſtam. non ſeres agrum diuerſo ſemine. Obſeruatio autem Sabbati partim eſt moralis, partim cæremonialis: ut per Turrecrem. in c. non eſt §. his itaque. diſtin. vj. ubi poſt alios tentat reddere etiam ſupradictorum rationem.

g Poſſunt. Nota præcepta moralia eſſe inmutabilia. unde aduerſus illa maximè ſi ſint negatiua Papa non diſpenſat, cum obligent & ſemper, & ad ſemper. §. his ita. diſtin. vj. & per Archi. de pœni. diſt. vj. & per Abb. in cap. literas. de reſti. ſpol. poſt Glo. fa. xxv. quæſt. j. cap. ſunt multi.

h Conſuetudinis. Intranſitiuè ponit, ut hoc §. ibi, eſt autem conſuetudo, ſic inſtit. de reb. corpo. & in corporalibus. ubi not. in uerbo ius ipſum.

i Exordium. fa cap. non eſt, in fi. diſt. vj.

k Simul. Pluralitas enim hominum diſgregata non poteſt conſuetudinem inducere.

l Legitur. Scilicet Geneſ. quarto, nam ut dicit Ioſephus, & refert Turrecre. in c. non eſt. in fin.

in fin. diſt. vj. Cayn congregans opes ex rapinis ſuos ad latrocinia inuitabat, & timẽs quos ipſe lædebat, ſuos urbe collegit, fuit tamẽ hoc ius extinctum aquarum diluuio ob hominum nouitatem & reparatum, uel immutatum credit tempore Nembroth: ut in d. cap. non eſt, ſed quomodo in mundi primordio potuit Cayn colligere hominum multitudinem? reſpon. ſecũdum Angel. quòd homines diutiſſimè uiuebant: ut per Turrecre. ubi ſupra.

Eſt autem conſuetudo Ius [a] quoddam moribus inſtitutũ, [b] quod pro lege ſuſcipitur, in ijs enim rebus in quibus nihil certi diuina ſtatuit ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorũ pro lege tenenda ſunt, & ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinũ ſunt coërcẽdi. [c]

Praua conſuetudo non ligat. h. d.

a Ius. Appellatione iuris igitur conſuetudo quoque cõtinetur. Vnde ſi Papa mãdat cauſam terminari ſecundum ius poterit delegatus terminare ſecundum cõſuetudinem, ſecundum Abbat. in capit. cum nobis. de electio. licet Ioan. And. contra, de hoc in rub. extra. de conſuetu. & in capit. Quintauallis. de iureiuran. arg. contra in cap. cum ueniſſent. de eo qui mit. in poſſeſſ. uide ibidem per Abb. in iij. not.

b Inſtitutum. Videtur ergo quòd plures ciues non ſufficiant ad hoc ut aliquid dicatur conſuetudo, niſi inſtitutum ſit quòd illud pro conſuetudine ſeruetur: nam poteſt eſſe quod ex gratia uel tolerãtia hoc ſæpius permiſſum ſit: ut extr. de uerb. ſignifi. cap. abbate. & x. q. iij. c. quia cognouimus. Vnde licet ſæpius quid factum ſit, niſi eo animo factum ſit, ut in poſterum fiat, iteratio uſum non inducit. ff. de iti. actuque priua. l. j. §. Iulianus recte ait. & l. fi. Patet id & alia ratione, quia licet pluribus uicibus quid certo modo iudicatum ſit, non ideò ita in poſterum iudicandum eſt. l. nemo. C. de ſent. & interlo. om. iudi. ſed ſecundum conſuetudinem bene iudicatur. cap. cum ueniſſent. de eo qui mit. in poſſ. & diſtin. xij. cap. illa. & diſtin. xxxij. cap. placuit. aliàs autem uariè diffinitur conſuetudo: ut per Abb. & alios in Rub. de conſuet. & per Legiſtas in l. de quibus. ff. de legibus.

c Coërcendi. Not. ergo quòd æquè punitur tranſgreſſor conſuetudinis, ac tranſgreſſor legis. cap. in his. diſt. xj. cap. pen. ubi not. Abb. de conſuetudine. Vnde ſicut canonicis nõ licet obuiare legi ſine licentia Papæ, ſic nec conſuetudini. fa. cap. catholica. & cap. eccleſiaſticarum. diſt. xj. de communi tamen conſenſu poſſent uenire contra cõſuetudinem etiã iuratam, ſi cauſa ſubeſſet, licet contrarium in ſtatutis. xv. quæſt. vj. c. autoritatẽ, & not. in d. cap. in his. & facit qđ hic dicitur contra ieiunãtes die Dominico, de quo per Archid. in cap. utinam. lxxvj. diſt. & dicebat Hoſtien. cap. bone. de poſt. præ. & refert ibi Abb. quòd tantum eſt dicere non conſueuit, quantũ non debet, uel non poteſt. fac l. apud Iulianũ, §. fi. ibi, diſtrahi non ſoleant. ff. de leg. j. nec mirum, quia conſuetudo de licito facit illicitum cap. cum olim. de cler. coniug. cap. ſuper eo de cogn. ſpi. Butr. in cap. de eo. de temp. ordi. Sed an cõſuetudinem Rom. eccl. teneantur aliæ eccleſiæ ſeruare? reſpond. non, niſi quo ad articulos fidei, uel niſi expreſſe mandet: ut per Abb. in c. ij. de ferijs in prin. & in fi. & c. pen. de obſer. ieiun. & in c. fi. de reg. iur.

Hæc tamẽ de ea cõſuetudine intelligere nos oportet, quæ neque diuino Iuri, neq; canonicis contradicit inſtitutis: ſi quid autẽ contra fidem catholicam uſurpare dignoſcitur, non tam conſuetudo, quàm uetuſtas erroris eſt appellanda. [d]

Quid ſit conſtitutio; et quotuplex, & ciuiles conſtitutiones, quæ non ſunt contra Euãgelium & canones, ſunt honorandæ, licet ipſis Eccleſia non ligetur.

d Appellanda. Et propterea non ligat. c. mala. & c. conſuetudo. diſt. viij. etiam ſi ſit iuramẽto firmata. c. quanto de iureiur. Vnde collige quòd id quod ſui natura eſt illicitum, conſuetudine non fit licitum. not. in d. c. mala, uidetur tamen quòd excuſet a pœna temporali, & ſic aliquid operatur: ut not. in c. cum uenerabilis. de conſue. & in cap. denique. diſt. iiij. & in c. ij. de temp. ord. & aliquid per Abb. in c. fi. de conſtit. & alium effectum ponit. in c. cum cauſam. de elect. nu. 3. & qualis debeat eſſe cõſuetudo.

not,

Constitutio [a] eſt lex ſcripta. [b] Conſtitutionum autem aliæ Ciuiles, aliæ Eccleſiaſticæ. Ciuiles ſunt quas Princeps, [c] aut Magiſtratus, aut populi ſibimet ipſis ſanciunt: quæ quidem ſi Euangelicis, atq; Canonicis decretis non ſint cõtrariæ, ſunt omni reuerentia dignæ, [d] atq; eis Eccleſia ſæpè contra [e] hæreticos, contra tyrannos, & quoſcunq; prauos, utitur, alioquin nullius ſunt momenti. Quod uſque adeò obtinet, ut etiam ſi quid in eis ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarum reſpiciat commodum [f] nullius firmitatis exiſtat, niſi ab Eccleſiâ fuerit comprobatũ. Sed [g] nos ad Eccleſiaſticas conſtitutiones ſtylum uertamus, earum originem, ſpecies, & authoritatem breuiter referentes.

DE ECCLESIASTICIS conſtitutionibus. III

Canones quibus conſtent, et quotuplica ſint Concilia, et quæ Concilia uniuerſalia.

CAnonũ [h] quidẽ alij sũt ſtatuta Cõciliorum, alij decreta Pontificum, aut dicta Sanctorum, Conciliorũ uerò alia ſunt uniuerſalia, [i] alia pro

not.in cap.fruſtra.diſt.in.viij.& in cap.qui contempta.& in cap.ſi.de conſuet. & in cap.quod ſuper.de conſan.& affi. & in l. de quibus.ff. de ll.cum ſexcen. ſimil locis.

omnes in c.j. de conſt.

e Contra hæreticos.not.ergo quod utor pro me: quod non utor contra.diſtin.xxxvij. cap.ſi quid ueri.ij.q.vij.cap. ſi hæreticus. contra tamen.xix.diſtin. cap. ſi Romanorum. & iiij.q.iij. §. item in criminali. uerſicu. ſi quis teſtibus. & iij.quæſt.viij.cap. cuius in agendo. ſol. hoc regulare, contrarium procedit odio hæreticorum, uel aliorũ malorum, ſic not. in d.cap. ſi Romanorum.

f Commodum. Qũo hoc procedat ſolet latè not. in cap.cum eccleſia Sanctæ Mariæ. extra. de conſtit. & in cap.cum nobis. de præſcript. & in cap. primo. de no.op.nunc. & per Abb. in cap.ſi diligenti. de foro competen.

g Sed nos. q. d. non eſt noſtri inſtituti agere de cõſtitutionibus ciuilibus.

a Conſtitutio. Dupliciter ſumitur terminus cõſtitutio, ſtrictè & propriè, & largè & impropriè. primo modo cõprehendit, ſolum quod princeps ſtatuit, uel qui eſt loco principis. cap. conſtitutio.diſtin. ij.& ita ſumit hic. ſecũdo modo pro omni iure ſcripto etiam minorũ poteſtatum, ita ſumitur in Rubrica extra. de conſt. iuncto cap. cum omnes. & c. cum M. eo. tit. & traditur ordinatiè in d. rubrica, & de materia.x.diſt. per tot.

b Scripta. Videtur ergo quòd ſcriptura ſit de eſſentia uel forma conſtitutionis. quod quidem multi tenent, ut latiſſimè traditur in rubrica. de conſt. ſed ſi teneas contra quod ſcriptura non requiratur, dic quòd hic loquitur ſecundum frequentiorem contingentiam, quæ habet quòd conſtitutiones ſcribantur & probentur per exhibitionem ſcripturæ, ſic ſeruitus diffinitur cõſtitutio iuriſgentium.§.ſeruitus.inſtitu. de iu. perſonarum, cum tamen & iure ciuili ſerui fiant. §.penul.eod. titu. uel ſecundum alios dic quòd eſt ſcriptura de forma accidentali ipſius conſtitutionis, uide in dicta rubrica. de conſtitu.

c Princeps.c.conſtitutio.diſt.ij.

d Dignæ. De hoc.x. diſt. per tot. An autem ſint ſeruandæ in foro conſcientiæ poteſt colligi ex his quæ per Ab.in proœm. Decret.& per

DE ECCLESIASTICIS conſtitutionibus.

h CAnonum. Nota ergo quòd conſtitutio eccleſiaſtica poteſt appellari canon, quãdoq; appellatur decretum, quandoque decretalis epiſtola, quandoque dogma, quandoque ſanctio, quandoque mandatum, quandoque interdictum, de quibus per Abb. in rubrica proœm. Decretalium. Canon tamen propriè ſumitur pro conſtitutione conciliari. No. diſtin.iij.in ſumma, & per Abb. & alios. in c. j.de conſtit.

i Vniuerſalia ſunt. Hæc œcumenica conſueuerunt appellari, & ſumitur quod hic dicitur ex cap.canones.diſt. xv. Sed hæc non uidetur

uincialia, alia uerò Epiſcopalia. Vniuerſalia ſunt, quæ Sācti Patres [a] ex uniuerſo orbe in unum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apoſtolicam condiderunt.

Initium uniuerſaliū Conciliorum celebrandorum poſt Apoſtolos cæpit tēporibus Conſtantini: & ipſorum celebrandorum eſt apud ſedem Apoſtolicam authoritas.

Quorum celebrandorum initiū poſt ſanctiſsimos Apoſtolos [b] a temporibus Conſtantini Magni cępit: ipſe enim primus cū ferueñte perſecutione docēdarum plebium commoditas minimè daretur, Criſtianis ut liberè [c] cōgregarentur, facultatem [d] præſtitit. Legitima uerò Conciliorum uniuerſalium aggregandorū poteſtas, & authoritas eſt penes ſedem Apoſtolicam, quæ ſi Romanus Pontifex intereſſe impediatur [e] unum, uel plures ſpeciales [f] ad hoc legatos conſtituere ſolet.

Quatuor ſunt principalia Concilia, Nicenum, Conſtantinopolitanum, Ephesinum, Calcedonenſe.

Inter cætera autem Cōcilia quatuor ſunt quæ totam principaliter chriſtianam fidē complectuntur, quaſi quatuor Euangelia, Nicęnū [g] ſcilicet, Cō

bona ſectio. cap. regula. §. porrò. diſtin. iij. ubi tantum dicitur de uniuerſalibus & prouincialibus, non autem de epiſcopalib. Sol. ſupplendus eſt ille tex. per diſtin. xviij. in prin. ubi dicitur etiam de epiſcopalibus. Immo uidentur eſſe quatuor ſpecies ſecundum Innoc. in capit. graue. de præbend. cum ultra ſupradicta tria ſit etiam conciliū religioſorum. ſed dic quòd illud rectius, & frequentius conſueuit capitulum appellari. cap. in ſingulis. de ſta. mona.

a Patres. Sed q̄ ſunt iſti patres? reſpondeo ſecūdum Abb. in ca. nimis. de pręb. i. fi. quòd non reperitur ſpecificè deciſum q̄ debeant concilio uniuerſali intereſſe, nec in text. nec in Gloſſ.

b Apoſtolos. de quo Concilio Apoſtolorum habetur in actis Apoſtolicis. cap. xv. & not. Glo. cap. j. diſtin. xvij.

c Liberè. Patet ergo quòd in celebrando concilio non requiritur conſenſus Imperatoris, uel alterius ſecularis principis. id enim dicitur liberè fieri poſſe in quo alterius conſenſus non exigit. c. cum ceſſante. ubi Abb. de appel. & in c. de multa. de præb. & in c. noſtro. de pœni. & rem. & in cap. fi. de poſt. præla. not. in cap. licet epiſcopus. de præb. in vj. & in Clem. dudum. de ſepult. unde non inuenitur quòd Conſtantinus, uel alij Imperatores actis conciliorum ſubſcripſerint, ut recenſet Cardinalis Aracęli in tract. de œconomico concilio. cap. xiij.

d Facultatem. Verbū hoc ſonat factum non ius, ſemper enim hæc iuris poteſtas fuit penes Sed. Apoſtolicám. licet aliquando fuerit impedita, & de facto fuerit penes alios. fac. diſtin. xvij. in princ.

e Impediatur. Immo etiam ſi nullo extrinſeco impedimēto Rom. Pon. detineatur ſunt in ipſo quædam iuſtæ non interueniendi cauſæ. Prima ne ſibi per Imperatores uel tyrannos in quos oportet interdum Rom. Pon. exercere cenſuras eccleſiaſticas uiolentia inferatur. ſicut legitur de Papa Felice, & de Fabiano Legato Papę Leonis. Secūda ut Roma. Pon. cuius eſt cōfirmare acta cōciliorum plena in confirmando gaudere debeat libertate, nec aliter cōfirmet aliquid per impreſſionē, licet hoc non ſit credēdū. Tertia ob imminentes & quotidie occurrentes catholicæ eccleſię neceſſitates, pariter & Ciuitati Romanæ, ut deducit Clem. Car. in tractat. de œcumenico concilio. c. xx.

f Speciales. Bene ſpeciales, & ad hoc ſpecialiter deſtinatos: quia generalis legatus non poteſt uniuerſale concilium indicere uel celebrare: quia ea quæ ſpiritualiter Ro. Pont. conceduntur, mandata generali iuriſdictione non transferuntur. cap. translationem. & c. niſi. de offi. lega. & not. in c. regula. §. porrò. diſt. iij.

g Nicęnum. Quæ fuit. cccxxviij. patrum ſub Conſtantino Aug. Imp. in quo fuit condēnata blaſphemia Arrij de inæqualitate ſanctiſſimę Trinitatis: ut in c. canones. §. harum. diſt. xv. & xxiiij. q. iij. c. quidam. uerſi. Arriani. Alibi legitur quòd hoc concilium fuit trecentum patrū. diſt. x. q. j. c. hāc. ſed dic quòd minor numerus nō excludit maiorē. l. cū furti. ff. de in li. iuran.

Conſtan-

ſtantinopolitanum,[a] Epheſinum[b] & Calcedonenſe,[c] in quibus[d] uelut ĩ quadrato lapide ſãctæ fidei ſtructura conſurgit.

Inter diſcordantia concilia proponitur ſententia eius, qui eſt maioris authoritatis.

Alia uerò Cõcilia, quæ ductu ſancti Spiritus cõgregata, & celebrata fuerint proximum ab iſtis ſibi locũ uendicãt.[e] Quòd ſi quando inter ea diſcors ſententia inueniatur, illius ſententia magis eſt tenenda, cuius antiquior, & maior eſt authoritas.[f]

Prouincialia Cõcilia quæ ſint, & quam authoritatem habeant.

Prouincialia[g] Cõcilia ſunt quę propter Eccleſiaſticas cauſas[h] & altercationum ſedationes per ſingulas prouincias, conuocãte Metropolitano[i] Epiſcopo omnes prouinciales Epiſcopos, & cathedraliũ Eccleſiarum capitula,[k] celebrari placuit: Hæc

a Conſtantinopolitanum. Scilicet primum. plura enim Conſtantinopoli fuerunt celebrata concilia, & hoc fuit .cl. patrum conuocatum ſub Theodoſio ſeniore in quo fuit condemnatus Macedonius negans ſpiritũ ſanctum Deũ. cap. canones. §. ſecunda. diſt. xv.

b Epheſinũ. Scilicet primum, nã plura apud Epheſios fuerunt celebrata concilia, & quędam reprobata: ut xvj. diſtinct. cap. quoniam, & in hoc fuit damnatus Neſtorius duas perſonas in Chriſto aſſerens: ut cap. canones. §. tertia. diſt. xv.

c Calcedonenſe. Quod fuit ſexcentarũ triginta patrũ, in quo fuit dãnatus Eutiches & ſequaces perniciosè circa naturam Chriſti errãtes. cap. canones. §. quarta. diſtin. xv.

d In quibus. Sunt etiam qui inter principalia deputent ſecundum & tertium Conſtantinopolitanum Concilium, & ſecundum Nicænum. ut per Clem. Card. Aracęli in tract. ſuo de œcum. concilio. c. vij.

e Vendicant. Vt cap. canones. §. hæ ſunt. diſtinctio. xv.

f Authoritas. Immo uidetur quòd illa ſentẽtia ſit potius ſequenda quæ maiorem cõtinet pietatem. ut ix. diſtin. c. ſana. licet enim canon Apoſtolorum potior ſit, quia antiquior eſt alijs canonibus, præiudicatur tamen ei per poſteriores: ut lxxxij. diſtin. cap. presbyter. Idem patet in canone Hieronymi: ut xxvj. diſtin. c. deinde & c. acutius. Item præiudicat quandoque ille canon qui non eſt potior: ut xxv. q. j. cap. cõtra ſtatuta. quod ergo dicitur hic, intelligę cum ambæ conſtitutiones ſunt particulares & locales. xix. diſtin. c. in canonicis. Sed ſi ambæ ſunt generales ſemp poſterior præiudicat: ut extra de cogn. ſpi. c. j. & l. non eſt nouũ. ff. de ll. Sed qũo præfertur unus canon alteri cum omnes ſint promulgati inſtinctu Spiritus ſancti? xvj. q. iij. c. nemo. & xxv. q. j. c. uiolatores. reſpon. ut not. in c. Domino. §. Item Ioannes. diſt. l. & de hoc per Turrecrem. in lib. iij. ſummæ de eccleſia. c. lxiij. & per Clem. Card. Ara. & de œcume. cõcilio. c. xxxiiij.

g Prouincialia. Et hæc prouincialia concilia traxerũt originem a cõcilio qđ celebrauit beatus Paulus in Mileto congregatis maioribus natu ꝓuinciæ Epheſinę: ut in actis Apoſtolicis. c. xx. hæc hodie renouãda præcipit Tridenti cõcil. ſeſſio. xxiiij. ca. ij. in decretis reformationum.

h Cauſas. Non tamen quaslibet, nã ſi agendum ſit de puniendo Metropolitano ipſo, non poteſt hoc per concilium prouinciale decerni: ut per Abb. in c. graue nimis. de præbẽ. & digni. quia ipſe eſt caput eius concilij, unde non mirum ſi ibi non punitur: arg. l. pen. ff. de arb. poſſet bene ſuſpendere epiſcopum & alios prælatos prouinciales: ut per Ab. in d. c. graue.

i Metropolitano. Sed an conuocante legato Sed. Ap. poſſit hoc prouinciale cõcilium celebrari? Io. quòd non: ut no. in c. regula. §. porro diſt. iij. reſeruata enim Pontifici Rom. regulariter mandata iuriſdictione non trãsferuntur. c. niſi. & c. quòd translationẽ. de offi. leg. & l. j. ff. de offi. eius cui man. & hoc tenuit etiam Hugo, Contrarium tenẽt Archi. & Turrecrem. in d. §. porro. & Ab. d. c. quòd translationem, nec enim id eſt de reſeruatis Pont. Rom. ut hic & diſt. xcij. c. ſi quis epiſcopus, ſi ergo poteſt Metropolitanus, multo magis Legatus de latere, qui in prouincia maiorem habet poteſtatem quàm Metropolitanus. c. ſi abbatem. de elect. in vj. & hoc communiter tenetur.

k Capitula. Hæc autem capitula admittuntur non ad decidendum, ſed ad aſſidendum

autem neque diffiniẽdi, a neq; generaliter b conſtituendi uim aliquam habent. Sed tã tum curandi, ut id ſeruetur quod aliàs ſtatutum eſt,& quod generaliter, ſeu ſpecialiter obſeruari præceptum eſt. Licet interdum & quæ ab his rectè ſtatuta ſunt etiã catholica Eccleſia ſuſcipiat. c

Quæ ſint Epiſcopalia concilia, & qui ipſis ligentur.

Epiſcopalia d Cõcilia ſunt quæ Epiſcopus in ſua Diœceſi ſingulis annis conuocat dum inter ſuos Abbates, Presbyteros, & Clericos cognoſcit. In ijs ſi quid ab Epiſcopo e ſtatutum fuerit, nec ſubditi extra Diœceſim f conſtituti, neque ignorãtes g (niſi ſit ignorantia ſupina h) ligantur. Quã obrem Paſtoralis officij cura poſtulat. Vt quæ in illis conſtituta fuerit, Epiſcopus ſuis plebibus nota facere non omittat. i

Decreta Pontificum Romanorum, & qui pollent Decretis Conciliorum.

Decreta k quoque Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum pari poteſtate exæquãtur. Nam l ſi id demũ hodie probatur quod ſedes Apoſtolica probauit,& quod illa repulit reijcit, multo magis quæ ipſa pro catholica fide, ꝑ ſacris dogmatibus diuerſo tẽpoř ſcripſit, debent ab oĩbus

& tractandum,& ſic habent ſolum uotum conſultiuum non deciſiuum, ſecundum Abb. in c. fi. de his quæ fi. a præl. ſi. conſen. capit.

a Diffiniendi. concor. c. j. diſt. xviij. nec etiã puniendi ipſum Archiepiſcopum Abb. in cap. graue nimis. de præbend.

b Generaliter. Bene generaliter, quia uult ꝙ quilibet populus,& quælibet Eccleſia ſibi poteſt ſtatuere aliquod ius: ut in c. ius ciuile. diſ. j.& c. quæ contra. diſt. viij.& ca. catholica. diſt. xj.& de conſ. diſt. iij. c. j.& in c. conqueſtus. de fer.& in l. omnes populi. ff. de iuſtit.& iu. ſic archiepiſcopus,& ab eo cõuocatum concilium poteſt prouinciales canones condere, generales autem aut de maioribus negocijs nõ poteſt, ut hic & not. diſt. xviij. in prin. unde ſumitur.

c Suſcipiat. Vt in c. j. de conſti.& in c. ij. de elect.& in c. nec epiſcopi. de temp. ord.& in c. j. de ęta.& quali.& in c. j. de fil. præsby.& in c. j. de ſeruis non ordi. cum duobus ſeq.& in c. j. de oblig ad ratiocin. red.& alibi ſæpiſsimè.

d Epiſcopalia. Hoc membrũ non ponitur in c. regula. §. porro. diſt. iij. ſed ſatis bene ex pluribus canonibus elicit: ut xij. q. ij. c. placuit,& xviij. q. ij. c. abbates.& diſtin. xxxviij. c. qñ. ubi etiã not.& in c. ſicut olim. de accuſat. de his ꝑ Cõci. Tri. ſeſsio. xxiiij. c. ij. in decr. reformat.

e Ab epiſcopo. Not. epiſcopum poſſe facere ſtatuta,& cõcor. c. j.& c. fi. de conſt. in vj. unde ſumitur. Sicut & legatus in prouincia ſua. c. fi. de offi. leg.& ſunt talia ſtatuta perpetua etiam poſt obitum uel receſſum: ut not. in d. c. fi. declara tamen hoc ſecundum Abb. in c. conqueſtus. de ferijs. ꝙ procedat inſpectantibus ad iuriſdictionem epiſcopi, ut ſunt punitiones maleficiorum. Sed in his in quibus uertitur inter eſſe aliorum nõ delinquẽtium, utputa inducere nouã feriam in honorem ſancti a ſe canonizati, non poſſet ſine conſenſu populi, uel ſaltẽ præſentia. ut poſt Inno. Ioã. And.& Fed. de ſenis.& Archi. tenet Abb. in d. c. cõqueſtus. cõtradictio tamẽ ubi non eſſet ratio nabilis, ut qa nollet populus ſanctũ uenerari ex ſua terra oriundũ non officeret, licet Anr. ĩdiſtinctè teneret epiſcopũ id poſſe.

f Diœceſim. nã extra territorium impunè non paretur ius dicẽti. c. fi. de conſt. in vj. l. fi. de iuriſ. om. iu. c. propter. diſ. xviij.

g Ignorantes. cõcor. c. fi. de cõſt. in vj. An autẽ & quãdo ligentur ignorantes noua cõſtitutione, ſolet reputari difficilis materia,& prolixior, quàm ut poſsit breuibus notulis explicari. uide per Glo. Ant. Ab.& alios in cap. cognoſcentes. de conſt.& per Doct. in d. c. fin.

h Supina. Quæ eſt ſi quis dicat ſe ignorare quod eſt notũ omnibus. c. j. de poſtul. præla. c. Apoſtoli. de cle. exc. mini. l. late. ff. de uer. ſigni.& per Ant. de But. in c. j. de ep̃o qui ten. ep̃atui.

i Omittat. fac. c. fi. diſt. xviij.

k Decreta fac. diſ. xx. in prin.& diſ. xix. ꝑ tot.

l Nam ſi. Bonum eſt arg. abſurdum enim eſſet aliquem alteri opitulari & nõ ſibi. fac. l. nuper. in fi. C. de natu. lib. hoc tñ ar. a maiori non ſemp ꝓcedit, ut apparet in materia diſpẽſatiõ nũ, uel i odioſis: ut per Ab. in c. ad aures. de reſ.

reuerēter [a] recipi.

Scripta Sanctorum non inſerta Iuri communi, ſecundū poſt decreta Pontificum Romanorum locum obtinent.

Alia [b] ſanè eſt cā eorū: quæ ſanſti uiri, uel ſacræ paginę ĩterpretes ſcripta reliquerũt: nā quæ ſacris Canonibus ĩterſerta [c] cōperiũtur, parem cum eis obtinent firmitatē cætera uerò poſt ſcita Pontificum authoritatē tenent. Nā licèt diuinarum ſcripturarū interpretes ſciētia Pōtificibus interdum [d] præcellant: quia tamē ſtatuēdi poteſtate deſtituunt, in ſcripturis quidē exponēdis, illis quādoq; præponunt, in cauſis uerò diffiniēdis, ſcđm poſt eos locū habere merentur. Aliud eſt.n. cauſis terminū imponere; aliud ſcripturas diligēter interpretari, cū in negotijs diffiniēdis non ſolum neceſſaria ſit ſciētia, uerumetiā ptās. [e]

Ius canonicum uerſatur circa perſonas, res, & iudicia.

Verſatur [f] aũt Ius Canonicū circa tria, circa Perſonas, Res, [g] & Iudicia. [h] Verum qa poſteriora duo ad pſonas referuntur, uideamus prius de pſonis: parū [i] enim eſſet illa noſcere ſi pſonę [k] ignorent, quarū cauſa illa ipſa conſtituta [l] ſunt, & p quas ea omnia adminiſtrantur.

DE IVRE PERſonarum. [m] IIII

Chriſtianorum quidā ſunt

a Reuerenter. Quaſi firmata uoce ipſius Petri.c.ſic omnes. diſt. xix. hoc tamen intelligit Gratianus ſi nihil contineant contrarium decretis antiquorum patrū, uel pręceptis Euāgelicis: ut in c.ita dominus.§.hoc aũt. ſed qđ ibi dicit de decretis antiquorū patrū, poteſt habere dubitationem.per c. domino.§. itē Ioānes.diſt.l.hic autē neutrū fuit apponendū propter illa uerba, pro fide catholica, pro ſacris dogmatibus.

b Alia. De hoc diſt.xx.per tot.

c Interſerta. Vt in c.ij.iij. iiij.& v. de cōſt.& alibi frequenter in compilatione Gregoriana, tunc enim cenſetur emanare a pontifice, cum noſtra faciamus quibus autoritatē ſtrā ĩpertimur, l. j.§.ſed neq;.C.de iu.ue enuc.

d Interdum. Nō ponitur hoc uerbū & tēperamentū.xx. diſ.in prin. uñ ſumit, ſed fuit omnino ponēdū, tum quia quidam pontifices fuerunt in interpretandis ſcripturis eminētes: ut diuus Greg. tum ēt, quia ubicūque interpretatio eſſet neceſſaria, ut qa concerneret materiā ſacramentorū, uel articulorū fidei, potius credendū eſt pontifici, quanuis nō ita ſancto, quā alicui qui eſſet maiore ſanctitate præditus.c. per uenerabilē.qui fil. ſint legit. & per Ab.& alios in c.ne innitaris.in fi.de cōſti.Idē qñ declaratio uel interpretatio haberet implicitā deciſionē, ut puta ſi Theologi dicerēt hodie decimas non deberi, cū cōtrariū dicāt ſummi Pon.ut p Ab.in c.tua.j.de deci.in iij. not.

e Poteſtas.no.ergo quod alia eſt clauis ligandi, & ſoluēdi, alia ſcię, ita quòd ſũt duæ claues, ſed qualiter ſcia dr̄ eſſe clauis cū aliquis poſſit habere ſcĩam qui non hēt clauem, & econtra. reſp.ꝙ licet ſcia non eſſet clauis anteq̄ ꝙ haberet ordinē, tamē poſt ordinem adeptū incipit eſſe clauis. Si tñ quæras quid ꝓprie ſit clauis ſacerdotalis, dic ipſam ptatē p quā ligat ſacerdos & ſoluit. dicũtur tñ duę propter duos effectus. Ita no.diſti. xx.in prin.& de hoc latè ibi p Turrecre.

f Verſat. ſimile Inſt.de iu.na.gēt. & ciu.§.fi.& ſcđm hanc diſt. uƒ opus Decr. fuiſſe a Gratiano cōpoſitum. Nā ĩ diſt. hƒ miniſtrorū diſcretio, in cauſis negotiorū uel cōtrouerſiarum deciſio. in canonib. uel diſtinctionibus de pœnitentia uel cōſecratione ſacramentorū adminiſtratio: ut pōderat Arch. in Rubri. Decreti.

g Res. Nō intelligas largiſſimè: ut in l.rei.ff.de uerb. ſigni.& in l. j. ff. ſi cer.pet.ſed ut contineat omnia præter perſonas & iudicia quibus opponitur. & de his infra in lib.ij. per tot.

h Iudicia. Non dicit actiones: quia de iure Canonico ſolennitas exquiſita actionum & rigor ſunt ſublati: ut traditur in c.dilecti, & in c. examinata.de iudi.

i Parum. Bene parum: quia aliter faciendo deeſſet cognitio cauſæ finalis.

k Perſonæ. Id eſt, qualitas, conditio, diſtinctio, & differentia perſonarum.

l Conſtituta ſunt. Quia propter quod ununquodq; tale & illud magis.fa.eti.ī, quia digniora ſunt præponenda. §. aliam. inſtitu. de bon. poſ.ubi not.& l.iuſtiſſimè. ff. de ædil.edict. & l.ſi quis in metallum.C.de pœn.

DE IVRE PERSONARVM. m

Perſo-

PErſonarum. Etc. ſumpta fuit hęc diſtinctio ex c. duo, xij. q. j. multis tamen reſectis uerbis.

a Duo ſunt. Immo plura, nam ſunt conuerſi qui licet non ſint clerici, tamen nec ẽt ſunt laici, ſed potius eccleſiasticæ perſonæ. xvij. q. iiij. c. quiſquis. & c. non dubium. de ſent. exc. & not. in cap. duo ſunt. xij. q. j. Item ſunt religioſi tam ſtrictè ſumẽdo ꝓ his qui profitẽtur tria uota, de quibus infra. de reg. & mo. per tot. qui tamẽ nõ ſunt clerici neceſſario: ut §. fi. infra. de cleri. nõ reſi. ſed ſunt eccleſiaſticæ perſonæ: ut habeẽ latè in Rub. de reg. & tranſ. relig. quã etiã largè, qui pariter non poſſunt abſolute appellari laici: ut traditur in dicta Rubrica. Eiuſdem conditionis uidentur eremitæ, qui licet non ſint clerici, nec etiam regulares, gaudent tamen priuilegio eccleſiaſtico: ut per Ab. & alios in cap. cum monaſteriũ. de electio. & habetur in cap. nullus. de fo. com. per Abb. & alios, reſpon. quòd ſupradictæ perſonæ non conſtituunt diuerſas ſpecies, ſed reſoluuntur uel rediguntur ad iſtas duas. §. fi. infra. de cler. non reſi. ſic licet ſit magna uarietas actionum, tamen omnes ſunt aut perſonales aut reales. §. j. inſtit. de act.

b Populares. arg. quòd populi appellatione non continentur clerici. cap. ſi ſentẽtia. de ſententia excom. in vj. & cap. quòd ſicut. in fin. de elect. & cap. ſi. de fer. & in c. ex parte. j. de priui. & in plurib. iurib. in quibus populus & clerus ponitur tanquam, diuerſa, & hoc in materia ſtricta & odioſa ſatis poteſt admitti, & ſic limitatur. §. plebiſcitum. inſti. de iu. na. gen. & ciuili ubi quòd appellatione populi ẽt patritij ueniunt, ſcd̃m Ab. in c. j. de ui. & hon. cleri. procedit enim id in his quæ ſunt eiuſdem profeſſionis: ſed de hoc dicendum eſt ut pleniſſimè habetur in c. eccle. Sanctæ Mariæ. de conſtit. Sed an Imperator & Rex ueniant appellatione laicorum. & non uidetur, cum inungantur. c. uni. de ſacr. unctio. tu dic contra: ut per Abb. in c. tua. j. de decim. & in c. dudum. eo. ti. Vnde autem dicãtur laici. Item unde clerici, habes. xij. q. j. c. duo. & in c. cum ſecundum. de præbend.

Laici, quidam clerici: & clericorum quidã ſunt in ſacerdotio cõſtituti, quidam in ſacris non in ſacerdotio, quidã nec in ſacerdotio, nec in ſacris.

PErſonarũ gña duo a ſunt, unũ laicorum, alterum uerò clericorum, Laici qui & populares b dici poſſunt. Sunt quibus licet temporalia poſſidere, uxorẽ ducere, cãs agere, interuirũ & uirum judicare, Clerici ſunt qui diuinis officijs mancipati ſunt, & quos ab omni ſtrepitu ceſſare cõuenit. c Videamus igitur de ijs, qui diuinis officijs ſunt aſcripti. Nã ſi cognouerimus quæ iſtæ perſonę ſunt, ſimul etiã & qui laici ſint intelligemus. d Horũ e autẽ quidã ſunt in ſacerdotio, f quidã in ſacris, g quidã nec in ſacerdotio nec in ſacris. h Rurſus eorum qui in ſacerdotio conſtituti ſunt, quidã ſũt in altior gradu uel ordine i poſiti, quidam

c Conuenit. unde licet & clericis pleraq; ſint licita quę permittuntur laicis, puta temporalia poſſidere, cauſas agere, & inter uirum, & uirũ judicare, magis tamen conuenit ab omni ſtrepitu ceſſare, ne talibus curis auocentur a diuinis. xij. q. j. cap. duo. ubi Archi. & xj. q. j. te quidem, & c. qualis. diſt. xxv. & c. diuerſis. de cle. cõiug.

d Intelligemus. Nam cognito uno de contrarijs &c. inſtit. de tutel. in prin. & de his qui ſunt ſui uel ali. iu. in princip. & latè traditur in Rub. ff. de acqui. uel amit. poſ.

e Horum. Hæc diſtinctio totum fermè librum hunc primum complectitur.

f In ſacerdotio. Vt epiſcopi & presbyteri.

g In ſacris. Vt diaconus, & ſubdiaconus.

h Nec in ſacris. Vt cõſtituti in minoribus ordinib. Sed immo uẽ quòd quilibet ordo ſit ſacer. & ob id etiam conſtituti tantum in minoribus ordinibus poſſint dici conſtituti in ſacris, ut. j. q. j. §. quælibet. & xxviij. q. j. c. nullus. & per Arch. vj. q. j. in c. infames. ſol. quòd largè tales dicuntur conſtituti in ſacris: ſecus ſtrictè accipiendo: ut per Abb. in c. clericis. ne cler. uel mona. fac. quæ not. xxxij. diſtinct. in ſumma.

i Vel ordine. Vt ſunt epiſcopi: ut in titu. ſeq. in princ. nec fuit contentus author uerbo gradu, ſed adiecit de ordine, inhærendo traditionibus Canoniſtarum potius quam Theologorum, qui tenẽt epiſcopatum non eſſe nouũ uel diuerſum,

uerò in iſeriore. a Videamus igitur primũ de his Sacerdotibus qui in altiore gradu poſiti ſunt, proximè de his qui ĩ inferiore, ac ſubinde de his qui tantum in ſacris ordinibus conſtituti ſunt uiſuri, & demum de his, qui nec in ſacerdotio, nec in ſacris reperiuntur.

DE EPISCOPIS, ET SVMMO Pontifice. b V

Epiſcoporum ordo eſt tripartitus, & Patriarchæ primum poſt Papam locum tenent.

IN altiori gradu cõſtituti ſũt Epiſcopi. Eſt autem Epiſcoporum ordo c tripartitus. d Alij enim ſunt Patriarchæ, ſiue Primates. Alij Archiepiſcopi. Alij ſimpliciter Epiſcopi. Patriarchæ ſunt qui primum poſt Romanũ Pontificem e tenent locum, quales Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſolimytanus, Antiochenus. Appellantur autẽ Patriarchæ, quia ſummo honore funguntur, quaſi patrũ Principes, f unñ ob dignitatis excellẽtiã, & crucẽ g ijs deferre, & ab Epiſcopis, & Archiepis appellationes h

diuerſum a presbyterio, ut per Magiſtr. ſent. lib. iiij. diſt. xxiiij. & per Ab. poſt antiquos. in c. poſt tranſlationem. ante fin. de renun. & per Arch. Flor. in ſua Sum. in tit. de ordine uerſ. de epiſcopatu, & Canoniſtę tenent epiſcopatum eſſe ordinem de per ſe, & characterem imprimere: ut traditur per Inno. Abb. & alios in c. quãto. de cõſuet. & in c. pe. de conſ. eccle. uel al ta. poſſes de hoc concordando dicere. ut per Card. Aracę. in lib. de ſacramẽtis. c. iiij. & per Docto. in Procem. Sexti.

a In inferiore. ut ſunt pſbyteri.

DE EPISCOPIS & ſummo Põtifice. b Pontifice. Sed cur ſeparatim inſcribit & meminit de ſummo Pontifice, cũ Romanus Pontifex ſit etiã ipſe epiſcopus, & appellet ſe epiſcopum, ut apparet ex procemio tam Gregorianarũ quàm Sexti? Reſpon. ad ſimilitudinem uerborum Domini, cum dixit dicite diſcipulis eius & Petro, cum enim cæteros præcellat: ut §. fin. infra eo. c. diſtin. xxj. & xxij. per to. fuit dignus ſpecialr notari: argu. l. Item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniurijs, ſimilis eſt inſcrip. C. de ſeruit. & aquæ.

c Ordo. i. numerus, claſſis, qualitas, uel conditio, nec enim hic intelligẽdũ eſt de ſacramẽto.

d Tripartitus. immo quadripartitus: ut per Magiſtrum ſent. lib. iiij. diſt. xxiiij. in fi. & c. cleros. §. ordo. diſt. xxj. quæ ſunt contra. Sol. ſecundum quoſdam, quòd ſtrictè ibi accipit Patriarchas pro illis tantum quatuor de quibus hic fit mẽtio, cum tamen etiam cæteri primates rectè dicantur Patriarchæ: ut diſt. xcix. in prin. & c. j. ubi ꝙ primates & Patriarchæ diuerſorum ſunt nominũ: ſed eiuſdem officij: & unam formam tenent, licet diuerſa ſint nomina, fac. c. urbes. diſ. lxxx. & c. exigit. & c. felicis. de pœn. arg. contra. in l. ſi idẽ. C. de codicil.

e Tenent locũ. Vnde ſecundum quoſdam, quãdo ſunt corã Papa, uel in conſiſtorio publico, Patriarchæ hic nominati præcedent cardinales, ita ut poſt Papã ſedeat Patriarcha Conſtãtinopolitanus, & ſic deinceps de alijs: ut per Ab. in c. antiqua. de priuil. ſed fortè hoc hodie curia Rom. non admitteret, præſertim in Cardinali Hoſtiẽſi, qui ſecundũ ipſum Hoſti. debet immediatè ſequi Papam ex priuilegio eccleſiæ Hoſt. quia coronat Papã, & ungit Imperatorẽ. de hoc per Moder. in Rubr. de maio. & obed.

f Principes. ſic in c. cleros. §. ordo. diſt. xxj.

g Crucẽ. Sed per hoc nõ uidetur bene iſtorũ excellẽtia deſignari, cũ & archiepiſcopi ante ſe crucẽ deferãt. c. j. ut li. pẽ. etiã in locis exemptis, Cle. archiepiſcopus, de priu. reſpon. quòd Patriarchæ licet uexillum Dominicæ crucis quocũque locorum deferre præterquã in præſentia Papæ, aut eius legati, ut in c. antiqua, de priuil. & archiepiſcopo ſolum licet in ſua prouincia, nõ in aliena niſi muniret priuilegio, cõſuetudine, uel præſcriptione, uel niſi eſſent inſignia nõ denotantia ſuperioritatem in loco: ſed dignitatem inſigniti: ut poſt Hoſt. tradit Ab. in d. c. j. ut li. pen. nihil inno.

h Appellationes. ideò dicit appellationes: quia

recipere iure permittitur.

Archiepiſcopi ſunt præſules Epiſcoporum unius prouinciæ.

Archiepiſcopi ſunt unius prouinciæ Epiſcoporum a Principes,& Præſules. Prouinciæ b ſi quidē longo ante aduētū Chriſti tempore, maxima ex parte diuiſę c erāt, quæ diuiſio poſtmodum ab Apoſtolis, & eorū ſucceſſoribus d renouata eſt. Itaque ubi dudum Primates erant ſeculi: noſtros Patriarchas uel Primates leges eccleſiaſticæ poni iuſſerunt. In ciuitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Iudices habebant illi hodie præſunt, qui Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporū nomine deſignantur. Ad hos igitur inter ſuos ſuffraganeos e cognoſcere,pertinet, à quibus tamen ſi durius illi ha

quia ſicut archiepiſcopus regulariter non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum,niſi per deuotionem & appellationem.c. paſtoralis. de offi.ordin. c.Romana.§.j.de appell.in vj.& per tot.capit.Sic Patriarcha non habet iuriſdictionem in ſubditos, & ſuffraganeos Archiepiſcoporum ſibi ſubiectorum: ut per Ab. in c.antiqua. de priuil. & per eūdem in ca. duo ſimul.de offi.ord. & intellige quòd ab archiepiſcopis appellatur ad Patriarchas, non quibuslibet, ſed ab exiſtentibus in prouincijs deputatis ipſi Patriarchæ. Nam ſicut multæ diœceſes ſunt ſub cura archiepiſcopi, ita & taliter quòd archiepiſcopus, eſt metropolitanus & ſuperior omniū epiſcoporum ſuę prouinciæ,ita multæ prouinciæ ſunt ſub cura unius patriarchæ, ita quòd Patriarcha eſt iudex ordinarius omniū archiepiſcoporum qui ſunt in ſuo patriarchatu: ut per Ab.in locis ſupra alleg. ſed ſi eſt ordinarius non oportet quod cauſæ archiepiſcoporum cognoſcantur a Patriarcha media appellatione, quod hic uidetur inferri. Reſp. intellige quod hic dicitur de appellatione ab archiepiſcopis, habere locum in epiſcopis, qui ſi grauentur a metropolitanis, & ſic loquitur de archiepiſcopis tanquā de iudicibus a quibus non tanquam de parte.

a Epiſcoporum.ſed quot epiſcopos ſuffraganeos habere debet quis, ut iure appellari poſſit Archiepiſcopus? Reſp.decē uel undecim: vj q.iij.c.ſcitote. & per Abb.in c.ſicut olim. de accuſat.& hoc ideò quia cum Archiepiſcopus ſit ordinarius ſuorum ſuffraganeorum, illorum cauſa non poteſt tractari niſi corā paucioribus epiſcopis, quàm duodecim:ut xv.q. vij.ſi qs tumidus. & ita no.in d.c.ſcitote.ſed ſi hæc ratio procederet,utique deberet Archiepiſcopus præeſſe treſdecim ſaltem epiſcopis, quod non reperitur iure cautum,in obſeruantia habet ut Archiepiſcopus appelletur etiam is qui longe pauciores habet ſuffraganeos, quàm decem,cui eſt ſtandum: arg.l.cum de interpretatione. ff. de ll.nec in c.ſcitote.aliquid dicitur præceptiuè.

b Prouinciæ. nō tamen diœceſes erant diſtinctæ: ut not. in c.j.diſ. xcix. licet aliter notetur in capit. nec numerus x q. iij. ſumit̃ ex.d.c. j. multis reſectis.

c Diuiſæ erant: unde quædam erant pcōſulares, aliæ prætoriæ, aliæ præſidales. proconſulares ad curā ſenatus, prætoriæ ad curā populi, pręſidales ad curam. principis ſpectabant:ut per Alciat.in lib.de magiſtratibus,ciuilibusq;,& milita.offi.& per eūdem. in l.ſpecioſas.ff.de uerb.ſigni.

d Succeſſoribus.id eſt.Clemente. & alijs,ut in c.prouinciæ. diſt.xcix.arg. quòd fieri non debuerit.c.j.diſt.x.

e Suffraganeos. eſt ergo Archiepiſcopus ordinarius ſuorum ſuffraganeorum: ut hic.& in c.antiqua.de priuil.& c.paſtoralis.de offi.ord. & in c.ſuffraganeis.de lect.ſed hoc nō eſt perpetuum.ſi enim agatur ad depoſitionem, non poteſt Archiepiſcopus cognoſcere,immo nec conciliū prouinciale,niſi ut not. per Ab. in c. nō pōt.de re iudi.ſpectat enim depoſitio ad Papā ut habetur in c.ſi quis epiſcopus. de accuſ. c.in d.c.paſtoralis.excōicare aūt & interdicere ſuos ſuffraganeos nō ſolū poterit Archiepiſcopus,uerum etiā eius uicarius,c.præſenti.in fi.de offi.or.in vj. & per Ab.in c.poſtulatio.in fi.de cle.excō. in perſonas aūt uel res exiſtentes in diœceſi nō habet Archiepiſcopus iuriſdictionē.ut per Ab.in c.ſanè.de fo.cōp. in c. cōquerente.de reſt.ſpol.niſi uel eſſet legatus prouincię,uel eſſemus in notorijs criminibus, uel

biti & accepti fuerint ad Primates, aut ſedē Apoſtolicam appellare [a] poterunt.

Epiſcopi ſunt qui præſunt maioribus populis, & latine ſpeculatores appellari poſſunt, & magna eſt ipſorum in eccleſia authoritas.

Simpliciter aũt Epiſcopi ſunt, qui maioribus [b] populis, & frequẽtioribus ciuitatibus præſunt. Ij Speculatores Latine dici pñt. Eṕs .n. quaſi ſpeculator [c] in eccleſia prępoſitus eſt. Mores enim & uitá populorum infra ſe poſitorũ ſpeculatur & perſpicit. Horũ aũt non modica in eccleſia eſt authoritas: [d] nã pter ligandi, ſoluendiq; poteſtatem, [e] & uiſitandi diligentiã: [f] ſoli ſacrum Chriſma conficiunt, [g] ſoli Dei altaria, & eccleſias conſecrãt, & polutas repur

uel caſus concerneret totã prouinciam, uel in caſibus in quibus ſuffraganeus eſſet negligẽs: ut per Ab. in c. ex frequẽtib. de inſt. uel eſſet caſus iure expreſſus, ut per eundẽ. in c. ſicut unire. de exceſ. præl. & in c. ex parte. de conceſ. pręb. ut cũ uiſitat prouinciã: quo caſu & audit cõfeſſiões, & abſoluit: ut p Ab. in c. cum ex officij. de pſc. & in c. nr̃o. de pœnit. & rem. & in c. paſtoralis. pót tamen Archieṕs eligi in iudicę a ſubditis ſuffraganei licet ſuffraganeus ignoret. Ab. in c. ſignificaſti. de fo. compet.

a Appellare. diſ. xcix. in prin.

b Maioribus. tres enim ſunt ciuitatum ordines, minores maiores & maximi: ut no. in l. ſi duas. §. grãmatici. ff. de excuſ. tut. ubi etiam Nico. de Neapo. ſed forte illa legiſtarũ diſtributio nõ quadraret in caſu noſtro, cũ multę ſint ciuitates quas illi minores appellant, quę tamẽ habent eṕatum, unde ſecundũ nos appellarentur maiores populi uel ciuitates: ut hic & in c. prouinciæ. diſ. xcviij. & diſt. lxxx. per tot. & præcipuè in c. illud.

c Speculator. c. cleros. diſt. xxj. uel ſuperintendens: ut viij. q. j. c. qui epiſcopatum. Vnde Cicero ad Atticũ loquẽs de bel. ciu. Põpeius uoluit me eṕm eſſe cãpaniæ, i. Speculatorẽ, & ſu pincédẽtẽ. ſic qui peſt pani & cæteris uenalibus eṕs dr̃: ut in l. munerũ. §. irenarchæ. ff. de mu. & ho. unde ſecũdũ aliquos etiã bidelli appellari poſſunt epi: ut p Alc. in parer. li. 7. c. 22.

d Authoritas. de qua ĩ c. eṕm. x. q. j. c. per tot. & in. c cõquerente. de offi. ord. & in c. eṕs. de offi. ord. in vj. & c. ſi iubet. cũ multis ſequ. xxvj. q. vj. & habetur infra in ti. de immu. eccl. cũ tit. ſeq. & de latiſsima poteſtate eṗali ſatis eſt per Firmanũ. in tract. de eṕis in ſcďa parte 4. lib.

gant, Clericos ordinãt, ſuſpendunt, & deponunt: ad hos pertinet excõicatio, purgationis indictio, diſpẽſatio, ſolennis pœnitentiæ impoſitio. [h]

Quod inferiori conceditur multò magis conceditur & ſuperiori.

Quod autem diximus prædicta ſolos Epiſcopos efficere poſſe, nõ eũ habet intellectum quaſi Archiepiſcopi, & Primates non eandẽ habeãt poteſtatẽ. Sed quòd presbyteris & cæteris inferioribus, illa non conceduntur. Ridiculum [i] enim eſſet cogitare Epiſcopis illa quidẽ permitti, Archiepiſcopis, & Primatibus, qui Epiſcopis præſunt eadem denegari.

Papa eſt ordinarius omniũ ordinariorũ & Eccleſiæ Romanæ cẽs eccleſiæ ſubſunt.

e Poteſtatẽ. c. cũ eṕs. de pœni. & rem. in vj.

f Diligẽtiã. c. cũ apoſtolus. de cẽſ. & exact. & p tot.

g Conficiunt, & chriſmãt. c. quanto. de conſuet.

h Impoſitio. c. accedentibus. de exceſ. præl. ubi de materia.

i Ridiculũ. not. ar. a maiori ad minus. nec. n. qđ licet minori nõ debet maiori liceř. & cui licet qđ eſt plus, nõ debet liceř qđ ẽſt minus. l. nõ debet. ff. de re. iu. & in c. cui licet. eo. ti. ĩ vj. fac. not. in c. cũ in cũctis. de ele. qđ ar. tũc pcedit quãdo minus cõtinetur ſub maiori Hoſt. & alij in c. p. uenerabilẽ. q fil. ſint leg. aliàs forte ſecus, quẽadmodũ & alijs quibuſdã caſib. ut in l. ſi pupillorũ. §. ſi ptor. ff. de re. eorũ. & ĩ c. cui de nõ ſacerdotali. & c. cũ ĩ illis. §. cũ aũt. de pb. in vj, & §. ſunt autẽ. §. & ſi qs. de coll. & no. Io. And. in c. quæ a iure. de re iu. in vj. & not. in c. ſi. de trãsl. pla. in uer. ad patrẽ. cõcor. c. illud. di. xcv. & ibi p Gl. & fac. ad q. de fugiente uel obuiãte corpori Chr̃i an ſit

tutus

recipere iure permittitur.

¶ *Archiepiſcopi ſunt præſules Epiſcoporum unius prouinciæ.*

Archiepiſcopi ſunt unius prouinciæ Epiſcoporum [a] Principes, & Præſules. Prouinciæ [b] ſi quidẽ longo ante aduẽtũ Chriſti tempore, maxima ex parte diuiſę [c] erãt, quæ diuiſio poſtmodum ab Apoſtolis, & eorũ ſucceſſoribus [d] renouata eſt. Itaque ubi dudum Primates erant ſeculi: noſtros Patriarchas uel Primates leges eccleſiaſticæ poni iuſſerunt. In ciuitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Iudices habebant illi hodie præſunt, qui Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporũ nomine deſignantur. Ad hos igitur inter ſuos ſuffraganeos [e] cognoſcere, pertinet, à quibus tamen ſi durius illi ha

quia ſicut archiepiſcopus regulariter non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, niſi per deuotionem & appellationem. c. paſtoralis. de offi. ordin. c. Romana. §. j. de appell. in vj. & per tot. capit. Sic Patriarcha non habet iuriſdictionem in ſubditos, & ſuffraganeos Archiepiſcoporum ſibi ſubiectorum: ut per Ab. in c. antiqua. de priuil. & per eũdem in ca. duo ſimul. de offi. ord. & intellige quòd ab archiepiſcopis appellatur ad Patriarchas, non quibuslibet, ſed ab exiſtentibus in prouincijs deputatis ipſi Patriarchæ. Nam ſicut multæ diœceſes ſunt ſub cura archiepiſcopi, ita & taliter quòd archiepiſcopus, eſt metropolitanus & ſuperior omniũ epiſcoporum ſuę prouinciæ, ita multæ prouinciæ ſunt ſub cura unius patriarchæ, ita quòd Patriarcha eſt iudex ordinarius omniũ archiepiſcoporum qui ſunt in ſuo patriarchatu: ut per Ab. in locis ſupra alleg. ſed ſi eſt ordinarius non oportet quod cauſæ archiepiſcoporum cognoſcantur a Patriarcha media appellatione, quod hic uidetur inferri. Reſp. intellige quod hic dicitur de appellatione ab archiepiſcopis, habere locum in epiſcopis, qui ſi grauentur a metropolitanis, & ſic loquitur dę archiepiſcopis tanquã de iudicibus a quibus non tanquam de parte.

a Epiſcoporum. ſed quot epiſcopos ſuffraganeos habere debet quis, ut iure appellari poſſit Archiepiſcopus? Reſp. decẽ uel undecim: vj. q. iij. c. ſcitote. & per Abb. in c. ſicut olim. de accuſat. & hoc ideò quia cum Archiepiſcopus ſit ordinarius ſuorum ſuffraganeorum, illorum cauſa non poteſt tractari niſi corã paucioribus epiſcopis, quàm duodecim: ut xv. q. vij. ſi qs tumidus. & ita no. in d. c. ſcitote. ſed ſi hæc ratio procederet, utique deberet Archiepiſcopus præeſſe treſdecim ſaltem epiſcopis, quod non reperitur iure cautum, in obſeruantia habet ut Archiepiſcopus appelletur etiam is qui longe pauciores habet ſuffraganeos, quàm decem, cui eſt ſtandum: arg. l. cum de interpretatione. ff. de ll. nec in c. ſcitote. aliquid dicitur præceptiuè.

b Prouinciæ. nõ tamen diœceſes erant diſtinctæ: ut not. in c. j. diſ. xcix. licet aliter notetur in capit. nec numerus x q. iij. ſumit ex. d. c. j. multis reſectis.

c Diuiſæ erant: unde quædam erant pcõſulares, aliæ prætoriæ, aliæ præſidales. proconſulares ad curã ſenatus, prætoriæ ad curã populi, pręſidales ad curam. principis ſpectabant: ut per Alciat. in lib. de magiſtratibus, ciuilibusq;, & milita. offi. & per eũdem. in l. ſpecioſas. ff. de uerb. ſigni.

d Succeſſoribus. id eſt, Clemente. & alijs, ut in c. prouinciæ. diſt. xcix. arg. quòd fieri non debuerit. c. j. diſt. x.

e Suffraganeos. eſt ergo Archiepiſcopus ordinarius ſuorum ſuffraganeorum: ut hic. & in c. antiqua. de priuil. & c. paſtoralis. de offi. ord. & in c. ſuffraganeis. de lect. ſed hoc nõ eſt perpetuum. ſi enim agatur ad depoſitionem, non poteſt Archiepiſcopus cognoſcere, immo nec conciliũ prouinciale, niſi ut not. per Ab. in c. nõ põt, de re iudi. ſpectat enim depoſitio ad Papã. ut habetur in c. ſi quis epiſcopus. de accuſ. c. in d. c. paſtoralis. excõicare aũt & interdicere ſuos ſuffraganeos nõ ſolũ poterit Archiepiſcopus, uerum etiã eius uicarius, c. præſenti. in fi. de offi. or. in vj. & per Ab. in c. poſtulatio. in fi. de cle. excõ. in perſonas aũt uel res exiſtentes in diœceſi nõ habet Archiepiſcopus iuriſdictionẽ. ut per Ab. in c. ſanè. de fo. cõp. in c. cõquerente. de reſt. ſpol. niſi uel eſſet legatus prouincię, uel eſſemus in notorijs criminibus,

uel

biti & accepti fuerint
ad Primates, aut ſedẽ
Apoſtolicam appella
re [a] poterunt.

Epiſcopi ſunt qui præſunt maioribus populis, & latine ſpeculatores appellari poſſunt, & magna eſt ipſorum in eccleſia authoritas.

Simpliciter aũt Epi
ſcopi ſunt, qui maio-
ribus [b] populis,& fre-
quẽtioribus ciuitati-
bus præſunt. Ij Specu
latores Latine dici
pñt. Eṕs .n.quaſi ſpe
culator [c] in eccleſia
prępoſitus eſt. Mores
enim & uitã populo-
rum infra ſe poſitorũ
ſpeculatur & perſpi-
cit. Horũ aũt non mo
dica in eccleſia eſt au
thoritas: [d] nã p̃ter li
gandi, ſoluendiq; po
teſtatem, [e] & uiſitan
di diligentiã: [f] ſoli ſa
crum Chriſma confi-
ciunt, [g] ſoli Dei alta
ria, & eccleſias conſe
crãt,& polutas repur
gant, Clericos ordi-
nãt, ſuſpendunt, & de
ponunt: ad hos perti
net excõicatio, purga
tionis indictio, diſpẽ-
ſatio, ſolennis pœni-
tentiæ impoſitio. [h]

Quod inferiori conceditur multò magis conceditur & ſuperiori.

Quod autem dixi-
mus prædicta ſolos
Epiſcopos efficere
poſſe, nõ eũ habet in
tellectum quaſi Ar-
chiepiſcopi, & Prima
tes non eãdẽ habeãt
poteſtatẽ. Sed quòd
presbyteris & cæte-
ris inferioribus, illa
non conceduntur. Ri
diculum [i] enim eſſet
cogitare Epiſcopis il
la quidẽ permitti, Ar
chiepiſcopis, & Pri-
matibus, qui Epiſco-
pis præſunt eadem dę
negari.

Papa eſt ordinarius omniũ ordinariorũ & Eccleſia Romanæ cẽs eccleſiæ ſubſunt.

uel caſus concerneret totã prouinciam, uel in
caſibus in quibus ſuffraganeus eſſet negligẽs:
ut per Ab. in c. ex frequẽtib. de inſt. uel eſſet ca
ſus iure expreſſus, ut per eundẽ. in c. ſicut u-
nire. de exceſ. præl. & in c. ex parte. de conceſ.
pręb. ut cũ uiſitat
prouinciã: quo ca
ſu & audit cõfeſ-
ſiões, & abſoluit:
ut p Ab. in c. cum
ex officij. de pſc.
& in c. nr̃o. de pœ
nit. & rem. & in c.
paſtoralis. põt ta
men Archieṕs eli
gi in iudicẽ a ſub
ditis ſuffraganei
licet ſuffraganeus
ignoret. Ab. in c.
ſignificaſti. de fo.
compet.

a Appellare. diſ.
xcix. in prin.

b Maioribus.
tres enim ſunt ci
uitatum ordines,
minores maiores
& maximi: ut no.
in l. ſi duas. §. grã
matici. ff. de ex-
cuſ. tut. ubi etiam
Nico. de Neapo.
ſed forte illa le-
giſlatorũ diſtribu-
tio nõ quadraret
in caſu noſtro, cũ
multę ſint ciuita
tes quas illi mi-
nores appellant,
quę tamẽ habent
eṕatum, unde ſe-
cundũ nos appel
larentur maiores
populi uel ciuita
tes: ut hic & in c. prouinciæ. diſ. xcviij. & diſt.
lxxx. per tot. & præcipuè in c. illud.

c Speculator. c. cleros. diſt. xxj. uel ſuperin-
tendens: ut viij. q. j. c. qui epiſcopatum. Vnde
Cicero ad Atticũ loquẽs de bel. ciu. Põpeius
uoluit me eṕm eſſe cãpaniæ, i. Speculatorẽ, &
ſupincẽdentẽ. ſic qui peſt pani & cæteris uena
libus eṕs dr̃: ut in l. munerũ. §. irenarchæ. ff. de
mu. & ho. unde ſecúdũ aliquos etiã bidelli ap
pellari poſſunt epĩ: ut p Alc. in parer. li. 7. c. 22.

d Authoritas. de qua ĩ c. eṕm. x. q j. c. per tot.
& in. c cõquerente. de offi. ord. & in c. eṕs. de
offi. ord. in vj. & c. ſi iubet. cũ multis ſequ. xxvj.
q. vj. & habetur in
fra in ti. de immu.
eccl. cũ tit. ſeq. &
de latiſsima pote
ſtate eṕali ſatis
eſt per Firmanũ.
in tract. de epis in
ſcd̃a parte 4. lib.

e Poteſtatẽ. c. cũ
eṕs. de pœni. &
rem. in vj.

f Diligẽtiã. c. cũ
apoſtolus. de cẽſ.
& exact. & p tot.

g Conficiunt, &
chriſmãt. c. quan
to. de conſuet.

h Impoſitio. c. ac
cedentibus. de ex
ceſ. præl. ubi de
materia.

i Ridiculũ. not.
ar. a maiori ad mi
nus. nec. n. qđ li-
cet minori nõ de
bet maiori liceř.
& cui licet qđ eſt
plus, nõ debet li-
ceř qđ ẽſt minus.
l. nõ debet. ff. de
re. iu. & in c. cui li
cet. eo. ti. ĩ vj. fac.
not. in c. cũ in cũ
ctis. de elc. qđ ar.
tũc pcedit quãdo
minus cõtinetur
ſub maiori Hoſt.
& alij in c. p. ue-
nerabilẽ. q. fil. ſint
leg. aliàs forte ſecus, quẽadmodũ & alijs qui-
buſdã caſib. ut in l. ſi pupillorũ. §. ſi p̃tor. ff. de
re. eorũ. & ĩ c. cui de nõ ſacerdotali. & c. cũ i il
lis. §. cũ aũt. de p̃b. in vj, & §. ſunt autẽ. §. & ſi
qs. de coll. & no. Io. And. in c. quæ a iure. de re
iu. in vj. & not. in c. fi. de trãsl. p̃la. in uer. ad pa
trẽ. cõcor. c. illud. di. xcv. & ibi p Gl. & fac. ad
q. de fugiente uel obuiãte corpori Chr̃i an ſit
tutus

Sicut [a] autem Petrus Apoſtolus primus fuit Apoſtolorũ, ita & Eccleſia ſuo nomine conſecrata Domino inſtituente prima eſt & caput cęterarum. Et qui illi præeſt cęteros Epiſcopos antecellit. Vnde ad eam tanquam ad Matrem, atque apicem oẽs maiores Eccleſiæ, & Epiſcopi recurrunt: a qua quaſi a quodam capite, dona uelut in corpus omne diffunduntur. Ipſa aũt tanquàm omnium magiſtra [b] celſiore ſede reſidens a quoquã iudicari nó poterit. Quinimmo uelut tempore Noe omnes extra arcã poſiti, diluuij uaſtitate cõſumpti ſunt: ſic extra Petri nauiculam conſtituti: æternę damnationis fluctibus obruentur. [c]

DE ELECTIONE. [d] VI

Duobus modi creantur Epi.

PRomouentur autem tam Epiſcopi quã prælati, cæteri [e] aut per electionẽ, aut per poſtulationem.

Quid ſit electio, et quòd ad unum Ius eligendi habentes citari debent, aliàs non ualet electio, & non citatus poteſt habere ratam electionem.

Cæterum ut prius [f] de electione dicamus. Electio [g] nihil aliud eſt, quàm hominis alicuius ad dignitatem, uel fraternam ſocietatem, canonicê [h] facta uocatio. Nam cum uiduatæ [i] prouidẽdum

tatus ueluti ſi confugiſſet ad eccleſiam de qua in c. ſerte. de celeb. miſſa. ubi per Ioan. And. & Panor.

a Sicut. Etc. §. hic, pertinet ad ſecundã partẽ Rubricæ de qua autor ideo expedit ſe paucis tanquã de re clara, licet hæretici garriant, & ſumitur ex c. ita dominus. diſtin. xix. & ex c. quãuis. diſt. xxi. & per tot. & c. omnes. diſtin. xxij. & c. cuncta per mundum. j. & ij. ix. q. iij, & in infinitis locis. & ſi quis uelit latius uidere, uideat latiſsimè per compilatorem conciliorum in j. tom. & per Reginaldũ polum Brittanũ tam in ſuo tract. de concilio. quã in j. & ij. lib. operis quod conſcripſit contra Henricum, Regem Britanniæ cum is fide ab eccleſia Ro. apoſtataſſet.

b Magiſtra. Ita ut errare non poſſit, quod qualiter procedat, dic ut per Ab. in c. maiores. de Babtiſ.

c Obruentur. c. quanuis. diſtin. xxj.

DE ELECTIONE. d

DE electione. Quanuis electio ſit nomen uerbale, & propterea duplicem habeat ſignificationẽ, actiuã ſcilicet & paſsiuam: ut not. in l. ij. ff. de duo. re. & per Abb. in Rubrica eod. & propterea tantum uideatur eſſe dicere de electione, quãtum de his qui poſſunt eligere, & de his qui poſsunt eligi. Item de formis eligendi & temporibus, hic tamen ſpecialiter tractatur de formis eligendi ob commodiorem intelligentiam, ſic aliàs legatorum & fideicom. tractatus ſcinditur ĩ tres & plures titulos: ut not. in Rubrica. ff. de leg. j. ſic tractatus. ff. & inſt. de uerb. oblig. protenditur ad multos ſequentes titul. fac. l. Caius. §. fin. ff. de leg. ij.

e Cæteri. habẽtes tamen generalem iuriſdictionẽ in eccleſijs collegiatis: ut not. pròximè in uerſ. uiduatę.

f Prius. Sed cur prius de electione, cũ tam in Gregoriana, quàm in Bonifaciana compilatione prius dicatur de poſtulatione, quã de electione, reſpon. electio eſt ordinariũ remedium, poſtulatio extraordinarium, cum innitatur gratiæ: ut no. per Doct. in Rubrica de poſtul. præl. unde dicendum prius fuit de ordinario remedio, & poſt de extraordinario: arg. l. in cauſæ. ff. de mino. & l. in prouinciali. ff. de no. op. nunciat.

g Electio. Hãc diffinitionem ſiue deſcriptionem approbant communiter canoniſtæ: ut per Ab. in Rubrica de poſt. præl. & Pet. de Bay. in ſuo directorio electionum in c. j. primæ partis. & non uidetur abhorrere Hoſt. in ſumma eo. licet addat quædam non neceſſaria uerba, de cuius declaratione uide ſupra dictos in citatis locis.

h Canonicè. Hoc uerbum demonſtrat non uideri neceſſaria illa uerba poſita per Hoſt. ſcilicet. Perſonæ idoneæ & ſeruata forma.

i Viduatæ. Videtur ergo hic titulus principaliter pertinere ad electionem epiſcoporum

non

non autem ad electionem ad beneficia quælibet, cum illis caſibus non dicatur eccle. uiduata, & patet hoc in progreſſu huius tractatus, & præcipuè in. §. celebratur, ubi dicitur de tripli ci forma eligendi, quæ ſecundum Ab. & com. Doct. in c. quia ꝓpter. eo. habet locum ſolum in electionibus epiſcoporum, & aliorū prælatorū qui habent generalē iuriſdictionē in ecclesijs, quidquid dixerit Hoſt. fieri tamen nō potuit quin multa etiam ſint quæ pertinēt ad quaſcunque electiones, ut & ex deſcriptione apparet in uerbo il lo fraternam ſocietatem.

eſt eccleſiæ, debent cuncti [a] qui eligendi Ius [b] habēt, legitimè citari, [c] ut electioni interſint. Quod ſi uel in unius perſona fuerit id omiſſum, [d] irritam [e] reddit electionem talis omiſsio. Sæpe etenim reſcriptum eſt magis hac in re unius obeſſe contemptum, quàm multorū contradictionē, [f] planè ſi is, qui citatus nō fuerit, ratam [g] aduenions habere uelit electionem, confirmanda [h] erit electio.

Abſens poteſt uni de capitulo locum ſuū demādare. h. d.

Sed & ſi quis caſu aliquo ad electionem accedere fuerit impe-

a Cuncti. Intelligē ſi poterunt ſine periculo: aliàs ſi periculum uel in mora uel in uocādo fuerit, poterunt præſentes etiam quibuſdā non uocatis procedere ad electionem, c. cum inter uniuerſas. & c. quòd ſicut. eo. in uerb. uocatos: arg. c. ſacro. de ſentētia excom. & an, quō, & qn̄ abſentes citandi ſint. per Abb. in c. corā. & in c. ſeq. ubi de abſente cā ſtudiorū eo. rō eſt, quia quòd debeant oēs citari non eſt de forma ſubſtātiali, ſed de iuſtitia, Ab. in c. eccleſia. el. ij. & in c. quia propter. eo.

b Ius habent. Licet hæc uerba prima facie uideanē concludere ius proprietatis & non poſſeſſionis ut no. in c. cum eccleſia. de cauſ. poſ. & propriet. nihilominus hic illi dicetur habere ius eligendi qui ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi, ius. n. uocis dandæ magis ſequiē poſſeſſionē quā ꝓprietatē, c. querelam. eo. ubi Ab. & in c. in Geneſi. eo. tit. & latius in c. bonæ. ij. de poſt. præla. in vij. no. fac. c. cōſultationibus. de iu. patr. & infra de inſt. & iu. pa. §. interdū. Sed quid ſi aliqui tantū poſtulaſſent an uideat ipſis acquiſita poſſ. eligendi? reſpondeo vt per Abb. in c. cum eccleſia. in fi. de cauſ. poſſ. & prop.

c Citari. Ita ut citatio poſſit probari, cum citatio tanquam in facto conſiſtens non præſumat. no. in c. quòd ſicut. in uerb. uocatos. eo.

d Omiſſum. Quid ſi fuit uocatus non uocandus, non tamen fuit expectatus, an iſte neglectus noceat? reſpondeo non: ut not. in c. cum inter uniuerſas. eod.

e Irritam. In effectu nō ipſo iure: quia uenit irritanda ꝑ ſententiam, cū de contēptu nō poſſit opponere niſi is qui cōtēptus fuit. Ab. in c. i Geneſi. eo. & i c. qꝛ ſicut, & in c. quia ꝓpter, & in c. bonæ. ij. eo. tit. & ꝑ Ab. in c. cum eccle. Sutrina. de cā poſſ. & propri.

f Cōtradictionem. Concor. l. ſi in tres. ff. de arb. & l. ſi duo ex tribus. ff. de re iudi. contra fac. l. qui poteſt. ff. de re. iu. dic. ut no. ſ. dd. ll.

g Ratam. Sed quomodo habeo ratum non meo nomine geſtum, contra regulam ratum. de re. iu. in. vj? reſpondeo ſecundum Abb. in c. quòd ſicut. eod. quòd in propriè dicetur hæc ratihabitio uel ratificatio. nec enim ita retro trahitur ut mandato comparetur, & ex ea aliqua actio mihi naſcatur, quod eſt in uera ratihabitione: ſed hæc tantum operatur quo ad commodum contempti, uel non citati, ut non poſſit impugnare factum per alios, quo reſpectu poſſum ratificare & non meo nomine geſtum: & de hoc per Bal. in l. j. q. xix. C. qui admit.

h Confirmanda. Sed contra in c. auditis. eo. & c. illud. de iu. patron. & l. quod ab initio. ff. de re. iu. Sol. aut electio tenuit, quia fuit facta præſentibus duabus partibus collegij, & a maiore parte, & tunc poteſt haberi rata per contemptos, ut hic, & in c. quòd ſicut. eo. & per cōſenſum illorum non propriè dicitur ualidari electio. ſed ſolum defenditur a iure retractationis. Aut electio a principio fuit nulla, puta, qa facta a minori parte capituli, & tunc nō poteſt conualidari per conſenſus particulare ſuperuenientes: & ita procedit contrarium ut ibidem plene per Ab. & per eundem in c. qꝛ ſicut. eo. uide per Alb. in d. l. qd̄ ab initio. Sed quod tēpus citatus habet ueniendi ad electionem? reſpon. tres menſes, c. ne pro defectu. eo. capitulū tamen pōt hunc terminum reſtringere & breuiorem præfigere, ut in c. eccle. ij. eo. ubi Abb.

An

ditus, uotũ ſuũ uni [a] uel pluribus [b] de capitulo [c] demãdare minimè ꝓhibendus erit.

Procurator ad eligendum non poteſt unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, niſi habeat mandatum de eligenda certa perſona.

Et ſi tantũ uni uotum ſuum quis demandauerit, & is unũ ſuo, alium mandantis nomine in ſcrutinio nominandum duxerit: nihil [d] agit, niſi de [e] certa eligẽda perſona mandatum acceperit, quo caſu in [f] illam mandantis in aliã ſuo nomine iure conſentire poterit. [g]

Duobus procuratoribus ad eligendum datis in ſolidum, non poſſunt ambo eligere, ſed erit melior conditio occupantis, et ſi nõ appareat de prioritate in occupãdo, preponitur, electus a capitulo uel primo noĩatus in procuratorio h. d.

Quod ſi pluribus [h] in ſolidum uices ſuas quis commiſerit, non quidem omnes reddere uotum poterunt, qa uota dirigere poſſent in diuerſos, ſicq; res non haberet exitũ. Sed erit occupãtis [i] melior conditio. Et ſi ita cõcurrant, ut inter eos prior non appareat is admittetur dũtaxat, [k] quem uel capitulum, uel pars maior [l] elegerit, [m] uel ſi concordare nequeãt, [n] is, qui primus in inſtrumẽto, [o] uel literis ꝓcurationis nominatus fuerit.

An autem hoc poſſit in uita minori parte? habetur in c. cum nobis. eod.

a Vni. Vt in c. quia propter. eo.

b Pluribus. c. ſi quis iuſto. eo. lib. vj.

c De capitulo. Bene de capitulo, quia extraneo inuitis canonicis demandare non poteſt, c. ſi qs iuſto. §. fi. eo. i vj. & §. ſed cum abſens, infra eo. ſed bene poteſt uolentibus etiam ꝙ nõ habeat iuſtam impedimẽti cãm: ut not. in c. ſcriptũ. & in c. quia propter. eo. & d. c. ſi quis iuſto.

d Nihil agit. Satis uidebatur dicẽdum ꝙ aliquid ageretur, cum talis ꝓcurator poſſit dirigere uota in diuerſos quidẽ, ſed utrunq; idoneum quod olim in c. quia propter. eo. uidẽtur uoluiſſe ſubſtinere Goffre, & Hoſtien? ſed reprobatum fuit: ut in c. ſi quis iuſto. §. porrò. eo, unde hic ſumitur, idq; ea rõne: quia qua conſcientia tenetur meliorem eligere nomine ſuo, eadem tenetur ad idem nomine dñi ſui. ad hoc xlvj. d. ſicut non ſuo. item uidentur incerta, cõtra c. ij. eo. in vj. unde neutrũ ualet, & eſt ſimile quod dicimus in delegato qui ſub delegationem recipit a ſocio, c. ſuper qõnum. §. ſi uerò. de offi. deleg.

e De certa. c. ſi quis iuſto. § porrò. de elect. in vj. An autem procurator conſtitutus ad eligendum poſſit alium ſubſtituere. Item an poſſit cõpromittere, dic ut not. in d. §. porrò.

f In illam. Bene in illã: quia in aliam cõſentire non poſſet contra formam mandati. l. diligenter. ff. man. & in c. cui de non ſacerdotal. de præb. in vj. c. cum dilecta. de reſcript.

g Poterit. Arg. ꝙ habens ſpeciale mandatum id põt quod aliàs non poſſet: facit c. j. & c. fi. de proc. in vj. & facit ad q. an delegatus ab alio quam a principe habens ſpeciale mandatum ſubdelegandi ſubdelegare poſſit, de quo habetur p Doct. in c. is cui. de offi. deleg. in vj.

h Pluribus. Etiam quã duobus c. ſi quis iuſto. eo. ubi no. in vj.

i Occupantis. De hoc in c. non iniuſtè. de procur.

k Duntaxat. Vnde iſto electo alter omne ius amittit. ſimile in c. pe. de reſcrip. in vj. niſi tñ in inſtrumento diceretur meliorem eſſe non debere cõditionẽ occupantis, & ꝙ unus finire poſſet quod alter incepiſſet, c. ſi duo. de procu. in vj. etiam no. in c. ſi quis iuſto. de elect. in vj.

l Maior pars. Sic c. fi. de reſcri. in vj. c. cum inter canonicos. eo. d. lvj. c. apoſtolica. l. quod maior. ff. ad municip.

m Elegerit. Sed an habeat locum uariatio? reſpondeo negatiuè ſecundum Ioan. And. in c. ſi quis iuſto. eo. in vj.

n Nequeãt. Vel quia nolint eligere, uel quia pari numero diſcordant. Et not. ꝙ prius recurrendum eſt ad electionem, q̃ ad ordinem ſcripturæ: quia per electionem credibile eſt eligi magis idoneum, ſed in inſtrumentis præponũtur, uel poſtponuntur aliqui arbitrio notariorum. facit c. ſi duo, de procurat. in vj.

o In inſtrumento. Concor. c. mandato. de præb. in vj. c. ſi rector. d. lxiiij. & utrobiq; ſunt cõcord. & p Ab. in c. nimis. ij. de exceſ. prælat. & in c. ſed Apoſtolica. de reſcrip. & in c. cum dilecta.

dilecta eo.tit.de reſcrip.fac.l. cum pater.§. pe. ff.de leg.ij. Quid ſi primus non apparet,puta: quia duo ſunt inſtrumenta? reſp.mutuo ſe impedient:ut not.in c.ſi quis iuſto.eo. in vj.l.quoties.ff.de uſufru.& imputet ſibi qui ſic eos conſtituit:ut ĩ.§ .pxi.

Non poſſunt plures deputari ad eligendum in ſolidũ.h.d.

Sin autem plures non in ſolidum conſtituti fuerint, eadem ratione, [a] nullus eorum admittendus [b] erit, ſibiq́ue mandans imputet,ꝗ ſic eos imprudẽter cõſtituerit.

Nõ poteſt uotum in electione reddi per literas.

Sed cum abſens reclamante capitulo extraneum conſtituere nequeat. Videamus an, ſi nullus de Collegio uelit eſſe procurator, [c] ſaltem per literas uotum ſuum reddere ualeat;& ſanè cũ non ante electionem, ſed in ipſa electione [d] ſecretè, & ſigillatim dũtaxat ſingulorũ uota ſint exprimẽda, [e] ꝑ lr̃as reddi nó poterũt.

a Eadem ratione. Quia.ſ.dirigere poſſent uota in diuerſos. & ſic res exitum non haberet:ut §.ĩ.proxi.

b Admittendus erit. Et procedet ꝑ ſocios nulla alia citatione uel reqſitione preuia. Sed contra uidetur. c.ſi duo. de procur. in vj. Sol. ibi loqtur de procuratore dato ad iudicia in cauſis electionum, poſtulationum, uel prouiſionum: hic de procuratore dato ad negotia, ſcilicet ad ipſam electionem faciendam, ibi de iure iam nato, hic de naſcituro, qđ eſt minus fauorabile,& dicebat Ioan. Monach. ſi nõ aſſumatur unus ex duobus qui proſequãt electionem iam factã, hic imminet periculum, ſed ſi unus de collegio non admittatur ad electionem faciendam, nullum imminet periculũ:ut per Io.And. in c.ſi quis iuſto.de ele.in vj.

c Procurator. Nullus enim inuitus cogitur procurationem ſuſcipere.l.inuitus. C. de procur.§.mandatum.inſti.de mand.

d In ipſa electione. patet ergo per hoc quòd neque in litera aperta poſsit mitti ſchedula incluſa aperienda in ſcrutinio continens nomen eius in quem mittens conſentit:ut per Io.Monach. & clarius per Ioan. Andr. in cap. ſi quis iuſto.§.fin.eo.in vj.

Superius dicta non habent locũ in electione Papæ: in qua multa ſunt ſpecialia.h.d.

Sed hęc quidem in aliorum Epiſcoporũ, non in Rom. Pontificis electione obtinẽt. In huius enim nec ulla neceſſaria eſt citatio, nec alij quis abſẽs uotum ſuum demandare permittitur. Alia quoque in eo ſpecialiter [f] cõſtituta ſunt, quæ ex Decretalium libris decentius eſt ꝗ̃ hic accipere.

Electio celebratur tribus modis,& quomodo per inſpirationem,et quòd laici nõ per inſpirationem, ſed per conſpirationem dicũtur eligere.h.d.

Celebratur autem electio tribus [g] modis per Inſpirationẽ, per Scrutiniũ, & per Cõpromiſſum: per In

e Exprimenda. Nota ergo quòd non ſola publicatio inſpicitur,ſed etiam expreſsio. Sed cõtra c.ſi quis iuſto.§.porrò.de elect.in vj. & ſupra eo.§.quod ſi pluribus.ubi exprimit uotum ante ſcrutinium dãdo ſcilicet procuratori mãdatum de certa ꝑſona eligẽda. Sol. falſum eſt ꝙ tunc exprimat uotum: ſed mãdatum dat de uoto exprimendo. ſicut aliud eſt inueſtirẽ, aliud mãdare de inueſtiendo.c.ex ore.de his quæ ſi. a ma.̃ part. cap. Vnde ſi procurator qui mandatum habet de certa perſona eligenda non eligit, ſed ille fuit electus a quibuſdam alijs, uox illius mandãtis non augebit numerum: ut ſi electus ſit a nouẽ poſſit dicere ſe habere decem uota, cõputando uotũ procuratoris qui habet mandatum de eo eligẽdo. Aliud ergo eſt dicere cõſentio in talem, aliud do mãdatum de cõſentiẽdo uel eligendo talem: qa hoc poſterius non eſt uotum, & ideo ante ſcrutinium fieri põt. Sic in matrimonio carnali, aliud eſt contrahere, aliud eſt dare mandatum de contrahendo, contrahentẽ non poteſt penitere: ſecus mandantem ſuo nomine contrahi cap.fin de procu.in vj ut per Io. An. in c.ſi quis iuſto.§.fi.eo. in vj.

f Specialiter conſtituta. Quæ ſint hæc, uide per Abb.& Doctor.in cap.licet.eod.& in cap. ubi periculum.eod.in vj.& per Ant. de Roſel. in tract.de poteſtate Papæ & Imperatoris. §. ſecundum unum.

g Tribus modis. olim etiam pluribus qui ta

ſpirationē, [a] ut cùm electores nullo præcedente tractatu, [b] quaſi [c] diuini Spiritus impulſu ſimul omnes [d] in unum repentè conſentiunt, & ſimul [e] unum nominant. quòd [f] ſi forte laici [g] prece [h] uel pretio corrupti [i] aliquem concordibus clamoribus [k] petant, is nō tam per inſpirationē, quàm p nefariā conſpirationē [l] nominatus, omni penitus electionis fructu meritò carere dēt.

men ob multa pericula ſublata fuerunt. c. quia propter. eo. in prin.

a Per inſpirationem. Rarus eſt hodie hic eligendi modus.

b Tractatu. Eſt autē tractatus diſcuſsio quædam, uel indagatio circa rē in futurum diſponendam: ut per Ab. in ca. tua. de his quæ fi. a præ. ſi. con. ca. & differ à conſenſu, unde ſtatutum puniēs tractatum facientes, includet etiam qui nō perfecerunt delictum; & quod hic dicitur, intellige de tractatu ſpeciali, puta pro Petro uel Ioanne, generalis autem tractatus præcedere poſſet, ut ſi unus diceret rogemus Deum pro bono prælato. Io. And. & Ab. in c. quia propter. uerſi. niſi. eo.

c Quaſi. Sed cur dicit quaſi? reſpond. ueritatem denotat: ut in c. parochianos. de decim. l. j. ff. de tranſ. iuſta illud Io. Gloriam quaſi unigeniti. uel ſecundum Hoſt. tacitè hic includuntur duæ formæ electionis per inſpirationem, una quæ uerè fit per inſpirationem, & authore Deo ut nulla indigeat confirmatione, ut fuit electio Nicolai, Ambroſij, & Seuerini, de quibus. diſt in. lxj. §. his omnibus. Alia quæ fit per quaſi inſpirationem, ut quando non conſtat ꝙ authore Deo ſit facta. ſed hoc ex eo præſumitur: quia nullo præcedente tractatu electores in aliquem conſentiunt: & ſequitur hoc Abb. in c. quia propter. uerſi. niſi. & Oldr. conſi. clv. Sed ſecundum alios tunc per quaſi inſpirationem dicitur electio fieri cum præcedente tractatu uel nominatione alicuius, canonici ſeparatim in illum conſentiunt, quo caſu debet fieri cópromiſſum in aliquos qui uice omnium eligant. ſic Spec. eo. tit. §. fin. §. ſi autem, & per Firma. in tract. de epiſcopis in prima parte in c. qualiter eligatur epiſcopus.

d Omnes. Vnius ergo contradictio uel non ideo curſus ſufficit adhoc ut non poſsit dici electio celebrata & per inſpirationem. Abb. in cap. quia propter. uerſi. niſi. eod. Ioan. And. in addict. ad Specu. de elect. §. fin. & tenet Firmanus in tract. de epiſcopis in prima part. c. qualiter eligatur epiſcopus. quæſt. liij. Nec mirum cum uno diſcrepante, nec concorditer quidem facta dici poſsit electio. Abb. in cap. non poteſt. de re iudi. & in cap. in cauſis. eo. & not. in cap. cupientes. §. ad hoc. eo. in vj. licet quandoque aliter Doct. in cap. cum olim. in fi. de re iudi. Sed ſic uidētur hi qui eligunt per inſpirationē magis grauati quàm eligentes per ſcrutinium, in quo ſufficit maior pars: ut in c. quia propter. eo. & infra §. proxi. reſpond. ut per Abb. in d. ca. quia propter. uerſi. niſi.

e Simul. Bene ſimul: quia ſi diſiunctim electio tanquam ſingularis non teneret, ut not. in ca. in Geneſi eo.

f Quòd ſi forte. Ponit tria ob quæ impugnatur electio. primo, quòd ſit facta a laicis. ſecundo quòd à corruptis. tertio quòd ad clamorē populi; ut colligitur uirtualiter ex hac litera.

g Laici. qui nullū hñt ius in eligendo. c. maſſana. eo. & §. laicis. ꝰ tit. j. & ſumitur ex c. ij. eo.

h Prece. Preces enim inducunt ſimoniam. c. ordinationes. & c. ſunt non nulli. j. q. j. & interdum poſſunt iuſtum metū inducere. unde tunc eſſet electio nulla iuſta tradita in cap. licet. & in cap. bonæ. eo. licet regulariter contra etiam ſi ſint principis preces. Abb. in cap. cum inter R. ſeniorem. eo. & ex aliqua ſaltem reuerentia cogunt electos deſeruire deſiderijs eorum, ad quorum preces fuit quis promotus, quod non expedit. c. illud. viij. q. ij. fac. xvj. q. ij. c. uiſis. & per Abb. in c. ſacroſancta. eo.

i Corrupti. No. igitur unū quod eſt mirabile, ſecūdū Ab. in c. ij. eo. unde ſumit ꝙ licet quilibet in ſingulari præſumatur bonus. c. ſi. de præſum. & in l. merito. ff. pro ſoc. tñ in populo nō eſt illa præſumptio, ēt reſpectu ſingulorum, & ſic quod dr̄ hic corrupti, pōt intelligi ēt p̄ſumptione tantum, ne dum certitudinarie. qđ no.

k Clamoribus. Et ſic not. quod non eſt aliquid faciendum ad clamorem populi, docendus eſt. n. non ſequendus populus. c. docēdus. diſt. lxij. & c. miramur. diſt. lxj. l. decurionum. C. de pœn. & not. in d. c. miramur. & in c. ij. eo. niſi forte aliàs oriretur ſcandalum, per ea quæ Abb. in c. j. eo. uerſi. ſed aduerte. eo.

l Nefariam conſpirationem. Ideò dicit nefa

riam:

riam: quia quanuis nomen conſpiratio, uideatur ſonare in malam partem, tamen quandoq; etiam eſt licita, & ſumitur in bonam partem: ut per Inn. Abb. & alios in c. cum L. & A. de re iudi. & per Abb. in c. petitio. de iureiur.

Quomodo dicatur celebrari electio per Scrutinium, & qui ſunt Scrutatores. h. d.

Per Scrutinium fieri dicitur electio. Cū præſentibus oībus, [a] qui debent, [b] uolunt, [c] & poſſunt [d] commodè intereſſe, tres de Collegio [e] fide digni aſſumūtur, qui ſecretè, [f] & ſingulatim uota cunctorum [g] diligēter exquirunt, & demū in ſcripturā [h] redacta publicant: [i]

a Omnibus. Scilicet à quibus debet electio celebrari.

b Debent. excludit illos qui de iure non debent intereſſe electioni, licet ſint de collegio, uel Canonici eccleſiæ: ut ſunt excōmunicati, ſuſpenſi, impuberes, & non conſtituti in ſacris. c. cum dilectus. de conſuet. & not. in c. illa. eo. c. ex eo. eod. in vj. Clem. hi qui. de ætа. & quali. c. is qui. de ſententia excom. §. j. & ij. infra tit. proxi. & per tot.

c Volunt. Ex hoc uerbo not. duo. Primum ꝙ non debet quis compelli, ut interſit electioni, ſi nolit intereſſe, niſi tamen ut quis interſit, interſit eccleſiæ, quo caſu cōpelli poterit. Ab. in c. quia propter. eod. & fac. quæ not. in cap. j. de his, quæ fi. à ma. part. capituli. Secundum quòd nolentes intereſſe non debent computari in numero duarum partium. fac. quod not. in c. quod circa. de elect. & Abb. in d. cap. quia propter. & ſic ſaltem in electionis materia limitatur. l. nulli. & l. planè ff. quod cuiuſq; uni. no. & tractatur plenè per Abb. in c. cum nobis, & in c. in cauſis. eo.

d Poſſunt. Hæc autem poſſibilitas & cōmoditas refertur ad commoditatem, & utilitatē Eccleſiæ. ut no. ſupra eo. in uerſi. cuncti de quo uide etiam per Abb in c. coram. & in c. in cauſis. eodem.

e De Collegio. Sed non ne per hoc uidetur dari occaſio diſcordiæ, & diuturnæ uacationi, contra c. ne pro defectu. eo. & c. cupientes. eod. in vj. eo. c. poſtquàm. diſt. l. cum facilius poſſint electores concordare in eum qui eligēdus ſit in prælatum, quàm in iſtos tres: arg. c. innotuit. de arb. & l. item ſi unus. §. ſi in duos. ff. de arb. ſol. in iſtis ſcrutatoribus cum nec eligant prælatum, nec eliguntur, non magna requiritur inquiſitio & diſcuſſio: quilibet. n. de capitulo poterit hoc facere, dum tamen non appareat indignus, uel non ſit nimis terribilis, ſecūdum Abb. in c. quia propter. eo. Sed ego dum de anno M. D. Lv. ſede uacante eſſem in cōclaui pro eligendo futuro Pontifice, uidi ſeruari quòd ſcrutatores fiebant tres primi Cardinales trium ordinum, ſcilicet primus epiſcopus, primus pſbyter, & primus diaconus. & quòd hic dicit de collegio, idē fortè ſi non ſint de collegio ſecundum Vinc. & Tancre. magis cōmuniter tamen contra. ut in d. c. quia propter.

f Secretè. Quia aliàs ſi publicè & palam fortè timerent aliquē nominare, libera enim debet eſſe uoluntas in eligendo. vij q. ij. c. dilectiſſimi. c. bonæ. j. eo. per hoc etiam obuiatur fraudi quorundam de qua in c. conſiderauimus. & in c. quia propter. eo. Sic & teſtes ſecretò debent deponere, ut liberius dicant ueritatem: aliàs non ualet depoſitio. c. uenerabili. de teſt. l. nullum. C. de teſt. c. inquiſitionis. §. iij. de accuſat. de hoc tamen uide per Abb. in c. quia propter. eo.

g Cūctorum. Sed quis ſcrutabitur uota ſcrutatorum? reſpond. ſecundum Io. And. duo ex ipſis ſcrutabūtur tertium à principio ne ſit in eorum poteſtate electio, ſi in fine dent uotum. alij dicunt quòd dandus erit quartus cum tabellione, qui ſcrutabitur illos tres, prima melior ſecundum Abb. in c. quia propter. eod.

h In ſcripturam. Not. caſum in quo ſcriptura eſt de ſubſtātia actus. plures alij not. in cap. j. de cenſib. in vj. Sed à quo huiuſmodi uota redigentur in ſcripturam? reſp. per ipſos ſcrutatores, uel tabellionem, nec enim propter uerbum ſecreto perſonæ neceſſario cenſentur excluſæ. Sed an hic tabellio debeat eſſe clericus & ſcriptura publica? reſpon. negatiuè. ut not. per Abb. in c. quia propter. eo.

i Publicant. Quo facto uariare nequeunt electores c. publicato eo. ſcilicet ſecuta electiōe. non ſecuta autem electione in ſummi Pon. electione ſolent Cardinales ſtatim publicatis uotis alteri cui uotum à principio non dederint accedere, & ſi uſque ad ſufficientem numerum acceſſerint cenſetur quis electus: & ita admittitur uariatio per acceſſus, quod facit expeditionem & celleriorem electionem,

Quo facto collatione [a] habita, is demum cẽſetur electus in quem uel omnes, uel maior [b] & ſanior pars capituli ſtatim [c] conſenſerint.

Pars minor eligentium ad infringendam maioris partis electionem poteſt opponere de propria authoritate, ac zelo, & de meritis electi. h. d.

Quod ſi eligẽtium [d] uota ità ſe diuiſerĩt, ut hinc quidẽ electorum pars numeroſior conſiſtat, inde minor, ſed quæ nõ minus ex authoritate eligẽtiũ, quàm ex meritis electi [e] ſanior appareat ad infringendam partis numeroſioris electionem facultas erit minori, & de authoritate [f] ipſorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint opponere. [g]

a Collatione habita. Scilicet numeri ad numerum, zeli ad zelum, & de hoc pleniſsimè in c. eccleſia. ij. eo. quando tamen una electio fit à duabus partibus ceſſat huiuſmodi collatio. c. ſi quando. eo. in vj. & infra eo. §. hoc tamen.

b Maior eſt ſanior. Et, pro, id ẽ, ſecũdum Hoſt. in cap. ſcriptura. eo. quaſi ſecũdum eũ ſanior pars reputet ea quæ eſt numeroſior. Sed hęc expoſitio nimis improprìat literam, ideò dic, maior reſpectu numeri, ſanior reſpectu zeli & meriti: & cũ de natura copulę ſit diuerſa copulari. c. querelam. de ſimo. not. in Rub. ff. de iu. & facti. igno. non ſufficiet ſanioritas, niſi etiam concurrat maioritas numeri, de quo tamen plenè in c. eccleſia. ij. & in c. coram. eo. Et nota hic tria, quæ ſunt de ſubſtantiali forma electionis, ſcilicet numerus & qualitas gentium, collatio, & publicatio ſcrutinij: ut in c. in Gene. eo. ubi per Abb. in iiij. not. & in c. quia propter. eo. tit.

c Statim. Id eſt, nullo actu contrario intermedio poſt uota quęſita: arg. l. hæredes palam. in fi. ff. de teſtam. & facit. c. cum poſt petitam. eo. & c. præterea. de teſt. cog. Et de dictione ſtatim, & ſimilibus dicas quòd ubi ius determinat de ſignificatione ipſarum ſeruanda eſt iuris diſpoſitio: ut in l. promiſſor. ff. de conſt. pecu. & in c. ſi in qualibet. xx. q. ij. & c. puella. ead. q. & in l. cũ ſpecialis. C. de iudi. & in l. fin. C. de erro. aduo. in quibus iuribus determinatur horum uerborum ſignificatio. Aliàs uerificantur in modico tẽpore arbitrio iudicis, ſcd̃m Ab. in c. quia propter. eo. ad quẽ alij multa cõgerunt.

d Eligentium. Ex hoc ſecundum Abb. in ca. eccleſia. ij. eo. infertur ad unum ad quod cõmuniter non aduertitur, ſcilicet quòd in diſponẽdis per capitulum nõ debent uoces dari per lupinos uel fabas: quia tunc non poteſt apparere ſanior pars, ſed ſolùm maior reſpectu numeri, & ſcilicet pluriũ non debent ſolum numerari perſonæ, ſed põderari ſententiæ: nihil eſt enim ſic inæquale, quàm ubi impàr eſt prudentia, ſit par ius. Et dicit Cicero multi homines, & pauci homines, multi nomine, pauci re. fac. diſtin. xl. c. multi. unde debet eſſe differẽtia in authoritate uotorum, ut magis ponderet uox prudẽtis, quàm inſipientis. ut hic. ampliat hoc Bart. in l. Põponius. ff. de re iudi. ut procedat ẽt in uniuerſitate, & collégio ſecularium: quod in practica nõ ſeruatur: ut apparet in collegijs Doctorum. de quo per Felyn. in c. cum omnes. de conſtit.

e Electi. Ex hoc no. quod cum zelus eligentium cõſiſtat in animo, nõ poteſt aliter probari quàm per coniecturas. c. ij. de renun. in vj. l. dolum. C. de dolo. eſt igitur bona coniectura ad probandum zelum, quæ ducitur ex meritis electi: nam qui eligunt meliorem præſumũtur etiam meliori zelo ducti: ut per Abb. in c. eccleſia. ij. eo.

f De authoritate &c. Sed ex quibus colligit, uel conflatur hæc authoritas? reſ. ſecũdũ Ab. in c. dudum. & in c. eccleſia. ij. eo. & in c. ij. de his, quæ fi. à ma. par. cap. Dignitas, ut ſi canonicus habet annexam dignitatem prębendæ. ætas, & tempus receptionis, generis quoque nobilitas cõciliat maiorem authoritatem, ſicut & literatura: arg. c. de multa. de præben. & not. in c. lex. diſt. ij. & quòd not. Abb. in cap. conſtitutus de appel. Et per hoc apparet quòd malè dicebat quidam ignobilis, euectus tamen ad Cardinalatum, aduerſus quendam Cardinalem magnę nobilitatis. Tu non es Cardinalior me: q͂a Cardinales nobiles ſunt quodãmodo Cardinaliores alijs. per ſupralleg. hoc tñ intellige habere locũ in clericis ſecularibus: ſecus autem in religioſis, apud quos non attenditur nobilitas ut habet in c. fi. de ſta. reg. & in c ſcripſit. xxvij. q. ij. & in c. pijs xx. q. iij. & per Spec. de ſta. monа. §. j. uerſi. xj. & per Abb. in c. dudum. eo.

g Opponere. Oportet igitur quòd de iſta ſanioritate opponatur, aliàs in dubio præſu-

Contra electionem factá a duabus partibus non poteſt opponi niſi de nullitate uoti alicuius earum dictarum partium. h. d.

Hoc tamen tũc obtinebit cum non magnus [a] in altera parte contigerit exceſſus. Cæterũ ſi quãdo duabus electionibus celebratis pars altera eligentiũ, alia duplo maior [b] numero deprehendatur, contra huiuſmudi electores ad extenuationem meriti, uel authoritatis ipſorũ, [c] paucioribus, uel electo ab eis opponendi facultas non erit. Quãquàm ſi quid opponere uoluerint, quod uotũ illius cui opponitur nullum [d] ipſo iure redderet, id eis minimè cenſeſ interdictũ. Vocãtur autẽ [e] uiri tres de Collegio ſumpti Scrutatores, eo quòd ſingulorum uota diligenter ſcrutentur. [f]

Quomodo per compromiſſum celebretur electio, et quòd arbitri non ſeruantes formá compromiſſi nulliter eligunt. hoc dicit.

Per cõpromiſſũ [g] celebrat electio cũ plures [h]

præſumitur pro numero: arg. cap. prudentiam. de offic. deleg. & in capit. quibus. diſtinctio. xx. cap. dubium. el. primo. Ab. in cap. eccleſia. ij. eo. hæc tamen præſumptio admittit probationem in contrarium: ut in d. c. eccleſia. & hic. Circa quod cum quæritur quæ electio præualeat, an facta a maiori parte reſpectu numeri, an a minori & ſaniori, ſecũdum Ioan. And. & Ab. in ca. eccleſia. eo. ij. diſtingue ſic. Aut numerus in multum excedit, & tunc numerus præfertur authoritati, merito ac zelo. c. ſi quãdo. eo. in vj. & §. ſi quando. Aut numerum non multum excedit, & tũc ſi authoritas & meritũ alterius partis non multum excedit, debet præferri numerus: quia de modico exceſſu non eſt curandum: arg. c. & ſi quæſtiones. de ſimo. & l. ſcio. ff. de reſt. in integ. quod fundatur magis æquitate quàm iure, ut per Ab. in d. c. eccleſia. Aut authoritas & meritũ in multum excedunt, numerus autem in modico, & tũc electio maioris partis non debet confirmari: ut not. in d. c. eccleſia. Sed nec electio facta a ſaniori tantum confirmanda erit. ſecundum commun. opi. ut per Abb. in d. c. eccleſia.

a Non magnus. No. hic & in c. ſi quando. eo. in vj. unde ſumitur qui dicatur magnus, uel non magnus exceſſus.

b Duplo maior. Non requiritur quòd exceſſus ſit duplo maior ſed quòd ſint duę partes de tribus. fac. not. in c. ſcriptum. eo.

c Ipſorum. Scilicet eligentium, uidetur ergo quòd contra electum bene aliquid opponi poſſit, quod ad extenuationem pertineat: argum. cap. non ne. de præſum. & l. cum prætor. ff. de iudic. ſed non eſt uerum ſecundum Guiliel. per literam quæ dicit meriti, quod propriè reſpicit electum. ita not. in capit. ſi quando. eo. in vj.

d Nullum ipſo iure. Ideò dicit ipſo iure: quia largo modo nullum dici poteſt, etiam quod annullari poteſt, licet uero iure teneat. Abb. in c. cæterum. de reſcrip. per l. ſi da ei ſtipuler. ff. de uerb. oblig. immo & uerbum, ipſo iure, interdum intelligitur mediante exceptione. §. præterea. inſti. de excepr. & not. ex hoc. §. & ex cap. ſi quando. eod. unde ſumitur quòd ſi p legem uel ſtatutũ diſponitur quòd non poſſit opponi aliqua exceptio, non intelligitur excluſa exceptio nullitatis, de quo per Domi. in d. cap. ſi quando. & per Bart. in l. j. §. j. ff. quod ui aut clam. & in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. & not. in Clem. j. de ſequeſt. poſſ. & fruc.

e Viri tres. Vinc. & Tancr. tenent hunc trinarium numerum non eſſe de ſubſtantia, dummodo tot ſint quòd fraus fieri non poſſit: communiter tamen tenetur contra, quod magis conuenit literæ. cap. quia propter. eo.

f Scrutentur. Et ita nomen eſt rei conſequens ut §. eſt & aliud. inſtitutioni. de donationibus.

g Per compromiſſum. Iſta forma fuit inuenta pro faciliori uia, ut euitetur magna difficultas ſcrutinij, in cuius practica etiam perfecti uiri ſolent deficere.

h Plures. Sed an in unum poſſit fieri compromiſſum? reſpond. ſic, cap. cauſam. ext. eod. nec enim hæc pluralitas eſt de forma, immo melius res expediri poteſt per unum, quàm per plures, id eſt, duos: quia tunc res ferè eſt ſine exitu. l. item ſi unus. §. fin. ff. de arbit. & c. innotuit. eod. titul. & de hoc uide in cap. ſi

idonei [a] uiri eliguntur, [b] in quos omniũ [c] uitæ, eligendi [d] certo mõ [e] facultas & poteſtas transfunditur. Qui Arbitri compromiſsi fines diligenter cuſtodire debent, ſcituri ſi quid non ſecũdũ demandatã formã egerint, nullũ habiturũ eẽ Iuris effectũ. [f]

Poteſtas Arbitrorum non expirat re non integra etiam non ſecuta electione. b. d.

Quod ſi ĩtra terminos conſtiterint, q̃d ab eis geſtum fuerit, uſque adeò ratum habendũ erit, ut etiã nõ ſecuta electione, [g] re tñ non integra [h] demãdata ſibi poteſtas reuocari nõ poſsit [i]

compromiſſarius. eod. in capit.

a Idonei. Sed in quo conſiſtere debet hæc idoneitas? reſpond. ut quia non ſint laici. cap. contingit. de arbi. & quod ſint religioſi, id eſt, bonæ conditionis. non enim neceſſe eſt quòd ſint religioſi, id eſt, profeſſi aliquam regulam approbatam: ut per Abb. in ca. quia propter. eo.

b Eliguntur. Nõ ſolum ab ipſo capitulo, immediatè, uerum etiam à certis pſonis mãdato & uice capituli. c. in cauſis. ubi Ab. eo. ex quo infertur ꝙ cõpromiſſarij poſsũt eſſe à principio incerti certificandi tamen per ipſos quibus eſt data à capitulo poteſtas eos eligendi.

c Omnium. no. ergo quòd ad impdiendum huiuſmodi compromiſſum ſufficit unius ſolius contradictio: ut no. in cap. quia propter. in c. ſcriptum. eo. & ita tenetur communiter, cum nemo inuitus priuari debeat iure ſuo. l. inuitum. & l. in uendentis. C. de contrah. emp. licet quidam contra in d. c. quia propter, & idem putat ibi Abb. in alijs negocijs eccleſiæ expediendis, quia cum compromiſſum ſit res uoluntaria. l. ſi dictum. ff. de euict. oportet ꝙ omnes conſentiant: ut dicitur in c. omnes. de conſtit. & per Io. And. in rub. de re. iur. in vj. in Mercurial. Dicebat tamen Hoſt. quòd ſi ſint tres tantum in collegio, uno inuito, duo poſſunt compromittere ſuadente neceſsitate, c. quanto. de conſuetu. cum propter paucitatem collegiatorum non poſsit ſeruari forma ſcrutinij, quod & æquum eſt. & per Doct. communiter approbatur. ſed de hoc multum dubitat Abb. in d. c. quia propter. ubi uidendum. poſſet tamen maior pars capituli inuita minori admittere aliquos ad conſulendum, ſecundum Compoſt. & Ab. in d. c. ſcriptum. ratione de qua ibi per eos.

d Eligendi. Bene eligendi: quia ſi iam elegerunt dubitetur tamẽ de ualiditate, ac uirib. electionis, non poſſunt canonici de & ſuper dicta ualiditate electionis facere compromiſſum in præiudicium electi, etiam ſi ab aliquo opponatur de nullitate. ſemel enim functi ſunt officio ſuo, Abb. & Doct. in c. cum inter canonicos. per illum tex. eo.

e Certo modo. utputa ꝙ teneantur ſcrutari ſecretè uota omnium, & illum eligere in quem cõſẽſerit maior pars capituli, & ſanior. ca. cum dilectus. eo. & c. cum expediat. eo. in vj. & ſic compromiſsi forma & ſcrutinij iungi poſſent. q̃d putatur utilius: ut not. ĩ d. c. cum expediat. Non tamẽ poſſunt compromittentes tollere ſubſtantialia capituli quia propter, ut ibi no. Abb. licet poſsint ſimpliciter compromittere, promittendo in prælatum illum recipere quem arbitri elegerunt. c. cauſam. ext. eo.

f Effectum c. cum dilectus, eo. ca. cum olim. de arb. cap. dilecta. de reſcrip. l. diligenter. ff. manda.

g Electione. c. in cauſis. eo. unde ſumitur.

h Non integra. Sed quando dicitur res non integra? reſpon. ſecundum Inno. & Abb. in c. in cauſis. eo. cum attinguntur ſubſtantialia ipſius negocij, puta cum inceperunt arbitri tractare de perſona eligenda: ſecus ſi ſolummodo ſint expleta aliqua pertinentia ad ſolennitatem actus: ut, quia celebrauerunt miſſam Spiritus Sancti, uel quid ſimile, licet Gloſſ. in Clem. ſi. de procurat. dicat rem eſſe integram cum non fuerunt facta præparamenta; ſed in iudicijs dicitur res, integra ante litem conteſtatam.

i Non poſsit. Videtur ergo quòd re integra hæc poteſtas reuocari poſsit: arg. l. j. ff de offic. eius. cui mand. eſt iuriſdi. quod Goffre. Vinc. & Hoſt. admittunt inſtar mandati. §. rectè. inſtit. manda. Alij contra: arg. l. ſicut. C. de act. & obli. ut diffusè not. in c. in cauſis. eo. Communis reſolutio habet quòd ſi uniuerſitas dedit hanc poteſtatem compromiſſarijs gratia ipſorum compromiſſariorum, quod ẽt re integra reuocari non poſsit: quia tunc eſt

quædam

quædam ceſſio iuris: ſiue donatio. unde non poteſt reuocari. C. de dona. l. ſiue. C. de tranſact. l. quamuis. C. de reuoc. dona. l. ſi donationem. xxij. q. ij. c. nō. n. c. ſuper qq. §. porrò. de offi. dele. c. quod ſemel. de re. iu. in vj. xxxij. q. v. c. horrendus. & viij. q. ij. ca. dilectiſsimi, & quod hic, & in c. in cauſis. dicitur re non integra intellige maximè. Aut hęc poteſtas non fuit data fauore perſonarum, ſed eccleſiæ, fortè ut facilius expediatur electio ita quòd cōpromiſſarij fuerunt deputati nudi miniſtri, & executores, & tunc procedat arg. à contrario ſenſu, & reuocari talis poteſtas poterit, ſecundum Io. And. & Abb. in d. c. de cauſis. & Inno. in c. conſtitutus. de conceſſ. præb. & fac. §. illud quoque. infra de collat. in dubio autem re uocari poſſet cum gratia non prę ſumatur, nec donatio. c. ſi. de transla. præ. l. cum de indebito. ff. de probat. & not. in l. cum quidam. ff. ſi cer. pet. Qualis autem eſſe debeat. talis reuocatio, & an ſufficiat tacita, ponit Abb. in d. c. de cauſis. & ex hoc. §. & ſuperiore collige notabilem differentiam. nam ad contrahendum ſpirituale coniugium ſufficit dare mandatum in genere: ut hic, & in d. c. de cauſis. & c. quia propter. eo. ſecus in carnali: quia oportet quod detur mandatum cum certa perſona. l. generaliter. ff. de rit. nup. & not. in c. ſi. de procu. lib. vj.

a Conſequens. Immo prius dicendum fuit de perſonis tam eligētium, quàm electorum, & poſteà de formis electionis. l. ſi quæramus. ff de teſtam. & ſuprà de eccleſ. conſt. §. fin. Sol. non ſemper ſeruatur ille ordo, ut apparet inſt. de teſtamen. ord. & inſt. quib. non eſt permiſ. cond teſt. ut diſputatur latè per Moder. legiſt. in d. Rubrica. inſtit. de teſt. ordi.

Oſtendimus quibus modis electiò celebretur, conſequens [a] nūc eſt uti uideamus, & qui poſſunt eligere, & in quos cadere poſsit electio.

QVI ELIGERE eligiue poſſint.

VII

Quibus ius eligendi competat. hoc dicit.

IVs igitur prælatū eligendi ad Canonicos [b] hodie. [c] & ad uiduatæ Eccleſiæ ptinet collegiū: [d] Sed & ſi q cōſuetudine, [e] vel

QVI ELIGERE ELIGIVE POSSINT.

b CAnonicos. ut c. in Geneſi. c. eccleſia. ij. cap. Cumana. ca. cum in ueteri, & c. congregato. & c. bonæ. el primo. eod. & idem ſi in ueritate fortè non ſit canonicus, ſit tamen in quaſi poſſeſſione canonicatus pacificaꝫ: ut in d. c. in Geneſi. & q̄relā & ca. cū olim. de cauſ. poſ. & propri. & in c. cōſultationib de iu. patr. & no. ī ti. prox. § j. ēt ſi ſuccūbat in cā ſibi mota ſuper canonicatu, uel iure eligendi. Bal. in l. ij. C. de ſerui. & àqua, & ī. de inſti. §. interdum. Sed contra hęc uideť c. Cumana ex. eo. de quo dic ut ī d. c. in Geneſi. & ī d. c. Cumana. Et qđ dicit hic canonicos, intellige etiā de ſupernumerarijs, ſecundū ſan. in c. cū M. Ferrarienſis. de cōſt. & Fir. ī tract. de epis. li. 1. in tertia parte: ſecus tn̄ eſt in beneficiatis ēt ſi ſint in eccleſia ppetuo beneficiati: quia dolū canonici faciūt collegiū. c. nouit. de his q̄ fi. à præl. & no. Doct. in c. ij. de inſtit. & per Abb. in c. j. eo. & not. in c. dilecta. de exceſ. prælato.

c Hodie. Ideò dicit hodie: qa aliter erat olī, c. j. d. xxij. & habeť d. lx. lxj. & lxiij. & lxix. ſparſim p to. & j. q. vj. p to. & viij. q. j. & q. iij. p to. & no. in c. q̄q̄. de electio. in vj. Et intellige qđ hic dť inſpecta diſpoſitione iuris cōis, nā nr̄is tēporib. & multis ēt retroannis Pontifices R. ad tollendas magnas diſcordias, q̄ oriri ſolēt in electionib. cōſueuerūt ſibi reſeruare puiſiones oīum eccleſiarū patriarchaliū, Archiepāliū, & epāliū: ut apparet in ſecūda regula Cancellariæ Apoſt. q̄ ab oibus Pōtificib. cōfirmať & renouať, unde fit, ut hæc materia electionis parum noſtris tēporib. praticetur maximè in Italia, propter regulam ſupradictam.

d Collegiū. un̄ ſi uacet ſedes metropolitana, electio nō ptinet ad ſuffraganeos, ſed ad ipſos canonicos. cōcor. c. bonæ. ij. de poſtul. p̄la. ubi no. Ab. cōſuetudo tn̄ ꝙ unà cū canonicis ēt ſuffraganei eligant ualet. d. c. bonæ. & hic.

e Cōſuetudine uel p̄ſcriptione. ita ut cōſuetudo ſit diuerſus modus q̄rēdi ius eligēdi à p̄ſcriptione: ut firmat Firma. ī ſuo trac. de epis 1. lib. ī tertia parte, uel potes exponere cōſuetudine p̄ſcripta, cum ſimplex conſuetudo non p̄ſcripta nō tribuat ius eligēdi, ut tradiť p glo. Ab. & alios in cap. Cumana. eo. eſt autem generale quòd

uel præſcriptione, pacto,[a] uel priuilegio[b] fuerint muniti, ab electione minimè ſunt excludendi.

Impuberes et non conſtituti in ſacris non poſſunt eligere. h.d.

Sed neque in pupillari ætate [c] conſtituti, neq; ij qui ſacris ordinibus non ſunt decorati, [d] ſunt admittēdi: Abſurdū [e] enim eſſet, ſi ad tāti ponderis res explicādas, ij quorū nullū eſt animi iudicium, [f] & ad ſacra tractanda, ij qui nondū illa attigerūt [g] aſſumerentur.

Excommunicatus minore excommunicatione eligit ſecus maiore.

Illud quæſitū eſt, an excōmunicati ad eligendum admitti poſſint. Et ſanè ſi minoris [h] excōicationis uinculo tm̄ fuerint in

ſe ꝙ xl. ann. ſpacio iura ſpiritualia & eis annexa præſcribuntur: ut habetur in ca. de quarta. de præſcrip. requiritur tamen quòd ſaltem aliqua dictarum electionum per dictum tempus factarū fuerit cōfirmata, ut ius eligēdi tribuat Inn. in c. cum ueniſſent. de reſt. in integ. Bal. in c. ſi uaſallus. quid ſit inueſtitura. in uſi. feu. & in l. ij. C. de ſer. & aqua. habet̃ ꝑ Firm. in d. trac. eodē loco, & de materia in c. cum eccl. de cauſa poſ. & ꝓpriet. & in c. querelā. eod. & in c. bonæ. de poſtu. præl. & in c. ex no ſcitur. de his quæ fi. à ma. part. cap. & i c. cū eccleſijs de præb. in vj.

a Pacto. ut in c. ſcriptū. eod. poſſunt ergo electores extraneis ius eligendi cōicare, nec mirum cum poſsint etiā totā poteſtatem in cōpromiſſarios trāſferre. c. cauſam. & in c. in cauſis. & in c. quia propter. eod. & §. ꝑ cōpromiſſum. s̃. tit. prox. ſed hoc uel uno diſcrepāte impediri pōt, ſcilicet ut extraneus habeat uocē in eligendo. Cō poſt. & Ab. in d. c. ſcriptū. ſic & cōpromiſſum uno contradicente impedit̃. dicit tamen Cōpoſt. quòd maior pars poſſet extraneum admittere ad cōſulendum, licet nō ad eligendū: argu. c. obeuntibus. diſt. xiij. & per Ab. in d. c. ſcriptum.

b Priuilegio. c. cum dilectus. de conſuetu. & ex priuilegio etiā laicus poſſet intereſſe electioni: ut ꝑ Ab. in c. quiſquis. col. ij. uerſi. Tertio & ultimo quæritur, licet non ex conſuetudine. c. Meſſana. eo. & per Ab. ubi ſupra.

c Aetate cōcord. c. ex eo. eod. in vj. nec diſtinguimus hic utrum malitia ſuppleat ætatem, ſicut nec in finienda tutela l. indecorū. C. quando tut. uel cura. & inſtit. quib. mo. tutel. fini. in princ. licet ſecus in matrimonio. c. puberes. de deſpon. imp. ſed ſolum attendetur in maſculo numerus xiiij. ann. in fœmininis. xij. ut in d. c. ex eo. & c. indemnitatibus. eod. titu. & lib. & quòd requiratur ætas ad canonicatum, & alia beneficia, latè per Ab. & alios in c. ſuper inordinata. de preben. & aliquid per eundem in c. ex parte. uerſi. nam uideo. de reſt. ſpol.

d Decorati. huic iuris ordinationi per coelectores derogari non pōt, ut in Clem. ut hi. de æta. & quali. & quod dicitur hic de pupillari ætate, uidetur ſecundum ius nouū eſſe ſuperfluum, cū ſatis uideatur eſſe ſi dicatur de cōſtituto in ſacris ordinib. quę minori xviij. ann. nō cōceduntur. Cle. fi. de æta. & qual. niſi dicamus procedere in electione fienda per moniales de Abbatiſſa, in quibus nō cadunt ſacri ordines. & hæc habilitas in eligendo ſufficit quod ſubſit tempore inſtantis electionis non autem uacationis eccleſiæ: ut plenè not. in d. Clemen. ut hi qui aliàs fiū.

e Abſurdum. a quo uitando bonum eſt argumentum. l. nam abſurdum. ff. de bon. libert.

f Iudicium. ut l. j. C. de falſ. mon. lege cum prætor. §. non autem. ff. de iudic. l. ſecunda. §. puberes. ff. de iu. immuni. l. fin. C. de milit. teſtamen. l. ſpurij. §. minores. ff. de decur. tertia quæſtione ſeptima. §. tria. & cap. ex parte. de corp. uiti. cap. cum uirum. & cap. cum ſimus. de regul. Eadem & maior ratio eſt in furioſo, qui nec carnale matrimonium poteſt contrahere. capi. dilectus. de ſponſal. & trigeſimaſecunda quæſtione ſeptima. capitulo neque furioſus. nec religionem uouere. cap. ſicut. primo de regula.

g Attigerunt. argumentum quòd nemo dat quod non habet. lege traditio. ff. de acquirendo rerum dominio. & l. ſi uniuerſæ. C. de legatis. & §. finali. infra de confirmation.

h Minoris. quæ ſit autem minor uel maior excommunicatio, dices ut infra de ſent. excommun. in princ.

Non

nodati ab electione arcendi non [a] ſunt, Anathemate autẽ percuſsi, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur. [b]

Suſpenſus à Canone eligit ſecus ab homine.

In ſuſpenſo quoque nõ abſimilis obtinet diſtinctio. Si enim quis per ſolam Canonis diſpẽſationem ſuſpenſus ſit, electioni intereſſe minimè prohibetur. Si uerò per Iudicis ſententiã, anathematizato ſimilis habebitur. [c]

Eligere à ſuperiore prohibiti, abſentes, heretici, non poſſunt eligere:

His quoq; & illi annumerari debent, qui bus à ſuperiore ne eligant [d] interdictũ eſt. Item abſentes, qui tamen ſi legitimis cauſis ad electionem accedere impeditos eſſe ſe docuerint, alijs de capitulo uotũ ſuũ demandare, ſecundũ ea, quæ ꝓximè expoſuimus, minimè ſunt prohibendi. Hæreticis [f] autem uel non catholicis indiſtinctè Ius eligẽdi adimitur.

Ob non ſeruatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio deuoluitur ad proximum ſuperiorem h.d.

Interdum tamen accidit, ut ij, quibus ab initio Ius eligendi cõpetit, eo iure poſtmodũ priuentur, [g] utputa

a Non ſunt.c.illa.eo.c.ſi celebret.de cle.excom.mini.ſolum enim minor excludit à perceptione ſacramentorum, non autem à communione fidelium.

b Repelluntur. & meritò cum diuulſus ſit à corpore Chriſti myſtico: ut infra de ſent. excõ. in princ. ſed quid ſi maior pars fuerit excommunicata, an alia & minor pars eligere poterit ſine ea. Item quid ſi unus eſt excommunicatus, & eligit cũ alijs, an tota electio uiriabitur. Reſp. ut no.ix.q.j.c.ſi.& per Ab.in c.illa. eod. Quid ſi unus ex cõpromiſſarijs eſſet excõmunicatus, an uitietur tota electio? Reſp. diſtinguendum eſt utrũ excommunicatio ſit manifeſta, an occulta. Item utrũ remaneat maior pars in nõ excõmunicatis, an cõtra: ut per Ab. in c. in cauſis. in fi. de elect. Item an ſemel criminoſus, uel aliàs inhabilis, prę ſumatur ad huc durare in eadem. in eodem crimine & in habilitate? Reſp. ut per Abb.& alios in cap.cum inter.eod.

c Habebitur. & ſic no. quòd mitius agitur cum lege, quàm cum homine. l.Celſus.ff de arbit. quod quomodo procedat habetur per Bart.in l.amplius.ff.rem ra.habe.& ꝑ Moder. Cano.in c.paſtoralis. §.cum autem.de offi.de leg.per Bal.in c.ſicut.de cohab.mul. & cler.& per Salyc. in l.iij.q.iij. C.ex quib.cau. infam. irro.& per Abb.in c.dilectus.de præb.& concor.c.cum inter. R. ſeniorem.eo.& cap.cum bonæ.de ætat.& qualit.& c.poſtulaſti. de cle. excommun.min. Et talis ſuſpenſus non ſolum nõ põt eligi, ſed nec etiam poſtulari. cap.j.de poſtul.prælat.& pro diſtinctione huius. § faciunt quæ ponit Firman. in ſuo tractatu de epiſcopis, libro primo. uerſicu. quinquageſimonono. Sed cum actus eligendi non ſit ordinis, quemadmodum excommunicare & iudicare, ſed potius iuriſdictionis: ut dicitur in capitulo tranſmiſſam. eo. uidetur quòd electio facta à ſuſpenſo uel ſuſpenſis ualere debeat, cum ſuſpenſio ſolũ ea adimat quæ ſunt ordinis. Reſpon. ut latè not. per Gloſſ.& Docto. in capitulo cum dilectus. de conſuetu.

d Ne eligant. ſcilicet ſine tua licentia quam petere ſi ſint in mora tempus à canone ſtatutum currit. capitulo fin. eod. quia poſſe dicitur, qui poteſt facere ut poſſit. l. qui poteſt. ff. de re. iu.

e Proxime. ut ſupra titulo proximo. §. primo ubi etiam notar. & in c.quia propter. §.fin.eod.

f Hęreticis.ſa. capitulũ apertè. & capitulũ miramur. uigeſimaquarta quæſtione prima.& cap.ſi.ix.q.j.

g Priuentur. Per ſententiam non ipſo iure: ut nota.in capitulo. quia propter. uerſic. niſi eo. Sed opponitur de cap.cum in cunctis.eo. ſol.ſecundũ Ab. quòd ille textus loquitur cũ peccatur eligendo, hic cum peccatur contra formam traditam in eligendo ſupponitur tamen facta de idoneo, unde maior eſt peccatum in materia, quàm in forma.quòd fac.con tra not.xij.quæſtione ij.in ſumma. & in cap. ſine exceptione.

Aliter

ſi qui aliter [a] quàm per præſcriptas [b] formas eligere tentauerint. Item qui per tempus [c] conſtitutionibus diffinitum, in eligendo negligentes [d] fuerint, quo caſu ad proximum ſuperiorem [e] eligendi poteſtas deuoluitur.

Electio facta de indigno Ius eligendi transfert ad Romanum Pontificem.

Alia ſanè cauſa eorum eſt qui ſcientes [f] indignum eligunt aut poſtulant. Nam licet & ij eligendi Iure priuentur, [g] id tamen non ad Primatem, aut Archiepiſcopum, ſed immediatè ad Summum Pontificem deuoluitur. [h]

Laici non poſſunt eligere. b.d.

Laicis quoque etiã ſi Principes [i] ſint, nullo neq; cóſuetudinis [k]

a Aliter. quid ſi alio loco fuerit facta electio quàm in conſueto? quidam quòd non ualet legitima ceſſante cauſa, ut not. in c. in nomine domini. diſtin. xxiij. tu dic contra licet eligentes in loco non conſueto malè faciant: ut per Ab. in c. cũ in terra. eo. uel diſtingue ut p eundem in cap. quod ſicut. §. j. eo.

b Pręſcriptas formas, ſcilicet in §. celebratur. ſupra tit. j. & in ca. quia propter. §. fin. eo. ſed quid ſi publicato ſcrutinio ſuperueniat defectus in forma, puta. quia non fuit facta collatio uel cómunis electio. Reſp. ut per Ab. in cap. publicato. eod. ante fi.

c Tempus. Scilicet trimeſtre in eccleſijs epiſcopalibus, & regularibus: ut in c. ne pro defectu. eo. in quarum uacatione cum maius uertatur periculum, breuius ad prouidendum tempus ſtatuitur, quàm in alijs, in quibus ſtatuitur tempus ſex menſium. c. ij. de cóceſſ. præb. fac. c. ubi periculum. eo. in vj. & uidetur id obtinere etiam ſecundũ iura antiqua: ut diſtin. 50. c. poſtquã. & c. obeuntibus. diſt. lxiij. & differt ſuperior caſus ab hoc: quia in ſuperiore requiritur ſententia, ut dictum fuit ſuper uer. priuentur. ſed hic ipſo iure inducitur deuolutio, fa. c. licet. & c. fi. de ſup. neg prælа. & c. q̃q̃. eo. in vj. ut electio facta poſt talem deuolutionem eſt ipſo iure nulla: argu. tamen contra. in §. is tamen. infra de collat.

d Negligentes. Aliud ſi legitimè impediti. c. ne pro defectu. eo. & diſt. xxviij. c. Siracuſanæ. & diſt. lxj. c. bene nouit. & c. quia diuerſitatem de conceſ. præben. nec eo caſu erit neceſſaria aliqua proteſtatio: ut not. in d. c. ne pro defectu. & puniuntur, & priuantur ſolum pro illa uice. d. c. ne pro defectu.

e Superiorem. olim tamen ad Papam. c. dilectus. de conceſ. præb. & hic ad quem facta eſt deuolutio debet pariter intra tres menſes eligere. d. c. ne pro defectu. eo.

f Scientes. ſcilicet omnes ſiue ſimul & ſemel, ſiue ſeparatim: ut not. in c. q̃q̃. in vj. ſi aũt ſolũ aliqui, tunc deuoluit poteſtas ipſo iure, uel p ſniam, cũ peccãt in forma. c. quia propter. eo. Sed pone pars eligentium peccauit eligendo ſcienter indignũ, remãſit ergo ius eligendi in alijs, illi nõ eligunt intra debitum tempus, ad quem fiet deuolutio ad Archiepiſcopum, an ad Papã? Reſp. ad Archiepm. ut reſoluit in c. cũ Victonienſis. eo. & in cap. quãquàm. eo. in vj.

g Priuentur. & ipſo iure. c. quãquàm. eo. in vj.

h Deuoluit. ſed quæ eſt ratio differentiæ inter caſum & caſum? Reſp. uelut dicit lex quòd ſi quis fuerit negligens in petenda bonorũ poſſeſſione intra centum dies, locum facit ſuccedentibus in gradu. l. j. §. decretali. & §. quod dicimus. ff. de ſucceſ. edict. ſi aũt ob crimen uel indignitatem hæreditas applicatur fiſco non ſequentibus in gradu. ff. de his, quib. ut indig. l. Claudius. & l. mulierem. & C. eo. tit. l. hæreditas, ſic curia & Papa hoc caſu ſuccedunt nõ ſuperior ſecundum Io. An. in c. quãquàm. eo. in vj. Et quod dicitur hic de electo indigno, ſolum obtinet in eccleſijs cathedralibus: ut d. c. quãquàm. ubi in fin. not. ſed ſuperior. §. etiam in regularibus. c. ne pro defectu. eod.

i Principes. Immo ſi princeps eligẽdo uel iubẽdo ſe intromittat excõicationẽ incurrit. xvj. q. vij. c. ſi qs deinceps. cũ ſeq. & taliter electus debet deponi, ead. q. c. ſi qs eps. cũ ſeq. licet aliqñ d. ptãs Impatori fuerit cóceſſa. c. Hadrianus. diſ. lxiij. ſed fuit reuocata, d. § uerũ. & amplia q hic dr, ut pcedat etiã ſi electionem talẽ cõfirmauerit ſupior eccleſiaſticus: nã neq; tunc ſubſiſtit: habet p Ab. & alios in c. quiſqs. eo. Item amplia ſi laici eſſent admiſſi ad coeligendum cum clericis: ſecus ſi ad coadiuuandum electionem, Doct. in c. Meſſana. eo.

k Conſuetudinis, c. Meſſana. & c. ſacroſancta. eo.

eo.& utrobiq; not.etiã ſi eſſet tanti tẽporis cu ius initij memoria non extaret. Ab. in d.c. Meſſana. poſſet tamen induci conſuetudine quòd mors epiſcopi nũcietur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi:aliàs electio non ualeat. Ab.poſt Inno. in c.quod ſicut.§.j.eo.Item ut poſt factã electionẽ requiraẽ cõſenſus Principis:ut late ꝑ Ab. in c. cũ terra. eo.

a Ad electionẽ: bene tamẽ poſsũt interuenire ad co adiuuãdã electionem : ut dr̃ in c. Meſſana. & in c. quia propter eo. & in c.principibus.diſt. lxiij. Itẽ poſſunt interuenire ex permiſsione Papæ: ut not. in c.nobis. de iu. patron.

b Aſpirare.etiã tãquam compromiſſarij : ut per Ab. in cap.cauſa quæ eo.

c Indecenter. c.nobis.de iu.pa.

d Oportet.quod ſequitur uſq; ad fi.pertinet ad ſecundã partẽ Rubricæ. & ponunẽ in hoc §.quaſi ꝑ indicẽ oẽs qualitates de quibus latè diſputatur in diſ.xxxvij. & pluribus ſeq. & in cap.cum in cunctis.eo.

e Artium. ex eo quòd animæ ſunt pretioſiores alijs rebus.xij. q.j.c.præcipimus.& xxiiij. q.iij.c.ſi habes. & c.cũ ĩfirmitas. de pœn.& re. uide qđ no.Ab.ĩ c.cũ ſit.de æta.& qua.or.in fi.

f Illeſum. ſufficit tamẽ ꝙ ſit legitimatus à Papa. Ab.in c.cum Victonienſis.eo.

g Documenta.fac.c.miramur.in fi.diſ.lxj.& not.ex hoc ꝙ mala uita ꝓbat quẽ ambitioſè

neq; præſcriptionis, neq; cõuentionis Iure ad electionẽ [a] aſpirare [b] permittitur. Patroni tamen circa iam factam electionẽ nõ indecẽter [c] poſtulatur aſſenſus.

Qualem epiſcopum eſſe oporteat.h.d.

Oportet [d] autem eum qui in Epiſcopũ eligendus ſit, cũ ars ſit artiũ, [e] regimẽ animarum ætate maturũ eſſe, natalibus illæſum [f] corpore integrum, fama candidũ, literis inſtructum, religioſum, prudẽtem, temperatum, caſtum, hoſpitalem, manſuetum, irreprehenſibilẽ ſecundum ea quæ latius infra dicturi ſumus: Si enim ad ſeculares honores ſine ſuffragatione meritorũ indignum eſt perueniri, & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta [g] non adiuuant: quàm diligens, ac prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & Eccleſiaſticarum dignitatum?

Minor triginta annis, excommunicatus, ſuſpenſus, & non conſtitutus in ſacris, & ſchiſmaticus non reconciliatus, non poſſunt eligi.

Igitur is qui ad epiſcopalem dignitatem præmouẽdus eſt, annos natus eſſe debet nõ minus triginta. [h] Nam ea ætate Dominum [i] & baptizatũ eſſe, & concionatũ fuiſſe legimus. Alioqui ſi quis minor fuerit, eligi non poterit. Idẽ Iuris eſt in ijs qui aut excommunicationis, [k] aut ſuſpenſionis, [l]

peruenisse ad dignitatẽ, ſic contra, merita alicuius excuſant ab ambitione. j.q.j. c.quibuſdã.

h Triginta.ſcilicet cõpletis, ut habeẽ in c. cũ in cũctis. eo. ar. cõtra. ff.de mu. & hon.l.in rẽ publicã.ſed dic aliud ĩ ſecularib.dignitatibus, aliud in ſpiritualib. uel ſpãle eſt hoc in epõ, ĩ alijs autẽ inferioribus dignitatibus ſufficit legitimũ annũ attigiſſe. d.ca. cũ in cũctis. §.inferiora.qñ aũt annus cęptus habeatur pro cõpleto, uel nõ.Can.ĩ d.c. cũ ĩ cũctis.& in c. licet.eo.& ĩc.j de æta. & qual. & in Cle.j. de æta . & qual.& ꝑ legiſtas. ĩ l.qua ętate.ff.de teſta.& in l.cui legaẽ.ff.de leg.j.

i Dominũ. qdã, ut Io.Chriſoſt.tenet ꝙ dñs nõ cõpleuerat. xxx.an. ſed tñ inchoauerat. ut no.in c. ꝓsbyter. diſt.78.

k Excõicatiõis.tã maioris q̃ minoris: ut no.ĩ c.illa. eo.licet in dubio maior ueniat, ut habeẽ in c.pe.de ſent.exc. & ĩ.eo. ti.§.ſed quęri.maior ergo requiriẽ habilitas ut qs eligi q̃ ut poſſit eligeř:ut ĩ.eo.§.ex his,& de hoc ꝑ Firma.in tra.de epis ĩ prin. lib.2.nu.4.& ad de ꝙ excõicatio ipedit ꝓmotionẽ, ẽt quo ad ſeculares dignitates:ut ꝑ Ab.ĩ.c.uenerabilẽ. e.

l Suſpenſionis, habetur in c.cũ dilectus. de conſue.in c.cũ inter.R.ſeniorẽ, in c.cũ bonæ. de æta.& quali.c.poſtulaſti.de cle.excom.mini.& hoc uerum ſiue quis ſuſpenſus ſit à beneficio ea.per inquiſitionẽ. ubi in fi not. ſiue ab officio : ut dicitur in d.c.cũ dilectus.Et idẽ

eſt

uinculo ſunt innodatis. Sed nec ij qui in ſacris ordinib. nõ ſunt, conſtituti ſaltem ſub diaconatu, [a] neq; ſchiſmatici [b] eligi debent.

Eligẽtes indignũ per trienniũ eligi non poſſunt. h. d.

Illi quoq; qui ſcienter indignum eligũt, non ſolũ eligendi poteſtate priuandi ſunt: uerũ etiam per triennium, ut ab alijs eligi poſsint ſe ipſos inhabiles reddunt. [c]

Neophitæ non poſſunt eligi hoc dicit.

Neophitæ [d] quoque in Epiſcopos ordinari prohibentur. Indecens eſt enim, & ualde præpoſterũ eũ fieri Magiſtrum, qui nondũ didicit eſſe diſcipulus. [e] Appellantur [f] autem Neophitæ, qui propoſitum ſacræ Religionis nouiter aſſumpſerunt.

DE POSTVLATIONE. [g] VIII

Quid ſit poſtulatio. h. d.

Poſtulatio [h] eſt eius qui eligi non poteſt, in Prælatum concors capituli facta petitio. [i]

Qui non animi uel corporis uitio ſed aliàs non poteſt eligi, puta minor xxx. annis, uel ſpurius poteſt poſtulari.

Sciendum eſt enim quoſdam eſſe qui quãuis eligi non poſsint, poſtulari tamen minimè prohibentur. Quæ res ita uidetur poſſe cõmodè diffiniri, ut quicunque [k] non animi uel corporis uitio: [l] ſed ob alterius de-

eſt de eo qui non ſeruauit interdictũ c. ad hoc. de poſt. præl. c. fi. de exceſ. prælat. & per Firma. in ſuo tract. de epiſcopis lib. ij. in princ.

a Subdiaconatu. Vnica eſt dictio, concord. c. a multis. de ęta. & qua. Inn. & cæteri in c. cum olim. de re iudi. & in c. dudum. & c. cum ĩ cunctis. eo. arg. contra diſtin. lx. ca. ij. & cap. iij. Sol. ut ibi no.

b Schiſmaticis. De hoc infra tit. ij. §. de illo.

c Reddunt. Vt c. p inquiſitionẽ. eo. nec mirum cũ per hoc tempus ſuſpendatur à beneficijs & dignitatibus, c. cum in cunctis. eo. dic. ut ibi. & in d. cap. per inquiſitionem.

d Neophitæ. De hoc habes diſtin. xlviij. per to. & diſtinct. lxj. per to. facit. l. non eſt facile. ff. de cuſt. re.

e Diſcipulus. c. j. d. xlviij. & c. miramur. diſt. lxj. An autem Iudæus factus Chriſtianus ſit capax beneficiorum. per Abb. in c. eam te. de reſcrip.

f Appellatur. c. fi. diſtin. xlviij.

DE POSTVLATIONE. g

De poſtulatione, Cum quidam qui non poſſint eligi poſtulari tamen poſſint, ut infra per to. meritò hũc tractatum ſuperiori connectit.

h Poſtulatio. Aliter deſcribit Gloſ. in cap. uni. eo. in vj. ſed illa non eſt uniuerſaliter conuertibilis cum ſuo diffinito negatiuè & affirmatiuè, unde tanquam diffinitio non bona fuit omiſſa: arg. no. in Rub. de ſum. Trin. & fi. catho. & inſtit. de obli. in princ. & not. Ab. in Rub. eo. qui ponit aliam: aliã ponit Hoſt. in ſumma eo. cum quibus hæc in ſenſu concordat.

i Petitio. Cũ in diffinitione electionis dicat̃ uocatio. hic petitio, colligitur differẽtia inter electionẽ & poſtulationẽ: quia illa iuri innititur, hæc gratiæ, unde qui eligũt cõſentiunt in electum tãquã ĩ ſpõſum, & p electionẽ initiat̃ uinculum ſpiritualis matrimonij, c. cũ inter canonicos. de elect. & c. fi. de translat. prælat. & ĩfra de correptio. uſu. ſub. §. fin. Qui aũt poſtulant nõ conſentiunt in poſtulatum ut in ſpõſum, nec poſtulatio propriè & ſtrictè accipiendo initiatur aliquod matrimonium: ſed poſtulãtes uota in ſuperiorem dirigũt, ut ille de gratia debeat admittere poſtulatum; ut not. per Ab. in Rubri. eod. poſt Inno. in cap. j. eo. & not. in cap. uni. eod. in vj. Inde fit ut poſtulantes quidem poſſint à poſtulatione recedere, antequã papæ pręſentent ſecus in electoribus, ut no. in c. bonæ. ij. eo. & in c. in cauſis. de elect. & hoc cõiter tenet̃, ſcd̃m Ab. in d. c. in cauſis. quàm aliàs adeo ſimiles putentur ut et nomine electionis contineatur poſtulatio, etiam in materia pœnali, ut poſt antiquos tradit Ab. in d. c. in cauſis.

k Quicũq;. Hæc regula uirtualiter uĩ cõplecti oẽs regulas quas ponit Ab. in c. fi. eo. reputatũ eñ fuit arduũ ab antiquis tradere hãc materiã uia methodica: ut apparet ex no. in d. cap. fi.

l Vitio. Adde uel libertatis defectu, ne ſit contra

contra c.j.& ca.ij.& per to. de ſer. non ordi.& infra. qui promo. non poſſ. in princ.&.§.j.uel poteſt dici ꝙ in ſeruis ſit defectus etiam animi & corporis, cum pro mortuis reputentur, ut l. ſeruitutem.& l. quòd attinet.ff.de re. iu. & inſtrumenta loquentia ſeruos appellat Ariſt. ſicuti equos, & alia inanimata ſacta ad uſum humanū appellat ſeruos mutos, quod fortè nō bene dicitur de iure canonum: arg. c.j. de coniug. ſer. Sed adhuc contra de bigamo qui licet nullum patiatur animi uel corporis defectum, tñ poſtulari non poteſt, ſecundum Hoſtien in ſumma,& c.ij.de big. non ordi. reſpondeo ſatis patiē defectum in animo, cum ui:etur ob ſuſpicionem incontinentiæ: uel fortè uerius eſt, illū poſtulari poſſe, cum Papa cum tali diſpenſare ualeat: ut per Bal.in c.at ſi clerici.de iud. de quo per Firma. in tract.de epiſcopis in princ.ſecundi libri quęſtione xxv.

fectum qualitatis eligi impediuntur, ijdē tamen poſtulari poſſint. [a] Ex hoc apparet eum qui trigeſimū annum [b] nondum cō pleuit. Item in minoribus [c] ordinibus conſtitutū, aut laicū. Itē natalibus læſum, licet eligi non poſsint, poſtulari, tamen poſſe. [d]

a Poſſint. Sed an poſtulantes aſtringatur ad ſeruādas formas c.quia propter.de elect. & nō uidetur, cum ibi fiat ſolum mentio de electione.l.non aliter.ff de leg.iij. quod ſatis admitti poteſt in poſtulatione nō ſolenni. ſecus in ſolenni, quod declara.ut per Ab.in d.c.quia propter.& in c.j.de poſtul.pręla.& tenet Innocen. in cap.in cauſis de elect. Nec ob. quod c. quia propter.ſolum utatur uerbo electionis non poſtulationis, quia iura antiqua ꝓmiſcue his uocabulis utebantur:ut diſtin.lxj.§.his omnibus. & diſt.lxiij.c.literas. licet ſtrictè ſumendo ſit magna differentia: ut per Domi.& Perus.in c. j.§.ſed ſi.de elect.in vj.poſt.Gloſ.

b Annum. Cum hic eligi non poſsit, c.cum nobis.& c.cum in cunctis. de elect. & c.licet. eod. tit. in vj. & quantum uicinus eſſe debeat trigeſsimo ut poſſit quis poſtulari, per Abb.in cap.ſi.eo. in ſecunda & tertia regula, & ibi etiā alij Doct.& iſte numerus annorum habet locum quidem in epiſcopo, ſed non in alijs omnibus dignitatibus eccleſiaſticis, ut per Ab. in cap.ſuper inordinata. de præbend.

c In minoribus ordinibus. De hoc in ca.dudum.& in c.cum in cuntis.de elect. Sed an alienæ diœceſis clericus eligi poterit? reſpondeo ſic, tamen & poſtulandus erit poſtulatione nō ſolenni: ut ꝑ Ab. in cap.ſi.eo. in ſecunda regula poſt Hoſt. in ſumma uerſ. quis poſtulandus.

Epiſcopus et electus debent poſtulari non eligi, ſecus Abbas, & alij inferiores h.d.

Epiſcopus. [e] quoque cum propriæ ſit alligatus [f] Eccleſiæ, ad aliam tranſitum facere nō poteſt, ea propter non eligendus, ſed poſtulandus erit. Non idem Iuris eſt in Abbatibus, [g] & cæte-

d Poſſe. Sed dubitari poterit, qd ſi is qui eligēdus erat poſtulatꝰ fuerit? reſpondeo nihil eſt actum, cum electores debeant prouidere eccleſię meliori modo q̃ poſſint, de quo ꝑ Abb. in Rubrica eod.& idem in cap.ſi.eod. poſt Gloſ.& habetur in c.uni.eo.in vj.

e Epiſcopus intellige etiam de non conſecrato.c.inter corporalia.de translat. prælat. licet aliàs epiſcopus non dicatur qui non eſt conſecratus. Ab.in c.j.de translat.prælat.& in c.tam literis de reſtit.& in c.tua nuper.de his, quæ ſi. à præla.& in c.eā te.de reſcrip.dum tñ non conſecratus ſit confirmatus, nā tantum poſt cōfirmationem dicitur quis alligatus eccleſiæ, ut ꝑ Ab in c.inter corporalia.in ſi.& infra tit j.§ ſi. & infra.de correporum uſu.ſubl.§.j.de eo tamen fuit aliquando dubitatum: ut per Abb.in c.ſi.eo.ſimpliciter ergo electus poterit eligi, cū non ſit eccleſiæ alligatus, ſed poſſit priori electioni renuntiare, c.ſi electio. de elect.in vj.& Hoſt.in c.inter corporalia. Sed an Cardinales poſſint eligi, uel potius debeant poſtulari? reſpondeo ut habetur per Abb. & alios. in cap. bonæ.j.& cap. fina. eo. & in cap. eccleſia.ij.de electio.

f Alligatus. Epiſcopus ergo qui renuntiauit epiſcopatui, cum non ſit alligatus, poterit eligi,& hoc uerius, ſecundum Abbas in cap. fina.eo.

g Abbatibus.c.ſi abbatem. de electio. in vj. cap.cum inter.&.c.dudum. de electio.c.ſi religioſus.& c.quorundam.de elect. in vj.c.cum uenerabilis.ubi Ab.de conſuet. & latè idem Ab. in cap.ſi.eo.in ſecunda regula.

Vi-

a Videantur. Verbum hoc notat in proprietatem: quia propriè matrimonium contrahitur ſolum inter epiſcopum & eccleſiam inferiores uero ab epiſcopo dicitur cōtrahere quaſi matrimonium, not. in cap. quia propter. de electio. & per Ab. in cap. fina. eo. debent tamen hi poſtulari poſtulatione non ſolenni. ut infra. ſequitur, & habetur in cap. j. & c. fi. eo.

b Impetrata. Quod ſi ſuperior nolit talem licentiam concedere? an poterit aliquo remedio compelli? reſpondeo affirmatiuè ob bonum publicum c. quod Dei. in fi. de ſta. monach.

ris Prælatis, infra Epiſcopalem dignitatem conſtitutis. Iſti enim licet Propriæ Eccleſiæ uideantur [a] alligati, nihilominus eligi poſſunt: proprium tamen nō deſerant Monaſterium, niſi licētia legitimè īpetrata. [b]

DE CONFIRMATIONE ELECTIONIS. IX

Electus debet intra menſem conſentire electioni aliqui alius poterit eligi h.d.

DE CONfirmatione electionis nunc uidendum.

NVnc uidēdum eſt de cōfirmatione. [c] Sciendum eſt itaq; in primis Gregoriana cōſtitutione [d] in Lugdunenſi concilio cautum fuiſſe, ut electores quàm primum [e] commodè [f] poſſint, operā dent, ut electi conſenſum habeant, quem ſi infra mēſem [g] ſine cauſa legibus cognita, [h] electus accommodare diſtulerit, Iure ſi quod ei fuerat ex tali electione quæſitum, ſtatim carere [i] debere. Electoreſque ad aliam [k] electionem liberè poſſe conuolare.

c DE confirmatione. Per quam initiatum electione ſpirituali matrimonium ratificat c. inter corporalia. de translat. præl. & infra de corep. uſu. ſub.

d Conſtitutione. In cap. quam ſit. de electio, in vj.

e Quam primum. Hoc autē tempus relinquetur arbitrio iudicis, & boni uiri, cū iure non reperiatur expreſsè determinatum l. j. ff. de iud. delib. c. de cauſis. de offi. deleg. & magis intellectu quàm certa elocutione exprimi poteſt c. apoſtolicæ. de donat. facit l. mora. ff. de uſu. & l. quo enim. §. j. ff. rem ra. habe.

f Commode. cap. quia propter. de elect, xxij. qōne. ij. cap. faciat. l. nepos Proculo. ff. de uerb. ſignifi. ubi de ui iſtius uerbi.

g Menſem. Computandum à die præſentationis & notitiæ huius electionis, cap. cupientes. §. cæterum. de electio. in vj. & no. in ca. quàm ſit. eo. tit. & lib. ubi etiam not. quot dierum eſſe debeat talis menſis, dic ut ibi.

h Cognita. Per hoc patet quòd impedito tēpus non currit, facit cap. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. ſic & agere impedito non currit præſcriptio.

i Carere. Fortè dicit carere & nō priuari, quia ipſo iure priuatur, & non requiritur ſententia priuationis, ut de hoc uerbo not. Ab. in ca. nihil. in Gloſſ. in uer. poteſtatis. de elect. licet ad tollendum dubium poſſet ferri ſententia, ut not. in c. quàm ſit. & in c. commiſſa. de electio. in vj. facit ex trauag. Benedicti de electio. ſi religioſus. & hoc bene procedit cum quis ſine cuiuſquam licentia poteſt conſentire. nam ſi non poteſt, dic ut not. in dicto cap. quàm ſit, et not. hic quòd electus non ſolum poteſt petere confirmationem ſuæ electionis, & illam defendere ſine uitio ambitionis, ut per Abbas in cap. exhibita. de iudi. ſed etiam aliquo pacto compellitur, ut hic, & d. cap. quàm ſit, immo peccat electus non acceptans dignitatem, ſi non reperitur alius idoneus, Abbas in cap. uenerabilē. de electio. ubi allegat multa iura concordan.

k Aliam electionem. Idem & ſi non fuerint lapſi tres menſes, ſi electo non fuit præſentata electio: quia eligentes iure proprio poſſunt recedere ante præſentationem, cum regulariter abſenti non quæratur ius, ſecundum Bart. in l. abſenti. ff. de donat. Abb. in cap. ex conquæſtione. de reſti. ſpol. An autem & quando procedi poſsit ad nouam electionem prima non caſſata, aliquid per Abb. in cap. conſtitutus. de appel.

a Im-

Electus poſt conſenſum electioni præſtitū, uel notitiam habitam, debet intra menſem ad ſedem Apoſtolicam iter arripere, & quanto citius poterit confirmationem obtinere.

Eadē conſtitutione cauetur electum infra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum: ſi nullum iuſtum impedimentū [a] obſiſtat, confirmationē à ſuperiore Prælato petere [b] debere: alioquī trimeſtri ſpatio elapſo electionem eſſe penitus [c] irritandam. Sed cum interdū eueniat, ut aliquorum locorum [d] uicinitas minus exigat, aliquorū diſtantia prolixius tempus expoſcat, cōſultiſsimè Nicolaus tertius ſanxit. [e] Vt electi [f] quorum electionum confirmationes, ad ſedis Apoſtolicæ examen deducit immediata ſubiectio, [g] uel appellatio [h] interiecta deuoluit, infra menſem poſt cōſenſum, uel habitam de ipſorum electione notitiam, [i] ad ſedem

a Impedimentum. Puta infirmitate, uiarum diſcrimine, ſuperioris impedimento: ut in cap. quàm ſit. de electio. in vj. uel longa diſtantia, ut immediatè ſequitur. & in c. cupientes eod. tit. & lib. frequenti curiæ mutatione, uel ſimili l. ij. ff ſi quis cauti. & c. ſignificante. de pigno. c. cū parati. de appel. & hoc tempus eſt quodámodo utile: quia non ceſſantibus non officit. l. contra maiores. C. de inoffi. teſtam. c. ſi aūt. & c. plerunque. de reſcript.

b Petere. Sufficit autem petere etiam ſi non obtineat ad pœnā hāc uitandam, ex quo per eum non ſtat. Idem ſi electores petant, ſecundum Guil. Berar. & Io. Mona. cap. cū inter canonicos. & cap. cum dilectus. de elect. & ca. dudum. eo. tit. Idem ſi petat per procuratorem, ca. cū dilecta. de reſcrip. Sed & amicus ſine mandato peterit confirmationem petere, & tenebit, ſi ſubſequatur ratihabitio intra legitimum tēpus, de quo not. plenè in cap. quàm ſit. de elect. in vj. ſed in caſu ſuo ſeruanda ſemper erit diſpoſitio c. cupientes. de elect. in vj.

c Penitus. Ideſt ipſo iure ſecundum quoſdā. Alij dicunt electum priuandum ſententia, dic ut plenè habetur in c. quàm ſit. de elect. in vj. in fi. Sed quid ſi electus tranſacto tali ſpatio temporis confirmationem petat, & obtineant, dic non cōualeſcit quod à principio fuit nullum, nec poteſt retinere epiſcopatū, & peccat retinendo fructus, quos non facit ſuos, niſi confirmatio fuiſſet facta ſcienter per illum qui aliàs ſuo iure conferre potuiſſet, ſecundum Guil. & fa. quod not. de æta. & qual. c. cū bonæ. & cap. quàm ſit. de electio. in vj. Et quæ dicuntur hic de confirmatione non habēt locum in electione facta per inſpirationem. Nā quæ ſpiritu Dei aguntur nō ſubſunt legi. c. niſi de re-

nunciat. ſed in dubio melius erit confirmare, cū aliquando, ſecundum Apoſtolum Satanas ſe transfigurat in angelum lucis, facit c. tutius. de pœni. d. ij. & c. ſæpe. diſt. xlj. c. excommunicamus. uerſ. quia uerò. de hæret. j. q. j. ca. teneamus. c. j. de reli. & uene. ſanct. & c. licet. de regul. & tranſ. ad relig.

d Locorū. Sed non uidetur quòd locorum differentia debeat inducere differentiam deciſionis l. ſuper uacuá. C. de tēp. in integ. reſti. & l. cum interdum. ff. de inſtit. reſpondeo, ut not. ī c. cupientes, de elect. in vj. poſt princ.

e Sanxit. ca. cupientes. de elect. in vj.

f Electi. Idē in poſtulatis, ut ſequitur, licet ſecus ſit in electo in magiſtrū hoſpitalis uel tēpli: ut not. in d. c. cupientes. poſt princ. in uer. electi. bene tñ procedit hoc in electis ad regulares eccle. ut ibi dicit.

g Immediata ſubiectio. Et hoc caſu ſecundū quoſdam ſufficit adire legatū de latere, qui epiſcoporum & Archiepiſcoporum exemptorum electiones cōfirmare pōt, c. ſi abbatē. de elect. in vj. & infra. de coll. §. authoritate. licet alij cōtra: ut not. in c. cupientes. eo. in vj.

h Appellatio. quæ non ſit fruſtratoria, talis enim non deuoluit negocium ad Papā. c. quáuis. de elect. in vj. & ſic non habet locum quod hic dicitur, & in c. cupientes. de elect. in vj. de quo dic ut in Cle. cām. de elect. & hoc caſu nō ſufficeret adire legatum ſcd̄m Gloſſatores antiquos, niſi fortè partes concordarent appellationi renuntiando, c. conſtitutus. de appel. c. ſtuduiſti, & c. licet. de offi. deleg.

i Notitiam. Certā & indubitatam, puta, quia cum eſſet canonicus ibi præſens fuit, uel hoīes fide digni referunt pro certo ita eſſe: arg. c. j. de poſtul. & c. illud. de cle. excom. mi. uel de eo literas accepit autenticas, nō. n. cuilibet referēti

credere

ipſam Apoſtolicā iter arripiant, [a] & quantò citius commodè [b] poterunt, cum omnibus iuribus [c] coràm ſede Apoſtolica perſonaliter comparere nitantur, ſuarū electionū confirmationes petitur: aliaque [d] inſuper adiecit, quibus Eccleſiarum periculoſis uacationibus, [e] ac malignantium [f] ſubterfugijs, electorumq́; incommodis facilè occurritur: quæ non ſolum in electionibus, uerum etiam in poſtulationibus [g] obtinere uoluit.

Non confirmatus non pōt res Eccleſiæ adminiſtrare h.d.

Quandiu autē quis confirmatus non eſt, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrator eſſe non pōt. Quod ſi

credere tenetur.ad hoc quod not. ī c.cū olim. de dolo & contu. Sed quid ſi iſte ſcit quidē ſe electum,ſed neſcit appellatū? reſpōdeo ut not. in c.cupientes.de elect.in vj. Item adde, quòd non ſtatutū poſt certum nūcium currit tēpus, ſed debet dari tēpus ad deliberandū: abſurdum.n. eſſet hoc caſu nō habere inducias ad deliberādum, & de hoc not. in c.cupientes. eo.in vj.unde ſumitur.

a Arripiāt. Sed nō ne rogatus debet recedere inuitatus fugere & ſola debet illū neceſſitas excuſare? l. ſi quēquā.C.de epi.& cle. qūo ergo iter arripiet,& ſe ingeret, niſi inuitetur & regetur? rn̄deo & qui electus eſt,uidetur inuitatus & rogatus,& authoritatē cōſtitutionis hoc facere poterit:arg.l.Gracchus.C.de adul.aliàs enim laqueus pararet̄,quod eſſe non debet,xxvij.q.j.cap.de uiduis.& cap.literas.de reſtit.ſpol.

b Commode. Hæc aūt cōmoditas diffinietur arbitrio iudicis: ut pleniſsimè not. in cap. cupientes.de elect.in vj.

c Iuribus. Id eſt, rationibus conſiſtentibus circa factum: quia Papa omnia iura habet in pectore.

d Aliaq́;. Quę habentur in c.cupientes.§.qđ ſi per uiginti.uſq; ad ſi.de elect in vj.

e Periculoſis uacationibus. Immo etiā ſi uacationes nō ſint periculoſę,habet locum quod dicitur in d.c.cupientes.de elect.in vj.unde ſumitur,puta ſi ſit qui in tēporalibus & ſpiritualibus miniſtret c.obitum. & c. Catinēſis.d.lxj. nec enim cauſa periculi ceſſante, ceſſat diſpoſitio d.c.cupientes.l.j.§.ſexū.ff.de poſtul.xxxij. q.vij.c.tantum, quia finalis cauſa conſtitutionis eſt ut eccleſiæ celerius expediantur, facit cap.ſi poſtquā.§.j.de elect.in vj. & uide quod traditur de hoc in cap. poſt translationē. ext. de renunciat. & lxj.d.§.his omnibus.aliàs cap. neophitus. & intellige quod hic dicitur quacunque uacatione ſiue per mortem, ſiue per ceſſionem, ſiue per depoſitionem, ſiue alio quocunque modo,cum eadem ſit ratio,nec alterum exprimatur, cap. ſuſceptum. de reſcriptis. in vj.

f Malignantium. Et per hoc tollitur contrariū de cap. nullus.iiij.quæſt.iiij. ubi quòd reorum eſt ſubterfugere. quia id intelligendum eſt opponendo ueras & legitimas exceptiones, non autem malitioſas & falſas: ut in cap.cupientes. de elect. in vj. & hic, conſueuit tamen dici ꝙ q hēt ius in principali, cauillationes & malitias aduerſarij poteſt per aliàs expellere, ſicut clauus clauo truditur, nec uidetur fraudem facere, qui fraudem excludit l. cum pater.§.Titio.ff.de leg ij. & ſic poteſt procedere d.cap.nullus. ſa.xxiij.quæſt.ij.cap.dominus noſter. & cap.dilectus. de Simo. il primo. Non tamen per utentem falſo inſtrumento licet uti alio falſo inſtrumento: ut per Moder.Cano.in cap. olim. in princ.de reſcript. & per legiſt.in l.ea eſt natura.ff.de re.iur.

g Poſtulationibus, cap.cupientes.§.denique de elect.in vj.

h Non poteſt. Quia ſi electi ante adminiſtrationē adminiſtrarent, non currarent de confirmatione, ne ſe periculo caſſationis ſubmitterent. Item confirmatio nihil operaretur, ſi adminiſtrationem ſine confirmatione haberent electi. Item ſi electionem ex legitima cauſa caſſari contingeret, non ita de facili electi poſſent remoueri fac. cap. qualiter,cap.noſti. & cap.cum in cunctis. de elect. & in cap. auaritiæ, eodem tit. in vj. Sed quid ſi à confirmatione fuit appellatum? nunquid ſi appellatione pendente adminiſtrabit incurret pęnam? fuit hoc diſputatum aliàs, ut not.in d.cap.auaritiæ, & concluſum quòd incurrat.fac.cap.oblatæ.in ſi.de appell.& l.reus. §.reum contra quem.ff.de mun.& honor.hoc tamen niſi appellatio eſſet talis quæ non teneret

ueret. & ſic procedit cap. conſtitutis. el ij. de appell.

a Negocijs. Tam in ſpiritualibus, ut excommunicare, abſoluere, interdicere, penitentiam iniungere, & ſimil. ut cap. accedentibus. de exceſ. prælat. quàm temporalibus, ut recipere cenſus, & debita, habere curam colligendorũ fructuum. & ſimil. c. auaritiæ. de elect. in vj.

b Ingeſſerit. Per ſe uel per alium, pro parte uel in totum, in iudicio uel extra: ut cap. auaritiæ. de elect. in vj.

c Erit. An autem hæc priuatio fiat ipſo iure, uel per ſententiam, dic ut plenè in cap. auaritiæ. de elect. in vj.

d Oeconomatus. Oeconomus eſt cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. l. iubemus. in princ. C. de ſacro. eccleſ.

e Procurationis. Subaudi uel alio quæſito colore: ut in cap. auaritiæ. de elect. in vj. puta Vicaria, commenda, & not. de hoc in cap. qualiter. de elect. ſumebantur enim huiuſmodi fraudes ex decretali in cap. cum nobis olim. in fi. de elect.

f Excuſandus. Sed an excuſaretur conſuetudine, ita ut conſuetudo adminiſtrandi ante cõfirmationem teneat? & quòd non teneat in collegio uel dignitate eccleſiaſtica, firmat Ab. in c. pactaq; poſtq. & in c. qualiter. de elect. ſecus autem officio uel dignitate profana, ut in Rectore ſtudij: quia licet & electio facta per collegium ſeculare debeat confirmari, ut nor. in l. priuatorum. C. de iuriſd. om. iud. & in rectore ſcholarium, Bal. in Aut. habita. C. ne fil. pro patre, nihilominus ualeret conſuetudo in contrarium, & ita dicit ſeruari communiter in ſtudijs Italiæ. Item Abbas in cap. nihil de elect. ponit plures caſus in quibus uel de iure, uel de conſuetudine, defertur ex ſola electione adminiſtratio ſine confirmatione, & in dignitate eccleſiaſtica non reprobat in diſtinctè

negotijs a Eccleſiæ ad quam uocatus eſt ſe ſe temerè ingeſſerit, b omni iure, quod ei per electionẽ quæſitum fuerit, ſtatim priuandus c erit: nullo neque Oeconomatus, d nec procurationis e prætextu excuſandus. f

Electo non eſt obediendũ niſi literis confirmationis oſtenſis. h.d.

Petet g igitur is q confirmatus eſt, ab Apoſtolica ſede h literas i, confirmationis ſuæ tenorem continentes, illiſq; oſtendet, k ad quos ea res pertinet, alioqui nulli cum abſque dictarum literarum oſtentione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam ſedem facta, & in cõſecrationis, l uel

hanc conſuetudinem, ſed diſtinguit, ut per eum in d. cap. nihil.

g Petet. Contextus hic ſumptus eſt ab extrauag. Bonifacij viij. de elect. incipit, Iniunctæ.

h Sede. Sed an quod hic dicitur, habebit locum in inferioribus à Papa confirmantibus? uidetur quòd ſic, cap. in cauſis. de re. iu. di. Sed cõtrarium uidetur uerius cũ ſimus in materia pœnali, & contra ius commune: ut plenius not. in extrauag. Bonif. de electione, incipit iniunctæ.

i Literas. Nota caſum in quo requiritur probatio in ſcriptis. ſimiles notantur in c. Romana. §. poſtquam. de cenſ. Vnde quantuis aliàs iniuria fiat ei cuius dicto credi deberet, ſi ab eo exigeret ſcriptura. cap. legebatur. & ibi not. Panormitanus, ſecus tamẽ eſſet hoc caſu, & alijs ſimilibus requirentibus à iure ſcripturam. Sed an literæ credentiæ probent aliquem aſſumptum ad aliquod officium? reſpondeo negatiuè: ut per Bart. in l. Lucius. ff. de fideiuſ. & per Abbat. in cap. coram. de offi. deleg.

k Oſtendet. Scilicet in princ. officij, id eſt, dum accedet ad prælaturam, nec enim indeſinenter cogetur literas oſtendere. ſimile not. in cap. ſi iudex. de ſenten. excom. in vj. & ſatis planum eſt ex hac litera.

l Conſecrationis. Sed pone conſecratus literas papales habere non potuit propter obitum Papæ, nunquid tenebitur multo tẽpore in curia remanere? reſpondeo non. damnatur enim temeritas eorum qui ſe ingerunt adminiſtrationi, ſed neceſſitas non excluditur: & ubi non eſt culpa, nec pœna debet infligi, cap. ſine culpa. de re. iu. in vj. Vnde temeraria præſumptio hic reprobata ad alium caſum non debet extendi, nec prohibitio generalis excludit caſum aliàs licitum, cap. ſuper quibuſdam. extr. de uerb. ſig. Item ſtatuta & priuilegia cum trahuntur ad iniqua ſunt reuocanda, ca. ſi. de ſent.

excommun. in vj. & diſtinc.lx.§.uerum. cap. ſuggeſtum. de decim.l.ex facto .ff. de uulg. & pupil. & pulchrè per Abbat. in cap. nihil. de electio.

men de gratia electos confirmare, ut per Ab. in cap.nihil.de electio.

benedictionis [a] munere, locum ſibi uendicat.

Confirmatio non conceditur niſi cum cauſæ cognitione hoc dicit.

Is autem ad quem cõfirmatio pertinet [b] diligenter [c] examinare debet, & electiõnis proceſſum, & perſonam electi: (eſt enim hoc generale, ut ad eum pertineat examinatio [d] ad quem manus ĩpoſitio ſpectat.) Et cum omnia ritè concurrunt: tunc munus ei confirmationis impendat. [e] Quod ſi ſecus factum fuerit, non ſolum deijciendus erit indignè promotus: uerum etiam indignè promouens puniendus. [f] Nihil eſt enim quod Eccleſiæ Dei magis officiat, [g] quã ſi indigni ad regimen [h] aſſumantur animarum. Quod cum in cunctis [i] ſacris ordinibus [k] ſibi locum uendicet, in Epiſcopo tamen multò fortius: [l] qui ad curam aliorum poſitus in ſe ipſo, [m] debet oſtendere, quomodo cæteros ĩ Domo Dei oporteat conuerſari. Quod ſi fortè eligentium uota in duas ſe diuiſerint partes. Is cõfirmatoris iudicio alteri p̃ferendus erit, qui maioribus iuuat̃ ſtudijs, & meritis. [n]

a Benedictionis. Hoc uerbum ad Abbates pertinet, uerbum cõſecrationis, pertinet ad epiſcopos, not. in Cle. ij. de ſta. regula. & in cap. quod ſicut. & in cap.uni. de ſacr. unct. & not. per Abb. in c.nihil de elect.

b Pertinet. Is eſt eius immediatè ſuperior qui cõfirmandus eſt, qui non ſolum per ſe, ſed etiã p delegatum poterit hanc confirmationem explicare: ut habetur in cap. nihil. de elect.

c Diligenter. Adhibito etiã cõſilio capituli, licet conſenſus eius non ſit neceſſarius, Abbas in c. qua fronte.de appell.

d Examinatio. No. ergo quòd is debet examinare qui confirmat, & talis examinatio debet ex officio fieri, etiam ſi nihil obijciat̃ cõtra electum.cap.cum nobis. & cap. uenerabilem. de elect.& cap.quid eſt cito. diſtin.lxxvij. & cap. cum ex iniuncto. de hære. quia confirmatoris intereſt ne puniatur ſi promoueret indignum, immo hodie confirmatio facta ſine cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla, de quo dic ut habetur in cap. fin. de elect. in vj. ubi etiam habes an idem ſit in admiſſione poſtulationis, uel collatione beneficij, & uide per Ab. in cap.nihil.de elect.in notab.

e Impendat. Hodie hæc confirmatio non eſt neceſſaria. Papa enim ſibi reſeruat poteſtatem ſuper omnibus dignitatibus, ſolet tamen de gratia electos confirmare, ut per Ab. in cap.nihil.de electio.

f Puniendus. Quomodo autem puniantur illicitè promouentes, & promoti, latè not. in cap.nihil. ſuper uerbo ſuſpendatur. de elect. parit tamen nulla & inualida confirmatio non nullos effectus, de quibus uide per Abba. & alios in cap.cum ſuper.de cauſ. poſſ. & proprieta.

g Officiat. Quia quod fit à prælatis facile trahitur in exemplum, cap.magne.eſt de uot.

h Regimen. No. quòd prælati dicuntur regere animas, unde aliàs dicuntur reges.xij. quæſtio.j. cap.duo ſunt. hac ratione oẽs habentes curam anĩmarũ poſſunt appellari prælati c. nihil. ubi Abbas. de elect. non tamen ſtrictè.ut no. infra de uit. & honeſt.prel. in Rub.

i In cunctis. ca. cum in cũctis, de elect.& infra de ui. & honeſt. præl.in princ.

k Sacris ordinibus. Potes hic largè intelligere etiam de conſtitutis in minoribus ordinibus, qui & ipſi poſſunt appellari ſacri.ut not. xxxij.d.in ſumma.licet per excellentiam ſolum ſubdiaconatus, & ſuperiores appellentur ſacri.ut per Ab.in c.j.de cle. coniu.

l Fortius. Arg. à minori. de quo dic ut not. in cap.cum in cunctis. de elect.

m In ſe ipſo. Facit cap.magnæ. de uoto, & j.q.j.cap.uiliſſimus. & j. q.vij c.conuenientibus, & in Aut.de ſanctiſſimis epis.§.damus.

n Meritis. Concord.cap.quoniam. de iu.patro.cap.ſi fortè. lxiij.d. & de hoc habetur in

cap.

Si unus ſit poſtulatus; alius electus, proponitur electus æquè idoneus niſi poſtulantium ſit duplo maior numerus. Qui tamen ſi ignoranter indignum poſtulauerint, nec poſtulatio nec electio ualet, ſed ſi ſcienter, electio tenet. h.d.

Et ſi uacante Eccleſia ſciſſo ĩ duas partes capitulo, alius quidem electus fuerit, alius uerò poſtulatus: quæri poteſt electione confirmanda, an uerò poſtulatio ſit admittenda.[a] In qua ſpecie ſi tàm poſtulatus, quàm electus ſint idonei, reſponſum[b] eſt. Si poſtulantium numerus ſit eligentium duplo maior[c] utique poſtulationẽ eſſe admittendam: ſin id minus, electionem confirmandam.[d] Sed ſi poſtulantes indignum[e] neſcij poſtulauerunt, nec poſtulatio, nec electio rata habẽda erit: ſi ſcientes, & prudentes: erit electio confirmanda.

In confirmatione facienda citandi ſunt quorum intereſſe poteſt. Et calumnioſè opponentes ponuntur. h.d.

Illud[f] etiam confirmantem obſeruare oportet, ne dum nimia in confirmando celeritate[g] utitur cõtra doctrinã Apoſtoli[h] proprium affectũ

cap. cum eccleſia ueſtra. de elect. & in cap. ij. de offic. cuſto.

a Admittenda. Nota hic differentiam inter poſtulationem & electionem: quia poſtulatio non dicitur confirmari, ſed admitti, & hæc admiſſio hẽt uim electionis, & confirmationis, ſed electio dicitur cõfirmari, ut hic, & c. ſcriptũ. de elect. ubi de ratione diuerſitatis dicitur per Abb. & Doct. & uide quod not. infra de corepiſcoporum uſu ſubla. §. j.

b Reſpõſum eſt. In c. ſcriptum. de elect.

c Duplo maior. Id eſt, facta à duabus partibus capituli, ut ſi ex triginta canonicis uiginti poſtulant & decẽ eligunt, habetur in ſimili in ca. licet. de elect. & in cap. indemnitatibus. eo. tit. in vj. & per Io. And. in c. ſi quando. eo. tit. & libro, & ratio huius caſus eſt ſecundum Doct. in cap. ſcriptum. de elect. quia potẽtia capitularis ſeu uniuerſitatis conſiſtit in duabus partibus, unde in tertia parte non eſt aliqua uirtus capitularis, l. nulli. & l. planè. ff. quod cuiuſque uni. no. Vnde licet poſtulatio ſit uia, extraordinaria, & electio ordinaria, ex quo tamen uirtus capitularis ſequitur illam uiam extraordinariam, illa eſt præferenda, & uide quæ not. in cap. cupientes. §. pe. de elect. in vj.

d Confirmandam. Etiam ſi nõ ſit facta à maiore parte capituli. Sed contra de his quæ habẽtur in cap. eccleſia. ij. & cap. coram. de elect. ubi dicitur quòd debet concurrere ad electionem maior pars capituli. Sol. quòd hoc ſpeciale eſt quando electio concurrit cũ poſtulatione, & ſpecialitatis ratio põt eſſe: quia nõ datis duabus partibus poſtulantium nõ eſt ibi reperire potentiam capitularem: ſed aliquid de uirtute capitulari reperitur nunc in parte eligentium cum habeat aliquos de duabus partibus, & habito reſpectu quòd eligentes prouident per uiam ordinariã, & meliori modo quo poteſt, ſcilicet conſentiendo tanquam in ſponſum alijs ꝑſiſtentibus in uia extraordinaria, meritò ꝑfertur ipſa electio, maximè ꝙ ſic citius cõſulit, & prouidetur eccleſiæ, Abbas in cap. ſcriptum. de elect.

e Indignũm. De materia in ca. ſcriptum. de electión.

f Illud. cap. illud. diſtin. xxiij. & cap. fi. de elect. in vj.

g Celeritate. Nota hic reprobari celeritatem. Eſt enim inimica conſilio, ut dicit Solomon. & eſt quod dicitur generale in omnibus perſonis promouendis octaua quæſtione ij. capit. dilectiſſimi. & hoc tam ob reuerentiam ſacramenti recipiendi cap. iudæi. de conſec. diſtin. iiij. quàm etiam ob multas aliàs rationes, de quibus prolixè not. in cap. fina. de elect. in vj. & facit hoc contra iudices ſententias accelerantes, contra cap. iudicantem. xxx. quæſt. v. & tradita in l. prolatam. C. de ſent. Interdum tamen commendatur & deſideratur & pluribus de cauſis, de quibus not. in d. cap. fina. ſuper uerbo, celeritate.

h Apoſtoli. Scilicet ad Timoth. cap. v. & xxiiij. d. §. j. & diſtin. lxxviij. cap. quid eſt cito. & de elect. cap. cum nobis. & cap. fina. eo. tit. in vj.

Iuri [a] & æquitati præponat. Itaque ſi coelectus aliquis uel contradictor apparet, ante cõfirmationẽ nominatim [b] uocãdus eſt: alioqui ſi nemo apparet, in foribus Eccleſiæ, in qua electio facta eſt, generaliter [c] edicendum erit, ut ſi qui ſint, qui confirmationi futuræ uelint opponere, [d] ad contradicendum, in aſsignato peremptorio [e] termino, præſentes eſſe debeant. Quæ omnia locum habent, ſiue concorditer [f] electio fuerit celebrata: ſiue non. Sciant tamen ij qui contra electionem opponẽdum duxerint, ſe, ſi probationibus deſtituti fuerint, ab omni pœnitẽtiæ [g] præſidio excluſos, legitimis pœnis [h] eſſe ſubijciendos.

Poteſt diſpenſari cũ electo ſchiſmatico, ſi nullũ ordinem à ſchiſmaticis ſuſceperit. h.d.

De illo dubitari cõtigit an eius qui abiurato [i] ſchiſmate, ad unitatem Eccleſiæ redijt confirmãda ſit electio: & reſponſum eſt. Si à ſchiſmaticis nullũ ſuſceperit [k] ordinem, & eius electio canonicè celebrata deprehendatur poſſe illam diſpenſatiuè [l] cõfirmari. [m]

a Iuri. Quod facere nõ debet, cap. ſi quis epiſcopus. in fi. diſt. vij.

b Nominatim. Simile in cap. ſtatuimus. de ſent. excom.

c Generaliter. Et publicè, quia talia edicta in publico proponi debent, ca. j. de poſtul. & faciunt quæ not. in Cle. câm. de elect. in §. uerum. in quarta Gloſ. & hoc eſt contra illos qui adhuc fraudem faciunt conſtitutioni, faciendo hanc uocationem fieri coram certis amicis.

d Opponere. Et poterit opponi non ſolum per uiam accuſationis, ſed etiam per uiã exceptionis: ut per Abb. in ca. cũ dilecti. de dol. & cont. & in cap. accedens. de accuſatio.

e Peremptorio. Sed nunquid poſt hunc terminũ ueniens audieretur? ſuper hoc dic ut habetur & not. in cap. cum in tua. ext. qui ma. accuſ. poſſ. & per Io. And. in addi. ad Specul. in ti. de cita. §. uiſo. in princ. officium tamen iudicis non conquieſcit: ut not. eſt ſupra & in cap. cum nobis olim. de elect. Et cum dicit hic peremptorio, ſubaudi & competenti.

f Concorditer. Id eſt, nemine diſcrepante. ut not. in cap. cupientes. in uerb. concordem. de elect. in vj. & per Ab. in cap. in cauſis. de elect. & in cap. non poteſt. de re. iudi. quo tamen caſu uidebatur dicendum non eſſe neceſſariam hanc uacationem, cum omnibus concordantibus non uideatur facile ut compareat accuſator.

g Pœnitentiæ. Nec enim in alterius detrimentum propoſitum mutare licet, c. mutare. de re. iu. in vj. cum ſuis cõcord. ad idem c. publicato. de elect. Et quod ſemel placuit, nõ põt amplius diſplicere, ubi uerſatur alterius intereſſe. c. qđ ſemel. de reg. iu. in vj. niſi in caſibus in quibus iura pęnitentiam & uariationem admittunt, ut ibi not. Sed quid ſi promouendus cõſentit quòd opponens renunciet obiectui uel qualitati obiectus? reſpondeo ut not. in c. ab eo. de elect. in vj.

h Pęnis. Quæ ſint autem pœnæ huiuſmodi? dic ut in cap. j. §. fina. & cap. ſi forte, & cap. ab eo. & capit. cupientes. de de elect. in vj.

i Abiurato. Abiurare eſt cum iuramẽto renuntiare No. ergo quod ſchiſmatici tenentur abiurare uelut hæretici: alias non ſunt ab eccleſia recipiendi, capit. quia diligentia. de elect. in vj.

k Suſceperit. Idẽ ſi ſuſceperit ſed ignoranter: quia cum ordinaretur neſciret damnatum ordinatorem cap. j. de ſchiſm. ix. q. j. c. ordinationes. facit j. q. j. cap. ſi quis à ſimoniacis.

l Diſpenſatiuè. Sed à quo obtineri debebit diſpenſatio? reſpondeo à Papa tantum, ſecundum Abb. in cap. quia diligentia. de elect. Immo nõ uidetur neceſſaria diſpenſatio, cap. ferrum. diſ. l. Sol. quod ibi dicitur habet locum quo ad Deum ſecũdum Hoſt. ſecus eſt quo ad homines, ut hic, & cap. quia diligẽtia. de elect. & in cap. quia circa. de bigam. & in cap. fin. de temp. ordi.

m Confirmari. Not. ergo caſum in quo electio nulla tanquam facta de inelıgıbılı diſpenſatiuè admittitur & confirmatur p ſuperiorẽ,

concor.

Confirmatus & nondum conſecratus, exercet ſolum quæ ſunt iuriſdictionis, non quæ ſunt ordinis. Et nemo dat quod non habet. hoc dicit.

Igitur cõfirmatione ſecuta, inter electum, & perſonas eligentium: hoc eſt Eccleſiam, ſpirituale coniugium contrahitur. a Quapropter confirmatus liberam ſuper illis ſtatuendi nanciſcitur facultatem. b Hoc autem ſic intelligi oportet, ut eorum quidem quæ iuriſdictionis ſunt, ut putà, corrigendi, c excommunicandi, iuſiurandum exigendi, conferendi, confirmandi, & ijs ſimilium libera confirmato permiſſa ſit tractatio. d Ea uerò quæ nõ iuriſdictionis, ſed ordinis ſunt, ueluti e Clericorum orc inationes, benedictiones uirginum, depoſitiones, Eccleſiarum, & Altarium cõſecrationes, ante propriam cõſecrationem peragere prohibetur. Neque enim ratio ſuadere uidetur, ut quis in alios id cõferre poſſit, quo eũdem indigere f dignoſcitur. Quod ſi conſecratus ſit, nõ ſolum quæ iuriſdictionis, uerùm etiam quæ ordinis ſunt, exequi poterit.

DE CONSECRATIONE, X

Conſecratio expediri debet intra tres menſes poſt cõfirmationem. h. d.

DEbet igitur is qui canonicè g electus, confirmatus, & examinatus h eſt, no-

concor. cap. quia diligentia, unde ſumitur, regulariter contra cap. innotuit. de elect.

a Contrahitur. c. inter corporalia. de transl. ubi de materia latè per Butr. Abb. & reliquos, non tamen propterea poteſt appellari epiſcopus ante conſecrationem, cum non ſit conſumatum coniugiũ ſpirituale: ut per Abbas in cap. eam te. de reſcri. & in cap. de multa. de præb. Argu. tamen contra in cap. j. de translat. prælat. Sol. ut per Abbas ibi. Sed an poſſit ſaltem appellari prælatus? reſpondeo affirmatiuè, cum habeat officium cũ iuriſdictione, ut hic, & hoc facit prælatum, Abb. in d. cap. de multa. & hoc tenet Abb. in cap. tam literis. de teſtibus.

b Facultatem. Sed non ne requiritur in ſtallatio? cap. ut noſtrum. de offic. Archid. reſpõndeo id ita demum ſi ſit conſuetudo, ut per Ab. in cap. cũ ſuper. de cau. poſ. & propr. & per eundem in ca. tranſmiſſam. de elect. aliàs & ſ ante in ſtallationem confirmatus adminiſtrat. au quid ergo in ſtallatio? reſpondeo ſecũdum Ab. in d. c. cum ſuper. ut acquirat poſſeſsionem eccleſiæ quam non acquirit ex eo ſolum quod agit pro iuribus eccleſiæ. Item propter ſolennitatem quãdam, ne uideatur propria authoritate intrare poſſeſſionẽ. Itẽ intellige quod hic dicit ſi alius nõ ſit in poſſeſſione, ut p Ab. in d. c. cũ ſuper.

c Corrigendi. Sed an poſſit etiam deponere? reſpondeo ut per Abb. in cap. tranſmiſſam. de elect. & facit ad hunc tex. cap. ſicut. §. præterea. de elect.

d Tractatio. Sed an poſſit indulgentias concedere? reſpõdeo affirmatiuè, ut p Ab. in c. ſuffraganeis. de elec. poterit etiam ſi ſit Archiepiſcopus confirmare ſuffraganeos, ſecundum Butr. & Ab. in c. j. de transla. præl.

e Veluti. No. hic quæ dicantur eſſe ordinis, alia etiam enumerantur per Abb. in c. ueniens. de præſ.

f Indigere. Et ſic nota quòd nemo dat quod non habet. fac. l. traditio. ff. de acqui. poſſ. l. ſi uniuerſæ C. de leg. Sed quid ſi nõ erat uerus prælatus, an ab eo geſta debeãt haberi rata? reſpondeo ut per Abb. & alios in cap. dudum. de elec. & p Legiſtas in l. Barbarius. ff. de offic. prætoris.

DE CONSECRATIONE.

g CAnonicè. Quia ſi cõſecraret nõ canonicè electus, & cõſecrans & cõſecratus eſſent deponendi. c. nullus. diſt. lxij. cum concor. ibi alleg.

h Examinatus. Secundum ea quæ habes in cap. qui epiſcopus. diſt. xxiij. & ſcrutinium ſiue examen hoc quod fit in conſecrando nunquã eſt omittendum, etiam circa notũ d. c. qui epiſcopus. ubi not. ſecus eſt de ſcrutinio electionis, quod poteſt omitti in perſonis notis. diſt. xlvij.

ſimè cõſecrari. Quod quidẽ ne eccleſia Paſtoris quaſi [a] deſtituta ſolatio, aliquod patiatur incommodum, intra tres [b] menſes poſt electionem, niſi legitimum ſubſit impedimentum, [c] expediri debet. Alioqui ſi Metropolitanus, aut ij ad quos ea res pertinet negligentes fuerint. Eccleſiaſticis cõdemnationibus ſubijciendi erunt.

Conſecrationi intereſſe debent ad minus tres Epiſcopi alioqui non ualet. h. d.

Ordinationi autem intereſſe debent nõ ſolum Metropolitanus, [d] uerùm etiam comprouinciales [e] Epiſcopi, qui numerum conficiant triũ. [f] Nã & beatus Iacobus q Iuſtus appellatus eſt: à Petro, Ioanne, & altero Iacobo, Apoſtolis ordinatus ẽ. [g] Succeſſoribus ſuis, ſcilicet, formã dãtibus: ut non minus quoq; tribus Ep̃is, cæteris quoque aſſenſum præbẽtibus, Epiſcopus ordinet̃. Quòd ſi ab uno, uel duobus Ep̃is ordinatio expedita fuerit: taliter ordinatis, ut Epiſcopi nominẽtur à Sanctis Patribus interdicitur: ergo ſi nomen [h] non habent, officium qualiter habebunt? Euocandi ſunt igitur à Metropolitano ſuffraganei, qui ſi omnes concurrant, bene eſt, ſi aliqui cõuenire nõ poſſunt, ſui præſentiam [i] per epiſtolam facere debent.

xlvij cap. de Petro. & diſtin. xciiij. cap. ualde.

a Quaſi. Hæc dictio diminuit parum de ſigno cui additur, nec enim eccleſia cuius epiſcopus adhuc conſecratus non eſt, poteſt abſolutè dici uiduata, cum confirmatus exerceat in eccleſia ea, quæ sũt iuriſdictionis ut ſupra tit. proxi. §. fi. & per Abb. in cap. inter corporalia. de translat. aliquando tamen eſt ueritatis expreſſiua: ut in l. j. ff. de tranſact. & in Euãgelio Gloriã quaſi unigeniti, ſed regulariter contra, ut hic & per Abb. in c. dudum. j. de elect. & in c. ſignificauerunt. de iud. & in c. parochianos. de decim. & in c. fin. §. in alijs: ut li. non conteſt. Sed cum non conſecratus non exerceat quæ ſunt ordinis, nec poſſit epiſcopus appellari. cap. tua. de his quæ fi. à p̃lat. ſin. conſ. cap. & no. in Cle j. de bapeiſ. & per Abb. in Rubr. & ca. j. de transla. prælat. & ſupra ti. j. §. fi. ideò ſaltem largè uidetur eccleſia uiduata, & ſine uiro. fac. cap. quoniam. diſtinct. c.

b Tres menſes. Vt in c. quoniam. diſtin. c. & c. quoniam. diſtin. lxxv. & cap. de Siracuſanæ. diſtin. xxviij.

c Impedimentum. Veluti ſi ſit cauſatum ab inexcuſabili neceſſitate, ut in cap. quoniam. diſtin. lxxv.

d Metropolitanus. Immò in caſu non ſufficiet interuentus Metropolitani, puta ſi ſit cõfirmatus à Papa: quia tunc non poterit cõſecrari per inferiorem ſine licentia papæ: arg. in c, meminimus. ubì Abb. not. c. in diſtribuendis. de temp. ordi. & c. antepe. ubi not. de elect. in vj. niſi tamen aliud haberet conſuetudo.

e Comprouinciales. c. epiſcopi. c. prouinciales. & per tot. diſt. lxiiij.

f Trium. Computato metropolitano: ut not. in c. ep̃is. diſtin. lxiiij.

g Ordinatus eſt. Sed nõ ne omnes Apoſtoli erãt epiſcopi? uidetur ꝙ ſic: quia Petro fuit datus Põtificatus: & alij quoq; fuerunt pari poteſtate præditi. c. in nouo. diſt. xxj. Item epiſcopi ſucceſſerunt in locũ Apoſtolorũ: ut c. quorum. diſt. lxviij. ergo Apoſtoli fuerũt epiſcopi, & de Iuda legitur, & epiſcopatũ eius accipiat alter, quomodo ergo Iacobus de nouo fuit ordinatus epiſcopus? reſp. ut no. in c. fi. diſt. lxvj.

h Nomen. facit diſt. lxviij. §. quod autem. Vnde etiã uerſus. Si re priueris nec nomen habere mereris. l. ſtatutis. C. de ſent. ex breui. re. l. à nullo. C. de ferijs. xxxij. q. iiij. c. dicat. in fi. & diſt. lxvj c. fratrem. & xvj. q. j. c. ſi cupis.

i Præſentiam. Nota ꝙ per epiſtolam dicitur quis exhibere præſentiam ſuam. concor. c. nõ debet. diſt. lxv. quod tamen non ualeret ad contrahendam ſtipulationem: ut in l. j. ff. de uerb. obl. ſed bene ut procurator exoneretur à ſatiſdatione. l. ſi procuratorem. ff. de procu. arg. cõtra de pœni. diſt. j. c. quẽ penitet. & inſt. de aut. tuto. §. j. & l. pupillus. §. obligari. ff. de aut. tut. per nũcium quoq; ſiue per procuratorẽ dicitur

quis

Archiepiſcopus impeditus conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere poteſt.h.d.

Quod ſi Metropolitanus, uel infirmitate, uel alia iuſta cauſa, [a] ita præpediatē, ut ſuorum ſuffraganeorum aliquē cõſecrare non ualeat, alicui coepiſcoporũ uices ſuas demandare [b] poterit, à quo cõſecrandus munus conſecrationis recipere tenebitur [c]

Deficientibus Epiſcopis comprouincialibus aduocandi ſunt Epiſcopi uicinæ prouinciæ.

Illud quæſitum eſt: ſi in prouincia, in qua olim plures Epiſcopi fuerint, unum tãtum remanere contigerit, quid fieri debeat, cũ & ſolus ordinare non poſsit, & nullos quos conuocet habeat prouinciales? De hoc in Sardicẽſi concilio ſtatutum legitur: ut ſuperſtes [d] Epiſcopus cõuocet [e] Epiſcopos uicinæ prouinciæ, & cum eis comprouinciales ſibimet Epiſcopos [f] ordinet. [g]

Quomodo ſit explicanda cõſecratio.h.d.

Congregatis igitur hora Dominicæ lucis tertia [h] Epiſco-

quis exhibere præſentiam ſuam, not. Doct. in c.cum parati.de appell.ꝑ c.epiſcopus. diſt. xviij.fac.c.pen. de iur.calum.uide quæ not.in Clem.dudum.de ſepul.in uerb.præſentari.& in cap.ea noſcitur.de his quæ fi.à prælat.facit hoc ad ſtatuta & aliàs diſpoſitiones requirẽtes ꝑſentiam alicuius.

a Iuſta cauſa. Videtur ergo quòd niſi ſit aliquod iuſtum impedimentum ex ſola uoluntate & arbitrio non poſſit Archiepiſcopus cõmittere hanc conſecrationem, cõtra tamen tenet Hoſtien.in cap.quod ſedem.de offi.ordi.unde hic ſumitur, & eius opin. cõmuniter tenetē, ut per Ab.d.loco, & quod hic & in d.c.quod ſedẽ. dicitur de impedimento, habet locũ de honeſtate.

b Demandare. not.ergo ꝙ Archiepiſcopus demandat ea quæ ſunt ordinis, & ſic committit ea quę ſunt meri imperij, cum exerceatur in conſecrando iuriſdictio ex officio nobili ad publicam utilitatem:ut habetur in c.quod ſedem.de offi.ordin.& in c.ex qua de conſec.eccleſ.uel alt.& in c.ſuffraganeis. de elect.quod intellige ut infra de conſt.conſecr. & reparan. eccleſ.uel alta.§.confici.

c Tenebitur.ut c.paſtoralis. de offi.ordi. tenetur etiam intra duos menſes uiſitare Archiepiſcopum, niſi ſit impeditus, quo caſu debet etiam impedimentum ſignificare per literas. c.ſi quis in metropolitana. diſt.lxv.& no.in c. quod ſede.de offi.ord.ſed an quẽadmodum cõſecrandus ſuffraganeus tenetur recipere munus conſecrationis ab eo cui hoc eſt demandatum.ita & officium cõſecrandi is cui eſt actus conſecrandi demãdatus? Reſp.quòd ſi eſt ſuffraganeus hoc onus detrectare nõ põt:ſecus ſi ſit nõ ſubditus,ut per Ab.in d.c.quòd ſede.

d Superſtes epiſcopus. Arg.quòd uniuerſitas in uno reſidet.l.ſicut.§.ſi.ff.quòd cuiuſq; uniuer.no.immo potius eſt arg.in cõtrarium, cũ iſte ſolus nõ poſſit ꝙ uniuerſitas potuit, ꝑ quo arg. in l.ſi grege. ff.de leg.j.& §.ſi grex. inſt.de leg. & fac. ad q.an ſi oẽs electores delinquãt in eligẽdo præter unum, in illo reſideat ius eligendi. de quo uide quòd no. c.ſi.diſt.lxv.& in c.ꝑ inquiſitionem.de elect.

e Conuocet.Sed nũquid tenebunē iſti conuenire ad conuocationem iſtius?Reſ.tenẽtur quia niſi uenirẽt peccarent. arg.xj. q.j.ī c.ſicut enim. & c. præcipimus. diſti.xc. & debẽt tunc cogi ab ipſo prelato,uel Papa. Quidã dicunt ꝙ etiã ab iſto compelli poſſunt authoritate.d.c.ſi. diſt.lxv. & ſic quandoq; par in parẽ habet imperiũ. fac.ij.q. vj.c.placuit.el ſecondo.& vj.q.iiij.c.ij.

f Epiſcopos. Sed quis dabit his expenſas? R. eccleſia quæ uacat.arg.iiij.q.iij. c.uenturis. & x.q.iij. c.cauendum. & xij. q.ij. c.charitatem, quòd ſi ſit tenuis tunc comedent de ſuo.c.cum ab omni.de ui.& hon. cleric.

g Ordinet. Quid ſi ſuperſtes hoc facere negligat: tunc prouidendum erit iuſta tenorem c.fin.diſt.lxv.

h Tertia. Multiplex eſt ratio de hora tertia: qa tũc debet miſſa publicè celebrari. de cõſe. diſt.j. c.nocte.ſine qua nec eccleſia põt cõſecrari.c.oẽs.de cõſec.diſt.j.Itẽ quia ſpiritus ſanctus in igneis linguis hora tertia dē deſcẽdiſſe ſup Aplos.c.nocte.in quorũ locum ſuccedunt Epi.c.in nouo.diſt.xxj. Itẽ quia illa hora Do-

minus eſt crucifixus, ut ibidem dicitur, & illa hora Apoſtoli conſecrauerunt Paulum & Barnabam: ut not. in cap. ordinationes. el. j. diſtin. lxxv. An autem hora uel miſſæ celebratio ſit de ſubſtãtia conſecrationis, uel collationis ordinum. not. in d. cap. ordinationes. & in c quod ſicut. §. j. de elect.

a Scrutinio. Vt ca. qui epiſcopus. diſt. xxiij. & cap. ordinationes. diſtin. lxxv.

b Codicẽ. Sed an hæc libri ſupra caput tentio ſit de ſubſtantia actus? reſpon. communiter tenetur ꝙ nõ: ut not. in c. epiſcopus. diſtin. xxiij.

c Tenentes. Sed quæritur an quilibet horum ordinet epiſcopum? & poteſt dici ꝙ nullus horũ ordinet, ſed quilibet conſecrat. conſecrare enim eſt cum alio ſacrare. xxiiij q. j. cap. pudẽda. ſicut plures ferunt trabem ita quòd nullus per ſe. l. ita uulneratus. §. j. ff. ad leg. Aquil. arg. cõtra in l. uulgaris. ff. de furtis.

pis, & Scrutinio [a] cũ precibus celebrato, duo ſupra caput ordinandi, Euangelij codicem [b] tenentes, [c] manus imponant, & uno ſuper eodem benedictionem fundente, cæteri qui adſunt manibus ſuis caput eius tãgant, atque illud unà cũ manib. ſacro chriſmate deliniãt [d]: quo demũ peracto Eccleſię Romanæ, atq; eius Pontificibus fidelitas [e] ſecundum formam Gregoriani reſcripti [f] iuranda erit.

DE RECEPTIONE & authoritate Pallij. XI

Pallij receptio non eſt differenda, & uolens aliquid palliando obijcere, debet iurare de calumnia, & intra duos menſes obiecta probare, alioqui tenetur ad pœnã talionis.

Hoc amplius [g] Metropolitanum [h] proſpicerẽ oportet: ut pallij petitionem, [i] & receptionem non differat: [k] Cum ſibi ſine pallio Epiſcoporum conſecrationem [l] minimẽ permiſſam ſcire debeat. Eſt autem pallium Metropolitanorum [m] inſignè ornamentum, [n] quod de corpore [o] beati Petri ſumitẽ. Paſtoralis officij plenitudinẽ [p] deſignãs: Cuius receptio ut citius explicetẽ nouiſsimè [q] conſtitutũ eſt, ne per cuiuſuis cri

d Delineãt. Vt in c. unĩ. de ſacra unctio.

e Fidelitas. Sed an fidelitas & homagiũ ſint idem? reſpon. non, & diferunt prò ut ponitur per Abb. in c. ex diligenti. de ſimo.

f Reſcripti. c. ego. de iureiur. c. ſignificaſti. de elect. & de forma qua inferiores iurant epiſcopo per Abb. in c. tua nos. de iureiur.

DE RECEPTIONE ET authoritate pallij.

g Hoc amplius &c. q d. ne dum conſecrandus eſt metropolitanus, uerũ hoc amplius &c.

h Metropolitanũ: Metropolitanũ ideò dicit & nõ archiepũm: quia ante pallij receptionem nõ debet appellari archiepũs. Abb. in cap. ſuffraganeis. in iij. not. de elect. & in cap. niſi. eo. ſed Abb. bene põt appellari abbas ante benedictionem. Abb. in c. inter. ij. de re iu.

i Petitione. Sed à quo petet? reſp. à patriarchis, uel a ſummo Pontifice ſecundũ diſtinctionem Abba. & But. in Rub. eod.

k Differat. Vltra tres menſes deputatos etiam cõſecrationi. c. quoniam. diſt. c. & per Abb. in ca. ad honorem. eod.

l Conſecrationem. Multa ſunt præterea quę non poteſt Metropolitanus ſine pallio exercere, ut conuocare cõcilium, cõficere chriſma, & alia in ca. quod ſicut. §. ſuper eo. in fi. de elect. poterit tamen Metropolitanus talẽ cõſecrationẽ demandare: ut ſupra tit. proxim. §. quòd ſi metropolitanus.

m Metropolitanorum. Sed cur non dicit generaliter epiſcoporum, cum & epiſcopi utãtur pallio? c. cum in iuuentute. de pra. ſumpt. & ponant etiã de epiſcopis. Hoſt. in ſum. eo. & Ab. in Rub. reſp. de iure com. epĩs palliũ non cõpetit ſed ex priuilegio tantũ: ut p Ab. in Rub. eo.

n Ornamentum. De cuius forma per Abb. & alios in Rub. eo.

o Corpore. Id eſt, de altari ubi eſt ſitum corpus beati Petri. c. ſignificaſti. ubi not. de elect.

p Plenitudinem. Vt dicitur & not. in c. niſi. & in c. ad honorem. eod.

q Nouiſsimè. Vt in extrauag. Io. xxij. de aut. & uſu pallei, quæ incipit malitijs.

Spatium.

minis obiectionē fortè palliando faciendā differri poſsit: niſi obijcientes corporali iuramento pręſtito firment ſe, nec agere q̄c quā callidè, ac de obiectis prōptā fidē, hoc ē intra bimeſtris tēporis ſpatiū [a] afferāt ad talionis, uel extraordinariā pœnā ſe Præſidis obligantes arbitrio, ſi obiecta minimè probauerint. Qđ ſi contradictores iſta facere renuerīt, eorū obiectionib. nequaq̄ obſtātib. ad ipſius traditionem pallij procedendum erit.

Metropolitanus ſolū in ſua prouincia, & certis dieb. pallio utitur, & pallium perſonam ſequitur, & ideo commodari non poteſt.

Sed eo nec ſemper, nec ubiq; Metropolitanus uti poterit (id .n. ſoli Romano Pontifici, [b] dū miſſarū celebrat ſolēnia permittitur) uerū in ſua tātū prouincia, [c] ac certis dūtaxat diebus. [d] Et cū perſonā [e] pallium non tranſeat, nec alteri cōmodari [f] poterit: & cum eo quiſque ſepeliendus [g] erit.

Pleraque dicta de creatione Epiſcoporum habent locum etiam in alijs Prælatis.

Hæc de creādis Epiſcopis dixiſſe ſufficiat. Nūc de illorū uita, [h] ac qualis eorū debeat eſſe conuerſatio, pleraq; & de cæteris Sacerdotib. ītellecturi paucis expediamus.

DE VITA, [i] ET honeſtate [k] Prælatorum [l]. XII

a Spatiū. nota quòd id quod fit intra duos menſes, uidetur fieri in continenti.

b Romano Pontifici. c. ad honorem. eo.

c Prouincia c. ex tuarum. eo.; niſi aliter ex priuilegio ſit ſibi conceſſum, licet conſuetudo ēt generalis id non poſſet inducere, habetur in d. ca. ex tuarum.

d Diebus. c. pe. & c. fi. eo.

e Perſonam. c. ad hoc. eod.

f Commodari. intellige pro utēdo, non pro uidēdo: puta ut ſartor poſſit uidere ut aliud faciat ſecundum Io. And. & Ab. ī c. ad hoc. eo.

g Sepeliendus. Sed quid ſi Archiepiſcopus fuit tranſlatus ad aliū archiepiſcopatū, cum tunc nouum palliū habere debeat, ut habetur ī c. bonæ. ij. de poſtul. prælat. quid fiet tēpore mortis, quidā q̄ primum debet remanere apud primā eccleſiam, ut not. in d. ca. bonæ, alij q̄ debet cum ambobus ſepeliri, & tenetur cō. ut per Doc. ī c. ad hoc. e.

h Vita. Eſt hic ordo naturalis. Primò enim fuit dictum qualiter naſcuntur uel producuntur in eſſe. Secundò quales ſint uel eſſe debeant iam in eſſe deducti. Tertiò qualiter eſſe deſinant, ut infrà de tranſlat. cum tit. ſequē. & facit. §. fi. infra de corepiſcoporum cum ſublato.

DE VITA ET HONESTATE Prælatorum.

i Vita. Tripliciter conſiderari pōt uita, alia. n. eſt uita naturæ, alia diſciplinæ, alia gratiæ. naturæ uita eſt animæ & corporis coniūctio, & ſecundum hunc modū intelligitur qđ dr̄ à philoſopho q̄ uiuere uiuentib. eſt eſſe, & hæc perdurat mediante cibo & potu. l. de his. ff. de tranſact. inde ut quæ ſunt ad uitā neceſſaria interdum cōtineātur uerbo uitæ, ut cū teſtator reliquit dilectæ pſonæ uitā in domo ſua, de quo in l. uerbo uictus. ff. de uerb. ſign. & de hac intelligitur illud q̄ pſumit durare uſq; ad cētū annos. l. an uſuſfructus ff. quibus. mo. uſusfr. amit. ī l. ſi uſusfruct. municipibus. ff. de uſufru. leg. & in l. fi. C. de ſacroſ. ec. l. præponebatur. ff. de iudi. uita diſciplinæ ē modus & ordo quidā ſecundum quē quis uiuere debet. & ſecundum hoc dicimus aliā eſſe uitā clericorū, aliam laicorum. xij. q. j. c. duo, & hominē eſſe uitæ irreprehenſibilis, aliā uitā actiuā, aliā cōtēplatiuā. ca. niſi. de renunc. c. licet. de regul. Vita grāæ dr̄ cum quis moritur uitijs & uiuit Deo per opera bona, hic illud, qui credit in me uitam habet, & hanc perfectè non poſſumus habere in hoc ſeculo. c. maiores. de baptiſmo, ſed de qua legitur in tit. noſtro? reſpon. de uita diſciplinæ.

k Honeſtate. Intellige de honeſtate morū, non de modo diuitiarum, uel quantitate facultatum, ut aliqui intelligunt Rubricam de uita & honeſtate clericorum, & malè.

l Prælatorum. Prælati uerbum accipitur largè & ſtrictè, largè comprehendit etiam ſimplicem

DE VITA, & hone. prælatorum.

Qui præcellit dignitate debet & innocentia præcellere. hoc dicit.

Debet [a] igitur Epiſcopus eſſe ſine crimine, [b] & cunctũ populum cui præeſt, cõuerſatione, & innocẽtia præcellere. Qualis enim erit ædificatio diſcipuli, ſi ſe magiſtro intelligat eſſe præſtantiorem: [c] Nã Epiſcopus inſtruere, & admonere oẽs debet. Nemo autem rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus [d] ſuis aliorũ errata cõdẽnat. Quod non ſolum de Epiſcopo, ſed etiam de omnibus qui Domui Dei deſeruiũt, intelligi oportet. Quia uehemẽter Eccleſiam Dei deſtruit, meliores [e] laicos ẽe, quàm clericos, quæq; in alijs mẽbris Eccleſiæ uacant à culpa, ſæpè in Sacerdotibus habenẽ illicita. [f]

Epiſcopus cauere debet ab improborum commertio, & incorigendo nõ minus charitatem quàm poteſtatem exercere debet. h. d.

Ab improborum quoq; commertijs abſtinebit. Malorum enim conſortia bonos corrumpunt. [g] Habebit igitur ſecum honeſti teſtimonij Clericos, qui poſsint irrepræhenſibiles inueniri: & ſi quando illos ſiue etiã laicos inter ſe diſsidere cõtigerit, ad pacem magis, quã ad iudicium compellat, inque illis corrigẽdis plus agat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus charitas quã poteſtas: neq; dominari, magis quam conſulere ſubditis cupiat, [h] ne quod prouiſum eſt

ſimplicem curatum. c. tua. de cle. egrot. ſtrictè ſolum eum qui habet cõtentioſam iuriſdictionem. Abb. in c. ij. de iudi. in c. de multa. de præben. in c. requiſiſti. de teſtam. in c. nihil. de electio. in c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordi. in c. ſi. de pœnit. & remiſ. & in d. capit. tua. & an coadiutor poſsit appellari prælatus. Ab. in ca. de rectoribus. de cle. egro. uel debil.

a Debet. Neceſſitatẽ importat hoc uerbum, ut & aliàs. ut per Abb. in c. intelleximus. de iudi. aliquando decentiam. c. j. de deſpon. impub. ubi Abb. uide per eundem Ab. in c. j. de dol. & cõt. & in c. ſi uir. de adult.

b Sine crimine. bene dicit ſine crimine, & non ſine peccato: nam crimen eſt peccatum grauius. diſ. lxxxj. in prin. & c. Apoſtolus. aliàs ſi epiſcopus deberet eſſe ſine peccato nullus poſſet in epiſcopum ordinari. d. c. Apoſtolus. fa. de pœni. diſtinct. ij. c. ſi enim. & de pœnit. diſtin. iij. cap. pen.

c Præſtantiorẽ. Sic c. quis dubitet. diſt. xcvj. & c. qualiter. viij. q. j. & c. ſtatuimus. & c. quid proderit. diſtin. lxj. magiſtri enim moribus & ſcientia & facundia debent alios præcedere. l. magiſtros. C. de profeſ. & magis. lib. x. & erit talis magiſter cuius contemplatione diſcipuli paleæ dicantur. xxv. diſt. c. criminis. unde quidem diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinãt ad cathedram, & dũ delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs authores ruinæ: ut xlviij. diſt. c. quoniam, cum magiſter faciat chatedram, non cathedra magiſtrũ. cap. fin. diſtin. xl.

d Moribus ſuis. Vt c. nemo. diſ. lxxxj. unde bñ Claudianus ad Honor.

Tunc obſeruantior æqui
Fit populus nec ferre uetat cum uiderit in ipſum
Authorem parere ſibi componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic in flectere ſenſus
Humanos præcepta ualent ut uita Legentis.

ſtatutum autẽ cuius conditores nõ parent præſumiẽ iniquum: ut p Ab. in c. omnes. de cõſt.

e Meliores. Id eſt, clericos ẽe deteriores q̃ ſint laici, ſufficit. n. clerico ſi eſt bonus, ita not. in ca. qualis. viij. q. j. in fi.

f Illicita. cõcor. c. oium. diſ. xxxij. & prælati malè uiuẽdo dicunẽ eccleſiam polluere, qđ quo procedat. uide per Ab. in c. ueritatis. de do. & cõtu. Itẽ mala uita prælati inducit præſumptionem contra totam eccleſiam quæ illum tolerat. Abb. in cap. per inquiſitionem. de elect.

g Corrumpunt. xxviij. q. j. c. ſæpe. unde præſumitur contra prælatum detinẽtem inhoneſtos familiares: ut per Ab. in c. nulli. de accuſa.

h Cupiat. c. licet. diſt. xlv.

Con-

ad concordiam, [a] tēdat ad diſsidium. [b]

Prælatus in corrigendo debet miſcere ſeueritatem lenitati.h. d.

Cū lenitate tñ ſeueritas miſcenda eſt: Nā miſericordiæ multū demitur, ſi ſeueritate oīo ſit deſtituta: ideoq; Rectoribus ineſſe debet iuſtè conſulēs miſericordia,& piè ſæuiens diſciplina: ut nec in diſciplinæ [c] rigore benignitatē mãſuetudinis, nec rurſus in mãſuetudine diſtrictionē deſerāt diſciplinę: quodq; ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, [d] nō ſæuientis [e] plectat animo,ſed medētis. [f]

Prælatus non debet tolerare peruerſos.h.d.

Præterea cauēdum eſt ne peruerſē agētes [g] conniuēdo toleret. Culpam.n.facientis [h] habet, qui qđ poteſt negligit emendare: & error cui nō reſiſtitur, [i] approbatur.

Epiſcopus orationi,& prædicationi debet inſiſtere. h.d.

In primis autē orationi,& prædicationi inſiſtat. Nā præconis [k] officium ſuſcipit qſ quis ad ſacerdotium [l]

a Concordiā. Scilicet ut unus præſit alijs ne ſchiſma fiat:ut c.legimus.diſ.xciij.& c.ad hoc. diſt.xcix.& j. de ſacer.in infer.gra.cōſt. §.pſb.

b Diſſidium.Quod eſſe non debet:ar.l.quod fauore.C.de ll.ſimile eſt de eccle.ædifi. cap.ij. & extra. de appel. c.repræhenſibilis.

c Diſciplinæ. Nota quòd æquitas, & mãſuetudo miſcenda ſunt rigori, & quod iudex ſequi dēt quādam mediocritatem quam poetæ appellant auream fac. cap. ex parte. extra.de cenſi.& l. ſi ſeruus.ff. de pigno.actio.& l.nec ſupina.ff.de iur.& fact.igno.& l. continuus.§.cum ita. ff.de uerb. obli. & c.j.de offi.cuſtod. ar. contra in l.Ne ſennius.ff.de neg. geſtis. & in l. placuit.C. de iudi. & in c.ſi.de tranſact.

d Neceſſe eſt.ut puta cum multis craſſantibus exemplo opus eſt.l.aut facta.in fi. ff. de pœn.

e Seruientis. Quia hoc propterea agitur, ut hominum uita corrigatur.c.importuna.de pœnis.diſtin.j.& ca. quia diuinitas. d. diſtinct.& xxiiij.q.iij.cap.cum ſancti.

f Medentis.cap.prodeſt.xxiij.q.v. & fa. Aut de mand.princ.§.non permittas.cap. odio.diſtin. lxxxvj.

g Agentes. Et perſeuerantes peruerſē agere, alioqui propter unicum delictum non debet quis ſæuire in uirtuoſum, nec deſiſtere ab amando illum.cap.niſi.ubi Abb. de offi. lega. fac.l.iij.de epiſco. audi. & l. quamuis. ff. de in ius uocand.

h Facientis.cap.inferiorum.& cap.facientis. diſtinct.lxxxvj. & intellige hoc poſt monitionem:ut xxvij.quæſt.j.cap. ſi cuſtos. nam aliàs eſſet eadem pœna negligentiæ, & cooptationis,quòd eſſe non debet,cap.nunquid.j.quæſt.

j.cum leuius ſit delinquere in omittēdo quàm in committendo. & facit hoc ad q.utrum incurrat excommunicationem is qui poteſt iuuare clericum ne uerberetur, & hoc facere omittit,de quo not. in cap. quanto. de ſentent- excommunic.generaliter autē utrum faciens & cōſentiens pari pœna puniantur,traditur latè per Ab. & Doct. in capit. primo.de offi.delegat. uide etiam quę not. in c.quia alios. de hæretic. Sed an minor pars uniuerſitatis tacēs puniri poſſit ex facto maioris partis? reſpon.ut per Abb. in cap. gratum. de poſtu.prę lat. in vj.

i Reſiſtitur.Scilicet cū poſſit reſiſtere ex officio ſecundum quoſdam: argu. capit. ita planè. xxiij.q. iiij.cap.tam ſacerdotes. & facit hoc quòd nō ſolum mihi liceat ſocium mecum in uia defendere ab iniuria illata, ſed ꝙ tenear, cum alioqui non ſim cariturus ſcrupulo ſocietatis occultæ. de quo per Abb. & alios in cap. cum non ab homine.de iudi. & concor.cap.error.diſtin.lxxxiij.

k Prǫconis.fac.c.baptiſmus.de conſec. diſt. iiij.& c.ſi rector.diſt. xliij.

l Ad ſacerdotium. Hoc nō eſt indiſtinctè uerum niſi habitu: nam actu prædicare nemo etiam ſacerdos habet officium prædicandi, niſi qui habet curam uel populū,puta epiſcopus: ut hic, & rector parochialis eccleſiæ.prædicatio enim eſt officium curæ:ut not. in Clemen. prima.de regular. facit tex.in Cle. dudum. de ſepult.ubi Card.& per Abb.in cap. inter cætera.de offic. ordin. fratres autem mendicantes poteſtatem prædicandi habent ex priuilegio Papæ: aliàs ſi ipſi,uel qui dicuntur prædicatores prædicarēt ſine licentia Papæ uel diœceſani incide-

accedit: hinc eſt, ꝙ ſuper Paſtores [a] primos in linguarũ ſpecie Spiritus Sanctus inſedit. Populum itaque prædicando doceat, ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non quæ illi caro uel humanus ſenſus [b] ſuaſerit. Ea propter ſacris libris iugiter inſiſtere illũ oportet: nec enim ſufficit Prælatis bona cõuerſatio, niſi addatur ſcientia Doctrinæ. [c]

Epiſcopus hoſpitalis eſſe debet & liberalis. hoc dicit.

Sed nec utranque [d] ſibi ſufficere credat, nam largam quoque manũ habere debet, & neceſsitatem [e] patientibus [f] ſubuenire, alienam inopiam ſuam credens. Res ſuas inter hiſtriones, [g] uenatores, [h] aut aucupes minimè diſpenſet, pauperes potius in hoſpitio recipiat,

incidèrent in excommunicationem. c. excommunicamus. § quia non nulli. de hæret. nec enim debet quis in alieno prædicare niſi inuitatus, uel licentia obtenta. Car. in d. Cle. dudum. Sed an Archiepiſcopus debeat petere huiuſmodi licentiam in diœceſibus ſuffraganeorum? Reſp. debet ſecundum Card. in d. Cle. dudum. §. ab olim. niſi forte cum uitiat. arg. c. j. de cẽſ. in vj. & x. q. j. c. placuit. & c. epiſcopum. Ergo quod hic dicit ſacerdotiũ, probat ꝙ laicis nõ licet exercere officiũ prædicandi, & fac. c. ſicut. de hæret. niſi fortè eſſet uir ſanctæ & uitæ & doctrinæ, cui hoc ab habente poteſtatem cõmitteret̃ ſecundum quoſdam in d. c. inter cætera. Item & multo magis dicimus de mulieribus quãuis religioſis. c. mulier. diſtin. xxiij. Abbatiſſis tamẽ liceret hoc ĩ ſecreto inter ſuas moniales ſecundum Card. in Clem. j. de relig. domi. & de materia in c. quòd Dei timorem. de ſta. mo. in c. cum ex in iuncto. de hære. & in c. quã ſit. de iud. & in locis ſup alle.

a Paſtores primos. id eſt Apoſtolos. c. ſi rector. diſtinct. xliij.

b Senſus. c. ſi. diſt. xxxvj.

c Doctrinæ. c. qui eccleſiaſticis. diſt. xxxvj. fac. c. ſicut. & c. ſi iuſta. diſt. xxxviij.

d Vtrãque. ſecundum bonam conuerſationem doctrinam. concord. c. fratrẽ. diſt. lxxxvj.

e Neceſsitatem. fac. hoc uerbum ad ea quæ ponit beatus Tho. in ſecunda ſecũdæ. q. xxxij. artic. v. & per Ab. in c. ſi uerò. uerſi. ſed ſi uolumus. de iureiur. & per Car. in c. non ſatis. diſt. lxxxvj. & per Fely. in c. j. diſt. j. & in c. j. de offi. ordi. ubi quęrentes an eleemoſyna ſit in præcepto, dicunt duo eſſe conſideranda, unum ex parte dantis, ſcilicet ut eroget quod ei supereſt, ſupereſſe autem dicitur non ſolum reſpectu dantis, ſed etiã eorũ quorũ cura ſibi incumbit: prius enim tenet̃ quis ſuis ſubuenire, poſteà alijs. Aliud ex parte recipientis, uidelicet ꝙ is ſit in neceſsitate poſitus, & tãta ꝙ aliter ſibi nõ poſsit prouideri, ut hic, & tũc eleemoſyna dicit̃ eſſe de præcepto. aliàs eſt de conſilio.

f Patiẽtib. ut uiduis, pupillis, & oĩbus oppreſſis. diſt. lxxvij. per totum. magis tamẽ religioſis ſuccurret, quàm laicis, ut xvj. q. j. & magis coniunctis q̃ extraneis. ut in c. j. de cohab. mul. & cler. ubi nota. etiã natis ex dãno coitu, ut per Ab. in d. c. j. ſuper Gloſſ. pe. ubi tenet hoc in filijs ſacerdotis natis poſt ſuſceptũ ſacerdotium.

g Hiſtriones. quod uitium eſt immane. c. donare. diſt. lxxxvj. ſunt enim hiſtriones infames, l. ij. ff. de his qui no. infam. & iiij. q. j. c. j. nec promoueri ad ordines poſſunt. c. maritum. xxxiij. diſt. prohibetur à corpore Chriſti, de conſecrat. diſt. ij. pro dilectione.

h Venatores. c. epiſcopum. & c. omnibus. diſ. xliiij. & c. qui uenatoribus. cum pluribus ſeq. Et no. ſecundum Glo. in d. c. qui uenatoribus. quòd triplex eſt uenatio, oppreſſiua, arenaria, & ſaltuoſa. oppreſsiua de qua diſt. vj. in ſi. eſt penitus interdicta, Arenaria eſt cum quis in arena pugnat cum dentata beſtia, & ad hoc locat operas ſuas, & qui hanc exercet non ſolum ipſe mortaliter peccat, uerum & qui eam aſpicit, & qui eam exercet infamis eſt, niſi faciat gratia uirium experiendarũ. l. j. §. item ſe natuſconſ. ff. de poſtul. ſaltuoſa eſt quæ fit in ſyluis, & ſaltibus, hæc ſui natura licita eſt. l. j. C. de uena. ferarum. lib. xj. Ex tempore tamen fit illicita, ut in quadrageſima, & diebus ieiuniorum: ut c. an putatis. diſtin. lxxxvj. niſi tamen eo tempore ſubeſſet neceſsitas. argumen. xxiij. quæſtione tertia. cap. ſi nulla. Item & perſona, quia clerico non eſt licita, toto titulo. de cle. uenat. & cap. ſi nulla. xxiij. q. viij.

& facilius exemplo [a] ſuo, ad hoſpitalitatẽ ſubditos attrahat.

Prælatus debet ſobrius eſſe prudens & peritus, non ſolum peritia literarum, uerum etiam negotiorum.

Sobrius ſit, non ui nolentus. [b] Non ſit percuſſor, [c] & ad uim dictã facilis: [d] immò in omni genere rerũ agẽdarum prudentiã ſecum habeat: ſi enim mancum, aut debilem ſancta contingere nẽquaquam lex diuina permittit: quanto [e] magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe nõ conuenit, (id quod eſt deterius) mente debilitatos.

Epiſcopus non debet ſecularibus negotijs ſe implicare. hoc dicit.

Sicut autem Epiſcopũ nullo errore conuenit inuolui: ita nulla debet cupiditate [f] corripi: & propterea lucri cupidus eſſe prohibetur. Et alicui etiã honeſto [g] negotio, ut ſibi uictum, & ne-

q. viij. etiam ſi ſit pauper, ſecundum quoſdam: ut c. quorundam, diſt. xxxiij. & not. in d. c. qui uenatoribus. Laico licita eſt ob neceſsitatem non ob uoluptatem, puta pro pellibus aut carnibus, & hoc de ea quę fit cũ clamore. Ponere aũt laqueum uel retæ ſine ſtrepitu & clamore & canibus licet etiam clericis, cũ monacho liceat texere linum pro capiendis piſcibus. ut c. nunquã. de conſecr. diſ. v. & de hoc in Cle. j. §. porrò. de ſtat. monach.

a Exemplo ſuo. Nam ut inquit Claudia. Componitur orbis Regis ad exẽplum, ſic. xlij. diſ. prin.

b Vinolentus. Vt xxxv. diſt. in prin. & c. à crapula. de ui. & hone. præla. Sed an peccet mortaliter qui uinum bibit ſine aqua? Reſpon. ut per Abb. in cap. à crapula. de ui. & hon. cleri. Quid de ebrietate, an ſit peccatum mortale? Reſpon. nõ, cùm dicatur peccatum minutum. diſt. xxv. §. j. aliàs ea demum, uel c̃ uinum. paulo antè fin. uerſ. quæ autẽ. niſi tamẽ ſit frequens, nullum eſt enim peccatum adeò ueniale quod dum placet non fiat mortale. d. c. uinum. §. criminis. argumen. l. iij. C. de epiſ. audi. & l. uni. C. de ſuperexact. lib. x. ubi Bart. & ita Abb. in d. cap. à crapula. & in cap. j. de reliq. & uenerat. ſanct. Sed an Sacerdos ob ebrietatem ueniat priuandus beneficio? Reſp. non ſola. ca. ſi conſtiterit. ubi Abb. de accuſ. Quid ſi celebret non præmiſſa digeſtione? Reſpon. utique priuari poterit, ut habetur in d. cap. ſi conſtiterit, licet indigeſtus celebrans corpus dominicum conficiat: ut per Ab. & alios. in d. c. ſi conſtiterit.

c Percuſſor. Id eſt, pronus & frequens in percutiendo, nec enim qui ſemel aut rarò percuteret poſſe appellari percuſſor, ſicut nec eligens qui ſemel abigit. l. ſi. ff. de abige. nec erro qui frequenter ſine cauſa non uagatur. l. quis ſit fugitiuus. §. erronem. ff. de ædil. edict. nec Plagiarius qui ſemel alienos ſeruos ſurripuit. l. ſi abducta. cum ibi not. C. de furt. nec Mercator qui unum tãtum exercet negotium. l. j. §. j. ff. de tributo. argum. contra in l. athletas. §. calumniator. ff. de his q nõt. infam. dic ut per Bart. ſuper inſcriptione & prima Rub. fforum. Et qđ hic dicitur, intellige de eo qui uellet pprijs manibus percutere, quod licet: ut diſtinct. lxxxvj. §. uel percuſſor, niſi ut ibi notatur: & de materia in diſt. xlv. in Glo. in ſum. & per totam diſtinctionem.

d Facilis Nam tales prohibẽtur ordinari: ut infra qui promoue. non poſſ. §. idem ſtatuendum.

e Quanto magis. Sicut enim animus præponitur corpori. diſt. xxxviij. c. ſedulo. & l. ſi. C. de ſacroſ. eccleſ. ſic uitia animi ſunt deteſtabiliora uitijs corporis. c. uſq; adeò. diſtin. xxxiij. & cum epiſcopus iudex ſit non ſolum animarum: ut x. q. j. c. quæcunq;. uerum etiam corporum, oportet illum æquè ſpirituali & temporali ſcientia ornari: ut diſt. xxxix. in princ. & hoc eſt quod hic dicitur in omni genere rerum agendarum. &c.

f Cupiditate. c. uirum. diſt. xlvij. & per tot.

g Honeſto. Puta aduocando, niſi in caſibus exceptis: ut habetur in cap. j. & cap. ſi. de poſtul. & not. infra de procurat. §. poſtulandi, uel exercendo tabellionatum: ut traditur in cap. ſicut. ne cle. uel mona. uel artem phyſicã: ut per Ab. & alios. in cap. ſententiam. ne cle. uel monachi. uel chirurgicam. in d. cap. ſententiam, ſed recipit non nullas declarationes. unde uidenda ſunt quæ ponit Ab. in cap. ſecundum. ne cle. uel mona. & xiiij. quæſtione quarta. in Gloſſ. ſummæ. & not. in cap. cleri-

cus

ẽus quilibet.diſtinct.xcj. & plura in hac materia congeruntur per Docto.poſt Ab.in cap. primo.ne cleric.uel mona. Et an monachi uel aliàs religioſi teneantur proprijs manibus laborare? latè per Diuum Thomam.ij. ij.q.clxxxvij. articu.iij.

ceſſaria quærat, operam dare. Nam & Dominus negotiatores de tẽplo uerberatos expulit: [a] & Apoſtolo teſte, nemo militãs Deo implicat ſe negotijs ſecularibus. [b]

Pudicitiæ ſtudioſus eſſe debet Epiſcopus.h.d.

Pudicus [c] quoq; debet eſſe & moribus & uerbis pudorem præ ſeferre. Ea propter Maguntino [d] cõcilio ſtatutum legitur, ut nullus ſacerdos fœminas de quibus ſuſpicio poteſt eſſe retineat: ſed neq; matrẽ, aut amitam, aut ſororem [e] retinebit, quia & in illis inſtigante Diabolo, ſcelus ꝑpetratũ reperit̃, aut ĩ pediſſequis earũ. Itaq; domeſticarũ [f] quoq; ꝑſonarũ immoderatã familiaritatẽ uitabit.

Qualis quis ſit ĩterius debet ꝑ exteriorẽ demõſtrare.h.d.

Oportet item Ep̃m cæteroſq; Eccleſiaſticis officijs mancipatos, per decentiã habitus extrinſeci, morũ intrinſecã [g] honeſtatẽ indicare: & ideò ſi præterquam ex cauſa urgẽti, [h] indumẽtis, præter ordinis ac officij decorẽ [i] ꝓſertim publicè, luxuriẽt: illorum impudẽtia uarijs modis, [k] nõ minus recentioribus, [l] q̃ antiquis [m] Põtificũ decretis coercet̃. In ſumma cũ pro populo epi ſuffragatores ad Deũ parent, neceſſe eſt ut oĩ gñe uirtutum eius gratiã habere nitant̃, quia cum is qui diſplicet ad intercedẽdum mittit̃, irati animus ad deteriora ꝓuocat̃. [n]

a Expulit.c.conſequens. & c.eijciẽs. diſ.lxxxviij.

b Secularibus. ext. ne cleric. uel mon. per totum.

c Pudicus. Vt diſt.xliij.per to.

d Maguntino cõcilio, ut in cap.j. de cohabit. mul. & cleric.fac. diſt. xxxij. c. interdixit. & cap. omnibus.diſt.lxxxj.

e Et ſororem. intellige ſi iſtæ perſonæ enumeratæ aut ipſi clerici ſint ſuſpecti: quia forte ſunt iuuenes: ut habetur diffuſè in cap.j.de cohab. mul. & cler. maximè ut uitetur iurium correctio.c.cum expediat. de elect. in vj. Sed contra de auct. Nulla. C. de epi. & cler.ſol. illi legi non eſt hodie ſtãdum, cũ Canon in cap. interdixit.diſ.xxxij. cõtrarium innuat. & ita Ab.in dict. cap.j.

f Domeſticarũ.ſic diſt.xxxiiij.in princ.

g Intrinſecam. Vnde illud intima per mores cognoſcimus exteriores.fac. Cle.ij.de ui. & hon. cleric.

h Vrgenti. Puta in peregrinatione, maximè ſi trãſeundum ſit per terras infidelium, uel hæreticorũ, quibus ſunt inuiſi clerici catholici: uel ob aliũ iuſtũ metũ.c.j.de eo quòd met.ca. c.pe.de uit.& hon.cle. Cle.quoniam.eo.tit.

i Decorẽ.arg.q; monachus creatus epiſcopus uel Cardinalis poſſit, & debeat mutare habitum monachalem, ſed cõtrarium ſeruat Curia Romana: & contrarium not.in c.monachi. xv.q.j.& ꝑ Ab.in c.clerici.eo.niſi ſcandalum generaretur: quia dicto caſu deberet ſe conformare habitui eorum inter quos uiuit, ut per Abb in ca. Deus. eo.titu.qui ita intelligit.not. in d.ca.de monachis. Sed qualis erit hic habitus? Reſp.ut in Clem. quoniã.eo.& per Doc.ĩ d.c.clerici.

k Modis. fac.c. in audientia. de ſent.ex c. & c.ſi iudex. eo.ti.in vj. & quod hic dicit de habitu, intellige etiã de clerica ſiue corona, quàm qui non defert cũ ſit clericus mortaliter peccat.Abb. in c.ſi quis ex clericis. de ui.& ho. cleric.

l Recẽtioribus. Cle. quoniam. de ui.& hon.cle.

m Antiquis. Vt xlj.diſt.per tot.& ca.pen.eo.

n Prouocat̃.Sic diſt.xlix. in prin. & c. in grauibus. tertia quæſtione ſeptima. & eſt argum.quòd malorum ſacerdotum preces noceant, uel ſaltem non ita facile exaudiuntur, licet ita conficiant mali ſicut boni. j.q.j.c.ipſi ſacerdotes. & infra de ſacram.§.pen.& ex officij poteſtate prophetent & mali.j.q.j. c.dictum. & c.prophetauit: & not.quòd hic dicitur pro legatis mittendis: quia hi deſtinandi ſunt qui ſunt ei accepti ad quem mittũtur, & de his omnibus. uide per Abb.in Rubrica.eo.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI. XIII

Archidiaconus eſt à iure conſtitutus uicarius, & quaſi oculus epiſcopi, & inter clericos cognoſcit, uiſitat, & corrigenda emendat, & ardua ad epiſcopum deferet, de cuius licentia poterit etiam excommunicare.h.d.

QVoniã uerò grauis & lata eſt Paſtoralis officij cura, rectè conſtitutum eſt, ut aliqui in Eccleſia ſint qui unà cum Epiſcopo onus ferant, & ſui Prælati ualeant ſubleuare ſolicitudinem. Talis eſt Archidiaconus qui maior poſt Epiſcopum, & eius uicarius [a] reperitur. Cuius uigilantia & ſolertia uſque adeò in domo Dei excubare debet, ut oculus [b] Epiſcopi non immeritò meruit appeliari. Ea propter debet is audire iurgia ſingulorum, & quæ corrigenda [c] & emendanda uiderit corrigere, & emendare. Quod ſi qua fuerint ita ardua, [d] quæ per eum commodè non poſsint terminari, ad Epiſcopum ſuum deferet. Diſpiciet quoque ut Primicerius, Sacriſta, & Cuſtos iniuncti ſibi muneris ſolicitudinẽ diligenter exequantur. [e] Sed & tertio quoque anno [f] ſi Epiſcopus non poterit, uniuerſam Parochiã [g] circumire debet, & cuncta quæ ordinatione uel emendatione indigere uiderit, ſecundum Canonicas ſanctiones corriget, & ſi Epiſcopi authoritas acceſſerit excommunicationis etiam ſententiam feret.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

QVONIAM. &c.

a Vicarius, fac. c.j.ca. ad hæc.& c. ut nõ ſtrũ.eod. licet tamẽ archidiaconi epiſcopi ſint Vicarij ponuntur nihilominus in certa dignitate, & ideo, non poſſunt ad nutum remoueri, nec ipſorũ officium poteſt epiſcopus exercere, ſecundum Ab.in c.j.eo.ideò autem dicũtur uicarij epiſcopi, qa omnia quæ exercẽt ad epiſcopos pertinẽt. Sed quę rũt quæ ſint iſta? Reſ.ut per Ab.in c.officium. in j.q. & in c.ſi.in ij.oppo.eod.tit.
b Oculus. c.diaconi. primo, & ſecundo. diſt.xciij. c.ad hæc.ext.eod.
c Corrigenda. Sed an poſsit corrigere excommunicando? Reſp. ut per Doct.in c. Archidiaconus. ext.eod. & ſecundum aliquos corriget uerbis monitorijs, uel etiã præceptorijs: ſed pœnam nõ imponet, per eã quæ Ab.in c.ad hęc.in iiij.q.eo. Inno. tamẽ & Hoſt.admittunt quòd poſſit modicã pœnam imponere.& ad modicũ tẽpus ſuſpẽdere, quod ſi uerum eſt, nota unã differentiã inter uicariũ iuris & uicariũ hoĩs, qui nõ uendicat ſibi talẽ correctionem, c.licet. &c.ſi.de offi.uica. in vj. & per Abb.in cap.j.ext.eod.
d Arduæ. Sed quæ dicuntur ardua? Reſpon. depoſitio clericorum: ut not.in c.ſuffraganeis. de elect.etiã ſi ſint in minoribus. ut xv.q.vij.c. epiſcopus. Item ſuſpenſio perpetua uel diuturna: ut in cap.j.de exceſſ. prælat. Eccleſiarum unio. c.ſicut unire. de exceſ.prælat. Alienatio rei eccleſiaſticæ, & generaliter omnia quę nõ poſſunt expediri per epiſcopum ſine capitulo: ut in c.nouit. & c.quanto.de his quæ fi.à prælat. & per Ab. in c.ad hæc. eod.
e Exequantur. ut in cap. perlectis. diſtin.xxv.
f Anno. Si nulla neceſſitas ſubſit, ſed ſi res exigat, uiſitabit etiam frequentius, ut habetur in cap. mandamus, & in cap. j.per Ab.eo.
g Parochiam. Id eſt diœceſim. ſic.c. j.eo.nec.n.dignitas Archidiaconalis ſui natura habet diſtinctam parochiam uel curam animarum, ſed hanc curã habet uice epi, licet in quibuſdam locis habeat etiã diſtinctum parochiam: ſed id eſt ex accidenti & loci conſuetudine. in qua plurimum fundatur iuriſdictio Archidiaconi: ut per Abb. in capitulo ſecundo.de exceſſ.præla.& in capitulo licet.de pœ.& in capitulo cum in cunctis. §. inferiora.de electione.

DE

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI. [a] XIV

Archipresbyter eſt Vicarius Epiſcopi, circa diuina; & Archipresbyterorum duæ ſunt ſpecies. h.d.

Non abſimiles [b] archidiaconis archipresbyteri habentur: nam & ij Prælati ſui circa ſpiritualia curam ſubleuant. Horũ autem duplex eſt ſpecies: [c] alij enim urbani ſunt, alij autem exteri. Vrbani ſunt, qui Præſulis ſui abſentis circa diuina in urbe uicem ſubſtinent, aut præſentis curam minuunt, ut officiũ [d] inchoãdo, celebrãdo, [e] & bñdicendo, [f] & cũctis prouidendo, quæ ſacerdotũ miniſterio perfici debent.

Quæ ſit poteſtas foraneorum Archipresbyterorũ. h.d.

Exteri ſunt, qui circa ſingulas plebes conſtituti, non ſolùm uulgi ſolicitudinem gerunt, uerumetiam presbyterorũ, qui per minores titulos [g] habitant, uitam iugi circunſpectione cuſtodire debent, qui licet ſuis præſint plebibus, ut [h] Epiſcopus Matrici [i] preæſt eccleſiæ, nihil tamen cõtra ſui Præſulis ordinare Decretum audere [k] debent.

Obtinentes aliquam prepoſiturã, debent etiam habere eius prepoſituræ ordinẽ. h.d.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

a De officio Archipresbyteri. Sed cum Archipresbyter ſit ordine maior archidiacono, & per hoc etiã præcedere debeat: ut ea. ſtatuimus. ext. de maio. & obe. & c.j. d. tit. cur prius dixit de archidiacono, poſtea de archipresbytero? Reſp. Archidiaconus licet inferior ſit in ordine, in dignitate tamen, & adminiſtratione eſt maior, propter curam fori contentioſi quàm exercet, cũ Archipreſbyter ſolum exerceat curã fori pœnitentialis, ut infra eod. in prin. & not. in c. officiũ. ext. eod. ita not. Card. in Clemẽt. prima de præbẽ. in princ. q. vij. & Archidia. & Gemi. in cap. perlectis. xxv. diſtinct. Glo. & Ab. c. j. eo. in his tamẽ potiſſimũ ſunt conſuetudines eccleſiarũ obſeruandæ; ut per Hoſt. quem & Abb. refert in dict. cap. primo.

b Non abſimiles. Similitudo autẽ eſt in hoc quòd uterq; eſt epiſcopi iuris Vicarius ille. in his quæ concernunt iuriſdictionem & forũ contentioſum: ut ſupra tit. prox. & c. ad hæc, de offi. Archi. hic in his, quæ concernunt ordinem & forum pœnitentiarium: ut infra per tot. & c. officium. ext. eo.

c Species. Iſta diuiſio aſſumitur ex c. officiũ. ext. eod. ubi agitur de Archipresbyteris urbanis, & ex c. fi. ubi tractatur de foraneis.

d Officium. Scilicet ſolenne.

e Celebrando. Scilicet miſſam ſolemnẽ, quę dicitur in feſtiuitatibus ſolennibus, quibus debet Epiſcopus, niſi ex cauſa impediatur intereſſe in cathedrali eccleſia. de conſe. diſt. ij. c. epiſcopus. c. & temporis qualitas. xij q. j. not. Abb. poſt Hoſt. in c. j. in fi. ext. eo.

f Benedicendo. ſcilicet in matutinis quando legi debent lectiones: ut not. in c. officium. ext. eod.

g Titulos. Titulus appellatur eccleſia. ut c. ij. diſt. lxx. & ca. epſ. diſt. lxxx. ſumitur titulus & alijs uarijs modis: ut not. in c. fi. ext. e. unde ſumitur hæc litera.

h Vt Epſ. Dictio ut, non denotat hic omnimodam ſimilitudinẽ: quia aliter præeſt epiſcopus aliter Archipresbyteri.

i Matrici. Id eſt cathedrali & baptiſmali, licet interdum baptiſmalis eccleſia ſumatur pro ea quæ habet ſub ſe capellam ut de eccleſ. ædifi. capitulo ſecundo. & uide quæ not. in Clemen. prima. de ſenten. excommun. in uerſicu. matricem. Et dicitur matrix, quia ſicut mater carnalis generat per conceptionem, ſic iſta regenerat per baptiſmum, uel fortè, quia aliæ eccleſiæ ita ſe habent ad hanc, ut filiæ ad matrem: & de hoc uide not. in Clemen. prima de baptiſ.

k Audere. Sed quæ corrigenda uiderit epõ renunciare. c. fi. eo. niſi ſint minora, quæ & ipſi Archipresbyteri determinare poſſunt, cum habeant ordinariam iuriſdictionem, cap. cum ab eccleſia. de offi. ordinar. & cap. ex literis. de conſang. & affin.

Admonēdi ſunt aūt ij, qui ꝑpoſituræ [a] alicuiusadminiſtrationē canonicè uolūt obtinere, ut nō ſolum nomē, [b] uerū etiā ordinē habere ſtudeant. Vnde niſi qui Archidiaconatum tenent. Diaconi, aut qui Archipresbyteratum, præſbyteri infra annum fiāt: [c] amittent honorem, etiā ſi iuſta cauſa prohibente presbyteri, aut Diaconi eſſe non potuerint. [d]

DE OFFICIO VICARII. [e] XV

Vicarius Epiſcopi non poteſt inquirere, punire, priuare beneficijs, uel eadem conferre, niſi hæc ſpecialiter ſibi committantur. h.d.

PEr Vicariū quoq; cū epiſcopus ꝑ ſeipſum deſeruire, & reſidere, rationabili [f] cauſa prohibetᷓ: aut ꝑſēs, oībus cōmodè par eſſe nō pōt. [g] Epiſcopalis repræſentatᷓ authoritas. In quo tamen illud aduertendū eſt, ꝙ licet ꝑ gnālem [h] officij cōmiſsionē Vicario factā, cauſarū cognitio trāsferatᷓ: ptās tamē inqrendi, corrigēdi, aut puniendi aliquorū exceſſus; ſeu aliquos à ſuis beneficijs, uel adminiſtrationib. amouēdi: uel beneficia cōferendi (niſi ſpecialiter [i] cōceſſa ſit) nō trāsferᷓ.

Habens curam animarum in diuerſis Eccleſijs, uel laicus nō pot conſtitui vicarius.

Debet aūt Eps circunſpectus eſſe, ne laicū [k] Vicariū ſibi cōſtituat. Indecorū [l] eſt enim laicū hoīem uiros Eccleſiaſticos iudicare: nec in uno eodēq; officio debet di

a Præpoſituræ. Præpoſitura eſt nomen generale continens quālibet prelaturam. c. quāuis. de uerb. ſig. licet quandoq; dignitas ſit de per ſe. c. j. de æta. & quali.

b Nomen. Cum nomina debeant rebus eſſe cōſequētia, §. ſed & conuiuia. infra de immu. eccleſ.

c Fiant. ca. j. de æta. & quali.

d Potuerint. Sed non uideᷓ quòd caſu promoueri impeditus debeat priuari dignitate: ut c. j. de cler. ægrot. Sol. intelli ge quando culpa ſua ad talem caſum deuenit. ca. j. de cle. ægro. contrarium quando præter culpā. debuit enim abſtinere ab eo ad quod ſciēbat ſe inhabilem

DE OFFICIO Vicarij.

e DE officio uicarij. dixit de Vicarijs à iure cōſtitutis, nunc de conſtitutis abhomine. uel ſupra de his qui deſeruiunt eccleſiæ nomine proprio, nunc de his qui alieno. ſic no. in Rubr. ext eod. Sunt aūt uicariorum duæ ſpecies, perpetui & temporales: ut in c. extirpandæ. §. quia uero. de præben. ubi Ab. tam in lectura quā in repetitione, ubi addit & tertiā ſpeciē uicariorum. eorū, ſcilicet qui per ſedem Apoſtolicā ad certam prouinciam regendā deputātur: ut c. pe. eo. & xvj. q. j. adijcimus. propriè tamē hæc uox ꝑdicaᷓ de uicario ꝑpetuo: ut ꝑ Ab. in c. G. ꝑpetuus. de fid. inſtr.

PER VICARIVM quoq; &c.

f Rationabili. Sed quæ ſunt cauſæ rationabiles per Vicarium deſeruiēdi? Rń. ut per Hoſt. in ſumma huius tit. §. & in quibus caſib. & ordinariè per Doct. in c. extirpandæ. §. quia uero. de præben.

g Non pōt. Videtur igitur ꝙ ſi dum eſt præſens, pōt oīa epiſcopalia munera obire, ꝙ nō teneatur cōſtituere uicariū, cuius tamē contrariū uidetur ſentire Ab. in c. quoniam. de offi. ord. iuribus & rationibus per eū allegatis, cuius opin. huic literæ nō eſt contraria, cū ipſe ꝑſuponat epm, nūquàm epm oībus eccleſiæ negocijs eſſe parē, de quo tamē dubitari pt, maximè ſi diœceſis ſit modica & eps uir expertus, & habeat Archidiaconum, & Archipresbyterum.

h Generalem. Ergo quo ad ſingula non tantum ualet genus quantum ſpecies, de hoc diſtin. xxiij. c. quanquā. & de offi. ordinarij. ca. ſi ſacerdos. & fac. capitulū licet. eo. lib. vj.

i Specialiter. Sufficit autem ſecundum Hoſtien. quòd unum iſtorum ſpecialiter exprimaᷓ ſecuta clauſula generali, uidelicet, & oīa alia quæ nos poſſumus, etiam ſi mādatum exigerēt ſpeciale: ut not. in cap. licet. eod. in vj.

k Laicum. xvj. q. vij. c. in noua.

l Indecorū. Sic c. in noua. xvj. q. vij. & c. decēter. diſ. lxxxix.

D Profeſſio.

ſpar eſſe profeſsio.[a] Quod etiam lege diuina prohibet̃: dicente Moyſe. *Non arabis in Boue, & Aſino.* Inde & Honoriana cõſtitutione[b] cauet̃. Vt Epiſcopus eum, qui perpetuam Vicariã[c] obtinet, ꝑ ſubtractionem[d] prouẽtuũ; uel ipſius Vicariæ ablationem compellat, ut ſe in presbyterũ promoueri faciat.

A Vicario appellatur ad Archiepiſcopum, ab Archidiacono ad Epiſcopum. h.d.

Inter uicarium[e] autem, & Archidiaconũ illud intereſt, quòd à Vicario, non ad Epiſcopũ,[f] ſed ad Archiepiſcopum: ab Archidiacono uerò, niſi aliud Eccleſiarum inducat conſuetudo,[g] ad ipſum cui immediatè ſubiacet Epiſcopum, erit appellandum.[h]

DE COADIVTORE.

XVI

Ex cauſa datur Epiſcopo coadiutor, cuius datio ad ſedem Apoſtolicam ſpectat. h.d.

a Profeſsio. xij.q.ij.c.cognouimus. Sed contra.c.Deus qui. ext.de ui.& honeſt.cleri.& de eo quod not. Io.And.in Cle.& ſi principalis. de reſc.& per Archi.in c.in noua. xvj.q.vij.& de not.per Doct.in c.Ioannes.de ſta.monac. Sol.ut per Ab.in c.cum cauſam. in fi.de elect.

b Conſtitutione. Tranſitum facit ad Vicariũ in diuinis, ſed bona occãſione, maximè cum de ambabus ſpeciebus tractetur ext.eod.ti. ſcilicet tã de uicario iuriſdictiõis, quàm de uicario in diuinis.

c Vicariam. Sed quis eſt ꝑpetuus uicarius? Reſ. qui canonicè à perſona eccleſiæ, & authoritate epiſcopi eſt iſtitutus, & certam debet percipere portionẽ. c.ad hæc. ext.eo. & de præb.c.extirpandæ. §.quia uerò.& no.qui habet aliud beneficium curatum non poteſt aſpirare ad Vicariam.c.j.ext.eod. ſed nec ad duas uicarias. ut cap.ſi.ext.eod.ubi not.

d Subtractionem. Sic etiam compelluntur alij clerici, quando neceſsitas uel utilitas exigit, ut ordinentur. facit cap. quæris. de ætat.& qualit.

e Vicarium. Scilicet generalem: ut cap.Romana.in prin.de appella.in vj. qui eſt ordinarius, ut ibi not. Secus ſi quis delegatus eſſet ab epiſcopo, ad cauſam ſpecialem: quia tunc ad ipſum epiſcopum appellari deberet. ca.ſuper quæſtionum.de offi.deleg.& c.dilecti.de appellat.ubi not.& poteſt eſſe ratio quòd à Vicario generali non appellatur ad epiſcopum: quia appellatio eſt de minori iudice ad maiorem prouocatio: ut not.in c.ij.de cõſue.in vj. & habetur infra de appel.poſt princ. ſed cum epiſcopi & ſui officialis idem ſit auditorium, ſequeretur quòd ſi à uicario ad epiſcopum appellaretur idem eſſet iudex à quo, cum iudice ad quem, quod eſſe non debet. d.c.ij. & c. Romana. Sed uidetur contra.c.à collatione. de appell.in vj. ubi ab epiſcopo ad eũdem epiſcopum appellatur. Sol.ut not.in d.c.ij.

f Ad Epiſcopũ. Sed licet ad epiſcopum non poſſit appellari: tamẽ ſi uicarius recuſetur tãquam ſuſpectus ſuſpicionis cauſa coram epiſcopo eſt probanda.c.ſi cõtra unũ. in fi. de offi.dele. Nec enim uerum eſt per omnia ꝙ appellatio & recuſatio paria ſint ꝑ omnia: ut dicitur in c.ſuper eo.ij.de appel.& in c.ij.de conſue.in vj.

g Conſuetudo. Quæ dat iuriſdictionem.c.cũ cõtingat.de fo.compe.& c.Romana. eod.tit.in vj.& c.Romana.de offic.ord. idem dicemus de priuilegio cum iſta ſint paria ix.q.iij.c.conqueſtus. & c.duo. §.debet. de offi.ordi.& c.nouit.uerſ.non enim.de iudi. ubi de hoc dicitur. Et quòd hic dicitur de conſuetudine refert ſolum ad appellationem interponendam à ſententia Archidiaconi, ſcilicet quòd de conſuetudine poſsit induci quòd appelletur ad Archiepiſcopum, non autem ꝙ conſuetudo poſsit inducere quòd appelletur à Vicario ad epiſcopum: ꝙ licet quidam antiqui tenuerint, tamen eſt falſum: ut no.in c.ij. de conſue.in vj.& in cap.Romana.de appella. in vj.

h Appellandum. Niſi quis appellare uelit ad Papam, ad quem omiſſo etiam medio appellatur. ſecunda quæſtione ſexta. capitulo ad Romanam.& cap.quiſquis. & idem in legato: ut in cap.j. de offi.leg.ubi de hoc. & ſecunda q.ſexta. cap. tertio. licet ſecus ſit in Imperatore de iure ciuili. l.Imperatores.ff.de appellation.

DE COADIVTORE.

ACcidit etiam interdū, ut Paſtor ſenio [a] aut corporis ualetudine [b] impeditus, aut ſanæ mentis conſilio [c] deſtitutus, ſuper ſuum gregē excubias ducere non poſſit, ea propter uir prouidus [d] & honeſtus illi in Coadiutorem [e] adiungendus eſt: per quem tam Epiſcopo, [f] quàm populo utiliter cōſulatur. Cuius datio, cum de cauſis maioribus [g] eſſe cōſtet, ad ſedem Apoſtolicam [h] nulla obſtante cōſuetudine [i] referenda eſt. Quod tamen ſic intelligi oportet: ſi nō in remotis partibus explicanda ſit. Cęterum ſi procul ab Apoſtolica ſede Epiſcopus impeditus deget, tunc ſecundū Bonifacianæ conſtitutionis tenoré [k] prouidendum erit.

Etiam inferioribus ab Epiſcopis dandus eſt coadiutor, & utriſque de facultatibus Eccleſiæ erit ſubueniendum: hoc dicit.

Nec ſolùm Epiſcopis dandus erit Coadiutor, ſed ēt ſi res exigat īferiorib. uū ſi uel Eccleſiæ Rectoré [l] uel Archidiaconū [m]

a Senio. No. quòd ſenectus æquiparatur infirmitati, immo ut inquit Teren. Senectus ipſa morbus eſt, & fac. hoc ad ſtatutum loquēs de infirmis, & de infirmitate, de quo p Ab. in c. magnæ. de uo. & uot. redemp. & in c. quāuis. de ſent. excomun.

b Valetudine. Scilicet incurabili. ſecundum pleroſq;. ut per Abb. in cap. ex parte. de cleri. ægrot. & not. in c. uni. eod. tit. in vj. in uerbo perpetuo, ſed idē forte ſi morbus curari non poſſet niſi per longa tēpora, per rationē d. c. uni. & adde ꝙ morbus adminiſtrare impediens reddit quem ineligibilem: ut per Ab. in cap. cum inter canonicos. de election.

c Conſilio. Idē ſi ſit prodigus, & de dilapidatione ſuſpectus: ut per Ab. in cap. uenerabili. de offi. deleg.

d Prouidus. Et qui ad gerendum officium, in quo datur coadiutor nō ſit inhabilis: ut per Doct. in c. fi. de cle. ægro. uel debilit.

e Coadiutorem. Adde quòd ſi res exigat nō ſolum unus in coadiutorem, ſed etiam duo dari poſſunt. c. unico de cle. ægro. in vj. plures autem duobus non poſſent dari, cum enim debeant procurari de ſumptibus eccleſiæ, in qua ſunt coadiutores eccleſia nimis oneraretē. ut not. in dict. cap. uni.

f Epiſcopo. Sed quid ſi ſolum ſit electus & confirmatus, non autem conſecratus, an debeat ex toto remoueri, uel potius coadiutor dari? Reſpon. ut per Abb. in ca. ex parte. de cle. ægrotan. uel debili.

g De maioribus. Nota dationem coadiutorum dici de cauſis maioribus quæ ſunt reſeruatæ ſedi Apoſtolicæ, ut & ſediū mutationes, & epiſcoporum translationes. c. j. ubi Abb. de. transla. pręl. & in c. quod translationē. de offi. leg. c. quāuis. de elect. in vj. c. ut debitus. in fi. de appel. & per Io. And. in c. querelam de elect. & per Doct. in c. qđ ſedem. de offi. ordin. & hoc intellige ſi dandus ſit coadiutor epiſcopo: ſecus ſi inferioribus, ut in ca. de rectoribus, ubi Ab. de cle. ægrot. & c. fi. eod. tit.

h Apoſtolicam. Ergo nec ad Archiepiſcopū: quia in ſua prouincia id tātum pōt, qđ ſibi à iure reperitur cōceſſum, ca. conqueſtus. ix. q. iij. c. Romana. de ſuppl. negli. præl. in vj. nec ad patriarcham, nec ad legatū: quia in generali legatione talia nō tranſeūt. c. quod trāslationē. de offi leg. Sed cōtra uidetur in c. ex parte, in fin. de cler. ægrot. Sol. illud fuit de ſpeciali authoritate & mandato domini Papæ: ut plenius not. in c. uni. de cle. ægrot. in vj. Item arg. contra c. hi qui. de pręb. in vj. & infra de colla. §. authoritate. & fac. ad hoc cap. eccleſiæ. de ſuppl. negli. prælat. in vj.

i Conſuetudine. Not. quòd contra Ro. eccleſiam non currit præſcriptio, in his quæ ſibi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruauit. ſicut nec contra priuilegium prælationis. c. cum nobis. de præſcrip.

k Tenorem, ut in c. uni. de cle. ægrot. in vj. ob difficultatē enim admittitur, qđ aliàs non admitteretē, ut p Ab ī c. ſignificaſti. de fo. cōp.

l Rectorem. Vt c. ij. iij. & iiij. de cle. ægro. uel debilitan.

m Archidiaconū. Vt c. fi. de cle. ægr. uel debi.

a Nullo pacto. Quo caſu quidam tenebant hunc penitus remouendum: ſed communiter tenetur quòd licet remoueatur ab adminiſtratione, non tamen à iure prælaturæ, ut latè traditur in c.tua.de cle.ægro.uel debili.&.c.j.de cle.nō reſid & c.peruenit.de appel.aut infirmitas reddit ſolū impotentē in ſpiritualibus,& tunc dic cōtra.d.c.de rectoribus.

DE COREPISCOPORVM uſu ſublato.

itā morbo aliquo cōtigerit impediri, ut Eccleſiaſticis miniſterijs uel nullo pacto, [a] uel non niſi cum ſcādalo [b] intereſſe poſsint, eis quoque Coadiutor adhibendus erit: & ità res temperanda, ut utrique iuxta facultates Eccleſiæ uitæ neceſſaria [c] miniſtrentur.

DE COREPISCOPORVM uſu ſublato. XVIII

Corepiſcoporum uſus ſublatus eſt.h.d.

ERant olim & Corepiſcopi, qbus circa plurima cū Epis miniſteriorum communis erat diſpēſatio: [d] quorum tamen inſtitutio tàm in Romana ſede, quàm in alijs totius orbis Eccleſijs, tanquā improba, & ſuperuacanea eſt penitus interdicta. [e]

Matrimonium ſpirituale diſſoluitur translatione, renuntiatione, depoſitione, hoc dicit.

Vidimus hucuſque de ſpiritualis fœdere coniugij quod inter Epiſcopum, & Eccleſiam contrahitur, qd̄ electione uel poſtulatione initiari [f]

b Scandalo. Puta quòd ſit leproſus.ca.de rectoribus. de cle.ægro.uel debilit.nec enim aliquid eſt faciendum cū ſcādalo. c.presbyterum. & ca.tua. de cle.ægrot.uel debil. c.nihil.ubi latè traditur.de pręſcript. quod procedit ſi ſine peccato mortali id poteſt omitti. ca.cum ex iniuncto. de no. opc. nunc. poteſt etiam ſcandalum hoc naſci: quia ſit exoſus populo fortè ob delictum ſibi imputatum, quo caſu poterit ex toto remoueri. c.niſi.de renuntiat. & §. propter. infra eo. titu. ſed hoc caſu remouendo prouidendum eſt de cambio, ſecundum Inno.in d.cap.niſi, & Ab.in dict.c.tua.

c Neceſſaria. Ita ut poſsit ſine penuria uiuere, licet fortè non commodè. Differunt enim hæc inter ſe: ut not.per Abb.in capitulo primo. de inſtitu.Sed quid ſi reditus eccleſiæ ſunt adeò tenues, ut non poſsint ſufficere prælato & coadiutori dato? Reſpon. ut latè traditur in capitulo de rectoribus. de cle.ægrot. uel debili. Item dato quòd iſti reditus ſufficiant, & ſuperſint etiam, quis habere debet diſpoſitionem redituum prælatus ne an coadiutor? Reſpon. ſecundum Abb.in dict. capitulo de rectoribus.aut infirmitas impedit adminiſtrationē in temporalibus & ſpiritualibus,& tunc coadiutor habebit adminiſtrationem in utriſque.fac.c.tua. de cle.ęgro. uel

ERANT olim.&c.

d DIſpēſatio. Vt q̄a & ipſi cōferebant ordines: licet nō oēs, p̄dicabāt & conficiebāt dominicum corpus: ut c.quāuis.ubi not. diſt.lxviij.& obtinebant quoddam mediū inter epiſcopos & præsbyteros, ab utriſque tamē differrebāt, ab epīs:quia corepiſcopis erat interdicta præsbyterorū, diaconorum, & uirginū, & eccleſiarū conſecratio. Itē erectio altarium, & alia de quibus. d. diſt.lxviij.§.inter epiſcopos.& cap. quāuis à præsbyteris. ut quia conferebant minores ordines,& ſecundum Gratianum etiā commendaticias & pacificas literas dabant, quod non faciunt præsbyteri.d. §.inter epiſcopos.e.c.quanuis.

e Interdicta.Etiā ſi forte ab Apoſtolis,uel generalibus concilijs emanaſſet talis inſtitutio: ut not.in c.corepiſcopi. diſt.lxviij.quod præbet.arg.q̄ à quocunq; authore ſit inſtitutū, & quātuncunq; diu fuerit obtentū ſi non ſubeſt cauſa, uel ſi oneroſum eſt, eſt extirpandū:ut c.omnia.diſtin.xij. & de conſ.diſt.j. c.placuit. & x.q.j.c.hanc.& diſtin.lxiij.§.uerum.& c.peruenit.de cenſib.

f Initiari. Hoc uerbū ſumitur propriè & impropriè eodem tempore: nā reſpectu electionis uerè & propriè initiatur ſpirituale coniugiū:quia per eam acquirit ius electo:ut not.in c.quanto.

confirmatione ratificari, conſecratione intelligitur conſumari. [a] Item de moribus [b] & Vicarijs, [c] & adiutorib. [d] Epiſcoporũ. tractemus nũc quibus modis epiſcopus ab Eccleſia remouetur, & ſic quomodo tale coinugiũ præter mortem [e] diſſoluitur. Contingit autem id tribus modis, Translatione, Renuntiatiõe, & Depoſitione, ſeu degradatione: de quibus ſingulis uideamus, ac primum de Translatione.

c.quanto.diſtin.lxiiij. nam electores conſentiunt tanquam in ſponſum eccleſiæ, fac.c.cum inter canonicos. de elect.& ca.ſi.de translat. prælat.& per Ab.in c.ſcriptũ. de elect.& ideò electio dicitur confirmari: quo uerò ad poſtulationem ſtat impropriè: quia p eum uerè nõ initiatur ſpirituale matrimoniũ, quoniam cum nihil aliud ſit quàm quædam precum porrectio ad principem, ut de poſtulato puidear, ut habet in Rub. & c.j. de poſtula. præla. & ſupra de poſtulat. in prin. & ſic gratię innitatur nullum ius producit oſſibus poſtulati infixum. unde non mirum ſi p eam propriè non dicitur ſpirituale matrimonium initiari: ut tradit Ab. in d.cap.ſcriptum. ſed cum & per poſtulationem deueniatur ad admiſsionem per quam tale coniugium poſtmodum initiatur, & celebratur, non mirum ſi & poſtulatione dicitur huiuſmodi coniugium initiari, cum quidquid eſt cauſa cauſæ ſit etiam cauſa cauſati. l.& ſi amicis.ff. de adult.

a Conſumari.c.ij.de translat.epiſcopi.

b Moribus.ut ſupra.de ui.& hone.prælat.

c Vicarijs. Tam iuris quàm hominis.ut ſupra de offi.Archi.cum duobus tit.ſeq.

d Adiutoribus. Vt ſuprà de coadiut.& dicit plurali numero: quia etiã Archidiaconus, Archipresbyter, & uicarius ſunt adiutores, ut ſupra de offi.Archi.& de offi.Archipresby. & de offi.uica. omnibus. in princ. Vel forte ob corepiſcopos, licet illi ſint ſublati.

e Præter mortem. Intellige incluſiuè, ſcilicet quòd & morte huiuſmodi coniugium diſſoluatur, ne dum translatione renuntiatione, ea enim ſecundum quoſdam eſt natura huius dictionis, ut ſi ponatur iuſta proportionem affirmatiuam includat ut hic, ſi iuſta negatiuam, tunc excludit, uel excipit, ut per Dyn.in c.peccatum.de re.iu.in vj. ſed Dy.loquitur de dictione, niſi, unde eius doctrina literæ noſtræ non quadrat, nec eſt etiam in ſe uera, nec Dyn.id explicitè dicit. unde dic ex mente Ab.in ca.dudum.ij.de elect. quòd ſi dictio, pręter, cum ſuo adiuncto adhæret orationi quæ comprehendat adiunctum dictioni iſti præter, ſtat excluſiuè. exemplum, lego tibi libros meos præter decretum, nam ſi decretum non excluderet à præmiſſa oratione, fruſtra poneret, cum adiunctũ dictioni præter, includeret in oratione pręmiſſa, & uerba debent intelligi, ut operentur. l.ſi quãdo. C. de inof.teſtam. c.ſi Papa. de priuil. in vj. Si autẽ adijcit orationi quæ non cõprehendit adiunctum ſtat incluſiuè, exemplum, lego tibi animalia mea præter decretum, nam ſi hæc dictio tunc non includat fruſtra fuiſſet appoſita, cum animalium appellatione non ueniat decretum. ſic in caſu noſtro diſſoluitur tale coniugium ſpirituale per traslationẽ, renuntiationem, & depoſitionem præter mortẽ id eſt ultra quod diſſoluitur per mortem, & ſic includit, uel dic quòd in hac litera poteſt etiã excludere, ut ſit ſenſus dicamus quibus modis ſoluatur iſtud coniugium præter mortem, de quo modo mortis non intendimus dicere tanquam de notorio, & ſic excludit, & de natura huius dictionis per Ab.non ſolum in d. cap.dudum. ſed etiam c.literas.de præſumpt. per Archid.in c.Ebron.xiij.q.ij. per Io.de Ligna.in Clem.ij.de pœn. & per Paul.in Clem. j.de ſum.Tri.& ſi.catho.& per Bart.in l.j.ff.de pign.action. & in l.nam quòd liquidè. §.ſi.ff. de pen.leg. Nicol. de Neap. in l.ſi tutor. §.ſi tutor.ff.de tutel.& rat.diſtrahen.& comm.in l.actione.C.de tranſac. & in alijs multis locis. & an in dubio ſtet incluſiuè uel excluſiuè per Abb.in d.ca.dudum. Adde tamen quòd reſpectu caracteris impreſſi huiuſmodi matrimonium nec morte diſſoluitur, ut cum perduret etiam poſt mortem impreſſum in anima: ut dicit Abb.in capitulo inter corporalia. de trãsla.epiſcopi, ſed hic reſpectus in tractatu noſtro non eſt in conſideratione: ſed ſolum habetur reſpectus adminiſtrationis temporalium & ſpiritualiũ, alioqui nec per translationem

tione, nec renuntiatione ſolueretur tale coniugium cum character remaneat., immo nec per degrationem . per eam enim character ſemel impreſſus minimè aboletur : ut not. in ca.ij.in ſi de pęnis.in vj.cuius tamen contrarium dicitur hic , & in d. cap. inter corporalia. unde hæc litera ſumitur.

DE TRANSLATIONE. XVIII

Translatio inducta eſt ex utilitate, & ex neceßitate, & neceßitate ceſſante translatio irritatur.h.d.

TRāslationes quæ & mutationes [a] nuncupari poſſunt inſtitutæ ſunt utilitatis & neceſsitatis gratia: [b] utilitatis, cum Epiſcopus [c] ab ea ciuitate cui præpoſitus eſt in aliam trāsfertur, in qua magis proficere poſſe uериſimiliter exiſtimatᷣ. Sic olim Princeps [d] Apoſtolorum de Antiochena ciuitate ſe Romam tranſtulit, ut ſcilicet ibidem copioſius ꝓficere poſſet. Neceſsitate uerò nonnunquam Epiſcopalium ſedium mutationes fieri ſolent, hoſtium urgente metu. [e] Sed hoc caſu, ſi ciuitatem de qua effugerit Epiſcopus ab hoſtibus liberari , & ad priorem ſtatum contigerit reuocari , [f] ad eam expulſus reuertetur. [g]

Epiſcopos transferre, ad ſolum Romanū Pontificem pertinet.h.d.

Sciendum [h] eſt autem Epiſcoporū trāſlationes, non etiam inferiorum [i] ad ſolum Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem certiſsima ra

DE TRANSlatione.

Trāslationes.&c.

a MVtationes. vt capit. mutationes . vij. quæſt.j.

b Gratia . Vt c. mutationes . vij. q.j.& copioſè traditur.in cap. uniuerſorum. de rerum permut.

c Epiſcopus.vel alius prælatus: nā & alij transferri poſſunt, Cardinalis, ut in cap. dilectus.j.de præb. Archiepiſcopus cap. bonæ.ij. de poſt. præla.& cap.ſcriptū. de elect. Ab. in cap. uenerabilis.de conſuet.& cap.cū in ueteri.de elect. Præpoſitus c.dudum.j.de elect. & quicunque beneficiatus cap.admonet.de renuntiat. & demum quicunque poſtulari poteſt, ſecundum Hoſt.in ſum.eo.& in ſum.de poſtul.pręlat.§.quis ſit poſtulandus.

d Princeps . vij. quæſt.j.cap. mutationes , & ſic no.quòd utilitas maximè ſi ſit magna, æquiperatur neceſſitati , ad eo ut ea inſtante ſi ſuperioris copia haberi non poſſit , poſſit quis uenire contra proprium iuramentum , ſecundum Inno.quem ſequitur Abbas in cap. uenerabilem. de elect. licet hoc nō placeat Hoſt. fac.not.per Inno.in cap.cum omnes.de cōſtit. & quæ ponit Abb. in cap. tua. de eccleſ. ædifi. in ultimo not.

e Metu.vij.q.j.cap.temporis.

f Reuocari.Arg.quòd reſtituta re in priſtinum ſtatum, omnia iura reſtituuntur, cap.quia diligentia.de elect. & xvj.q.iij. cap. prima . ſic qui peruenit ad meliorem fortunā tenetur ad priſtinam obligationem , xxvij.q. vij. ca.ab infirmis l.ij.C.qui bo. ce. poſſ. & l. ſi locus. ff.quēad.ſer.ami. & quòd ceſſante cauſa . &c.

g Reuertetur . Ergo non obſtante mutatione remanet epiſcopus primæ eccle.& ſic eſt epiſcopus duarum eccleſiarum, contrà illud xxj. q.j.ca.relatio, qđ quidam admittūt exēplo matrimonij carnalis , ubi quis pōt eſſe maritus duarum fœminarū altera religionem ingrediente: ut not.vij. quæſt.j. cap. paſtoralis.Sed contra uidetur , nam ille locus definit eſſe eccleſia p captiuitatem . ut.l. cum loca.ff.de relig. & ſumpt. Sed non eſt ita, quia ſacramenta eccleſiæ uera dicimus eſſe apud hoſtes, ut j.q.j.quod quidam.& quod dicit lex ꝙ definit eſſe ſacer locus intellige, quia uiduatus eſt ſacris miniſterijs . Sed pone contra quòd epiſcopus eſt captus & non ciuitas, an tunc conſtituetur alius? Reſpondeo ut not. in d.c.paſtoralis.

h Sciendum. Nota unū ex caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, de alijs uide quæ not. in ca. quod translationem.de offi.leg. & quæ traduntur in cap.quod ſedem.de offi.ordin.& cōcor. cum hoc cap.ij.de tranſlat.& d.c.quod trāſlat. ſumitur ex c.j.eo.

i Inferiorum.Simile eſt in coadiutoribus:nā epiſcopis dat ſolus Rom.Pont.regulariter, inferioribus

ſerioribus uerò etiã alij, puta Patriarcha, metropolitanus, & ſimiles ut ſupra. de coadiutore in princ. ubi not. & per Ab. in c. de rectoribus. & in c. fi. de cle. ęgro, uel debili.

a Certiſſima ratione. Sed quæ eſt hæc ratio tam certa? Reſpondeo, quia cum fortius ſit ſpirituale uinculum quã carnale, ſi Deus reſeruauit ſibi ius diſſoluendi carnale matrimonium, per illam authoritatẽ quos Deus coniunxit. &c. multo magis cenſeẽ reſeruaſſe diſſolutionem ſpiritualis, & quod facit Papa qui eſt Vicarius Dei, uidetur Deus ipſe facere: ut late ꝑſequitur tex. in c. ij. de translat. unde ſumitur.

tione [a] pertinere, neque ſuper his matrimonijs [b] quicquã prę ter eius aſſenſum ĩmutari debere aut poſſe. Quod obtinet non ſolum ſi Epiſcopus eſt conſecratus, uerum etiam ſi tantum canonicè fuit electus, & confirmatus. [c] Cum (ut ſupra dixim⁹.) poſt electionem, & confirmationẽ inter perſonas eligentium, & electi coniugium ſit ſpirituale cõtractum. [d]

b His matrimonijs. Scilicet ſpiritualibus, cum nec in carnalibus liceat cap. ij. eo.

c Confirmatus. Intellige copulatiuè: quia ſecus eſt in electo tantum, cap. ij. eo. à contrario ſenſu, ut comm. tenetur, licet Hoſt. contra.

d Contractum. Not. ergo ꝙ conſecratio quo ad ſubſtantiam uinculi ſpiritualis nihil addit: nã illud non dicitur de ſubſtantia alicuius rei, quo remoto illa remanet. Ideò dignitas Epiſcopalis ſeu conſecratio non eſt de ſubſtantia matrimonij ſpiritualis: quia ſine illo matrimonio põt eſſe dignitas epiſcopalis, ut patet ĩ ep̃o qui renunciauit ep̃atui, & nõ ordini, & ſic in epiſcopo nullatenẽſi. Similiter põt eſſe matrimoniũ ſpirituale ſine dignitate epiſcopali, ut patet in electo confirmato & non conſecrato, ut hic. & in c. ij. eo. conſecratio tñ cõſumat ſpirituale matrimonium c. fi. eo. & ſupra de co rep. uſu ſubl. §. fi. & licet quo ad uinculum nihil addat, addit tamen quoad qualiſ, ſcilicet quoad poteſtatem exercendi ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ut ſupra. de confirmat. §. fi. & habetur in c. trãſmiſſam. de elect. Vnde no. ꝙ ubi remanet eadem cauſa & ſubſtantia, ob accidens adueniens diſpoſitio non uariatur: ut per Ab. & alios in cap. ij. eo.

e Auaritia. Concor. c. quanto. ext. eod.

f Ambitione. Concor. §. ambitiones. vij q. j. & habes hic quatuor cauſas ex quibus fit tranſlatio, neceſſitas & utilitas, de qbus ſupra in princ. Itẽ auaritia & ambitio, ut hic, eſt & cauſa leuitatis & humilitatis. de q. bus ibi. & quę differentia ſit inter translationem factam ex una cauſa uel ex alia, uide ut prolixè not. in d. §. ambitionis.

Q. i propria authoritate ſe ad aliam Eccleſiam contulerit, & habita carebit et ambita h. d.

Ea propter quicũque auaritia [e] ducti, aut ambitione [f] impulſi, Eccleſiæ ſuę mediocritate deſpecta; ad maiorẽ [g] ſeſe plebem propria authoritate tranſtulerint, à cathedra repelli debent aliena & carere [h] propria: vt nec illis præſideãt, quos ꝑ ſuperbiã ſpreuerũt, nec [i] illis

g Maiorem. Sed nunquid ad minorẽ? tex. uideẽ à cõtrario ſenſu huius literæ? Sed cõtrarium uideẽ uerius ca. j. eo. ubi quòd non licet deſcendere uel minorari. Quid ſi archiep̃s de licentia papæ ceſſit archiepiſcopatui an interiecto tẽpore poterit ſibi ꝑ uideri de ep̃atu poſt modũ uacãte? quidã ꝙ nõ, cũ nõ liceat deſcendere. d. c. j. & in c. legimus. in fi. diſt. xciii. & ne detur materia auaritiæ, ut ſi quis tenuem Archiepiſcopatum reſignet ut pinguem obtineat epiſcopatum, Ioan. And. Hoſt. Butri. & Abb. contra. Ad contraria reſp. ut per eos in d. c. j.

h Carere. Sed an trãsferẽs ſe ſine licentia erit priuatus ipſo iure, uel potius priuari debeat ꝑ ſñiam? & uẽ ꝙ ipſo iure, cũ uerbũ carere, intelligatur ipſo iure: ut per Ab. in c. nihil. de elect. in Glo. in uer. poteſtatis. Cõtrarium uẽ uerius .ſ. ꝙ requiratur ſententia, ſcd̃m Io. And. & Ab. in c. quanto. eo. & ideò ante ſñiam remanet epiſcopus prioris eccleſiæ, & eius clerici illi obedire tenentur. facit qđ habeẽ. ix. q. iiij. c. nõ ne.

i Nec illis. qđ hic dẽ obtinet qñ & dimiſit primũ ſine licentia, & ſine licẽtia trãſiuit ad aliã: nã aliàs priuãdus eẽt ſolũ illa ĩ qua licẽtiã nõ obtinuit, ne plus extẽdaẽ pęna, q̃ delictũ: arg. eorũ q̃ habenẽ in ca. ꝗ͂ſiuit, de his q̃ fit à maio. par. c. & hoc ſequiẽ Ab. in c. quãto. eo. ante fin.

quos ob auaritiā uel ambitū cōcupiuerūt. Sicut [a] enim uir non debet adulterare uxorem ſuam, ita nec Epiſcopus temerè Eccleſiam,ad quam electus fuit, relinquere, ut alteri ſeſe coniungat, etiā ſi à populo fuerit attractus. [b]

Quodcōſtitutum eſt in Eccleſijs Epiſcopalibus, trahitur etiam ad Eccleſias inferiores hoc dicit.

Non abſimilis [c] Iuris rō obtinet in preſbyteris, & cæteris infra Epiſcopalem dignitatem conſtitutis. Nam ſi uel qualibet cauſa, [d] propria quis authoritate cum altero ſuum beneficium [e] permutare uoluerit. uterque proprij beneficij iacturā [f] faciet. Beneficiorū enim & præbendarum permutationes generaliter fieri prohibentur: pręſertim pactione [g] pręmiſſa,quæ circa ſpiritualia, [h] uel ſpiritualibus annexa, [i] ſemper labē ſimoniæ continet: licet poſsit Epiſcopus [k] de uno loco ad alium aliquos trāſferre, ut qui uni loco minus ſunt utiles, [l] alibi ſe ualeant utilius exercere.

Si permutatio beneficiorū completa eſt ex una parte, & per alteram ſtat quo minus impleatur,reſtituitur pars ad ſuum beneficium.h.d.

Subuentum [m] tamen eſt ei qui de permutatione cum alio habito tractatu, [n] præbendam ſuam cum reſignaſſet, ab alio, qui cū permutationis tractatum habuit, & qui poſteà ſuam reſignare recuſat, deceptus eſt: cū enim deceptis, [o] & nō decipientibus

a Sicut.c.ſicut.vij.q.j.unde ſumitur.

b Attractus. Arg.quòd neceſſitas & uiolentia non excuſat à culpa.

c Abſimilis.c.ſi uerò.vij.q.j.c. inter cætera. & cap.de maioribus. de præbend. & cap. cum olim. & cap. cum uniuerſorum.& c. quæſitum. ext. de re.permut.

d Cauſa. Et ſic no.quòd honeſtas cauſæ qua qs mouetur ad aliquid faciendū,nō excuſat quē à pęna, ſi neglexit authoritatē ſuperioris, & ordinem iuris.

e Beneficium. Et ā ſimplex Ab. in ca quæſitum.in primo. not. de re. permut.

f Iacturam.c.olim. de re. ꝑmut.

g Pactione.Sed quæritur an ſaltē ipſi bñficiati poſſint habere tractatum de permutatione facienda?& non uidetur. arg. l.oratio.ff.de ſpōſal. & notat. per Abb. in c. in cauſis. de elect.& notat.ſupra eo.tit.§. quod ſi intra terminos. Tu dic ut per Abb.poſt antiquos in c. quęſitū. de re. permut. & facit.§. ſequēs.

h Spiritualia. Quia in ſpiritualibus, uel ſpiritualibus annexis,nulla pactio uel cōuentio interuenire pōt, j.q.ij.c.quā pio.& ext. de pact.c.cum pridem.

i Annexa.Vt eſt ius patronatus ca.quanto de iudi.& c.ſignificaſti.de præb.dic ut ibi.

k Epiſcopus.No.caſum reſeruatum epiſcōpo,ſcilicet interponendi authoritatem ꝑmutationi beneficiorum,ut not.in Cle.uni. de re. permut.& per Inno.& alios in c.quæſitum.eo. tit.Cal.cōſ.vij.de rer.permut.Ro.Rom. deciſ. cccxj.in nouis.Idem etiam intelligas de inferiori habente ius epiſcopale in beneficijs permutandis, is enim exercet omnia iura epiſcopalia: quæ ſunt iuriſdictionis: ut in ca.j.de reb. eccle. ali. Inno.in ca.ij. de trāſact. Ab. in ca. ſignificaſti. de fo.comp.& in ca. quæſitū de re. ꝑmut. Sed quid ſi collatio bñficiorum permutandorum pertineat ad alium quā epm? rñdeo. ꝑmutabit eps cū conſenſu illorum, ſcdm. Io. An. Quid ſi nolit cōſentire? reſp.ut per Ab. in d.c.qſitum. An aūt cap. ſede uacāte poſſit authoritatē ꝑmutationi pſtare. uide qd no. ī Cle.j. de re.permut.

l Vtiles.No.ergo ꝙ etiā ex utilitate fit ꝑmutatio: ut ſupra.in princ. Sed nunquid fit ꝑ miſſa ex ſola expeditia perſonarum? puta, quia Rector unius bñficij nō pōt multū ibi proficere: quia forte aer illius loci nō eſt ſibi ſanus?reſp. poterit fieri permutatio:ut ꝑ Doct. in c.quæſitū. eo.& facit optimè quod not.in c. cum uniuerſorum.in Gloſ.ſec.de re.permut.

m Subuentū.c.cū uniuerſorū.de re.permu.

n Tractatu.Nota quòd partes poſſunt habere tractatum de permutatione faciēda, de quo dictum eſt ſupra.§.proxim.

o Deceptis.ca.literis.de reſcrip.l.iij.§.uerba .ff.ad

.ff.ad Velle,& C.eod tit.l.ſi ſine.l.pe.§.ſi quis .ff.de iu.& fa̅ct.igno.& C.ſi mi. ſe maio.dix.l. ſi is cap.inter dilectos.ext.de donat.

a Simplicitati. Nota parcēdum ſimplicitati, fac.cap.ſuper literis.& Aut.de inſtrumē. caut. & ſi.§.hæc autem omnia.ff.ſi quis ī ius uoc. non ier.l. ij.& ff. de edēd.l. j.§.fina & ff. de iu riſd. om.iud.§.do li & diſt.lxxvj. c. tanta nequitia, & de tranſlat.ca.inter corporalia.& cap.cum uniuerſorum. de re.permu. Sed cum ſimplicitas de qua hic ſit dolo contraria,& ſit etiam commēdanda, ut per Ab. in cap. ex ſtudijs. in princ. de præſump.& in cap.dilecti filij.de iudi.cur hic & in d.c.cū uniuerſorum.dicit ueniam dandam,cum uenia de lictum uideatur præſuponere? reſpondeo uenia dicitur dari hoc caſu,id eſt,iuris rigor remitti, qui rigor ſuadebat hunc amittere beneficium ſuum,cap.quæſitū,& cap.cum olim.de re.permu.nec uerbum uenia,ſemper arguit culpam. ſicut & aliàs ſubmittens ſe gratiæ uel miſericordiæ non uidetur delictum fateri. ut in cap. ueniens.& ibi Inno.Hoſt.& But.de renuntiat. ſed immo uidetur quòd nullus rigor remittatur.cum re non ſecuta ob quā facta eſt renuntiatio non debeat ualere renūtiatio.l.rebus.C. de re.permu.dic quòd nō poterat per ſe renuntians rem retractare,cap.quod in dubijs.de renuntiat. & no.in d.ca.cum uniuerſorum, & ſic continet gratiam.Item quāuis ſimplicitas tendat ad bonum finem, non tamen debet eſſe ſine ratione,cap.Deus.ubi Abb.de ui.& honeſt. cle.& ſi ſit ſine ratione reprobatur, Ab.in cap. paſtoralis.de iudi. & ſi ſit nimia dicitur fatuitas,Abb.in cap.cum dilectus, quod me. cauſa, An autem excuſet ſimplicitas à ſurreptione in beneficialibus,dic ut per Abb.in cap.ſuper literis de reſcript.

b Poſſit. Amoto quolibet illicito detētore. cap.cum uniuerſorum.de re.permut. cap.propoſuit de conceſ.præbendæ.

Iura ſubueniant, licet is qui renuntiauerit à ſe beneficiū abdicaſſe uideatur, tributa tamen eſt ſimplicitati [a] uenia, conſtitutumq́; ut ad reſignatum beneficium reuerti poſſit. [b]

Collatio de beneficijs, cauſa permutationis uacantibus, facta alijs quàm permutantibus, non tenet.h.d.

Et generaliter ne conceſsione Iuris utē tibus [c] præſertim circa ſpiritualia illudatur, [d] ſi qua beneficia [e] ex [f] cauſa permutationis aliquibus reſignata, alijs quàm ipſis permutare uolentibus cōferantur, [g] nullius firmitatis erit ipſa collatio. [h]

Non obſtantibus expectationibus beneficiorum permutatio fieri poteſt.h.d.

Quin immò ſi in diœceſi [i] aliqua qui-

c Vtentibus. dic igitur per hanc literam non habere locum quod hic dicitur, ubi in fraudē expectantium fieret permutatio, cum tunc per mutantes uolentes non tā utantur conceſsione iuris, quàm ius ipſum fraudent.c. uni. de re.permut. ca.ſi. de renunt.in vj.& not. in c.cle. uni.de re.permut. unde ſumitur.

d Illudat. Cle. uni. de re. permu. c.bonæ. de poſtu. prælat. cap. cum olim. de re iudi.c. j.de alie.iudi.mu. cauſa.c.ſuggeſtū. de appel. cap.dilectus.de prēb.Cle. uni. de renunt.l.ſi prætor.ff.de re. iudi. cap. nō nullis. de iudæis.

e Beneficia. Includuntur etiam hoſpitalia,& loca ſimilia, quæ permutari poſſunt his caſibus, quibus in beneficium conceduntur, quæ habentur in Cle.quia contingit.§. ut autem.de religioſ.domi.

f Ex cauſa. Sed quomodo cōſtabit ꝙ ex cauſa permutationis renuntiet quis? reſp.ſi renuntiās exprimat, uel ſatis eſt quod cōſtet de hoc coniecturis,ut not.in Cle.uni.de re. permut.

g Conferantur. Per illos in quorum manibus ſiebat reſignatio,uel per alios collatores.

h Collatio. Idem dicas de omni electione, poſtulatione,& præſentatione, quæ fieret de alio ad aliud beneficium ſic renuntiatum, cum eadem ſit rō: ut not. in Cle.uni de re. permu. Nec ob.c cū in illis.de præb.in vj.quia loquit̄ in impetrationibus bn̄ficiorū quæ ſunt odioſę.

i Diœceſi. Non excludit immo includit ciuitatem,ad idem ca.ſanctorum.d.lxiij.& ca.cum nullus,de temp.ord.in vj.& c.cum ep̄s. de offi. ordi.& includetur etiam eccleſia cathedralis. cap.cum clerici.de uerb.ſigni.facit l. cui pacto .ff.de ſer.export. Sed cōtra c. Rodulphus.de reſcrip.Sol. ibi in reſcriptis ad lites q̄ ſunt odioſa.Item contra c.quāuis.j.de præbend.Sol. ibi propter ambitionem.& not.in cap. uni. de re. permu.in vj.unde ſumitur.

Apoſto-

dam forte authoritate apoſtolica [a] beneficia proximè [b] uacatura expectent: illi tamen qui ſecũdum formam Iuris [c] ſua beneficia [d] in eadem diœceſi ad ordinarij collationem [e] ſpectantia, liberè, ac ſine fraude [f] in manibus Epiſcopi reſignauerint, non niſi ex cauſa permutationis reſignatu ri, ab huiuſmodi expectantibus circa faciendam permutationem minimè impediẽtur.

DE RENVNTIATIONE.

Quid ſit Renuntiatio, & quibus ex cauſis poßit renuntiari h.d.

PEr renuntiationẽ quoque quis ab Eccleſia ſua remouetur. Eſt autẽ Renuntiatio iuris proprij [g] ſpõtanea [h] refutatio. Ea uerò propter quæ Epiſcopus poteſt cedendi licẽtiam poſtulare, hæc fermè habẽtur: [i] conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum, & irregularitas perſonæ.

Quale debeat eſſe crimen ob quod renũtiari poßit. h.d.

Propter conſcientiam criminis cedendi poteſt licentia poſtulari [k] non cuiuslibet, [l] ſed dumtaxat illius propter quod ipſius officij executio poſt peractam pœnitẽtiam impeditur. [m]

Quæ debilitas corporis renuntiandi cãm prabeat. h.d.

Non abſimilis Iuris

a Apoſtolica. Idem & multo fortius ſi expectat authoritate reſeruationis legatorũ uel receptionis capituli ut not. in ca. uni. de re. pmu. in vj.

b Proximè. Idem & multo fortius ſi expectarẽt quam ducerẽt acceptandam: nã plus afficitur præbenda per iſtam gratiam, quàm p illam: ut not. in c. ſi ſoli. ad fin. de cõceſs. præbendæ.

c Iuris. Vt cap. quæſitum. de re. permut. & §. non abſimilis. ſupra, eo.

d Beneficia Large hic intellige ut minora & maiora beneficia & dignitates & præbendas etiam cõprehẽdat. j. q. iij. cap. ſi quis dator. & de cõceſ. preb. & de uerb. ſigni. c. tua. & ca. j. de reg. iu. in vj. ubi not.

e Collationẽ. Quid ſi non ſpectat ad collationem, ſed ad confirmationem tantum? Item quid ſi pertinent ad collationem ordinarij & alterius? uel ſunt illa in diuerſis diœceſibus? reſpondeo ut not. in cap. uni. de re. permu. in vj.

f Fraude. Exemplum in cap. ij. de renunt. in vj.

h Spontanea. Quia ſi eſſet coacta non obſtaret repetere uolenti, cap. ſuper hoc eo. & cap. ij. de eo quod met. cauſa, & declara hanc ſiue diffinitionem, ſiue deſcriptionem, ut per Hoſtien. in ſumma eod. in dubio autem non præſumitur ſpontanea: ut per Ab. in cap. ſuper hoc, eo. num. 11. & numero 30.

i Habentur. Vt diffuſè habetur in cap. niſi. eo.

k Poſtulari. Collige ergo ꝙ pro crimine quãtũuis graui, non poteſt epiſcopus renuntiare ſine licentia Papæ, etiam ſi talis ſit, qui titulum non habeat ut ſimoniacus & intruſus. quidam tamen contra, cũ tales fures ſint & inuaſores, j. q. j. ca. ordinationes. & ix. q. j. c. ordinationes, & ideò quãto plus rẽ tenent, tãto magis peccãt, & fur ſemper eſt in mora: ut. ff. de cond. furt. l. ſi pro fure. dic ut no. i c. niſi. eo. poſt pric.

l Cuiuslibet. Alioquin pauci uel nulli non tenerentur cedere, eſt. n. penè contra naturam ꝙ quis ſit ſine peccato, xv. diſt. §. nunc aũt. & diſt. lxxxj. c. Apoſtolus. in fi. & c. pe. de præben. & facit illud Apoſtoli. Subiecit Deus omnia ſub peccato, & illud. Nemo ſine crimine uiuit.

DE RENVNTIATIONE
Per renuntiationem &c.

g PRoprij. Alieno enim renuntiare nõ poſſum cũ res inter alios acta &c. c. pe. de ſent. & re. iudi. ca. dilecto. in fin. de præb.

m Impedit. Vt ſimonia, j. q. j. c. erga ſimoniacos, & cap. tãta. de ſimo. homicidium cap. fi. de temp. ordin. & c. miror. diſtin. l. & cap. inquiſitionis. de accuſ. ubi de utroq; crimine. Itẽ ſecũdum quoſdam oẽ peccatũ quod ipſo iure irrogat infamiam, iij. q. vij. ca. in fame. § porrò,

&

& de hoc plenius not. in c. niſi. eod. poſt princ. in alijs uerò criminibus de quibus poteſt pœnitere remanendo in officij adminiſtratione, non tenetur quis petere ceſſionem, ut hic & d. c. niſi, & d. c. fi.

neceſſaria eſt ſcientia ſpiritualium & temporalium: quia in his alios docere debet epiſcopus ideoque aliorum doctrina indigere non debet. 1. q. vij. c. conuenientibus. & authen. de ſanctiſs. epiſ. §. damus.

ratio in debilitate [a] corporis obtinet: nã non quælibet, ſed ſolùm illa legitimam renuntiandi prẹſtat cauſam, per quàm quis ad exequẽdum officium Paſtorale redditur impotẽs: cum interdum non plus ſenilis debilitas aliquem cedere, quàm maturitas, [b] q̃ in ſenibus eſſe ſolet, quẽ in ſuo ſuadeat officio permanere. [c]

Magnus defectus ſcientiæ, tribuit legitimam cauſam renuntiandi. h. d.

Propter defectum quoque ſcientiæ plerunque [d] poteſt quis petere ceſsionẽ: quia cum illa circa ſpiritualium [e] adminiſtrationem ſit potiſsimũ neceſſaria, & circa curã temporaliũ [f] opportuna, Præſul qui in utriſque commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere ſalubriter ei renuntiat, ſi quomodo ipſam regere debeat ignoret. Quanquã autẽ deſideranda ſit eminens ſcientia in Paſtore: in eo tamen mediocris tolerari [g] poteſt: quia imperfectũ ſcientiæ põt ſupplere perfectio charitatis. [h]

Malitia plebis iuſtam tribuit renũtiandi cauſam, item uitatio ſcandali. h. d.

Propter malitiã [i] quoque plebis [k] cogitur interdũ Prælatus ab ipſius regimine declinare, [l] ueluti quando plebs tã duræ ceruicis exiſtit, ut apud ipſam amplius proficere non poſsit. [m] Itẽ pro graui ſcandalo [n] uitando, cum aliter ſedari non põt, licet Epiſcopo petere ceſsionem, ne plus tẽ

a Debilitate. Siue proueniat ex morbo accidentali ſiue ex ſenectute. c. niſi. §. alia. eod. nam & ſenectus morbus eſt. ut no. ſupra de coadiu. in princ. qui autem dicãtur ſenes uel ualetudinarii, uide p Ab. & alios in c. fi. ut li. non conteſta.

b Maturitas. Vnde dicimus ſemp uenerandam ſenectutem. l. ſemper ff. de iu. immu.

c Permanere. Quia debilitas corporis feruore ſpiritus iſtaurãtur, per quem ad ſublimiora conſcẽditur. c. literas, & c. niſi. §. j. eod.

d Plerunque. niſi eſſet talis ſcientia quam cito addiſcere poſſet, tenetur enim & epiſcopus addiſcere cum poteſt, c. fin. diſ. xxxviij. Vnde & Iuriſconſultus, & ſi unum (inquit) pedem in ſouea haberem, non pigeret me quotidie aliquid addiſcere. l. apud Iulianum. ff. de fideicom. liber, & Auguſtinus ab anniculo ſe doceri paratum profitetur, xxiiij. q. iij. c. ſi. habes. & not. in ca. niſi. uerſ. pro defectu. eod.

e Spiritualium. c. niſi. §. pro defectu. eo. & diſtin. xxx. per tot.

f Temporalium. d. lxxxvj. c. fratrem noſtrũ. & c. Petrus. d. xxxix. & xxxvj. d. §. j. & meritò

g Tolerari. c. cũ nobis. de electione, c. uenerabilis. de præben. c. niſi. verſi. pro defectu. eod.

h Charitatis. c. niſi. §. pro defectu. eo. & ſic nota quòd defectus aliquis poteſt aliqua alia uirtute ſuppleri & inſtaurari.

i Malitiam. hoc feciſſe leguntur etiam Apoſtoli, qui iudæis incredulis & duræ ceruicis dixerunt, ecce conuertimur ad gentes, quia uerbi Dei uos indignos feciſtis, ut legitur in actis Apoſtolicis in cap. xiij. & tranſumptiuè in cap. niſi. §. propter malitiam.

k Plebis. vij. quæſtio. prima §. hoc tunc ſeruandum. & cap. ſi. fina. & cap. niſi. §. propter malitiam. eod.

l Declinare. Prouidentiam notat hoc uerbum & non metum, & uerbum fugere.

m Non poſsit. Quandiu autem eſt aliqua ſpes profectus, non poteſt prælatus renuntiare, & præbet hoc argument. quòd propter ſcholarium malitiam debet doctor ceſſare à docendo, ſecundum Io. And. & Butri. in c. niſi. §. propter malitiam. eod.

n Scandalo. eſt tñ diſtinguendũ ut diſtinguit

Grego.

poralem honorem, quàm æternam uideatur affectare ſalutẽ.[a]

Ob irregularitatem poteſt renuntiari. h. d.

Item ob irregularitatem, putà ſi ſit bigamus: ꝙ ſi fortè de legitimo matrimonio non ſit natus: licet huiuſmodi irregulatitatẽ ſubticere non potuerit,[b] ſi tamẽ & culpa[c] latet,[d] & cã,[e] cũ eo, qui ſuũ laudabiliter impleuit officiũ, iniuncta ſibi cõpetenti pœnitentia, poterit non minus utiliter, quàm miſericorditer diſpenſari.

Gratia laboris fugiendi non poteſt renuntiari. h. d.

Cæterum ob alias cauſas renuntiationẽ affectantes audiendi non ſunt: dũ fortè aliqui laboris anguſtias declinantes ad ociũ[f] aduerſus glorioſi Põtificis[g] exemplum, aſpirare contendant.

Epiſcopus qui ſemel ad uitam Epiſcopalem tranſiuit, non poteſt rurſus ad Epiſcopalem dignitatẽ reuerti. h. d.

Accidit autẽ interdum ut Epiſcopus humilitatis, & pœnitẽtię cã ab Eccleſia ſua remoueatur. Qđ tũc cõtingit cum quis Apoſtolica cõceſsione ab Epãli ſede ad Monachalẽ deſcendit ſubiectionem. Quo caſu alius in locũ eius ſubrogari poterit: ille uerò reſurgere Cõſtantino

Grego. ſuper Ezechielem omil. vij. utrum ſcandalum ſine peccato uitare poſsimus: nam in quantum poſſumus ſine peccato ſcandala uitare debemus, alioqui utilius ſcandalum naſci permittitur, quàm ueritas relinquatur. ca. qui ſcãdalizauerit. de re iu. ueritas enim bonæ uitæ, uel iuſtitiæ núquàm deſerenda eſt, ueritas diſciplinæ nõ nunquàm, puta, quando multitudo peccãtium eſt in cauſa, nõ tamẽ uolunt defendere malum quod faciunt: arg. c. commeſſationes. diſt. xliiij. ubi de hoc. & diſt. l. c. ut conſtitueretur. & c. latores. de cle. excõmini. Si uerò uolũt defendere malum quod faciunt & illud excuſare quaſi ex authoritate, tunc multitudini parcendum nõ eſt propter ſcandalum. ca. j. in fin. de pœni. diſtin. vj. & not. de hoc in ca. niſi. §. pro graui. eo. & c. ſanè. de tẽpo. ordin. & in ca. cum quiſquis. xxiij. q. iiij. Beat. Thom. ij. ij. q. xliij. articu. j. & alibi.

a Salutem. Quod non præſumitur. l. fi. C. ad l. Iul. repe.

b Non potuerit. Id eſt, non debuerit de iure tempore ſui examinis. & ſic eſt arg. quòd illud dicimur poſſe, quod de iure poſſumus. xxij. q. ij. cap. faciat, & c. ſciſcitatus. de reſcrip. facit l. conditiones. & l. filiusfam. ff. de cond. inſtit. nam debuit id ſaltem in ſecreto confiteri. ca. innotuit. de electio.

c Culpa. In culpa erit ſi non manifeſtauit impedimentum tempore ſuæ promotionis. unde imponi ſibi debet pęnitentia cum diſpenſatur ut ſtatim ſequitur, tamen ſi culpa talis & cauſa, id eſt, ipſa irregularitas occulta eſt, diſpenſatur cũ ipſo propter utilitatẽ ipſius eccleſiæ.

d Latet. Arg. pro opi. illorum qui dicunt ꝙ peccata latentia faciunt homines irregulares. cap. ſacerdos. & c. ſacerdotes. à contrario ſenſu. & ca. de his uerò. argu. contra in cap. chriſtiana. xxxij. q. v. ſol. in foro ſeculari nõ habent uindictã, ſed in foro animæ ſic.

e Et cauſa. Si ipſa irregularitas occulta eſt, diſpenſatur cum irregulari propter utilitatẽ ipſius eccleſiæ.

f Ocium. Quod & per ſe dãnoſum eſt: quia ocium & uolupeas ſunt arma antiqui hoſtis ad animas captiuandas. c. niſi. §. uerũ. eo. inde naſcitr̃ laſciuia, & turpis amor. Vnde illud.

Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus, & illud,

Queritur Aegiſtus quare ſit factus adulter
In prõptu cauſa ẽ deſidioſus erat.

Et tunc longè dannoſius quando amore ocij ab opere bono ac laudabili diuertimus, & diſcedimus, quod nullo pacto eſt concedẽdum, ut hic. & d. §. uerum. & xvj. q. j. cap. uos autem. Vnde not. Seneca,

Non eſt uiri timere ſudorem, & generoſus labor nutrit. Et Hierony. ad Monachum

Semper facito aliquid boni operis ut te diabolus inueniat occupatum, cap. nunquàm. de conſec. diſt. v.

g Pontificis. Id eſt, Martini, qui cũ cœpiſſet repẽte uiribus corporis deſtitui, dixit ad Deũ Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius non recuſo laborem, fiat uoluntas tua, ut c. niſi. uerſi. porrò, eod.

Concilio

politano Concilio a uetante nequaquam ualebit. b

Impeditus administrare Epiſcopatum, & propterea factus monachus, ceſſante impedimento, poteſt reuerti ad Epiſcopalem dignitatem.

Cæterum c ſpeciales quidam caſus inueniuntur, in quibus prædicto Cõcilio nõ obſtante, is qui uitam monachalem elegit, rurſum licitè põt ad Epiſcopatum aſſumi, Si enim quis perſecutionis rabie ſæuiente, uel præpeditus aduerſa ualetudine corporis, cũ proficere d nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris authoritate ad monaſticã uitã deſcendat: pſequutionis, uel ægritudinis ĩpedimẽto ceſſante, e ad Epiſcopalem poterit reſurgere dignitatem. Idem Iuris eſt ſi quis propter doctrinę defectum locum regiminis deſerens authoritate Apoſtolica ad ociũ ſe contulerit monachale. Nam ſi per exercitiũ lectionis ſciẽtiæ reperit margaritam, proculdubio denuo uocatus ad Cathedram paſtoralem redire poterit. f

Aſſecutus Epiſcopatum ſimoniacè, ſed ignorãter, ſi fiat poſtea regularis, licet ad primum reuerti nõ poſſit, alium tamen Epiſcopatum conſequi poteſt.

Rurſus ſi quis inſcius cupiditate parẽtum, g fuerit Epiſcopatũ adeptus, & hoc cõperto de licentia ſuperioris illum dimittẽs, h obſeruantiã elegerit regularem, & ſi ad Eccleſiam eandem redire nequeat, i ad aliam tamen promoueri poterit, Conſtantinopolitani Concilij

a Concilio.vij.q.j.§. item cum aliquis.& c. nequaquàm.& ext.eõ.c.translationem.

b Valebit. Monachus tamen qui nunquàm fuit epiſcopus bene poteſt eſſe epiſcopus, ut xvj.q.j.c.uos autem.& viij.q.j.In ſcripturis.& xviij.q.j.c. unico. Item ſi plebanus quidam poſteà fit monachus poteſt poſteà fieri plebanus.ut xvj.q.j.c.ſi quos à clericatu. Dicunt autẽ quidam quòd ubi qs dimittit epiſcopatum ubi proficere potuit, præſumiẽ hoc facerẽ propter conſcientiam criminis, ſed ut not. in cap. hoc nequaquàm.vij.q.j.c.nequaquàm, hoc nõ eſt uerum: quia ſæpe ingreditur quis monaſterium propter merita augẽda.xxvij.q.ij.cap. ſunt qui dicũt. Intellige ergo quod hic, & in d.c. hoc nequaquàm.dicitur de eo qui conuictus eſt de crimine,& ob id detruditur in monaſterium.cap. poſt translationẽ.eod. Vel intellige de eo qui humilitatis cauſa tranſiuit & de licentia Papæ, qui licet per ſe non poſſit redire ad epiſcopatum, poterit de licentia Papæ. Sed nunquid talis poterit eſſe abbas? reſpond. ſic, cum poſſit eſſe etiam plebanus, per ea quæ not.in d.c. hoc nequaquàm.

c Cęterũ.c.poſt translationem.§.cęterũ.eo.

d Proficere. Differunt autem iſta proficere & ſufficere, multa enim proficiunt quę non ſufficiunt: ut per Doct.in c.j.de poſt. præla.

e Ceſſante.arg. quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus.j.q.vij.c.quod pro remedio. & j.q.j.ca. pro neceſſitate.& c.cum ceſſante. de appellat. de quo dic ut not.plenius in c.poſt translationem.eo.& paſſim per Doct.

f Poterit.arg.q ſufficit electũ habere ſcientiam cõuenientem tempore quo electio ſuperiori confirmãda præſentatur. facit ca. qualiter.de elect. Sed contrarium placet Abb. in d.cap.qualiter. quia ſi electus patitur defectum in ſciẽtia electio eſt nulla, ut in c.cum in cunctis.de electio.unde non poteſt conualeſcere ex idoneitate ſuperuenięti. c.ſi eo tẽpore.de reſcrip. in vj. nec obſt.hic text. propter illa uerba denuo uocatus non ob.d.cap. qualiter.ibi, poſtquàm,&c. quia illa uerba ad ſequẽtia referri debent, non ad præcedentia.

g Parentũ. Data pecunia uel promiſſa.j.q.v.c. quæcunque.& c. præſentium.

h Dimittẽs. Statim atq; de ſimonia reſciuit licentia obtenta à Papa, ut hic dicit, & in cap. poſt translationem.de renuntiat. aliàs niſi uel ſtatim uel intra breue tempus hoc agat, ratihabitio ſibi præiudicaret, quanuis tacita cap.ſicut. de ſimoni.& not.in d.cap.poſt translationem. uerſi.rurſus.

i Nequeat. Etiam diſpenſatiuẽ, cum erga ſimoniacos nulla miſericordia ſit adhibenda. j. q.j.c.

conſtitutione nõ obſtante, quam tunc obtinere oportet,[a] cum pœnitentiæ cã, quam Epiſcopatum retinẽs peragere nõ ualebat, uitã quis elegerit monachalem.

Ad eum fieri debet renuntiatio ad quem ſpectat confirmatio.h.d.

Abbas quoque qui Romanæ immediatè ſubditus eſt Eccleſiæ niſi licentia à Romano Pontifice legitimè ĩpetrata ſui regiminis oneri renuntiare minimè poterit,[b] quòd ſi Epiſcopo ſubiectus ſit, cum eiuſdem[c] permiſsione locũ ſuũ licito Iure poterit relinquere, & hoc generale[d] eſt in præbendis, & cæteris minoribus beneficijs, ut apud eũ fieri debeat renuntiatio, ad quem pertinere dignoſcitur confirmatio,[e] ex quo apparere poteſt, quòd reſignatio facta laico nullam[f] iuris obtinet firmitatem.[g]

Papa poteſt renuntiare Papatui.h.d.

De Romano Pontifice quęſitum eſt, an quia nullum habet ſuperiorem in cuius manibus renuntiare poſſit,[h] Pontificatui ex cauſa cedere ualeat: & ſuper hoc Cæleſtinus quintus hæſitationis cuiuslibet uolens occaſionẽ amputare ſtatuit, & decreuit Romanum Pontificẽ poſſe liberè reſignare.

Per procuratorem renuntiari poteſt, & quatenus ualeat renuntiatio facta à procuratore reuocato.h.d.

Poteſt autem quis non ſolum per ſemet ipſum reſignare, uerũ

q.j.c.erga ſimoniacos.& vij.q.j.c.præſentium. & c.ſuper eo.de elect.& c.nobis fuit. de ſimonia. Sed immo cõtra uidetur quòd poſsit cum ſimoniacis diſpenſari: ut j. q.v.c.quicunque.& c.præſentium & c.de ſimoniacè. de ſimo. & c. ſi alicuius. de electio. Sol. ut prolixè not. in ca. poſt translationẽ. uerſ. rurſus. de renunc.

a Oportet. Hæc interpretatio tenẽda eſt, excluſis opinionibus not. in ca. hoc nequaquàm. vij q.j.

b Poterit. c. fin. eo. ratio eſt, quia ad eũ fieri debet, &c. ut immediatè ſequitur. & xviij. q.ij.c. Abbas.

c Eiuſdem. concor. c. Ab. ij. xviij. q. ij. c. admonet. eo. xvj. q. ult. c. fin. & diſt. lxxj. c. j. & c. ij. & xix. q. ij. c. dux.

d Generale. Hãc regulã ponit Hoſti. in ſumma eod. col. ult. in fin. & ad illam probandam multa & multa allegat, quæ tamen etiam ſi quibuſdã caſibus fallere depræhenderetẽ, non propterea minus bona regula eſſet: argu. not. in l.j.ff. de re iudi.

e Confirmatio. Niſi eſſemus in ſimplici electo & non confirmato, qui ſi iuri ſuo renuntiare uelit, poteſt reſignare in manibus eligentium: ut per Abb. in cap. cum ueniſſent. de reſti. in integ.

f Nullam. Quia ſcilicet eſt ipſo iure nulla.

g Firmitatem. Eſt hoc uerum quantum ad eccleſias, & quantum ad ſuperiorem, quoniam eccleſia uel ſuperior poteſt ſic renunciãtem repetere ſi uolunt. vij. q. j. capit. non oportet. & xxxiij. q. v. ca. mulier. Sed renuntians non poteſt eccleſiam repetere, & ita quo ad renuntiãtem uidetur tenere talis renuntiatio, in tantũ ut Abb. in c. quod in dubijs. eo. dicat hunc ipſo iure priuatum ita ut non egeat niſi ſpoliatione. Ergo renuntians repetere non põt: quia & ſi renũciatio inutilis in ſe ſit, habere tamen uidetur in ſe tacitum pactum, ſicut acceptilatio inutilis. l. ſi unus. §. penul. ff. de pact. l. ſi acceptolatum. ff. de acceptilat. Quidam tamen dicũt ꝙ re integra poteſt renuntiantem pœnitere, dic ut p Abb. in d. c. quod in dubijs.

h Poſsit. Nõ ſolum hæc erat dubitandi ratio, ut c. admonet. eod. ſed etiam aliæ plures quæ ponũtur per Gloſſ. & Doct. in cap. j. eod. in vj. & ad hanc quæ hic ponitur reſpondetur quòd uerum ẽ quòd renuntiatio fieri debet in manibus ſupioris ubi eſt ſuperior, ſed in Romano Pontifice propter impoſſibilitatem hoc non ſeruatur. fac. c. indemnitatibus. §. penul. de elect. in vj. & cap. licet. in fin. ext. eod. tit. Item inferiores prælati à ſuis prælatis confirmantur & inſtituuntur. unde etiam non eſt mirum ſi ſine ipſorum licentia renuntiare non poſſunt. Sed Papa à nullo confirmatur. Vnde ſicut ſine ſuperiore inſtituitur, ita ſine ſuperiore renuntiat, ad not. in cap. primo. de re iudic.

Procura-

etiam per procuratorem: [a] qui ſi ad cedendum [b] Pontificali, aut alij cuilibet dignitati, uel beneficio ſpõte [c] ac liberè [d] conſtitutus fuerit, ſi poſtmodum ignorans [e] reuocatus [f] fuerit, tenebit [g] ceſſio per eum facta antequã ad ipſius procuratoris uel illius in cuius manibus [h] ceſſio fuerat facienda [i] notitiam reuocatio huiuſmodi fuerit deducta, [k] niſi fortè per ipſos [l] aut alios [m] dolo malo factũ fuerit, quominus ad eos, uel eorum alterum ante ceſſionem reuocatio perueniret.

Qui impetrauit cedendi licentiam compellitur renuntiare. hoc dicit.

Aliud Iuris eſt, ſi qui cedendi licentia cum inſtantia [n] poſtulata, atque ea obtẽta, leuitate fortè cedere prætermittant: eos enim ad cedendum cõpellendos [o] eſſe generali Concilio [p] ſtatuitur.

a Procuratorem. Nec intererit unus conſtituatur an plures, in ſolidum uel coniunctim, clericus uel laicus.c.j. de procu.in vj.tutius tamen erit clericum conſtituere:ut not.in c. accedens.de procurat.

b Ad cedendũ. Quid dicetur in procuratore dato ſolum ad petendã licentiam cedendi? reſp.ut not.in Cle.uni. eo. unde ſumitur.

c Sponte.Secus ergo ſi per iuſtum metum.

d Libere.Poteſt hoc reſpicere libertatẽ conſtituẽtis. & fac.ca.accedens.de procurat. & libertatem conſtituti, ſcilicet pure non in diẽ uel ſub cõditione.ſed & hoc caſu idẽ uidetur dicendum, ſi tamen ante ceſſionem & notitiã reuocationis dies uel conditio eueniſſet, cum ex tunc cenſeatur pura.ff.qui pot.in pig.habe. l.potior.ij.reſp.& fac.c.ſi pro te.& quod ibi nota.de reſcrip. in vj.

e Ignorans. Satis eſt ergo ꝙ reuocatio peruenerit ad procuratorem: quia talis procurator cenſetur cõſtitutus ad negocium, unde ſufficit quòd reuocatio ad ipſum peruenerit. l. ſi mandaſſem.ff.mand.c.ex parte.de reſcr. & no. in Cle.uni. unde ſumitur.

f Reuocatus fuerit.Quomodolibet,ut declaratur in Cle.uni.eo.

g Tenebit.Nota hic duo,primò differentiã inter matrimonium ſpirituale & carnale: quia in tractatu ſpiritualis geſtũ à procuratore reuocato,non tamen certiorato, ualet,ut hic,& Cle.uni.eo. Secus in carnali: nã ſi procurator non certioratus de reuocatione contrahant nihil agitur.c.fi.de proc.in vj.§. nõ ſic tamen.ĩ. de procur. ratio ponitur in dd. iuribus. ſecũdò nota caſum in quo tenet quod geſtum eſt per procuratorem reuocatum non tamen certioratum,ratio eſt:quia uarietas & illuſio in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis perſonis maximè eſt uitanda:ut in d. clem.Sed an idem ſit etiã in alijs caſibus?ar.ꝙ non in l.ſi pater. ff. de manumiſ.uind.pro & contra in l.ſi pœnituit.ff.de diuor.dic ut not.in d.Cle.uni.

h Manibus. Scilicet Papæ ſi fuit dignitas epiſcopalis.c.j.& ij.de trãſlat.& ſupra eo.tit. §.j. ſi inferior in manibus cõfirmatoris uel collatoris etiam ſi ſit epiſcopo inferior, de hoc in cap.admonet.& ca. quod in dubijs.eo.& vij.q. j.c. epiſcopus.

i Facienda.Si perſona in cuius manibus facienda erat ceſſio erat expreſſa in mandato illi facienda erat notificatio, ſi uerò mandatũ erat generale, puta ad cedẽdum in eius manibus qui recipere poſſet, non uidetur iuuare notificatio, niſi facta ſit illi qui recipit, imputet enim ſibi qui omnibus debuit intimari uel ſaltem procuratori.

k Deducta.& de hoc per ipſum fiat fides, ſimile in Cle.conſtitutionem.§.penul.de elect.

l Per ipſos. Scilicet ſuperiorem uel procuratorem.

m Alios.Reſolue plurale in ſingulare: ut c. ut priuilegia.de priui. fac. ff. de ui bon. rap.l. prætor ait.§.homines.

n Cum inſtantia.Ex eo quod aliqui cum inſtantia perſeuerando petunt,magis contra eos præſumitur.c.diuortium.de pœni.diſt. j. & l.ſi mulier.C.ad Velle.fac.c.quidam.eo.

o Compellendos.not.caſum quo quis cogit renuntiare obtenta, ſcilicet cedẽdi licentiã,& hoc ideò ne Papa illudatur, uel ex rationibus quæ ponuntur in c.quidam.eo. unde ſumitur. Sic & cum Papæ præſentatur poſtulatio ab ea poſtmodum recedi non poteſt. cap. bonæ. de poſtul.prælat.

p Concilio.c.quidam.eo. arg.quòd licet Pa

DE DEPOSITIONE ſeu degradatione.[a]

XX

Spirituale cõiugium diſſoluitur per degradationem. hoc dicit.

PEr degradationē quoq; [b] cõiugiũ Eccleſiæ, & Epiſcopi diſſoluitur. Nihil enim eſt aliud degradare quàm de gradu deijcere: quod inſtitutum ad ſimilitudinē exautorationis eius q militiæ deſeruit armatæ, [c] cui tam militaris ordo, quàm etiam inſignia ob delictum detrahuntur.

Duplex eſt degradatio, uerbalis, & actualis. h.d.

Eſt autem degradatio duplex, [d] uerbalis, ſcilicet, & actualis. Verbalis degradatio eſt cùm ab eo, qui authoritatem [e] habet aſſiſtente certo Epiſcoporũ numero [f] depoſitionis fertur ſententia. [g] Actualis uerò ſiue ſolennis eſt, cum non ſolum fertur ſententia, uerùm etiã ab eo qui degradandus eſt ueſtes, & ſingula inſignia ſui ordinis

pa ſit in concilio nihilominus conſtitutio poteſt attribui concilio: nam d.c. quidam, deprehenditur conditum ab Inno.iij. in generali cõcilio, licet hic tantum habeatur de concilio, de hoc.i. quando conſtitutio debeat edi & attribui Papæ uel concilio per Ab. in c.j. de ſpõſal.& per Moder. in c.j. de iudic.

DE DEPOSITIONE ſeu degradatione. a

SEu degradatiõe. Licet depoſitio & degradatio uideãtur idem, quod ſatis denotat iſta alternatiua Seu, q́ ponit diuerſitatẽ nominis non rei, tamen ſecundum proprietatem eſt differentia. Nam degradatio propriè dicitur reſpectu ordinum, depoſitio uerò reſpectu honorũ & dignitatum. Item depoſitio propriè eſt uerbalis, quæ non eximit clericum à poteſtate iudicis eccleſiaſtici, degradatio autem eſt actualis, quæ eximit clericum à manibus iudicis eccleſiaſtici. Speculat. in tit. de accuſat. §.ij. uerſ. uel dici poteſt, & uerſ. deponitur. & uerſic. degradatus, & per Abb. in ca. ad audientiam. ext. de crim. fal. & in c. at ſi clerici. §.j. de iudi. & per Firm. in tract. de epiſcopis lib. 4. in octaua parte in princ. ſæpe tamen promiſſiuè utimur his uocibus: ut per Ab. in d.c. ad audiẽtiã.

PER DEGRADATIONEM.

b Quoque. q. d. ne dum per tranſlationem & renuntiationem, de quibus dixit ſupra in duobus titulis proximis.

c Armatæ. l.ij. §.j. ff. de his qui not. infam. l.iij. §. pœna. ff. de re mili. §. fin. auth. Vt clerici apud proprios Epiſcopos.

d Duplex. concor. c.ij. de pœn. in vj.

e Authoritatem habet, ſed quis habet hanc authoritatem? reſpond. olim habebat metropolitanus cum numero epiſcoporum aſſiſtente cap. ſi quis epiſcopus criminaliter. vj. q. iiij. hodie uerò illi poſſunt cognoſcere uſque ad concluſionem duntaxat, & diffinitio reſeruatur Papæ. cap. accuſatus. capit. quãuis. & ca. multum ſtupeo. iij. q. vj. not. Innoc. in ca. quod ſicut. de elect. Archid. in d. ca. ſiquis epiſcopus. & de hoc per Abb. in c. non poteſt. de re iud. & in c. ij. de accuſ. & in cap. excommunicamus: de hæret. circa hanc tamen materiã extat hodie reformatio cõcil. Triden. ſeſs. xiij. ca. iiij. in decretis reformationum, ubi hanc authoritatẽ dat Vicario Epiſcopi cũ aſsiſtentia Abbatum uel aliorum conſtitutorum in eccleſiaſtica dignitate.

f Numero. ad minus duodecim ultra Metropolitanum, ſi agatur de degradando epiſcopo: ut not. iij. q. viij. in ſumma & per Innoc. in cap. graue, de præb. & uidetur probari. xv. q. vij. c. felix. In presbytero degradando requirũtur ſex ad minus. d. cap. felix & c. ſi autem. ead. cauſa & quæſtione. In diacono uel ſubdiacono requiruntur tres: ut per Abb. in ca. non pôt. de ſen. & re iud. & in c. ij. de cle. excõ. mini. & no. in c. ij. de pœnis. in vj. de ijs aũt qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti dic ut ſtatim ſequitur. Hodie tamen ſacerdotes, diaconi, & ſubdiaconi poſſunt degradari etiam ſine interuentu numeri epiſcoporũ, ut per concil. Trid. ſeſſ. xiij. c. iiij. in decretis reformat.

g. Sentẽtia. de forma huius ſententiæ uide p Firma. in tract. de epiſcopis lib. 4. in tertia parte in princ. poſt Specul. & alios.

gradati auferunt̃. Cuius ordo ac ſeries latiſſimè Bonifaciana conſtitutione [a] demonſtratur.

Proprius ſolum Epiſcopus poteſt deponere conſtitutos in minoribus ordinibus, ſecus in maioribus. hoc dicit.

Quod autem dictũ eſt Epiſcoporum numero aſsiſtente, ſic intelligi oportet, ſi de Epiſcopo, [b] aut illo degradando agatur, q̃ ſit in maioribus ordinibus conſtitutus. Cæterum ſi de ijs agatur, qui minoribus [c] tantum inſigniti ſint proprij Epiſcopi ſententia, abſque ullorũ Epiſcoporum interuentu [d] ſatis erit.

In degradatione ſacerdotum ob cauſam hæreſis poteſt procedere ſolus Epiſcopus delinquentium cum ſuis minoribus prælatis. h.d.

Quinimò interdũ etiam ſi presbyter uel in ſacris cõſtitutus degradãdus pluriũ Epiſcoporum interuentus neceſſarius non erit: nam tales ſi pro hęreſi [e] ſeculari curiæ tradendi, uel perpetuo immurãdi [f] ſint, quia Epiſcoporũ numerus, facilè [g] conuenire non poteſt, ſolus [h] Epiſcopus cõuocatis Abbatibus, & alijs prælatis, uiriſque ſuæ diœceſis pietate ac bonis artibus inſtructis, degradare poterit.

Degradatus traditur curiæ ſeculari, et pro eo dẽt Eccleſia intercedere, & degradatus ſe miſcens ſatris excommunicatur. h.d.

Clericus igitur ob graue [i] flagitium degradatus, cùm ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, ſeculari curiæ traditur [k] puniendus: Vnde celebranda erit talis degradatio ſeculari præſente poteſtate: & cùm perfecta fuerit pronuntiandum, ut ſecularis Iudex degradatum, tanquàm clericali priuilegio exutum in forum ſuum recipiat puniendum: pro quo tamen Eccleſia debet intercedere, [l] ut citra mor

a Conſtitutione. c. ij. de pœn. in vj.

b Epiſcopo. Intellige de epiſcopo conſecrato, nam confirmatus tantum nõ poteſt procedere ſuper degradatione: ut per Abb. & Docto. in c. at ſi clerici. in prin. de iudi.

c Minoribus. Sed an degradatus ab ordine maiori cẽſeatur etiã degradatus à minori? puta degradatus ab ordine pontificali cẽſeat̃ degradatus à ſacerdotali? reſ. negatiuè: ut per Abb. in c. ueritatis. de dol. & cõtu.

d Interuentu. c. ij. de pœn. in vj. requiritur tamen interuentus capituli. c. qualiter. ij. de accuſat. & ca. j. de exceſſ. prælato. & xv. q. vij. c. epiſcopus, niſi de conſuetudine ſine capitulo hoc facere poſſet. c. iij. de conſuetu. in vj. de hoc p Doct. in c. j. ſuper ultima Glo. de hæret. in vj.

e Pro hereſi. In alijs igitur criminibus ſi imminéret faciẽda degradatio ſeruarent̃ iura ordinaria: quia hoc eſt in crimine hæreſis ſpecialiter conſtitutum. c. j de hære. in vj. unde ſumitur. & c. in fidei. eo. titu. & libro.

f Immurandi. c. excõmunicamus. ij. de hæret.

g Facile. Bene eſt poſsibile licet difficile, lex enim non debet eſſe de impoſsibili. c. erit. diſtin. iiij. & hoc hodie non eſt amplius ſpeciale in crimine hæreſis, ſed militat in quocunque delicto: ut per concil. Tri. ſeſſio. xiij. c. iiij. in decretis reformationum.

h Solus epiſcopus. Dic ut not. in c. j. de hære. in vj immo ſolus uicarius, ſecũdum concil. Triden. ſeſſio. xiij. capit. iiij.

i Graue flagitiũ. Puta hæreſim, uel falſum. cap. nouimus. de uerb. ſign. unde ſumitur, per quem tex. improbari poteſt ſententia dicentium ſpeciale eſſe in tribus caſibus, ut qs tradatur curiæ ſeculari: ſed in alijs requiri incorigibilitatem. ut not. in c. ad abolendam. de hære. & per Abb. in ca. at ſi clerici. uerſ. ad tertium. & in c. cum nõ ab homine. de iudic. & not. in d. c. nouimus. in uerbo traditur.

k Traditur. Nota contra eos qui dicunt non debere fieri traditioné realem, ne uideatur eccleſia cõſentire effuſioni ſanguinis. de quo per Docto. in c nouimus. de uerb. ſign.

l Intercedere. Verè & non fictè precibus, & non per excommunicationem. & fa. xvij. q. iiij. c. rerum. & l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confugi. Sed an quod iſta interceſſio cum ipſamet eccleſia poſſit eum mitiori pę

pa ſit in concilio nihilominus conſtitutio poteſt attribui concilio: nam d.c. quidam, deprehenditur conditum ab Inno. iij. in generali cõcilio, licet hic tantum habeatur de concilio, de hoc. i. quando conſtitutio debeat edi & attribui Papæ uel concilio per Ab. in c.j. de ſpóſal. & per Moder. in c.j. de iudic.

DE DEPOſitione ſeu degradatione. a

SEu degradatiõe. Licet depoſitio & degradatio uideãtur idem, quod ſatis denotat iſta alternatiua Seu, q̃ ponit diuerſitatẽ nominis non rei, tamen ſecundum proprietatem eſt differentia. Nam degradatio propriè dicitur reſpectu ordinum, depoſitio uerò reſpectu honorũ & dignitatum. Item depoſitio propriè eſt uerbalis, quæ non eximit clericum à poteſtate iudicis eccleſiaſtici, degradatio autem eſt actualis, quæ eximit clericum à manibus iudicis eccleſiaſtici. Speculat. in tit. de accuſat. §. ij. uerſ. uel dici poteſt, & uerſ. deponitur. & uerſic. degradatus, & per Abb. in ca. ad audientiam. ext. de crim. fal. & in c. at ſi clerici. §. j. de iudi. & per Firm. in tract. de epiſcopis lib. 4. in octaua parte in princ. ſæpe tamen promiſſiuè utimur his uocibus: ut per Ab. in d.c. ad audiẽtiã.

DE DEPOSItione ſeu degradatione. a

XX

Spirituale cõiugium diſſoluitur per degradationem. hoc dicit.

PEr degradationẽ quoq; b cõiugiũ Eccleſiæ, & Epiſcopi diſſoluitur. Nihil enim eſt aliud degradare quàm de gradu deijcere: quod inſtitutum ad ſimilitudinẽ exautorationis eius q̃ militiæ deſeruit armatæ, c cui tam militaris ordo, quàm etiam inſignia ob delictum detrahuntur.

Duplex eſt degradatio, uerbalis, & actualis. h.d.

Eſt autem degradatio duplex, d uerbalis, ſcilicet, & actualis. Verbalis degradatio eſt cùm ab eo, qui authoritatem e habet aſſiſtente certo Epiſcoporũ numero f depoſitionis fertur ſententia. g Actualis uerò ſiue ſolennis eſt, cum non ſolum fertur ſententia, uerùm etiã ab eo qui degradandus eſt ueſtes, & ſingula inſignia ſui ordinis

PER DEGRADATIONEM.

b Quoque. q. d. ne dum per translationem & renunciationem, de quibus dixit ſupra in duobus titulis proximis.

c Armatæ. l. ij. §. j. ff. de his qui not. infam. l. iij. §. pœna. ff. de re mili. §. fin. auth. Vt clerici apud proprios Epiſcopos.

d Duplex. concor. c. ij. de pœn. in vj.

e Authoritatem habet, ſed quis habet hanc authoritatem? reſpond. olim habebat metropolitanus cum numero epiſcoporum aſſiſtente cap. ſi quis epiſcopus criminaliter. vj. q. iiij. hodie uerò iſti poſſunt cognoſcere uſque ad concluſionem duntaxat, & diffinitio reſeruatur Papæ. cap. accuſatus. capit. quãuis. & ca. multum ſtupeo. iij. q. vj. not. Innoc. in ca. quod ſicut. de elect. Archid. in d. ca. ſi quis epiſcopus. & de hoc per Abb. in c. non poteſt. de re iud. & in c. ij. de accuſ. & in cap. excommunicamus: de hæret. circa hanc tamen materiã extat hodie reformatio cõcil. Triden. ſeſs. xiij. ca. iiij. in decretis reformationum, ubi hanc authoritatẽ dat Vicario Epiſcopi cũ aſsiſtentia Abbatum uel aliorum conſtitutorum in eccleſiaſtica dignitate.

f Numero. ad minus duodecim ultra Metropolitanum, ſi agatur de degradando epiſcopo: ut not. iij. q. viij. in ſumma & per Innoc. in cap. graue, de præb. & uidetur probari. xv. q. vij. c. felix. In presbytero degradando requirũtur ſex ad minus. d. cap. felix & c. ſi autem. ead. cauſa & queſtione. In diacono uel ſubdiacono requiruntur tres: ut per Abb. in ca. non põt. de ſen. & re iud. & in c. ij. de cle. excõ. mini. & no. in c. ij. de pœnis. in vj. de ijs aũt qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti dic ut ſtatim ſequitur. Hodie tamen ſacerdotes, diaconi, & ſubdiaconi poſſunt degradari etiam ſine interuentu numeri epiſcoporũ, ut per concil. Trid. ſeſſ. xiij. c. iiij. in decretis reformat.

g Sentẽtia. de forma huius ſententiæ uide p Firma. in tract. de epiſcopis lib. 4. in tertia parte in princ. poſt Specul. & alios.

Conſtitutione.

gradatí auferunt. Cuius ordo ac ſeries latiſſimè Bonifaciana conſtitutione [a] demonſtratur.

Propriꝰ ſolum Epiſcopus poteſt deponere conſtitutos in minoribus ordinibus, ſecus in maioribus. hoc dicit.

Quod autem dictú eſt Epiſcoporum numero aſsiſtente, ſic intelligi oportet, ſi de Epiſcopo, [b] aut illo degradando agatur, q ſit in maioribus ordinibus conſtitutus. Cæterum ſi de ijs agatur, qui minoribus [c] tantum inſigniti ſint proprij Epiſcopi ſententia, abſque ullorú Epiſcoporum interuentu [d] ſatis erit.

In degradatione ſacerdotum ob cauſam hæreſis poteſt procedere ſolus Epiſcopus delinquentium cum ſuis minoribus prælatis. h.d.

Quinimò interdú etiam ſi presbyter uel in ſacris cóſtitutus degradádus pluriú Epiſcoporum interuentus neceſſarius non erit: nam tales ſi pro hęreſi [e] ſeculari curiæ tradendi, uel perpetuo immurádi [f] ſint, quia Epiſcoporú numerus, facilè [g] conuenire non poteſt, ſolus [h] Epiſcopus cóuocatis Abbatibus, & alijs prælatis, uiriſque ſuæ diœceſis pietate ac bonis artibus inſtructis, degradare poterit.

Degradatus traditur curia ſeculari, et pro eo dét Eccleſia intercedere, & degradatus ſe miſcens ſacris excommunicatur. h.d.

Clericus igitur ob graue [i] flagitium degradatus, cùm ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, ſeculari curiæ traditur [k] puniendus: Vnde celebranda erit talis degradatio ſeculari præſente poteſtate: & cùm perfecta fuerit pronuntiandum, ut ſecularis Iudex degradatum, tanquàm clericali priuilegio exutum in forum ſuum recipiat puniendum: pro quo tamen Eccleſia debet intercedere, [l] ut citra mor

a Conſtitutione.c.ij.de pœn.in vj.

b Epiſcopo. Intellige de epiſcopo conſecrato, nam confirmatus tantum nó poteſt procedere ſuper degradatione: ut per Abb. & Docto.in c.at ſi clerici.in prin.de iudi.

c Minoribus. Sed an degradatus ab ordine maiori céſeatur etiá degradatus à minori? puta degradatus ab ordine pontificali céſeatí degradatus à ſacerdotali? reſ. negatiuè: ut per Abb. in c. ueritatis.de dol.& cótu.

d Interuentu. c. ij.de pœn. in vj. requiritur tamen interuentus capituli.c.qualiter.ij.de accuſat.& ca.j. de exceſſ. prælato. & xv.q.vij. c. epiſcopus, niſi de conſuetudine ſine capitulo hoc facere poſſet.c.iij.de conſuetu. in vj. de hoc p Doct.in c. j. ſuper ultima Glo.de hæret. in vj.

e Pro hereſi. In alijs igitur criminibus ſi imminerent faciéda degradatio ſeruarentí iura ordinaria: quia hoc eſt in crimine hæreſis ſpecialiter conſtitutum. c.j de hære. in vj. unde ſumitur.& c. in fidei. eo.titu.& libro.

f Immurandi.c. excómunicamus. ij. de hæret.

g Facile. Bene eſt poſsibile licèt difficile, lex enim non debet eſſe de impoſſibili.c.erit. diſtin.iiij.& hoc hodie non eſt amplius ſpeciale in crimine hæreſis, ſed militat in quocunque delicto: ut per concil. Tri.ſeſſio.xiij. c. iiij. in decretis reformationum.

h Solus epiſcopus. Dic ut not. in c.j. de hære.in vj immo ſolus uicarius, ſecúdum concil. Triden.ſeſſio.xiij.capit.iiij.

i Graue flagitiú. Puta hæreſim, uel falſum.cap. nouimus.de uerb.ſign. unde ſumitur, per quem tex.improbari poteſt ſententia dicentium ſpeciale eſſe in tribus caſibus, ut qs tradatur curiæ ſeculari: ſed in alijs requiri incorigibilitatem.ut not.in c. ad abolendam.de hære. & per Abb. in ca. at ſi clerici. uerſ. ad tertium. & in c. cum nó ab homine. de iudic. & not.in d.c.nouimus. in uerbo traditur.

k Traditur. Nota contra eos qui dicunt non debere fieri traditioné realem, ne uideatur eccleſia cóſentire effuſioni ſanguinis.de quo per Docto.in c nouimus.de uerb.ſign.

l Intercedere. Verè & non fictè precibus, & non per excommunicationem.& fa. xvij, q.iiij.c.rerum.&l. præſenti.C.de his qui ad eccle.confugi Sed an quod iſta interceſſio cum ipſamet eccleſia poſſit eum mitiorí pęna

tis periculum in eum ſententia moderetur, & ſi ĩpetrauerit,& degradatus pœnæ ſuperſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſtinerẽ. Quod ſi cingulo militiæ cœleſtis exauctoratus auſu temerario ſibi dudum [a] commiſſum audebit in poſterum attractare miniſterium etiam ab Eccleſia ex canone Apoſtolorũ erit abſcindendus. [b]

DE SACERDOTIBVS IN INferiori gradu cõſtitutis. XXI

Sacerdotes inferioris gradus ſunt presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe. hoc dicit.

NVnc deſcẽdamus [c] ad ſacerdotes in inferiore gradu conſtitutos: ſubſequẽter poſteà de ijs dicturi, q licet ſacerdotes nõ ſint, [d] in ſacris tamen conſtituti reperiũtur: ac demum de his qui circa humiliora in domo Dei neceſſarium miniſterium exhibẽt: qui in minoribus ordinibus dicuntur conſtituti: de quibus omnibus ſi quid ſuperius locuti fuimus, obiter [e] potius quàm ex profeſſo locuti fuimus, Inferiores ſacerdotes ſunt presbyteri. [f]

Sacerdotum in duas claſſes diuiſio ſumpſit originem tàm à teſtamẽto ueteri, quàm nouo. h. d.

Et non inelegãter [g] ſacerdotes [h] in duos ordines diſtributi eſſe uidentur: Hæc enim diſcretio tam ĩ ueteri teſtamento à Deo per Moyſem [i] ſumpſit exordium, qui ex præceptis Domini Aarõ in

na punire? reſp. ut per Abb. in c. nouimus. de uerbo. ſigni.

a Dudum. Hæc dictio ponit qualittaem de præterito, & remouet de præſenti, licet quandoque ponat etiam de præſenti: ut per Abb. in c. j. de cle. excom. mi. unde ſumitur.

b Abſcindẽdus. Id eſt, maiore excõmunicatione feriendus, & hoc ſiue depoſitio fuerit iuſta, ſiue iniuſta: ut no. in c. j. de cle. excom. mini. arg. tamen contra ij. q. v. cap. qua de cauſa: ſed ibi diſpenſatũ fuit. fac. diſt. lxiij. c. Salonitanæ, & intellige hoc quod hic dicitur præuia monitione alioqui non incurrit excõmunicationẽ: ut per Ab. in c. ij. de cle. excom. mini. officium autem dicere non ſolum non uetatur, uerum etiam grauiter peccat non dicendo. Itẽ ſi celebret etiã contra monitionem tamen conficit corpus domini cũ. Abb. in d. c. ij.

DE SACERDOTIBVS in inferiori gradu conſtitutis.

c Deſcendamus. Appoſitè utitur hoc uerbo, cum ſimus in metaphora graduum & ſcalarum, & de ſuperioribus ad inferiora fit deſcenſus.

d Non ſint. Scilicet propriè, abuſiuè tamen & ipſi dicuntur ſacerdotes. c. ſi quiſpiam. diſt. lxxxj. & c. ſi quiſquàm. de cohab. mul. & cle. & infra tit. j. §. ſi.

e Obiter. arg. quòd quæ aguntur incidenter non debent eſſe in conſideratione. fac. l. j. ff. de author tut.

f Presbyteri. Licet autem epiſcopi & presbyteri æquè ſint ſacerdotes, & in ſacerdotio conueniant, ordine tamen differunt, ſecundũ canoniſtas, licet Theologi teneant contrarium quòd ordine non differant: ut not. ſuprà. de iu. perſo. in uerbo ordine, in tantum q degradatus ab ordine epiſcopali non cenſetur degradatus à ſacerdotali uel presbyterali: ut per Abb. in ca. ueritatis. de do. & cont. & not. ſ. tit. proxi. §. quod autem. in uer. minoribus.

g Ineleganter. Sic inſtit. de iure na. gent. & ciui. §. & non inelegãter.

h Sacerdotes. Not. ex hac litera quòd appellatione ſacerdotum ueniunt etiã epiſcopi. facit. ca. olim. diſtin. xcvj. & cap. cleros. diſtin. xxj. & infra. §. proxi. & not. in cap. non poteſt. de re iudica. in materia tamen pœnali, uel odioſa appellatione ſacerdotum uel presbyterorum non uenirent epiſcopi: quia habent alium ordinem, ſcilicet epiſcopalem, uide per Abb. in Rub. de uita. & honeſt. cle. & in d. cap. non poteſt. & in c. quia periculoſum. & per Innoc. in capit. ſedes. de reſcript. fa. not. per Abb. in cap. ij. de pecul. cle. in princ.

i Per Moyſem. Et ſic non Moſes ſed Deus

concor.

ſummum Pótificem, filios uerò eius inunxit in minores ſacerdotes, quàm etiam in nouo ab ipſo Chriſto, [a] qui duodecim Apoſtolos tanquã maiores ſacerdotes, ſeptuaginta [b] duos quaſi in minores ĩſtituit. Petrũ uerò quaſi ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cęlorum tribuit. [c]

Presbyteri & Epiſcopi olim erant ijdem, ſed in remedium ſchiſmatis de presbyteris, unus electus eſt qui Epiſcopus dicitur. h.d.

Presbyterum autẽ, & Epiſcopum ſunt q eundem olim extitiſſe affirmẽt, [d] & aliud ętatis aliud dignitatis fuiſſe nomen. Sed cũ multi in ſingulis Eccleſijs presbyteri conſtituti eſſent in remedium ſchiſmatis factũ eſſe, ut ꝑ illos unus eligeretur, qui cæteris, eſſet præponẽdus. Electum autem Epiſcopi retinuiſſe nomen: eligentes presbyterorum: quorum erga Epiſcopos uſque adeò creuit honor, ut illis tãquàm filij cœperint obedire. [e] Nec iã pro ſacerdotibus habeantur, [f] qui nullius Epiſcopi diſciplina & ꝓuidentia gubernãtur.

Presbyter appellatur potius à prudentia quàm ab annis. hec dicit.

Presbyteri [g] uerò nomẽ quãquàm à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen ſapientiæ [h] indicat maturitatem, quàm corporis canitiem. [i]

Quæ ſit presbyterorum poteſtas, & authoritas. h. d.

Epiſcopi [k] igitur ac presbyteri non penitus eſt abſimilis circa ſacra miniſteriorũ diſpenſatio. Illorum [l] enim quæ gerere põt Epiſcopus, quædam presbyter ſuo iure, quædam illius permiſsione exequitur,

concor.diſt.xxj.in prin. unde ſumitur. & fac. c.eſto.§.quod autem.diſt.xcv.

a Chriſto. Et ſic utroque tempore à Deo, & non dicit à Deo per Chriſtum: quia Chriſtus qui inſtituit Deus eſt, non ſic Moyſes.

b Septuaginta duos. c. in nouo. in fi.diſt.xxj.& c. quãuis.diſt.lxviij.

c Tribuit. ſa. §. fi. ſupra de epiſcopis, & ſum. Ponfi. & not. hic ꝙ ualet argumentũ de clericis ueteris teſtamenti ad clericos hodiernos, quod intelligendum eſt, ubi eadem eſt ratio: alias ſecus: ut diſti.lxxxij. quaſi per tot. & in cap. translat. & ibi no. de conſti. & c. nouum. ubi Abb. notat. de decim.

d Affirment. diſtin.xciij.ca.legimus. & c. olim.diſtin.xcv. & c.quiſquis. & c.porro.diſti.lxxxiiij. ſed uidetur quòd hæc litera contrarietur proximę præcedẽti, cum ibi dicat quòd differentia fuit ab initio & ab origine ſacerdotij, hic ꝙ à principio ijdẽ erãt preſbyteri & epiſcopi. ſol. ut not. in d.c. legimus. in uer. poſtea. uel hic loquitur referendo opinionem Hieronymi, quam tamen nec approbat, nec improbat.

e Obedire.c.j.diſt.xcv.

f Habeantur. Et dicuntur tales Acephali, id eſt, ſine capite: ut cap. nulla. & cap. qui ſuis. diſtin.xciij. & xxviij.q.ij.cap. abbatibus, qui tamen ex priuilegio Papæ non ſubſunt non ſunt acephali: quia Papa epiſcopus eſt eorum: arg. ext. de priuil. quaſi per tot. Tales ergo ſicut excõmunicatos debet quilibet excludere ab eccleſia, cap. ij. de paroch. & alien. paroch. & not. in d. cap. nulla. & facit hęc litera pro prelatis quòd etiã eremitæ ſubſint epiſcopo in cuius territorio ſunt. xvj.q.j. cap. qui uerè. & no. in d. cap. nulla.

g Presbyteri. Cócor. cap. quiſquis. & ca. porrò. diſt.lxxxiiij.

h Sapientiæ. xxxv. quæſt. vj. cap. ij. ſic. xx. diſt. cap. de quibus.

i Caniciem. Vnde quanuis nõgentis & amplius annis ab Adam uſque ad Abraham uixiſſe homines legamus, nullus alius appellatus ẽ presbyter niſi Abraham qui multo paucioribus uixit annis, quàm ſui anteceſſores. Nec obſt. quod legitur de Melchiſadech: quia fuit Abrahæ contemporaneus. cap. porrò. aliàs fin. & ibi not. diſt. lxxxiiij.

k Igitur. q.d. nõ mirum ſi eſt ſimilis diſpenſatio uel poteſtas epiſcoporum & presbyterorum, cum ſint ferè idem.

l Illorum enim &c. Not. hic quaſi duo extrema cum ſuo medio.

tis periculum in eum ſententia moderetur, & ſi ĩpetrauerit,& degradatus pœnæ ſuperſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſtinerẽ. Quod ſi cingulo militiæ cœleſtis exauctoratus auſu temerario ſibi dudum[a] commiſſum audebit in poſterum attractare miniſterium etiam ab Eccleſia ex canone Apoſtolorũ erit abſcindendus.[b]

DE SACERDOTIBVS IN INferiori gradu cõſtitutis: XXI

Sacerdotes inferioris gradus ſunt presbyteri, nec ſufficit aliquid obiter tractatum eſſe. hoc dicit.

NVnc deſcẽdamus[c] ad ſacerdotes in inferiore gradu conſtitutos: ſubſequẽter poſteà de ijs dicturi, qꝫ licet ſacerdotes nõ ſint,[d] in ſacris tamen conſtituti reperiũtur: ac demum de his qui circa humiliora in domo Dei neceſſarium miniſterium exhibẽt: qui in minoribus ordinibus dicuntur conſtituti: de quibus omnibus ſi quid ſuperius locuti fuimus, obiter[e] potius quàm ex profeſſo locuti fuimus, Inferiores ſacerdotes ſunt presbyteri.[f]

Sacerdotum in duas claſſes diuiſio ſumpſit originem tàm à teſtamẽto ueteri, quàm nouo. h. d.

Et non inelegãter[g] ſacerdotes[h] in duos ordines diſtributi eſſe uidentur: Hæc enim diſcretio tam ĩ ueteri teſtamento à Deo per Moyſem[i] ſumpſit exordium, qui ex præceptis Domini Aarõ in

na punire? reſp. ut per Abb. in c. nouimus. de uerbo. ſigni.

a Dudum. Hæc dictio ponit qualittaem de præterito, & remouet de præſenti, licet quandoque ponat etiam de præſenti: ut per Abb. in c. j. de cle. excom. mi. unde ſumitur.

b Abſcindẽdus. Id eſt, maiore excõmunicatione feriendus, & hoc ſiue depoſitio fuerit iuſta, ſiue iniuſta: ut no. in c. j. de cle. excom. mini. arg. tamen contra ij. q. v. cap. qua de cauſa: ſed ibi diſpenſatũ fuit. fac. diſt. lxiij. c. Salonitanæ, & intellige hoc quod hic dicitur præuia monitione alioqui non incurrit excõmunicationẽ: ut per Ab. in c. ij. de cle. excom. mini. officium autem dicere non ſolum non uetatur, uerum etiam grauiter peccat non dicendo. Itẽ ſi celebret etiã contra monitionem tamen conficit corpus domini cũ. Abb. in d. c. ij.

DE SACERDOTIBVS in inferiori gradu conſtitutis.

c Deſcendamus. Appoſitè utitur hoc uerbo, cum ſimus in metaphora graduum & ſcalarum, & de ſuperioribus ad inferiora ſit deſcenſus.

d Non ſint. Scilicet propriè, abuſiuè tamen & ipſi dicuntur ſacerdotes. c. ſi quiſpiam. diſt. lxxxj. & c. ſi quiſquàm. de cohab. mul. & cle. & infra tit. j. §. ſi.

e Obiter. arg. quòd quæ aguntur incidenter non debent eſſe in conſideratione. fac. l. j. ff. de author tut.

f Presbyteri. Licet autem epiſcopi & presbyteri æquè ſint ſacerdotes, & in ſacerdotio conueniant, ordine tamen differunt, ſecundũ canoniſtas, licet Theologi teneant contrarium quòd ordine non differant: ut not. ſupra. de iu. perſo. in uerbo ordine, in tantum qꝫ degradatus ab ordine epiſcopali non cenſetur degradatus à ſacerdotali uel presbyterali: ut per Abb. in ca. ueritatis. de do. & cont. & not. ſ. tit. proxi. §. quod autem. in uer. minoribus.

g Ineleganter. Sic inſtit. de iure na. gent. & ciui. §. & non inelegãter.

h Sacerdotes. Not. ex hac litera quòd appellatione ſacerdotum ueniunt etiã epiſcopi. facit. ca. olim. diſtin. xcvj. & cap. cleros. diſtin. xxj. & infra. §. proxi. & not. in cap. non poteſt. de re iudica. in materia tamen pœnali, uel odioſa appellatione ſacerdotum uel presbyterorum non uenirent epiſcopi: quia habent alium ordinem, ſcilicet epiſcopalem, uide per Abb. in Rub. de uita. & honeſt. cle. & in d. cap. non poteſt. & in c. quia periculoſum. & per Innoc. in capit. ſedes. de reſcript. fa. not. per Abb. in cap. ij. de pecul. cle. in princ.

i Per Moyſem. Et ſic non Moſes ſed Deus

concor.

concor.diſt.xxj.in prin. unde ſumitur. & fac. c.eſto.§.quod autem.diſt.xcv.

a Chriſto. Et ſic utroque tempore à Deo,& non dicit à Deo per Chriſtum: quia Chriſtus qui inſtituit Deus eſt, non ſic Moyſes.

b Septuaginta duos. c. in nouo. in fi.diſt.xxj.& c. quãuis.diſt.lxviij.

c Tribuit.fa.§. fi. ſupra de epiſcopis,& ſum. Ponſi. & not.hic ꝙ ualet argumentũ de clericis ueteris teſtamenti ad clericos hodiernos, quod intelligendum eſt, ubi eadem eſt ratio:alias ſecus: ut diſti.lxxxij. quaſi per tot. & in cap. translat.& ibi no. de conſti.& c.nouum. ubi Abb.notat.de decim.

d Affirment. diſtin.xciij.ca.legimus.& c. olim.diſtin.xcv.& c.quiſquis.& c.porro.diſti.lxxxiiij.ſed uidetur quòd hæc litera contrarietur proximę præcedenti, cum ibi dicat quòd differentia fuit ab initio & ab origine ſacerdotij, hic ꝙ à principio ijdẽ erãt preſbyteri & epiſcopi. ſol. ut not. in d.c. legimus.in uer. poſteà. uel hic loquitur referendo opinionem Hieronymi, quam tamen nec approbat, nec improbat.

e Obedire.c.j.diſt.xcv.

f Habeantur.Et dicuntur tales Acephali,id eſt,ſine capite:ut cap.nulla.& cap. qui ſuis.diſtin.xciij.& xxviij.q.ij.cap.abbatibus, qui tamen ex priuilegio Papæ non ſubſunt non ſunt acephali:quia Papa epiſcopus eſt eorum: arg. ext.de priuil.quaſi per tot. Tales ergo ſicut excõmunicatos debet quilibet excludere ab eccleſia.cap.ij.de parroch. & alien.parroch. & not. in d. cap.nulla. & facit hęc litera pro prę latis quòd etiã exemitæ ſubſint epiſcopo in cuius territorio ſunt. xvj.q.j.cap.qui uerè.& no.in d. cap. nulla.

ſummum Põtificem, filios uerò eius inunxit in minores ſacerdotes, quàm etiam in nouo ab ipſo Chriſto, a qui duodecim Apoſtolos tanquã maiores ſacerdotes, ſeptuaginta b duos quaſi in minores ĩſtituit. Petrũ uerò quaſi ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cęlorum tribuit. c

Presbyteri & Epiſcopi olim erant ydem, ſed in remedium ſchiſmatis de presbyteris, unus electus eſt qui Epiſcopus dicitur. h.d.

Presbyterum autẽ, & Epiſcopum ſunt qui eundem olim extitiſſe affirmẽt, d & aliud ętatis aliud dignitatis fuiſſe nomen. Sed cũ multi in ſingulis Eccleſijs presbyteri conſtituti eſſent in remedium ſchiſmatis factũ eſſe, ut ꝑ illos unus eligeretur, qui cæteris, eſſet præponẽdus. Electum autem Epiſcopi retinuiſſe nomen: eligentes presbyterorum: quorum erga Epiſcopos uſque adeò creuit honor, ut illis tãquàm filij cœperint obedire. e Nec iã pro ſacerdotibus habeantur, f qui nullius Epiſcopi diſciplina & ꝓuidentia gubernãtur.

Presbyter appellatur potius à prudentia quàm ab annis. hec dicit.

Presbyteri g uerò nomẽ quãquàm à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen ſapientiæ h indicat maturitatem, quàm corporis canitiem. i

Quæ ſit presbyterorum poteſtas, & authoritas. h. d.

Epiſcopi k igitur ac presbyteri non penitus eſt abſimilis circa ſacra miniſteriorũ diſpenſatio. Illorum l enim quæ gerere põt Epiſcopus, quædam presbyter ſuo iure, quædam illius per miſſione exequitur,

g Presbyteri. Cõcor.cap. quiſquis. & ca.porrò. diſt.lxxxiiij.

h Sapientiæ. xxxv.quæſt.vj.cap. ij.ſic.xx. diſt.cap. de quibus.

i Caniciem. Vnde quanuis nõgentis & amplius annis ab Adam uſque ad Abraham uixiſſe homines legamus, nullus alius appellatus ẽ presbyter niſi Abraham qui multo paucioribus uixit annis, quàm ſui anteceſſores. Nec obſt. quod legitur de Melchiſedech: quia fuit Abrahæ contemporaneus.cap.porrò. aliàs fin. & ibi not. diſt. lxxxiiij.

k Igitur.q.d.nõ mirum ſi eſt ſimilis diſpenſatio uel poteſtas epiſcoporum & presbyterorum, cum ſint ferè idem.

l Illorum enim &c. Not. hic quaſi duo extrema cum ſuo medio.

quædam uerò nullo pacto poteſt attingere. Proprio iure presbyter, Dominici corporis ac ſanguinis cõſecrationem, [a] etiam Epiſcopo præſente celebrat: infantes baptizat, [b] ſanctificato oleo inungit, benedicit, [c] & de occultis peccatis pœnitentes, uel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittẽdi poteſtatem habet, Epiſcopo permittente aut ultima cogẽte neceſsitate, & baptizatos ſacro linire chriſmate, & virgines Deo dicare presbyteris cõceditur, Eccleſias uerò erigere, conſecrare, reconciliare, ſacrũ chriſma cõficere, Clericos ordinare, excõmunicare, pœnitentes publicè [d] reconciliare, ſolis Epiſcopis [e] reſeruatur. [f]

DE IIS QVI in ſacris [g] ſunt conſtituti.

XXII

In ſacris conſtituti ſunt Diaconi, & Subdiaconi, & Diaconi debent Epiſcopum cuſtodire, ſacerdotibus celebrantibus aſſiſtere, nouum teſtamentum prædicare, Euchariſtiam uerò præſente Epiſcopo uel presbytero populo erogare non poſſunt. h.d.

Sicut autem Epiſcopis presbyteri: [h] ità etiam utriſq; debent obedientiã, Diaconi [i] ad quos Epũm prædicantem ab inſidijs cuſtodire pertinet, ne aut ipſe quoquo modo lædatur, aut diuina uerba per

a Conſecrationem. ut.c.legimus.diſt.xciij. & c.ecce.d.xcv.

b Baptizat.c.ij.& c.iij.de offi.Archipresby. ubi probantur plura quæ hic ponuntur.

c Benedicit. non tamen benedictione ſolenni. & pro uerificatione, ac declaratione omniũ quæ hic ponuntur, & cumulantur, uide in d.xci.c.j. c. ecce.& ca.presbyteros.d.xcv. c. miniſtrare. xxvj. q. vj. & no.in c.ij.& iij. de offi. Archipresby & per Hoſt.in ſumma de offi.Archipresby. uerſic. quinto. & c. peruenit.d.xcv. & per Firma. in tractatu de epiſcopis lib. 3. in prima parte num.14.

d Publicè.c. miniſtrare. xxv.q.vj.

e Solis epiſcopis. Diuerſimodè tamen hæc epiſcopis reſeruantur. Nã poteſtas excõmunicandi ita reſeruatur epiſcopis ut poſſit etiã tranſire in non epiſcopos, etiam meros laicos, ſi Papa tribuat hanc poteſtatem: ut per Ab. & alios i ca.eccleſia. S.Mariæ. & in.ca. ij.de iudi.& in c.fi.de cle.ægro.mini.alia uerò quę hic dicũtur reſeruata non poſſunt per non epiſcopos exerceri.c. aqua. de conſecr.eccleſ. uel alt.& per Doct.in locis ſupralleg. & in ca. quanto.de conſue.fac.c.quamuis.d.lxxxviij.

f Reſeruatur. nota ergo ex hac litera cõiuncta cum.§.presbyterum. ſuprà eod. quòd ritus Apoſtolorum circa ſacramenta habent impedire characteris impreſſionem: nam ſi ſimplex presbyter ordines conferret, nihil conferret: ut c.quanto.de conſuet.ubi etiã Abb. no. cum tamen poſt mortem Chriſti idem eſſet presbyter & epiſcopus, & promiſcuè presbyteri conferrent omnia ſacramenta: ut c.olim.d. xcv.& c.legimus.d.xciij. ſed diſcretio fuerit inuenta ad ſchiſmata ſedãda & tollenda.

DE HIS QVI ſunt in ſacris cõſtituti.

g IN ſacris. ſ. ordinibus, ſed nonne omnes ordines eccleſiaſtici dicuntur ſacri? ut not.d. xxxij. i ſumma. & per Ab. in c. tuis. de præben. dic ꝙ per excellentiam a ſubdiaconatu incluſiuè ſupra dicuntur ſacri: quia magis participant de ſacramẽto corporis Chriſti: ut ꝑ Ab.in c.ſi quis clericorum. de cle. coniug.& præcludunt uiam pœnitẽtiæ. ut j.tit. prox. § fi.ca.cum ex eo. de elect.in vj.

SICVT AVtem.

h Presbyteri. ut ſuprà tit. prox. §. presbyterum ad quem ſilus orationis uidetur continuari.

i Diaconi. cap. à ſubdiacono. diſtin. xciij. facit cap. ſtatuimus. de maio. & obed. hoc enim ſuadet iuſtitia ut maiori ſeruiat minor, xxxiij quæſt. ultima ca. eſt ordo. niſi tamen minor adminiſtratione maior ſit, diſtinct. xcv. cap. primo. uel niſi teneat locum ſuperioris diſtinct. xciij. cap. fin. & hi in unaquaque ciuitate debent eſſe ſeptem. cap. diaconi.ij. & iij. diſtinct. xciij. & legitur in actis

Apoſtolis.c.vj. & hoc ſi facultates eccleſiæ ſufficiũt: aliàs ſufficiũt duo: ut vij.q.j.c. illud.
a Polluantur. c. diaconi.ij. diſtin. xciij.
b Aſſiſtent. diſ. xxv. ca. perlectis. §. ad diaconum.
c Præſente. Vt diſt. xciij c. diacones. & c. præſente.
d Neceſsitas. nota. quòd ubi neceſſitas exigit, & preſbyter eſt abſens, diaconus etiam iure ſuo baptizat. c. diacones. & c. præſente. diſt. xciij & euchareſtiam erogare ſi præceſſerit conſecratio preſbyteri, ſed præſente presbytero in eccleſia non poteſt etiam ſi ſubſit neceſsitas, niſi pſ̃byter iuſſerit: ut no. in c. diacones. & c. peruenit. diſtin. xciij.
e Habuiſſe. c. epiſcopus. diſtinc. xxxv. & diſt. xxv. c.j. & c.ſi.
f Imperata. Vt diſtin. xxviij. c. de cetninius. & c. nullum. & c.j. de cler. coniug. & c. à multis. de ætat. & qualità. & cap. miramur. de ſeru. non ordin. Sed quomodo eccleſia imperauit continentiam cum illa uoti ſit, non præcepti, ut xxxij. quæ-

detractores polluantur. [a] Sacerdotibus quoque celebrãtibus in omnibus aſsiſtent. [b] Euangelium ad populum prædicabunt. Sed nec baptizare præſente [c] Epiſcopo, aut presbytero, nec Dominici corporis Euchariſtiam populo erogare audere debẽt, niſi prædictis omnibus longiuſ fortaſſe conſtitutis, neceſsitas [d] ad id extrema eos compellat.

Primitiua Eccleſia non habuit ſubdiaconos, & apud antiquos Subdiaconatus non reponebatur inter ſacros ordines: ſed poſteà & is ordo inter ſacros cœptus eſt haberi, & Subdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum. h.d.

Subdiaconos licet & Eccleſia primitiua legatur habuiſſe, [e] talis tamen ordo apud antiquos inter ſacros non annumerabatur: paulatim tamen poſt aliquot temporũ curricula cœptus eſt, & ſubdiaconatus inter ſacros ordines reponi. Eiſq́ue ad ſimilitudinem tàm presbyterorum, quàm diaconorũ continentia fuit imperata. [f] Cumq́ue à multis an in Epiſcopum ſubdiaconus eligi ualeret hęſitaretur: nouiſsimè poſt Vrbanum Innocentij proceſsit conſtitutio, [g] quæ ut is quoque in Epiſcopum liberè eligi ualeat declarauit ac ſtatuit.

Circa quæ uerſetur officiũ Subdiaconi. h. d.

Diaconum igitur ſubdiaconus ſubſequitur: [h] ad quem calicem & patenam ad altare deferre pertinet, [i] & leuitis tradere, eiſque miniſtrare. Vrceolum quoque, & aquam manile, & manutergium tenere Epiſcopo, presbyteris, & leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

Subdiaconus poteſt quis ordinari in decimo octauo anno, Diaconus ĩ uigeſimo, Preſbyter in uigeſimo quinto. hoc dicit.

Sicut autem ſubdiacono minus creditur [k] quàm diacono, & diacono minus quã presbytero committitur: ita ad ſubdiaconatum minor ætas [l] quàm ad diaconatũ, & ad diaconatum minor quàm ad presbyteratum ſuffragatur. Poterit igitur hodie quis niſi aliud cano-

ſtio.j. cap. integritas? reſpond. eccleſia neminẽ cogit continere, ſed in ordine quẽ dat poteſt imponere legem quam uult, ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ. l. in traditionibus. ff. de pact. ex quo enim honoratur dignũ eſt ut oneretur. xvj. quæſtio. vj. cap. de lapſis. & not. in d. cap. nullum. interdum tamen cum ſubdiaconis diſpẽſatur. cap. presbyterum. diſt. xxviij. & ca. ſanè. de cle. coniug.
g Conſtitutio. Quæ eſt in capit. à multis. de ætat. & qualit.
h Subſequitur. Inde & ſubdiaconus dicitur.
i Pertinet. Sic ca. perlectis. §. ad ſubdiaconum. diſtin. xxv.
k Creditur. cõmittitur. l. quod uulgo. ff. ad Maced. & ſtatim ſequitur in hac litera.
l Aetas. Quia ab ætate arguitur maturitas iudicij. Sed quid ſi impubes & iudicio carens ordinetur ad ordinem ſacrum, an ſuſcipiat characterem? reſpond. ſuſcipit, nec enim quod ſuſcepturus ordines ſacros de-

beat haberẽ annos diſcretionis eſt de ſubſtãtia ordinis: ſed de neceſſitate præcepti. unde licet in tali collatio ne peccetur tenet tamen collatio, de hoc. uide in capit. uel non eſt. de tẽpor. ordin.

a Decimo octauo. Et ſufficit ꝙ ſit inchoatus: ut not. in cle. fin. de ætat. & qualit. unde ſumitur. Sed hodie hæc materia eſt tota per cõcil. Tridentin. reformata. nec enim ad ſubdiaconatũ quis ordinari poteſt ante uigeſimũ ſecũdum annum, ad Diaconatũ ante uigeſimum tertium, ad presbyteratum ante uigeſimum quintum etiam ſi quis ſit regularis, ut per d. Concil. Trident. ſeſſio. xxiij. capit. xij. quidquid dicatur in capit. j. & in cap. peruenit. diſt. lxxvij. & in capit. j. cap. iij. & cap. ſi. diſti. lxxviij. & in cap. de his. diſtin. xxviij. Sed quę eſt ætas minorum ordinum? reſpõ. maior infantia. cap. de his. diſt. xxviij. & c. nullus. de tẽpo. ordin. in vj.

b Appellatur. Vt diſtinct. lxxxj. capit. ſi quiſpiam. & c. ſi quiſquàm.

nicum obſiſtat impedimentum decimo octauo [a] natus anno ad primum ſacrum ordinem: uigeſimo ad ſecundum: ad presbyteratum uigeſimo quinto promoueri.

Propriè ſacerdotes appellãtur qui Euchariſtiam conficiunt, impropriè etiam diaconus, & ſubdiaconus.

Diximus autẽ diaconum, & ſubdiaconum non eſſe ſacerdotes proprietatem ſermonis attendentes. Propriè enĩ ſacerdos is eſt appellandus, cui ſacrificium corporis, & ſanguinis Domini in altari conficere permittitur. Cęterum & ipſi interdum ſacerdotes appellantur, [b] ſed per abuſionem. Vidimus hactenus de ijs qui in maioribus ſunt ordinibus conſtituti: nunc uideamus de ijs, qui in Eccleſia Dei minoribus ſunt ordinibus inſigniti.

DE IIS QVI SVNT IN MInoribus ordinibus conſtituti.

XXIII

Minores ordines ſunt acolytatus, exorciſtatus, lectoratus, & oſtiariatus. h. d.

SVnt igitũ [c] in Eccleſia alijminores ordines, qui ſine ſacramentali unctione, ſola Epiſcopi benedictione, cum quadam uaſorum, uel indumẽtorum diſtributione præſtantur: ut ſunt, Acolytus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius: Acolytus [d] eſt is ad quẽ præparatio luminum, & qui cæreũ, à quo nomen quoque ducit [e] deferre debet, quique ſuggeſta pro Euchariſtia ſubdiaconis pręparat. Exorciſta is eſt, qui exorciſmos memoriter retinere debet, manuſque ſuper energumenos, & catechumenos & in exorcizando [f] imponere. Lector autem is appellatur, qui lectiones [g] debet pronunciare, & ea quæ Prophetæ uaticinati ſunt populis prædicare. [h] Ad Oſtiarium pertinent claues Eccleſiæ, ut claudat, & aperiat tẽplũ Dei, & omnia quæ ſunt intus extraque cuſtodiat, fideles recipiat, excommunicatos, & in-

de cohab. mul. & cle. & not. de hoc. ſupra tit. proxim. in princ.

DE IIS QVI SVNT IN MInoribus ordinibus conſtituti.

SVNT IGITVR in eccleſia.

c IGitur. cõcor. ca. & ſi. illa. §. fin. j. quæſtio. vij. & inde ſumitur.

d Acolitus &c. Vt cap. perlectis. diſtin. xxv. & cap. à ſubdiacono. diſtinction. xciij. & acolito ſubeſt exorciſta &c. ut d. c. à ſubdiacono.

e Ducit. Vnde, & ceroferarius latino nomine appellatur.

f Exorcizando. Hoc uerbum hic deſignat ordinem apud iuriſtas appellatur uerbũ impoſtorum: ut l. j. ff. de uarijs & extraord. cogni. ſed fortè cum Iuriſconſultus eſſet paganus ſic loquebatur quaſi illudens alienæ religioni.

g Lectiones. Legendas in matutinis.

h Prædicare. Id eſt, legere, ne ſit contra. xvj. quæſtio. j. capit, adijmus.

Infideles.

fideles [a] prouido iudicio repellat.

Pſalmiſtatus eſt minor ordo & poteſt conferri à ſolo presbytero.h.d.

Eſt & Pſalmiſta, id eſt, Cantor, qui abſque ſcientia Epiſcopi, presbytero ſolum iubente officium ſuſcipit cantandi, [b] qui & ipſe licet apud antiquos dubitatum fuerit, inter minores ordines cœptus eſt annumerari. [c]

Conſtituti in maioribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere poſſunt ſed conſtituti in minoribus poſſunt, ſed ſi contrahant priuantur beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis.h.d.

Horum autem, & ſacrorũ ualde diſpar eſt conditio ſi quidẽ illis, ita eſt continentia imperata, ut nunquàm ad matrimoniũ aſpirare ualeant: [d] his [e] autem, ſi ad ſuperiores ordines prouehi noluerint, matrimoniũ contrahere minimè interdicitur: [f] ſed eo caſu nõ ſolum ad ſacros ordines, & Eccleſiaſticas dignitates, & adminiſtrationes [g] admittendi non ſunt: ſed etiam beneficijs, quæcunque fortè habuerint, priuandi erunt: nam nec ea ſine prauo exemplo poſſunt, & graui ſcandalo retinere: & tales bona Eccleſiaſtica dilapidare ſolent. Hucuſque ſingulariter tam de maioribus ordinibus, quàm de minoribus breuiter tractatum fuit: exponamus nũc aliqua, quæ tam maiorũ ordinum quàm minorũ ſunt communia.

COMMVNIA TAM MAIORUM quàm minorum ordinũ.

XXIV

a Infideles. Sed contra. capit. epiſcopus nullum. de conſecra. diſtin. j. reſpon. quidam quòd ille canon uel eſt correctus, uel abijt in deſuetudinem; uel dic ut not. in d. cap. epiſcopus nullum. & quomodo. & quibus cæremonijs hi ordines conferantur habetur. diſtinct. xxiij. per tot.

b Cantandi. Et in hoc differt à lectore, cuius officium non eſt cantare, ut ſupra in princ. ubi not. eſt enim iter hæc differentia, ut per Abb. in cap. quod in te. de pœnit. & facit hoc ad ſtatuta, & contra eos qui tenentur cantare officium. non enim ſatisfaciunt legendo ſimpliciter, & quod quibus permittitur legere, non permittitur cantare.

c Annumerari. Vt cap. pſalmiſta. diſtin. xxiij. & hic ordo pſalmiſtatus uidetur confundi cum prima tonſura: ut per Hoſtienſ. in ſumma de ord. ab epiſcopo q. renun. epiſcopat. & Abb. in cap. cum contingat. de ætate & qualit. & ut hic innuitur ualde fuit dubitatum an eſſet reponendus inter ordines. & cõmunis eſt ſententia quòd ſit ordo: quòd quomodo procedat uide per Ioan. Lupum in tractat. de libert. eccleſiaſtica in quinta quæſtione. & per Nic. plo. in tractat. de ſacramentis. in cap. j. vj. partis. nume. 3. & per Docto. in d. cap. cum contingat.

d Valeant. capit. j. de cler. coniug. cum multis eod. titu. niſi Papa diſpenſaret, per ea quæ ponit Abb. in cap. cum olim. extr. eod. titu. ubi ponit quòd non ſolum Papa poteſt ſingulariter diſpenſare: ſed poteſt uniuerſalem legem facere quòd ſacerdotes poſſint ducere uxorẽ, & quòd etiam deberet facere; ratione de qua per eũ ibi, quàm tamen non puto neceſſariam, nec ueram.

e His. Scilicet conſtitutis in minoribus ordinibus.

f Interdicitur. Ext. de cle. coniuga. per totum.

g Adminiſtrationes. Vnde nec Vicarius epiſcopi poterit eſſe talis, cum nõ poſſit habere adminiſtrationem eccleſiaſticam: quod tenent Doct. tam in cap. ij. de cler. coniug. quàm in cap. j. eo. titul. in vj. niſi in temporali iuriſdictione: ut per Abba. & alios in cap. ſecundo. de iudi. ubi quòd quanuis cum his Papa diſpẽſaret quòd poſſent retinere beneficia, eis tamẽ cauſa criminalis clericorum non poteſt cõmitti. Sed an etiam & in eo ſine diſsimiles ꝙ non teneantur dicere officium? reſp. ut traditur per Ab. in cap. j. de celeb. miſſa.

COMMVNIA TAM MAIORVM QVAM minorum ordinum.

IN PRIMIS ETC.

Minores debent maioribus exhibere reuerentiam, maiores uerò minoribus amorem, & charitatem. h.d.

IN primis admonendi ſunt ij, qui minori ſub ordine cōſtituti ſunt, & officio, ut ijs qui aut ordine præcellunt, aut officio reuerentiam, & obedientiam [a] exhibeant: nec per temeritatem alter alterius partes ſibi uindicet. [b] Maiores quoque meminerint ſe maiores eſſe non dominos, & ob id inferioribus non tanquam ſubditis dominentur, ſed quaſi clericos honorent, [c] & diligant, & tales ſint qui non ſolum præſint: uerùm etiam proſint. [d]

Ordinatores debēt inſtruere ordinandos in diuinis. h.d.

Item ſub grauis ultionis comminatione ex ordinatione generalis concilij [e] debēt Epiſcopi [f] promouēdos in ſacerdotes per ſe ipſos, uel alios [g] idoneos uiros ſup diuinis officijs, Eccleſiaſticiſque ſacramentis diligenter inſtruere, & informare. *Sanctius enim* (inquit) *eſt paucos* [h] *bonos quàm multos malos* [i] *habere miniſtros, quia ſi cæcus cæcum ducet, ambo in foueam dilabentur.*

Ordinationem præcedere debet diligens ſcrutiniū. h.d.

Præcedet autem ordinationem diligēs ſcrutinium [k] nec niſi

a Obedientiam. cap. à ſubdiacono. diſt in. xciij. & per tot. ſolet tamen diſtingui utrū aliquid prælatus præcipiāt ſententiãdo an extraiudicialiter, de his quæ pertinent ad officiū, an de his quæ non pertinent ad ſuum officium, ut laté per Anton. de Butr. in c. ad aures de temp. ordi.

b Vindicent. Vt cap. j. de ſepult. & quomodo dicatur quis trāſgredi terminos quos poſuerunt patres. no. in d. cap. j.

c Honorent. Vt diſt. xcv. cap. eſto. ubi recenſetur illud Craſſi, nō erit mihi conſul, cui ego non ſim ſenator. Pone igitur ꝙ epiſcopus aliter ſe habeat contra clericū quàm debeat, nunquid clericus ſuo iure poterit obedientiam negare? & uidetur argu. c. cum beatus. diſt. xlv. & d. cap. eſto. §. j. & xxij. q. v. c. de forma. & fides nō eſt ſeruanda non ſeruanti. c. peruenit. ij. de iureiu. & fruſtra petit debitum, qui quod debet non impēdit. xxviij. q. j. cap. ſi infidelis. cum multis concord. poſitis. in d. cap. eſto. in uerbo eſto. Conſultius tamen erit clerico ſi per ſuperiorem agat: argu. xj. q. iij. cap. ſi epiſcopus. & ix. q. iij. cap. nunc uerò, & tolerandus eſt prælatus uſque ad ſententiam: ut viij. q. iiij. cap. non ne.

d Proſint. Agnominatio. ut & illa, non eſt hic orator ſed arator. & illa Cicer. quis non potius hæc ficta credat quàm facta?

e Concilij. Vt in c. cum ſit. de æta. & qualit.

f Epiſcopi. Immo uidetur quòd hoc ſit munus Archidiaconorum. cap. ad hæc. de offi. Archidia. Sol. examinationem bene facit archidiaconus: ut in contrario, ſed inſtructionem facit ſolus epiſcopus. unde dicit Inno. quòd non excuſatur epiſcopus ab hac inſtructione, licét archidiaconus examinauerit; uel forte poſſet dici quòd hic loquitur quando in eccleſia non eſt archidiaconus: ut ꝑ Abba. in cap. cum ſit. de æta. & qualita. ubi & alia de hoc, uel forté nō repugnat hoc: quia archidiaconus facit ut epiſcopi Vicarius. ut ſupra. d' offi. Archi. in prin.

g Alios. Scilicet clericos ſuos, & d' latere ſuo miſſos. xxiiij. diſtin. cap. quando.

h Paucos. Pauci autem uel multi dicuntur ſecundum ſubiectā materiam: ut no. in c. latores. ubi etiam Abb. de cle. intermini.

i Malos. ar. ꝙ melius eſt haberē paucos bonos ſcholares, quàm multos ignorantes: ſic Abb. in c cum ſit. de æta. & quali. ſimil. xxiij. diſtin. c. tales. Item eſt arg. contra eos qui multa inutilia allegant. de conſecr. diſtin. v. cap. non mediocriter. & xxiiij q. j. cap. odi. & proieci. & l. iij. §. cōtrarium. C. de iu. uet. enucle. & in Authen. de tabel circa medium. & no. in l. fin. C. de uſufr. & multitudo oneroſa nihil habet honeſti. authen. de refor. ad fi. col. ij.

k Scrutinium. De hoc ſcrutinio uide in c j. de ſcruti. in ordine facien. ubi ponitur ordo & ſeries. & diſt. xxiiij. c. nullus. c. epiſcopus. & c. quando. & de hac materia uide nouiſsimè per Concil. Tridē. ſeſsio. xxiij. c. v. & c. vij. & c. xiij. & c.

& c.xiiij.in decret.reforma.& ſeſſ.vij.c.xiij.

a Teſtimonio. Immo iſto caſu quo quis haberet teſtimonium totius populi, poſſet promoueri ſine examinatione:arg.c. nullus. diſt. xxiiij. Sic & aliàs dicitur quòd ſcholaris noto riè peritus poteſt tranſire ſine examinatione,uel ſal tem leui per forma.c. conſtitutis. ubi Ab. de appel. ſac.c. de Petro.di ſtin.xlvij.& c.ualde.diſt. xciij. & c. mandata. extr. de præſumpt. & not. in d.c. nullus.

b Sacerdotes. Sed contra. c. inter corporalia. de translat. & xv. q. vij c.ſi.ubi epiſcopus licet ſolus auferre honorem nō poſsit, dare tamē poteſt? reſpon. dictio ſolus, non excludit ſuos clericos ſed alios clericos uel epiſcopos:ut not.in c.epiſcopus.diſtinct. xxiiij.

c Genus. Cognationem:quia pater filio ſimilis præſumitur.l. ꝙ ſi nolit. §.quia aſsidua.ff. de ædil.edict.

qui tam uerbo fidei quàm rectè conuerſationis exemplo, Epiſcoporum uel populari teſtimonio [a] probantur, ad ordines ad mittendi erunt. Ordinaturus itaque accipiat ſecum diuinæ legis peritos ſacerdotes, [b] & in Eccleſiaſticis ſanctiobibus exercitatos, qui ordinandorum genus, [c] patriam, [d] ætatem, locū ubi ordinati [e] ſunt ſi litaras callent, ſi inſtructi in lege Dei, & ante omnia diligēter inueſtigent [f] ſi fidem catholicā firmiter teneant.

Examen debet præcedere collationem beneficiorum.

hoc dicit.

Quod & in beneficiorum [g] collationibus obſeruādum erit: q enim beneficijs Eccleſiaſticis præficiendi fuerint, à ſuo prius Archidiacono examinari [h] debent, & per ipſum poſtmodū Epiſcopo præſentari.

Tàm ſimoniacè ordinatus quàm ordinans ſunt puniendi.h.d.

Ipſi uerò quibus talis cura committitur cauere debent, ne aut cuiuſquam gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti à uerò deuiēt, ut indignū, & minus idoneum, aut non examinatū [i]

d Patriam.ſac.l. quod ſi nolit.§. qui mancipiū.ff. de ædil.edicto. Unde illud intererit multū dauusne loquatur an heros.& j. Colchus an Aſsirius Thebis nutritū an Argis, facit & illud. Quippe domum timet ambiguā tirioſq; biligues, & illud nunquid à Nazareth, aliqd boni?

e Ordinati. Sed quomodo eundem appellat ordinatum & ordinandum? reſp. unus & idem reſpectu diuerſorum ordinum poteſt eſſe ordinatus, & ordinandus.

f Inueſtigent. Quam rigidè, & ad quem modum ſit facienda hæc inueſtigatio. not. in cap. quando.diſt.xxiiij.& an, & quando, & qui teneantur ſcire contenta in fide explicitè uel implicitè per Abb.& alios in Rub.de ſum. Trini. & fi.catho.& per Card. Ara.in ſuis inſtit. Theologicis.c.iij.& nouiſsimè per Concil. Triden. ſeſsio.vij.c.xiij.& ſeſsio.xiiij.c.iij.& ſeſſ.xxiij. c.v.& c.vij.& c.xij.& c.xiiij. in decretis reformat.& in ſeſſ. xx-iiij.cap.xviij.

g Beneficiorū. nedum ordinū. ut ſupra.§.proxi.

h Examinari.c. adhæc.& c.ut noſtrū.de off.Archi. Sed alibi dr ꝙ iſtud eſt officiū ſacerdotū.xxiiij.diſt.c.qñ. Sol. illud uerum ubi eps ſpecialiter ad hoc eligit ſacerdotes. vel ſi nō eſt in loco archidiaconus,ut in multis eccleſijs.videtur ergo ꝙ eps non ſit puniendus ſed potius Archidiaconus q examinat & ꝓſentat epo: ar.c.ſi ſeruus.diſt. liiij. ſed nō eſt ita quia eps tenet de facto illius q examinat, cum id fiat de mādato illius. ſicut exercitor nauis tenet de facto magiſtri.l.j.§. magiſtrū.ff. de exerci. niſi fortè examinator talis fuiſſet, ut non ſit ueriſimile ipſum mentiri: ar. c.ſignificante. de pigno. ſecundum hoc ſi talis ordinatur ſine titulo epiſcopo ignorante, examinator qui præſentauit eum tenebitur ei prouidere. Sed ſi ille non ſit ſoluendo habebit regreſſum contra ipſum:& hoc ideò, quia adhuc reſeruatum eſt epiſcopo ius examinandi illū: arg.c.accepimus.de æta.& quali ta. ne ordinatus in obbrobrium clericalis ordinis mendicet.cap.ad ſupplicationem. de renun. & capit. diaconi.diſtin.xciij. & not.in d.capit.ad hæc.

i Non examinatum. Sed an ſi non examinatus idoneus ſit in oībus, habet adhuc locū qd hic dicitur, & non uidetur, cum culpa ſit tantum

ad ſacros [a] gradus ſuſcipiendos Epiſcopo præſentent. Quod ſi aliter fecerint, & qui indignè acceſſerit ab altari remouebitur, [b] & qui donum Sancti Spiritus uendere conati ſunt coràm Deo iam condemnati [c] Eccleſiaſtica dignitate carebunt.

Quæ tempora in ordinationibus ſeruari debent. h.d.

Igitur [d] per tres continuos [e] dies diligenter examinentur, & demū ſabbato qui probati ſunt Epiſcopo præſentētur. Qui tamen ſecundum diuerſitatem ordinū, tēporis quoq; ſeruabit diuerſitatē: non enim omnes ordines quibuslibet tēporib. conferri poſſunt, nā Dominicis & alijs feſtiuis diebus [f] unū, aut duos ad minores licebit promouere, ſed ad ſubdiaconatum niſi in quatuor temporibus, & una & altera ſtatuta die, [g] nulli Epiſcoporum præterquàm Romano Pontifici, [h] licet aliquos ordinare, nec alicuius loci contraria eſt admittenda conſuetudo. [i] Quod ſi fortè ſecus factum fuerit, ordinans quidem poteſtate priuandus eſt ordinandi: [k] & ordinatus cum characterē [l] minimè dubitetur recepiſſe, pęnitētia [m]

cum in ordinante, nec alieno uitio debeat quis prægrauari. l. ſancimus. C. de pœn. & arg. in c. cum ſecundum. de præb. ſed in contrarium facit hæc litera hic, & c. quādo. d. xxiiij. & non propter ſuum uitium, ſed ordinantis: ut lxx. d. ca. j. & xvj. q. vij. ca. decernimus. Item cum nō intrauerit per hoſtiū debet mori, ſicut Remus. l. ſi. ff. de re. diuiſ. & no. i c. ſi. d. d. 24.

a Sacros. Idem ſi ad minores ordines. ca. ſi. d. xxiiij. uel appellat hic ſacros omnes ordines, & ita non eſt neceſſaria extēſio, fac. not. diſt. xxxij. in ſum. & ī. de his qui ſunt in ſacris. &c. in Rubrica.

b Remouebitur. Si quis tamen in minori crimine exiſtens ordinari ſe permiſerit, nō deponetur ſed pęnitentia ei imponetur: ut d. lxviij. c. j. & d. lxxxij. c. presbyter. & ext. de renuntia. c. niſi. §. propter criminis cōſciētiā.

c Condemnati. Sunt ergo tales ipſo iure ſuſpenſis, ut j. q. j. c. reperiuntur, & concor. cap. quando. & c. ſi. diſt. xxiiij.

d Igitur. Fac. c. quando. ante ſi. d. xxiiij.

e Continuos. Licet hoc uerbum ſignificet ut non detur aliquod interuallum: ut in cap. cæterum, de reſcript. tamen quòd hic dicitur non eſt ita hebraicè intelligendum: argu. l. quòd dicimus. ff. de ſolut. & cap. quia propter. de elect. poterit ergo interuenire probabile interuallum, cum id nec in ſtipulatione negetur. l. continuus. in princip. de uerbo. oblig. intellige ergo continuationem eſſe debere de die ad diem, ſcilicet, ut nulla de tribus diebus non examinetur, non de continuatione momenti ad momentum, ut dicimus in uſucapione.

f Feſtiuis diebus. Sed an omnib. feſtiuis diebus poſsint minores ordines conferri? reſpon. ut per Abb. in d. ca. de eo. ext de temp. ordi. in fin.

g Die. ſcilicet in ſabbato ſancto, & ſabbato ante dominicam de paſsione. c. de eo. de tem. ordi.

h Romano Pōtifici. Nota ergo ꝙ tempus nō eſt de ſubſtantia ordinis: quia tēporis determinatio circa ordines eſt inducta de iure poſitiuo, ideò nō aſtringit Ro. Pōtificē. Ita Abb. in c. de eo. de tempo. ordi.

i Conſuetudo. Indulgeretur tñ quando conſuetudo eſſet antiqua & multi eſſent ordinati extra tempora: ut in cap. ij. de tempo. ordi. ubi not.

k Ordinandi. c. ij. de temp. ordi.

l Characterem. cap. pen. de tempor. ordin. & ſic not. quòd aliquid factum tenet, licet id fieri non deberetur, ſimile eſt, quòd puer non eſt ordinandus ad ſacros ordines, ſi tamen ordinetur character imprimitur. cap. uel non eſt comp s. de temp. ordin. & not. in cap. uni. de cle. per ſal. prom. & per Abb. in ca. pro illorum de præbend. ſic non debet quis à iudæo uel pagano baptizari, baptizatus tamen non eſt rebaptizandus. ca. j. de ſumm. Trin. & fide cath. & de conſ. diſt. iiij. cap. à quodam. & cap. Romanus.

m Pęnitētia. ſ. arbitraria cum non ſit à iure determinata, l. j. §. ait prætor. ff. de iu. delib.

Con-

tantum præuia in ſuſceptis ordinibus miniſtrare ſubſtinendus erit.

Nec una, nec duabus diebus continuato ieiunio duo ſacri ordines conferri poſſunt.

Sed nec uno die, nec duobus cõtinuato [a] iciunio ad duos quis poteſt ſacros ordines promoueri arbitrariȩ ordinanti ſuſpenſionis imminẽte pœna.[b]

Minores ordines omnes ſimul conferri poſſunt. h.d.

Diuerſum ſtatuitur de minorib. qui omnes [c] uel unica die conferri poſſunt.

Cum promoto per ſaltum poteſt prætermiſſo ordine repetitio diſpenſari. h.d.

Per ſaltum uerò ſi promotus fuerit quis ſolenniter ordine prętermiſſo repetito [d] ex miſericordia miniſtrare permittendus erit.[e]

Promotus ad ſacros ordines furtiuè cõtra prohibitionem prælati, non poteſt fieri ſacerdos, niſi prius fuerit monaſterium ingreſſus, ſecus ſi non contra prohibitionem, quia tunc poteſt Epiſcopus pro arbitrio diſpenſare; & qui non ordinatus ſe miſcuit diuinis, nunquam poterit ordinari. h.d.

Quod ſi furtiuè [f] ad ſacros ordines qs irrepſerit, diſpiciendum erit, an prælati ſub anathemate præceſſerit interminatio. tunc enim nulla ratione ad ſacerdotalẽ poterit [g] ordinem promoueri, niſi regulari habitu ſuſcepto laudabilem aliquandiu duxerit uitam, quo caſu ſecum miſericorditer, diſpenſari poterit: alioq nulla p̃cedẽte inhibitione, condigna ſatisfactione impoſita ꝑ ſuo arbitrio cũ illo poterit ep̃s [h] diſpẽſare. Quòd ſi is, q nullũ adhuc penitùs attigit ordinẽ, diuinũ aliqđ officiũ [i]

a Continuato ieiuno. Quia continuatio iſta fac. de duobus unum, & illa coniungit decimaſexta quæſtione tertia. §. poteſt. uerſi. hinc. de præſcriptionibus. & ſeptima quæſtione prima. c. illud. & c. nihil. ſic cum biſextus occurrit duo dies pro uno cõputantur: ut infra de uerb. ſigni. c. quęſiuit. & ff. de min. l. deniq;. §. minorẽ. Sed arg. cõtra l. cũ hæres. §. Stichus. ff. de ſtatulib. Itẽ contra. c. quod à patribus. diſt. lxxv. Sol. ibi inordinãte diuerſos, hic in ordinãte eoſdem.

b Pœna. Cõcor. ca. literas. de tẽp. ordin. not. quòd diſpoſitio pœnalis loquens de uero, extenditur ad fictum. quod uerum eſt, quãdo in utriſq; militat eadem ratio: ut traditur per Cano. in c. cũ dilectus. & in c. ad audientiam. de elect. & per Io. And. in c. fi. de cõſuet. per Legiſtas in l. oẽs. populi ff. de iuſt. & iure. & in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap.

c Omnes. Habetur in c. de eo. de tẽp. ordi. & in c. pen. & c. fi. de eo qui furt. ord. ſuſc. & utrobiq; not. hoc tamẽ obtinebit niſi in contrarium extaret conſuetudo, illa enim ea quæ de ſe ſunt licita reddit illicita. c. cum olim. de cleric. coniu. & cap. ſuper eod. de cogn. ſpiritu.

d Repetito. Sed quid, ſi nullum quis minorem ordinem habuit, & promoueatur ad ſacerdotium, nunquid recipit ordinem? Quidam quòd non: argu. c ſicut. diſtin. xl. Alij contra in omnibus ſacris præter epiſcopali, ſed alij nec epiſcopalem ordinem uidentur excipere, cum is etiam ſine præsbyterali poſſit conferri: ut ꝑ Abb. in cap. ex literis. de exceſ. prę lat. dic ut no. in c. uni. de cle. ꝑ ſal. prom. & in d. ca. ex literis.

e Erit. c. uni. de cle. ꝑ ſal. perom. & c. ſolicitudo. diſtin. lij. & hoc caſu ſolus epiſcopus diſpenſare poterit ſuo iure: ut no. in d. c. uni.

f Furtiuè. Furtiuè promouetur qui citra cõſcientiam ſui epiſcopi, & ſine examinatione ꝑmouetur. lxiiij. diſt. c. extra cõſcientiam. & c. quãdo. diſt. xxiiij. & c. fi. & ꝑ tot. de eo qui furt. ord. ſuſcep.

g Poterit, Ingreſſus ergo monaſterij nõ tollit irregularitatẽ, licet facilitatẽ diſpenſandi p̃beat, de quo in c. ij. de apoſtat. & fac. c. fi. de eo qui furt. ordin. ſuſcep.

h Epiſcopus. no. caſum in quo ep̃s ſuo iure diſpẽſare põt, de quo dic ut per Abb. in c. j. de eo qui furt. ord. ſus. Item intellige hoc niſi Romanus Pontifex manum appoſuiſſet ſecundũ ea quę ponit Ab. in c. poſtulatio. ext. de cle. excom. miniſtr. num. 10.

i Officium. Niſi ex neceſsitate forte baptizarẽt, quod eſt licitum cuilibet xxx. q. primà. c.

ad

exercuerit, & ab Ec-
leſia erit abijciēdus [a] & nunquàm ordinandus. [b]

Qui nondum baptizatus ordinatus eſt, debet baptizari, & rurſus ordinari. h.d.

De eo qui non baptizatus ordines ſuſceperit, ualdè dubitatū eſt: [c] de quo poſt multam tandē diſcuſſionē obtentū & conſtitutum fuit, ut baptizetur, atque iterum [d] ordinetur, & meritò cum enim baptiſmus omnium ſacramētorum ianua ſit & fundamentum, ſuperædificari [e] nō potuit ubi fundamētum [f] defuit.

Sacros ordines tantum epiſcopus confert. minores interdum & alij, & Epiſcopus qui loco non dignitati renunciauit, ſacros ordines. conferre poteſt. ſecus ſi etiam dignitati, quia tunc ſolum minores confert. h.d.

Illud poſtremò omittendum non eſt, quòd inter minores & ſacros ordines illa eſt differentia, quia maiores ab epiſcopis, minores uerò etiam ab alijs [g] quandoque conferuntur. Vnde de eo quæſitum eſt, qui Epiſcopatui renuntiaſſet an & quales ordines conferre poſſet: in qua ſpecie obtinuit diſtinctio: ut ſi quidem loco tantum quis renuntiaſſet, eos quos ante renuntiationem poterat, rogatus conferre poſsit. [h] Quòd ſi non ſolum loco, uerùm etiam dignitati renuntiauit, minores tantum quis ab eo recipere, & in illis deſeruire, & ad maiores ſi reperiatur idoneus poterit promoueri. Sanè ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis receperit, q[ui]a indignū ſe fecit, officij non habebit executionem, [i] ubi autem

ad limina. & diſt. xciij. c. diacones. etiam hæreticus. c. à quodam. de conſec. diſtin. iiij. dummodo in forma eccleſiæ. xxiiij. q. j. c. ſi quem, & de ſum Trin. & fid. catho. c. j. §. ſacramentum. fac. c. ſi quis per ignorantiā. j. q. j. & infra de ſacramen. §. pen. & §. fin.

a Abijciendus. Verbum hoc deſignat tria ſecundū Hoſt. uidelicet ex cōicationē, priuationem beneficij, & depoſitionē, ut per Ab. in c. j. de cle. excom. mini.

b Ordinandus. Adde quòd tenebitur etiā de falſo ſicut ſimulans ſe habere dignitatem, & non habens. l. eos. ff. de falſ. & per Abb. in cap. primo. de eo fur. or. ſuſce. Sed contra hoc quod hic dicitur facit quod fieri uidemus quotidie, uidelicet quod ſimplex clericus dicit epiſtolam, & non eſt ſubdiaconus. Sol. ſecundū Hoſt. quòd hoc quod hic dicitur habet locū, quando in ſolenni apparatu non ſubdiaconus dicit epiſtolam, uel non diaconus euangelium, uel non præsbyter miſſam: ſecus ſi non in ſolenni apparatu. fac. capitu. ut quiſquis. extra. de uit. & honeſta.

c Dubitatum eſt. Vt in cap. fin. de presbyt. non baptiz.

d Iterum ordinetur. Ex hoc apparet quòd: nullum ordinem recepit, & quod dicit iterum, ad factum refertur. fac cap. j. de presbytero non baptizato: nam ſi primo ordinem ſuſcepiſſet, non ordinaretur iterum. j. q. j. cap. quòd quidam.

e Superædificari. prima quæſtione prima. capit. cum Paulus.

f Fundamentū. Vt diſtin. xxxij. §. uerū. Sed quid ſi iſte nollet de nouo ordinari. Reſpon. remanet laicus, licet non deberet matrimonium contrahere, licet ſi contraheret matrimonium eſſet ualidum. ut per Ab. in cap. j. de præsbyt. non baptiz.

g Alijs. Vt Abbatibus: ut cap. quoniam. diſtin. lxix. & cap. cum contingat. de æta. & qualita.

h Poſsit. Sed quomodo id poterit, cum careat obiectis & ſubiectis? Reſp. ad inuitationem & requiſitionem alterius.

i Executionē. Characterem autem imprimit; quòd ſatis innuit hęc litera, & ſecundum hoc apertè probatur quòd epiſcopatus eſt ordo, & imprimit characterem: aliàs ut quid poſitiuum in totū tolleretur renunciatione: not. Ab. per illū tex. in c. uni. de ordin. ab epo qui renūt. epatui; & de hoc notaui ſupra de ſuſpenſo. Eſt ergo ſuſpenſus qui à. ſuſpenſo recipit ordines. j. q. j. c. ſtatuimus.

c.ſtatuimus. & reſignatio non abſtulit ſibi ordinem,ſed executionem.

non ſcienter (niſi craſſa [a] & ſupina fuerit ignorantia) [b] diſcretus Pontifex diſpenſare [c] poterit.

QVI PROMOVERI NON poſſunt. XXV

Ponit quatuor cauſa: ſiue reſpectus ob quos prohibentur homines ordinari.h.d.

QVoniã uerò præcaueri [d] debet, quod uel infirmari, uel uituperari poteſt: ſciendum eſt quóſdam eſſe qui non ſunt ad Eccleſiaſticos ordines admittendi: quod fieri contingit quatuor ex cauſis: [e] aut enim quis promoueri impeditur ratione ſubiectionis, aut ratione delicti iam patrati, aut ſuſpicione futuri lapſus, aut ob corporis læſionem.

Seruus & libertus non poſſunt ordinari, & ſeruus ordinatus ſciente domino fit ex hoc liber & ingenuus.h d.

Ratione ſubiectionis promoueri impediuntur ſerui [f] eos enim niſi à dominis libertatem conſecuti fuerint nullo debet ordine Epiſcopus inſignire: [g] liber enim eſſe debet, qui diuinæ aggregandus eſt militiæ. [h] Qua propter non ſolum ſerui, ſed nec qui retẽto obſequio [i] manumiſſi ſunt, cum adhuc ſeruitutem quandam ſeruire uideantur

a Craſſa. Vt quando quid publicè notum eſt latè.ff.de uerb.ſign. ſi tamen clericus aliquandiu fuiſſet extra prouinciam, adhuc poſſet dici quòd non eſſet ſua ignorantia craſſa, licet fuiſſet res publicè in loco nota. arg. l.optimã. C. de contrah.& cõſtip. & c.ex tenore.de teſti.& c.cũ in tua. qui mat. accuſ.poſ.

b Ignorantia. Sim.de cle. excõmin. cap. pen. & cap.j.& fin.de or. ab epiſcopo qui renunc.epiſcopatui.

c Diſpenſare.immo non uidetur neceſſaria diſpenſatio, cum probabilis facti ignorãtia ex toto quẽ excuſet. l.error.& l.ignorantia. ff.de iu. & fact. ignor. Reſpõ. licet probabilis ſit ignorantia eſt nihilominus neceſſaria diſpenſatio: quia cum talis ordinatur, non haberet executionẽ ſui officij,cum alijs conferre non potuit.j.q.j.c.ſtatuimus. & j.q.vij.cap. Daibertum, & l.traditio. ff.de acqui.re.dom. & pro non dato debet haberi quod ab illo datur qui de iure dare non poteſt:ut de iure patron.c.quod autem.in fi.alij aliter : ut not.in cap.j.de ordi.ab epiſcopo qui ren.ep.

QVI PROMOVERI NON poſſunt.

d P QVONIAM VERO. Recaueri. No. futura eſſe præcauenda.xxiij.diſt.c.in nomine domini.& diſt.lxiij. c.cum Hadrianus. & j.q.vij. c.conuenientibus.circa princ. & not.in c.j.de ſeru.non ord.unde ſumitur.

e Cauſis. No. uerbum cauſæ,& uerbum rationis, promiſcuè ſumi. Cice.in epiſt.famil. lib.15. ad Catonẽ. Cũ autem ad Cybiſtra, propter rationẽ belli quinque dies eſſem moratus. fa. l.eas obligationes. ff.de cap.dimi. quidam tamẽ inter hęc differẽtias ponũt:ut per Ioan. Monach.in c.fi. de iura.calũ.

f Serui. Intellige de Chriſtianis: nam de alijs nulla eſt dubitatio, cum careant baptiſmate,ut ſupra titulo proxim. §. de do. de iure enim etiam fideles iuſto bello capti, capientium fiunt ſerui:ut per Inno. in c.ſicut.de iureiur.licet cõſuetudo ſeruet cõtrarium : ut per Ab. in cap.j.de cõuer. infidel. fac.tit. de coniu.ſeru. ꝑ tot.

g Inſignire.Sed uidetur quòd nõ ſit curandũ de origine,uel nobilitate.c.uenerabilis.de pręb.& c.ad decorẽ. de inſt. Sol de origine alia non ſeruili nõ curatur.ſed de ſeruili bene curatur,ut hic. & c.j.de ſer. nõ ordi. & c.cõſuluit.eo.ti.& c.j.de fil.presbyt. Simile eſt ꝙ de notabilitate ſanguinis non curaẽ, ſed bene de nobilitate cõuerſationis.c.cũ deputati.de iud.& de cle.pere.ꝑ tot.ut ꝑ Ab.in.d.c.j.

h Milite. Sic c.nullus. diſ. 54.fac. illud Euag. non poteſtis duobus dominis ſeruire.

i Obſequio. Vt c.quicũq;.diſ 54.ſed cõtra.c. nullus.ext.de ſer.non ord. Sc l.operas ſpirituales põt dominus in ſeruo ad ordinandũ manumiſſo

tur, ſunt ad clericatus ordinem promouendi. quòd ſi contra factum fuerit, tam ordinantis quàm eius qui ſacro præcinctus eſt cingulo, canonicis pęnis [a] coercenda eſt audacia. Si tamen ſeruus ſciẽte [b] Domino fuerit ordinatus, ex hoc liber erit & ingenuus. [c]

Manumiſſus ab Eccleſia, ut eidem ſeruiat in diuinis non poteſt ſe transferre ad aliam Eccleſiam, ſecus ſi ſimpliciter fuerit manumiſſus. hoc dicit.

Quòd ſi quis Eccleſiæ ſeruili cõditione obnoxius ab eadẽ manumittatur, ut inſignitus ordine clericali in ea perpetuo ſeruiat [d] in diuinis, liber factus & ordinatus ad aliam ſe transferre nõ poterit, ſed ſi abſolutè [e] manumiſſus fuerit ad aliam transeundi non erit licentia deneganda.

Monachi non ordinantur niſi de licentia Abbatis.

Monachi quoque niſi de ſui fuerint Abbatis [f] uoluntate prępoſiti, ad Eccleſiaſtica nõ ſunt officia promouendi.

Licentia conceſſa à ſuperiore religioſo, ut poſſit conſentire prouiſioni de ſe factæ, non ualet. h.d.

Strictius [g] adhuc agitur cum religioſis non ſolum circa ordines, ſed etiam circa electionem, uel prouiſionem [h] quamlibet ſi cui enim à ſuperiore ſuo licentia concedatur, ut electioni, uel prouiſioni, ſi quàm de ipſo fieri contigerit, ſuum accommodare poſſit

miſſo retinere, ut ibi: ſed non temporales, ut hic, dũ tamẽ dictas ſpirituales operas retineat in continenti poſt manumiſſionem: ut per Ab. in d. cap. nullus.

a Pœnis. Vt in cap. rebus. & c. ex antiquis. & c. ſi ſeruus. & per tot. diſt. liiij.

b Sciẽte. Arg. de taciturnitate quòd pręiudicet. fac. cap. ij. de his, quæ fi. à prælat. & xxvj. diſ. c. diaconus. ubi no. & diſ. xxviij. c. diaconi.

c Ingenuus. Sed quomodo erit ingenuus, cum ingenuus is ſit, qui liber naſcitur. inſt. de ingen. in prin. expone ingenuus, id eſt, plenè liber, adeò ut dominus nullum ſibi obſequium deberi poſſit prętendere: ut not. Abb. in ca. j. ext. de ſer. non ordi. Quid ſi ingenuus factus operas pactas detractet præſtare? Reſpon. ut in c. nullus. de ſer. nõ ord.

d Seruiat. Sed immo non uidetur poſſe tradi libertas ſub conditione, ut quis eccleſiæ ſeruiat, uel ordinẽ ſuſcipiat, nec temporali pᵗ pro ſpirituali tradi. j. q. ij. c. quàm pio. & capitulo primo. de ſerui. non ordinan. & cap. fin. de pact. quidam quòd hic eſt modus non conditio, quòd ſatis deſignat dictio, ut, ad not. per Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demon. uel aliter ſpiritualis res eſt libertas, & ideò poteſt uenire in commutationem cum alio ſpirituali, uel aliter quòd hic ponitur potius ſonat in moditionem, quàm in modum, uel cõditionem. c. ſignificaſti. de ele. uel dic ut no. per Gloſſ. & Ab. in capit. eo libentius. ubi ponuntur & aliæ ſolutiones.

e Abſolutè. Id eſt, abſque ullo pacto ut eccleſiæ ſeruiat, uel abſolutè, id eſt, ſimpliciter ut ſeruiat eccleſiæ non addendo quòd ꝑpetuò ſeruire debeat.

f Abbatis. Et non ſolum Abbatis ſed etiam monachorum requirenda uidetur uoluntas. xix. q. iij. c. ſtatuimus. hæc enim eſt quædam alienatio, unde non poteſt fieri ſine conſenſu omnium. xij. q. ij. c. ſine. fac. c. j. & quòd ibi not. & c. ij. diſ. lviij. & xvj. q. j. c. ſi quis monachus. & c. cum pro utilitate. poterit autem talis monachus ordinari nõ ſolum à prælato in cuius diœceſi conſtitutum eſt monaſterium, uerum etiam eius diœceſis i qua natus eſt, ſecundum Ab. in c. poſtulaſti. de fo. compet.

g Strictius. Id eſt, ſtrictè uel ſtrictius quàm regulariter cũ cæteris ꝑſertim ſecularibus clericis.

h Prouiſionẽ. Latũ uerbũ, & comprehendere poteſt nominationem, poſtulationem, pręſentationem, & collationem, & fac. quod not. de elect. in vj. c. ſi compromiſſarius. §. idem.

i Si quam. Licet hic uideatᷣ reprobare licentiam generalẽ & meritò, quia forſan eligeretᷣ ad locũ cui nõ expediret illũ præficı, & forſan

prælatus

prælatus licentiā ſpecialē daturus nō eſſet ad illū,tamē idē uidet dicendū de ſpeciali, uel ſi exprimat locus,puta,ꝙ conſentire poſsit ſi eli gat ad talē ꝑlaturā,forte uacantē,cū ibi ſit eadē ambitionis ratio:ut no.in Clem.ſi.de elect. unde ſumitur.

conſenſum, a quia ambitionis b uitio uiā parat talis licētia nullius c firmitatis d exiſtet.

Non pōt quis ab extraneo Ēpo ordinari,niſi de licentia ſui ordinarij, quā cōcedere poterit etiā Vicarius & capitulum,ſi ſedes uacet,uel qui adminiſtrat.h.d.

Pari rōne cōſtitutū eſt,nc qs alienæ e diœceſis uirū ꝑter ꝓprij ſuꝑioris f licentiā ordinare audeat,quā tamē Ēpo in remotis g agēte, dare peterit ipſius in ſpūalibus Vicarius gnālis,uel ſedeuacāte capitulū h, ſeu is ad quē i tunc tpis adminiſtratio ſpiritualium noſcit ꝑtinere.

Itali Ēpi nō debent ordinare Vltramontanum, niſi de licentia Papæ, uel ſui ordinarij.hoc dicit.

Et hoc quidem non ſolum obtinet Italis ordinari flagitātibus uerūm etiam exteris. Etenim illos nullus Italicus k Ēps ordinare debet, niſi uel à Sūmo Pōtifice ſpecialē hēat licentiā,uel ab

a Cōſenſum.Pōt tamē & debet ex poſt facto intra tēpus, iudicis arbitrio moderandū, quęrere ꝑlati ſui licētiā, ut electioni poſſit ſuū conſenſum accōmodare:aliàs amittet ius ſibi ex hmōi electione quęſitū: ut in extrau.Bene dicti xj.ſub tit.de elect. quæ incipit ſi religioſus.

b Ambitionis. Quæ ſæpe religioſorū oculos excecat:ut c. quorundam de electiō. in vj.

c Nullius. Per hoc dicendū eſt, ꝙ etiam electioni prius factæ ipſo religioſo ignorāte,cōſentire nō poſſet, quaſi ſup certo danda ſit talis licentia. fac.c.j.de cōceſ.præb. in vj.in uerb.ſubiunctum. in fin. & not. in Clem.fin.de elect.

d Firmitatis. Si ergo ex tali licentia cōſentiret,cōſenſus nō ualeret, & priuatus eſſet omni iure ſibi ex electione quæſito.c.ſi religioſus j. reſp. de elect. in vj. uidetur tamē ꝙ talis licētia data clerico ſeculari de cōſentiēdo & tranſeundo ualeret:quia quo ad ſolū cōſenſum nō eſt neceſſaria. propter uim enim profeſſionis magis notatur ambitio in profeſſo, & licet actiua poteſtas eligendi nō detur ad beneficiū non uacans.c.conſtitutus.de conceſſ.præb.paſſiua bene datur,ca.fi.de fil.presby. cap.primo. & capitulo ſecundo in vj.& not. in Clemen.fi. de electio.

e Alienæ. Quid ſi proprium quidem clericum ordinare nelit, uel iudicare, ſed tamen in aliena diœceſi? Reſpon. non poterit id facere, niſi de conſenſu diœceſani, & clerico-

rum ipſorum: ut per Abb.in capitulo ex tuarum. & in capitulo quia nos. de aut. & uſu pal.

f Superioris. Superior autem hoc caſu dicitur epiſcopus: ut in c.cum nullus.de temp. ord. in vj. excipit tamē ab hac generalitate caſus qui ponitur in dicto cap. cum nullus. §.fin. Datur tamē cautela ad recipiendum ordines ab epiſcopo non ſuo ſine proprij epiſcopi licentia, uidelicet, ut quis beneficium obtineat prius ab alio epiſcopo, nam tunc enim cum ratione beneficij incipiat eſſe ſubditus conferentis, poterit ab eodem ordinari, de quo latè per Abb. in cap. cum iam dudum. de præbendis.

g Remotis.Erit autem arbitrariū iudici quis locus dicat remotus:ut not. & poſt multorum opin.terminatur in dict. cap. cum nullus. de temp.ordin. in vj.

h Capitulum. Quod ſede uacante ſuccedit & adminiſtrat. cap.penultim. & cap.fi.de ſup. nego.præla. in ſexto. hanc tamen licentiam non dabit hodie capitulum, uel alius ſede uacante adminiſtrator, niſi poſt lapſum anni à die obitus ipſius epiſcopi, niſi in caſu, ita diſponente concilio Tridentino ſub Paulo tertio. ſeſſione ſeptima. capitulo decimo. & intra annum contra tenorem dicti concilij ordinati, ſi ſint in minoribus nullo clericali beneficio gaudent, in maioribus uerò ab executione ordinum ad beneplacitum futuri prælati ſunt ipſo iure ſuſpenſi.

i Ad quem.Puta uiſitator.cap.quoniam.diſtinctione ſexageſimaprima.& capitulo fin.de ſupp.negli.prælat. in ſexto. & cap. is cui. de præbend.

k Italicus epiſcopus.Vel alius qui habeat poteſtatem

teſtatem conferendi ordines,ut ſunt abbates, iuſta not.in cap.cum contingat.de ætat. & quali & diſt.lxix.cap.qm̄ uidemus. & habeť in ca. abbates.in fi.de priuil.Itē interdū & præsbyteri habēt talē facultatē:ut no.in c.j. de tēp.ord. in vj. unde ſumitur.Sed quid ecōtrà, ſi epiſcopus ultramōtanus ordinare uelit Italicū? Reſpondeo ut not.in d.c.j. Item quid ſi Italicus ep̄s, laicum ultramontanum ordinet in clericum? Reſpōdeo ut not. in eodem cap.j.

cepto,uel de conſilio, ꝙ quis dediſſet tanquā priuatus, per not.in l.j.C.de ſer.fugi. de accuſante autem dic ut infra. eo.§. idem & de clericis,& ꝑ Ab.in c.accuſaſti. de accuſatio.de auxiliāte minor uel nulla eſt dubitatio, ꝓ ea quæ tradunť in ca.j.de offic. deleg.& per Abb. in cap.j.de poſtul.prælat.

Epiſcopo, de cuius diœceſi traxerit originē ordinandus, uel in cuius diœceſi beneficiatus exiſtit, ꝓ eius parentes,literas [a] cauſam rationabilem cōtinentes, quare ipſum nolit uel nequeat ordinare, & ij qui contrauenerint cēſuris canonicis coercentur, prout latius ex Clementis IIII. conſtitutione [b] apparet.

Homicida uoluntarius nō poteſt promoueri, & promotus eſt deponendus, ſecus de neceſſario.h.d.

Patrati delicti ratione quis ordinari ꝓhibetur: ut cum homicidium, aut aliud capitale [c] crimen facto,[d] aut præcepto,[e] aut conſilio [f] perpetrauerit, & per ſurreptionem promotus, deijciendus erit.dicēte Domino, [g] *Si quis per induſtriam,* [h] *aut per inſidias hominē occiderit, ab altari meo euelles* [i] *eum.* De eo itaque homicida intelligendum eſt, qui uoluntate committit homicidium. [k] Cæterum ſi qui neceſsitate maxima [l] arctati effugere [m] nullo pa-

a Literas. Nota duo epiſcopalia, primò caſum in quo ſcriptura requiritur, de quo habes ext. de probat.cap.iij.& no. in cap.j. de cēſ. in vj. Secundo ꝙ nō ſufficit licētia niſi exprimatur cauſa.ſimile, ca.cum medicinalis. de ſententia excom. in vj.

b Conſtitutione. Vt in ca.j.de temp.ordi.in v.j.ubi habetur quòd circa ordinatos contra illam decretalem diſpenſari non poteſt,niſi per Papam,uel de ſpeciali licentia Papæ. adde tu quòd nouiſſimè quòd etiam cum licentia ſui ordinarij non poterunt ordinari ab alio, quā ab epiſcopo qui reſideat, aut ab eo qui pro eo pontificalia exercet,& diligenti pręuio examine:ut in concilio Tridentino ſub Paulo III in vij.ſeſsione,cap.xj.

c Capitale crimen.Vt ſi chartam falſet, aut falſum teſtimonium dicat, c.ſi epiſcopus.diſ.l. & cap.in memoriam.diſtin.xix.& v.q.vij.cap. præsbyteri.

d Facto.Vt miles.

e Præcepto.Vt iudex.

f Conſilio. Vt aſſeſſor, & ita ex conſilio punitur aliquis,contra illud.l.ij.in fi. & l. deniq; ff.mand.Idē intelligo & multo magis de pręcepto...

g Domino. Vt in exodo c.xxj. & in cap.j. de homicid. & de hac materia uide latiſſimè per Specul. in tit.de diſpenſationibus.§.iuxta. numero 39.

h Per induſtriā. Nota ꝙ uerbum induſtria,ſumitur quandoq; in malam partem, & ex pone per induſtriam, id eſt, ex propoſito, ſic dolus aliquando in bonam partem, puta ſi ſit dolus contra hoſtes, l.j.ff.de dolo.ma.

i Euelles. Licet iſta uerba multiplicē habeāt intellectū, ut per Ab. in c.j.de homi.oēs tamen aliquo pacto ad hanc materiam adaptari poſſunt.

k Homicidium, quod & tūc diceť admiſſum cū quis dat abortioni cām,c.ſicut.ij.ubi Abb. de homicid.& infra.de homicid.§.pen.

l Maxima. Quo caſu etiam ſi eſſet in actu celebrandi liceret clerico ſe ipſum defendere, & aggreſſorē interficere, & ad celebrandū redire,ſi nō poſſit ſe aliter defendere, ſecundū.Io. de ligna,quē ſequiť Ab.in c.ij.de ui. & honeſt. clerico.& not. ꝙ debet eſſe maxima hæc neceſſitas,ut excuſet,concor.c.de his, & §. quod uerò.diſt.l.& Clem.uni.in fi.de homicid.

m Effugere. Tenetur enim potius fugere, q̄ ſeipſum defendere, ut per Abbas, & alios in cap. ſuſcepimus. de homicid. Sed quomodo probabitur hæc ineuitabilis neceſſitas? Reſpondeo in foro contentioſo non crederetur

oc

occidenti: ſed per circunſtantias occurrentes eſſet hoc iudicandum, in foro autem pœnitentiario crederetur hoc aſſerenti, cap. ſignificaſti. ij. de homicid. c. tua. de ſponſal. not. in Cle. unica. de homicid. quomodo autem fiat defenſio tutelæ inculpatæ, habetur p Abbat. in ca. olim. de reſti. ſpolia.

a Incurrunt. Vt Clem. uni. de homic. Sed cōtra d. l. §. quod uerò. & c. de his. ubi talis homicida purgatur per pœnitentiā. Solu. illud de iure antiquo, hoc nouo, uel illa pœnitentia iniungitur ad cautelam. Vel ibi de clerico homicida, hic de laico, prima uidetur uerior: ut not. in d. Clem.

b Occaſione. Occaſio quandoque ſumitur ī malam partem, ſcilicet pro excuſatione friuola, cap. ſolitæ, de ma. & obed. quandoq; in bonam: ut in cap. j. ut eccleſ. benefi. ſin. dim. confe. ubi Abb. hoc eſt pro cauſa impulſiua, de quo per Doct. in d. cap. ſolitæ, & per Moder. in Rubrica. C. qui admitti ad bon. poſſe.

c Ludo. Arg. quòd & contra. An clericis ſit licitum ludere, fac. ad hoc cap. continebatur, ca. de cætero. & cap. dilectus. & capit. exhibita. de homicid.

d Contra infideles. Quòd pariter eſt illicitū clericis, de quibus eſt intelligendum quod hic dicitur, cap. pe. ubi Doct. de homi. & per Abb. & alios in cap. quod in dubijs. de pœnit. & in cap. ſententiam, ne cle. uel monach. ubi quid ſi hortatus eſt alios ad bellum, quid ſi præparauit arma? quid ſi fiat capitaneus? & ratione

cto ualentes homicidium admiſerint, nullam ex hoc irregularitatem incurrunt. a

Fortuitum homicidium cōmiſſum dum dabatur opera rei illicitæ impedit quem promoueri h.d.

Quod ſi neque uoluntarium fuerit, neque neceſſarium, ſed fortuitum, diſtinguēdum eſt, num is cuius occaſione b perpetratum fuerit illicitæ rei daret operam an licitæ? Si illicitæ rei dans operam, ut putà, uetito ludo c incumbēs, caſu homicidium perpetrauerit, uel bello etiam contra infideles d ſeſe immiſcens, uolēs e Chriſtiani nominis hoſtem interfecerit, nec ad ſacros ordines promouēdus eſt, & promotus non ſolùm ad ſuperiores f aſcendere prohibendus eſt, uerùm etiam in ſuo miniſtrare, planè ex diſpenſatione g in inferiore miniſtrare ſubſtinendus erit.

Si dans operam rei licitæ ex negligentia, homicidium commiſit, irregularitatem incurrit, ſecus ſi non ex negligentia, ſed mero caſu. h.d.

Sed & ſi licitæ rei opera dabatur, nec tamen debitā quis operi ſuo adhibuit diligētiam, h ex quo homicidium ſequutum eſt, ab omni miniſterio altaris excludēdus erit, quod in eo reſpōſum eſt, qui puerum intuitu diſciplinæ ita percuſſit, ut ex percuſſione expirauerit, i uel

perſonæ etiam chirurgica dicetur res illicita, cum clericus non debeat illam exercere, cap. tua, ubi Abb. tam in princ. quàm in §. j. de homicid.

e Volens. Secus ſi coactus, ut ſupra. eo. §. proxi. & Cle. j. de homicid. & per Abbas in ca. quod in dubijs. de pœn.

f Ad ſuperiores. cap. lator. de homicid. contra ſolue. ut not. in c. continebatur. eo. titulo.

g Ex diſpenſatione. Sed utrum circa hoc ordinarius diſpenſet iure ſuo? Reſpondeo circa ſacros ordines non. Sed tanquā Papæ cōmiſſarius, qui poteſt & promouere ad maiores ordines diſpenſatiuè: ut in cap. continebatur. de homicid. ſed circa minores ordines ordinarius diſpēſat proprio iure. Ita no. in d. c. continebatur. & cap. ad audientiam. & per Abb. in capi. preſbyterum. eo. titulo.

h Diligentiam. Ergo ſi medicus laicus qui uelit nunc clericari adhibuit ęgrotantibus debitam diligentiam, licet ad manus ſuas aliqui mortui ſint, non propterea efficitur irregularis, de quo per Abbas in capit. ſententiam. ne cle. uel monach. & in capit. ad aures, de æta. & qual.

i Expirauerit. Et ita exceſſit fines diſciplinæ. unde in culpa fuit, l. præceptoris. ff. ad leg. Aquil. leuis enim tantum caſtigatio permiſſa eſt docenti. l. ſed & ſi. §. fina. cum. l. ſeq. ff eod. titulo, xxiij. quæſt. v. capit. j. circa fi. & de ſententia excommuni. capit. cum uoluntate. Arg.

ex ea in aliã [a] infirmitatem incidit, ex qua compertum fuit expiraſſe, Præceptoris [b] enĩ nimia ſæuitia culpæ aſsignatur. Diuerſum ſtatuitur ſi nulla culpa ſubſit, ut in eo accidit [c] quo campanas pulſante, ut ſigno dato conueniret [d] populus ad diuina, tintinabulum cadens, ita ſubiectum puerũ percuſsit, ut ex uulnere deceſſerit, nam cum is culpæ penitus expers fuerit, nullam incurriſſe noſcitur irregularitatẽ, [e] etiam ſi de homicidio ueniam poſtulauerit. [f] Bonarum enim mentium [g] eſt ibi etiam culpas agnoſcere ubi culpa non eſt.

Infantes, furioſi, dormientes ex commiſſo homicidio nõ incurrunt irregularitatẽ.h.d.

Idem conſtitutum eſt de infantibus, [h] furioſis, [i] & de dormiẽtibus, [k] qui ſi hominẽ mutilent, uel occidãt, nullam ex hoc irregularitatẽ contrahũt.

contra, capit. ſi quis non iratus.xv.quæſt.j.ſed ibi quãtum ad gratiam innocens eſt, non quãtum ad legem promotionis:ut not.in cap. preſbyterum.de homi.unde ſumitur.

a Aliam.Arg.quòd ita puniẽdus eſt qui cauſam cauſæ præſtat, ſicut & qui proximam cauſam,cap. de cętero. de homicid. arg. contra ff. ſi quad.paup. fec.dica, l.ſi. ſol. ut no. in cap. presbyterum. de homicid. Quid ſi percuſſus conualuit, & poſtea recidiuauit? Reſpõdeo ad huc idem: ut not. in d. capit.presbyterum.

b Præceptoris. l. præceptoris .ff. ad leg. Aquil.

c Accidit. c.dilectus. cap.Ioannes.c.tua.§.ſi.ext. de homicid.

d Conuenire. Secus fortè ſi importunè per laſciuiam pulſaret, nec enim pulſari debet niſi pro certis negocijs, & ad certos actus de quibus per Abb.in cap.j.de offic.cuſto.ante ſi. Idẽ fortè ſi habuit campanam quis, cum ſibi nõ liceret, campana enim ſignum eſt loci publici, uel ſacrati, licet, & in oratorijs priuatis haberi poſſit campanella: ut per Ab. in c.pactibus. de priuil. & per Bart. in l.ij.C. de decur.lib.x.

e Irregularitatem. Abſit enim quòd ea quæ propter bonum facimus nobis imputentur, ſi præter uoluntatem noſtram alicui quicquam mali contingat, xxiij.q.v.c.de occidendis.

f Poſtulauerit. c. uenerabilem. de election. contra ſol. ibi iudicialiter hic extra iudicium ſecundum Hoſt.& Ab.in c.exhibita. de homi. unde ſumitur: Vel hic poſtulata fuit uenia ad cautelam, unde culpa non arguitur, ca.ſolet.de ſententia,excom.in vj. Ab.poſt Inno.in c.cum di[...]cus. de ordi.cogni.& per Doct. in cap.ueniens.de renunt. Alij dicunt quòd in cap.uenerabilem, non probatur id ad quod allegatur: ut per Ab.in d.cap.exhibita.

g Mentium.c.ad eius.in ſi.d.v. & xxij.q.ij.c. cum humilitatis.

h Infantibus. Id eſt, minoribus ſeptennio l. ſi infanti.C.de iu. delib. cap.uni.de ſpon.imp. lib.vj.nã quidquid illa ætas uidet ignorat, l.j. C. de fal. mo.niſi ſit doli capax, qđ uix põt accidere, Ab.i c.j.de delict. puerorũ. Inde eſt quòd ex taliũ ſpõſalibus nõ cõtrahitur publica honeſtas, ca.literas. de ſpon.in pub.

i Furioſis. Furioſus enim ſiue cõtinuo furore laboret, ſiue per interualla, q̃ diu furit, pati põt iniuriã; ſed non facere: ut ff.de iiu.l.illud. canonizata xv.q.j. c.illud. & quod p eũ fit habetur perinde ac ſi caſu aliquo accidiſſet ſine facto pſonę: ut ff.de admi.tut.l.ſi.unde ſi damnum dat non tenetur Aquilia: ſed eſt perinde ac ſi quadrupes feciſſet, uel tegula cecidiſſet: ut.ff.ad l.Aquil. l.ſed & ſi quæcũque,§.ij.& idem ibi dicitur de infante, & alibi dicit quòd infans uel furioſus ſi hoĩem occiderit lege Cornelia non tenetur, cũ alterũ innocentia cõſilij, alterũ fati infelicitas excuſet: ſatis ergo ſuo furore punitur. l.pe. in ſi.ff de parri.& l.diuus.la.j.ff.de offic.pſid.& afflicto nõ eſt addenda afflictio.vij.q.j.ca.cum percuſſio, & c.pe.de cle.ęgro.& l tam de mẽtis C.de epiſ.audi. Sicut ergo furioſus non teſtatur, l.furioſum. C.qui teſta.fa.poſſ.c.ſi. de ſucceſſ.ab.inteſt.nec religionem profitetur. xvij. q.j.c.Condiſaluus & de regulari.c.ſicut tenor. Nec matrimonium contrahit, cap.dilectus. de ſponſal. Nec baptizat, j.q.j.§ ecce quando, Nec baptiſmum recipit niſi in caſu, cap.maiores.de baptiſ. Ita nec occidendo irregularitatẽ contrahit, ut hic, & Cle.j.de homi.fac.iij.q.ix. cap.indicas, & no.in d. Cle.j.

k Dormientibus. Sunt enim quidã qui dormientes agunt, ut recenſet Bart. de quodã in ciuitate

Clerici facientes querelam de ſuis malefactoribus, non ſiunt irregulares, etiam ſi Iudex mortem illis inferat. h.d.

Idē & de clericis, qui de iniurijs ſibi illatis apud Iudicem cōqueruntur, proteſtātes [a] quòd ad uindictā, ſeu ſanguinis pœnam non intendunt. Nam ſi Iudex Iuſtitia exigente [b] mortē delinquentibus inferat, accuſatoribus imputari non debet: alioqui ſi propter huiuſmodi metum, quia ſcilicet Iudex ad pęnam ſanguinis poſſet procedere, ſic conqueri [c] nō auderent, daretur [d] pleriſque materia trucidandi eos, & ipſorum bona paſsim inuadendi.

Publicè pœnitentes nō poſſunt promoueri, poſſunt tamē ex neceſſitate deputari in aliqua minorum ordinum h.d.

Pęnitentes [e] quoque tàm ad ſacros ordines, quàm etiam infimos promoueri non debent: quod utique nō de omni pœnitente intelligendum eſt, ſed de eo tantum quē publicè, ac ſolenniter [f] pœnituit: quæ pœnitentia ſemel [g] tātum in Eccleſia conceditur. Placuit tamē Toletano Concilio, ſi neceſsitas, aut uſus [h] exegerit inter hoſtiarios, uel lectores huiuſmodi pœnitentes poſſe collocari. [i]

Qui exercuerunt officia ſecularia, ſi honeſti ſunt poſt reddita ratiocinia, poſſūt ordinari; ſecus ē de uſurarijs. h.d.

Ijs illi ſimiles ſunt qui negotijs, [k] & officijs ſecularibus [l] ſeruiunt: quorum tamē uita ſi poſt depoſita onera, [m] & reddita ratiocinia depræhenſa fuerit inculpata, omnibus poſſunt muneribus honeſtari. Quòd

ciuitate Piſarum in l.ut uim.ff.de iuſti.& iure. fac.c.maiores.§.uerum.de baptiſmo, & Cle.j. de homi.& l.j.§.furioſus.ff.de acqui.poſſeſſio.

a Proteſtantes. Not. quòd requiritur quòd expreſſe proteſtet. nec ſufficit tacita proteſtatio. ad idem cap. nullus. & cap. indemnitatibus. de elect. in vj. & cautè faciet clericus ſi de hac proteſtatione faciet fieri publicū inſtrumentum fac. ca. ex diligenti. in fin. de ſimo. & quod not. in c. cū in iure de offi. deleg. & cap.ij. de homic. in vj. unde ſumitur. an aūt, & qūo poſſit clericus poſtulare in cauſa criminali, uide per Abb. in cap.j. de poſtul.

b Exigente. Vt eſt caſus in ca. poſtulaſti. de homicidi. Idem ſi contra iuſtitiā iudex proceſſiſſet ad pęnam ſanguinis, ut not. in cap.ij. de homicid. in vj.

c Sic conqueri. Scilicet proteſtātes expreſsè: ut in hoc §. in prima notula.

d Daret. Quod eſſe nō debet l.cōuenire.ff. de pact. do. facit xxiij.q.v. c.unū ſolum.

e Penitentes. Concor. c. ex pœnitentibus. & cap. canones. cum pluribus ſimil. diſt. 50. & diſt. lv. cap. ex pœnitentibus. cum tribus ſeq. & c.j. ext. de bigam. vtrum autem excommunicatus poſſit ordinari, per Ab. in cap. cum illorum. de ſententia excomm. ubi & an religionem ingredi.

f Solenniter. Vt in c. ſi quis poſt § j. & c. placuit. ante fi. diſt. 50.

g Semel. c. uir autem. ibi Ab. de ſec. nupt.

h Vſus. Id eſt, utilitas. neceſſitas enim & utilitas inducunt diſpenſationē, j.q vij. c. tali. & ſupra de transl. it. in prin. uel uſus, id eſt cōſuetudo. ſic arg. quòd conſuetudo attenditur circa ordinandos: ut no. d.xij. c. nos cōſuetudinē.

i Collocari. Vt c. placuit. j. d. 50.

k Negotijs. Secus ſi det operam artificio. quod licet clerico. differt enim artificium à negotiatione: ut ponit Ant. de But. & Ab. in c. fi. in fi. in quadam additione. de uit. & honeſt. clerico.

l Secularibus. Quales ſunt procuratores, actores, executores, tutores pupillorū, de quibus plenè p Ab. & doct. in ca. j. de obli. ad ratioc. redd.

m Poſt depoſita onera. Idem ſi ante ſi parati ſint dare idoneos fideiuſſores pro adminiſtratis, ſecundū Vinc. Hoſt. & Ab. in ca. j. de obli. ad ratiocin. red. per l. reſcripto §. debitores. ff. de mu. & ho. & p l. quiſquis emerſis, C. de epi. & cleri. p quæ iura dicit Hoſt. obligatum ex cā mutui uel ſimili ab ordinando nō repelli. Sed quid ſi debitor ex diſſimili cā, puta ex adminiſtratione uniuerſali fuerit promotus? Rēſp. ꝙ non patietur ꝑ hoc: ſed bona eius dabūtur creditoribus,

in ſolutum, quæ ſi non ſufficiant tenebitur eþs de ſuo. quia abſtulit ordinato occaſionē negotiandi & lucrandi: ut plenè not. in d.c.j.

a Vſuras. c.j. c. de Petro. & c. ſi quis. d xlvij.

b Obſtulerit. c. maritum. in fi. diſt. xxxiij.

c Pertinaces. Nota ꝙ hoc uerbum non ponitur in cap. ſeditionarios. diſt. xlvj. unde ſumitur, ſed ē omnino neceſſarium, uel ſaltem ualde oportunum ex duobus, primo quia ſi quis aliqñ ultus fuerit iniuriam & pœnituerit, non eſt repellendus ab ordinatione. Vnde pertinax dicit̃ qui uult perſiſtere in ſuo errore, & nō uult ſe corrigere, cap. qualiter. j. ubi Abbas in pric. de accuſat. Secundo dā tur caſus ĩ quibus quis pōt iniuriam ulciſci ſine peccato: ut no. in cap. & quī emendar. diſt. xlv. & in ca. ſi quis erga. ij. q. vij. quibus caſibus nō poterit appellari ꝑtinax, cum id faciat lege permittente.

d De fure. No. in hoc §. quiq; q̃ requirunt̃ ad hoc ut fur promoueri poſſit. Primum, quòd ſponte cōfiteatur. ſecūdū, quòd ſatisfaciat dānum paſſo. tertium ꝙ egerit pœnitentiam. quartum ꝙ ſit aliàs idoneus. quintū ut non ſit infamia aſperſus. Idem no. per Ab. in c. fi. de furt. q̃ malè ſeruata fuerunt in famulo quodā meo fure qui me ſpoliauit pecunia, & nūc eſt clericus ditior me.

e Spōte. Mitius ergo agit̃ cū eo qui eſt ſponte cōfeſſus, q̃ cū conuicto c. presbyterū. d. 50. & xij. q. j. c. non dicatis, qđ intellige niſi confiteatur timore futurarū probationū, tunc. n. nō vr̃ ſpōte cōfeſſus. l. nouiſſimè. ff. qđ fal. tut. aut. & per Ab. in c. de hoc. de ſimo. & in ca. atſi clerici, de iudic. arg. contra quòd non ſit parcendū ſi delictum ſit ex malitia perpetratū nō ex lapſu & ſimplicitate, ex his quæ ponit Ab. in ca. inter corporalia. de translat.

ſi quis uſuras [a] dū negotiaretur exercuiſſe compertus fuerit non ſolùm ordinandus nō eſt: uerùm etiam ordinatus deponendus. Mens enim auida, nec abſtinere nouit uetitis, nec gaudere conceſsis.

Simoniaci, ſeditioſi, & iniuriarum ultores ordinari nō poſſunt. h.d.

Idem ſtatuendū eſt de eo, qui quaſi dona Dei empturus pecuniam ad imitationem Simonis obtulerit, [b] idem & de ſeditioſis, & his qui propriarum iniuriarum pertinaces [c] fuerint ultores.

Fur occultus poteſt poſt reſtitutionem, & pœnitentiam ad ſacros ordines promoueri. hoc dicit.

De fure [d] an ad ſacros ordines promoueri poſsit, quæri poteſt. & ſi quidem ſpontè [e] furtum confeſſus damnum [f] paſſo ſatiſfecerit, [g] & pœnitentiam peregerit, ſi alio qui idoneus fuerit, nec ſuper furto manifeſta reſperſus ſit infamia, [h] ad ſacros ordines proculdubio promoueri poterit.

Baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter, & rebaptizati nunquàm ordinantur. h.d.

Sed etſi nullū quis delictū perpetraſſe depræhendatur, quod illum à ſacris excludere ualeat miniſterijs, adhuc tamen ſi uel de fide eius, uel continentia ſuſpicio ſit, promouendus non erit. Vt ecce ſi quis in ægritudine [i] conſtitutus, baptizatus fuerit, quia fides eius non ex uoluntate, [k] ſed ex

f Damnum paſſo. Intellige ergo quod hic dicit̃ de eo qui rem alienā ſurripuiſſet, nō de eo q ſurripuiſſet rem propriam ab alio poſſeſsā. hic enim quāquā malè faciat, & pœnitere debeat, tamē ad reſtitutionem nō tenetur. cū nemini dānū inferat retinēdo ſuū, ut per Ab. poſt Inno. & Io. And. in ca. olim. de reſtit. ſpol. in fi.

g Satisfecerit. Aliter enim pœnitere nō pōt dummodo ſatisfacere poſſit. xiiij. q. vj. ca. j. & de homic. cap. ſicut. §. eos, & de uſur. cap. cum tu.

h Infantia. Scilicet facti quæ grauat opi. l. ij. ff. de obſeq. à lib. præſt. & à promotione repellit, ca. tantis. diſt. lxxxj. & ca. laici. diſt. xxxiij. & cap. omnipotens. de accuſat.

i In ęgritudine. hoc intellige de adultis. nam pueri etiam ab hæreticis baptizati promouentur; j. q. iiij. cap. placuit.

k Ex uoluntate. Scilicet libera ne ſit contra cap. maiores. §. fi. de baptiſ. & eius effect. & de

hoc

neceſsitate [a] uidetur eſſe presbyter ordinari non debet. niſi forte poſteà [b] ipſius ſtudium & fides emicuerit, aut hominum raritas [c] hoc exegerit. Scienter autem rebaptizatis, [d] ut ad clericatus gradum promoueantur, ꝑmittẽdũ nõ erit.

Filij presbyterorum nõ poſſunt ordinari niſi fiant regulares, uel monachi, uel niſi ſint nati ex legitimo matrimonio, uel ſint ualde morati. h.d.

Presbyterorũ [e] quoque filij [f] à ſacris miniſterijs arcendi ſunt, niſi aut monachi fiãt, uel congregatione canonica [g] regulariter uiuentes religioſè [h] probati fuerint cõuerſari. Sed hoc de ijs intelligere nos oportet, ad quos adulterio natos paterna flagitia hæreditaria ſucceſsione deſcendunt. Vnde ſi uel ex legitimo nati ſunt matrimonio, [i] uel morum honeſtas eos commẽdabiles fecerit exẽplis, & authoritatibus, non ſolum ſacerdotes fieri poſſunt, [k] ſed etiam ſummi Sacerdotes. [l]

Bigamus & qui uxorem duxit uiduã, eiectã, uel meretricẽ, ordinari nõ poſſunt. h.d.

Itẽ repellendi ſunt bigamus, [m] & qui uiduam, uel eiectam, meretricem, uel ancillam uxorem duxerit. Vidua [n] eſt cuius cognitæ maritus mortuus eſt. Vnde is, qui ab alio quidem ductam, ſed minimè cognitã [o] duxit uxorem, propter hoc impediri nõ debet, quin poſsit ad

hoc diſtin. lvij. per tot.

a Ex neceſsitate. Scilicet ꝓſumptiuè, qa præſumitur non uerè pœnitẽs qui eſt mortis cauſa pœnitens, & ſic præſumitur peccata ei non eſſe dimiſſa, & ſic in deteriorem partem, ca. aliter, xxx. q. v. ſi tamen ſtatim moreretur præſumeret eccleſia ei peccata eſſe dimiſſa, ca. nullus. de pœnit. d. vij. & ſic not. ꝙ eccleſia circa idem factũ habet contrarias præſumptiones, ſed diuerſo reſpectu. facit c. pro latum. de conſ. diſt. iij. Sed cũ hęc irregularitas proueniat à peccato, & cũ baptiſmus tollat peccatũ, quare non tollit in hoc talem irregularitatẽ? Reſp. ut no. in c. ſi quis. d. lvij.

b Poſtea. Per ſequens. n. factũ eliditur præſumptio præcedens, ſic ca. tunc ualere. de cõſecrat. diſt. iiij. & xxxiiij. q. j. c. cum per bellicam. fac. c. j. d. lvij. unde ſumitur, & l. diuus ff. de reſti. i integ.

c Raritas. Arg. ꝙ ꝓ hoium raritatẽ aliqua cõcedunt quę aliàs nõ cõcederent: ut in c. præſsis. d. lv. & c. j. d. lvij. & j. q. ij. c. tali.

d Rebaptizatis. Cõc. c. cõfirmãdũ. & de cõſ. d. iiij. c. q bis, erunt tñ ſemp in habitu clericali, c. dictũ. de cõſ. d. v. & not. in d. c. cõfirmandum.

e Presbyterorũ. De hoc de fil. pſbyterorũ. ꝑ to. & d. lvj. ꝑ to. & quod hic dr̃ amplia ẽt i diaconis & ſubdiaconis, cũ in his eadẽ ſit rõ q̃ in pſbyteris. ſ. odium paternũ: & quia timent in eis exẽpla paterni criminis, vj. q. j. c. ſi quis cũ & xv. q. ult. c. cum multæ. & d. xxiiij. c. quando.

f Filij. Sed nũquid & nepotes? & idẽ vr̃. l. liberorũ. ff. de uerb ſigni. & l. filiũ. ff. ad ſ.c. Maced. tu dic cõtra cũ odia ſint reſtringẽda, c. odia. de re. iu. in vj. facit. ff. de ri. nupt. l. lege Iulia. §. j.

g Canonica. d. lvj c. ij. & c. j & c. ad abolẽdã, de fil. pſby. & hoc, qa religionis ĩgreſſus irregularitatẽ tollit. qdã tñ contrariũ allegrunt, tenẽtes ꝙ talis ingreſſus nihil aliud opaꝛ niſi ꝙ cũ talibus facilius diſpẽſaꝛ: ut no plenè d. lvj. in princ.

h Religioſè. Bene dicit religioſe: qa locus nõ ſanctificat hoiem, ca. nõ loca. d. xl. & cõuerſati i monaſterijs ſæpè ſunt deteriores alijs cap. q̃tũlibet. d. xlvij.

i Matrimonio. habetur in ca. adhæc de fil ꝓſby.

k Fieri pñt. Nõ tñ ꝓpterea deſeruire ĩ eccle. paterna, c. ad extirpandas. de fil. pſby. & c. iter cęteras. ubi Abb. & alij de reſ.

l Summi ſacerdotes. ca. oſius. d. lvj.

m Bigamus. ext. de bigã, nõ ordi. ꝑ to. & xxxiij. d. ꝑ to. & aliàs multis in locis, eſt autẽ quadruplex ratio ob quam bigami prohibentur ordinari: ut per Abb. in Rub. de big. non ordin.

n Vidua. Sic c. uidua. d. xxxiiij. aliqñ & q̃ nũquã uirũ habuit. l. malũ §. uidua ff. de uerb ſig. aliqñ quæ hẽt maritũ i utilẽ, ut no. in l. fi. C. ad l. flaui. de plagiar. ex cõi tñ loquẽdi uſu uidua dr̃ cuius maritus eſt mortuus, & ita ſumeret in ſtatutis: ut ꝑ Ab in c. ne pro defectu. de elect. & i c. ex tenore. & in c. ſanè in fi. de for. compe. & ꝑ Doct. i c. ſignificãtibus, de offi. deleg. uel ſi diuertit. l. mulierẽ. ff. de donat. in er ui. & uxo.

o Cognitã. Fortè, qa maritus ante mortuus

eſt quã illã duceret, nel religionẽ, ingreſſus eſt; c.uerum. & ca. ex publico. de conuerſ. coniug. uel forte frigiditate eſt ſeparatum matrimonium, concord. c. debitum. in fi. de big. non ordi. & diſt. xxxiiij. c. uidua.

g Ante baptiſmũ. Mirũ tñ in propoſito uideri põt quòd ſi quis ante baptiſmũ homicidium cõmiſerit, ſi ſequaẽ baptiſmus non remanet irregularis poſt homicidium baptizatus, Ab. in cap. presbyterum. de homicid. ſed dic ꝙ bigamia contrahitur poſt baptiſmum, homicidiũ ante.

sacerdotium promoueri, cũ neuter carnẽ ſuã diuiſerit ĩ plures. [a] Eiecta eſt q̃ uiuẽte marito eijcit, Meretrix [b] q̃ multorũ [c] libidini patet, & cuius turpitudo publicè uenalis [d] eſt: qđ non de ijs intelligendũ eſt, q̃ tales adhuc uxores retinẽt, nã in ijs alia [e] rõ eſt: quia ſcilicet cõiugati nõ poſſunt in ſacris eſſe cõſtituti. ſed de ijs, quorum uxores defunctæ ſunt.

Bigamus eſt qui duas duxit uxores, et qui ſecundas nuptias tãtũ de facto cõtraxit reputatur bigamus, idẽ ſi cũ uidua de facto contraxerit. h. d.

Eſt aũt bigamus, q̃ duas habuit uxores, ſiue baptizatus [f] ante baptiſmũ [g] alterã. Si q̃s tñ laicus primam duxerit, [h] in ſacris conſtitutus alteram, an ſit inter bigamos reputãdus hæſitatum eſt. Ex facto [i] aũt reſpõſum eſt, hunc quidẽ nec bigamum eſſe, nec maritum uiduæ, [k] quia tñ quãtum in ipſo [l] fuit ſecundas nuptias contraxit, & uiduã duxit, tanq̃ [m] de bigamo fore cõſtituendum. [n]

Fornicatus cũ pluribus concubinis, non incurrit irregularitatem bigamiæ. h. d.

Aliud Iuris eſt de cõcubinis, quas ſi plures quis habuerit irregularitatem bigamię non incurrit, [o] ſed cum eo tãquam ſim-

a In Plures. Qui ergo duceret à ſe prius corruptã nõ reputaretur bigamus, cum eo caſu non poſſit dici diuiſiſſe carnem ſuã in plures, & ita tenet Ab. in c. debitũ. ante ſi. de big. non ordi. & in c. ij. de cle. coniug.

b Meretrix. Sic cap. uidua. diſtin. xxxiiij.

c Multorũ. Sed q̃ nã multi dicentur, in hac materia? quidam quòd duo. §. fi. inſtit. de iu. perſon. alij ꝙ quadraginta, c. latores. de cle. exc. uel iterd. mini. alij ꝙ longè plures. arg. c. diſcipli na. d. xiv. tu dic ꝙ id relinqueẽ arbi. iudicis, cũ lege non ſit determinatũ l. j. ff. de iu. delib.

d Venalis. Eſt nã ſi non quæſtus grã ſui copiam faceret, ſed amoris uel libidinis non eſſet propriè meretrix, cũ non mereat, à quo actu meretrices ſunt appellatę, facit xxxij. q. iiij. cap. meretrices, ſed uidetur hic de bono opere lapidari. eſt enim opus charitatis meretricem ducere, & peccatorum operatur remiſſionẽ: ut ca. inter opera. de ſponſ. unde non debuit ob opus bonum fieri irregularis. Sol, quòd hoc operatur excellentia ſacramenti ordinis quod appellatur dignitatis, j. q. j. c. remiſſionem. §. ſed notandum. & infra de ſacram. §. fi.

e Alia rõ. Simile eſt qđ habeẽ ĩ §. affinitatis. inſtit. de nupt. & concor. c. iij. de bigã, nõ ord.

f Baptizatus. Diſtin. xxxij. q. ultima cap. ſi.

h Duxerit. Et cognouerit, Abb. & Doct. in cap. ſi. de bigam. nõ ordin.

i Ex facto. vt i c. nuper. & in c. ſi. de bigam. non ord.

k Viduæ. Scilicet ſi ponamus illã uiduã duxiſſe.

l In ipſo fuit. No. ergo ꝙ ĩ delictis affectus punitur, & habetur ꝑ facto, l. ſi quis ſeruo. C. de furt. l. diuus. ff. ad leg. Cor. de ſicar. c. ſi. d. 49. c. ij. de ſpon. imp. in vj. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cleri.

m Tãquã. Similitudinariũ eſt nõ ueritatis expreſſiuũ. nota ergo paria eſſe, eſſe talem & haberi pro tali, de quo per Bart. ĩ l. ſi maritus. §. j. ff. ad l. Iul. de adult. & per Ab. & alios ad eũ in c. nuper. ĩ fi. ext. de big. nõ ord.

n Cõſtituendũ. Idẽ eſſet ſi ex alio impedimẽto non tenuiſſet matrimonium, propter affinitatẽ forte uel affinitatẽ, ut tenẽt Doct. com. in ca. nuper. & c. ſi de big. non ordi. & not. ꝙ pęna cõmittitur ex actu nullo, ut hic, & per Ab. in c. cũ Apoſtolica. de ſponſal. facit c. per uenerabilẽ, qui fil. ſint legi, & per Fely. in c. ex tenore. de reſcrip. Sed contra vř facere c. ſanè ext. de cle. coniug. Sol. ut per Ab. ĩ d c. nuper. poſt Gloſ. ũ

o Non incurrit. Immo cõtra, c. nuper. ext. de bigam non ordin. Sol. ibi loquitur qñ utraque ſolenniter fuit ducta, & ſic peccatum fuit in ſacramento, hic & in ca. pe. de big. non ordinãd.

in

in eo qui non contraxit ſub ſpecie matrimonij, & ſic nota unum mirabile, quòd plus uidetur habere luxuria quã caſtitas, contra tex. in Aut. de reſtit. & ea quæ parit &c. de ratione uide quæ ponuntur in cap. ut debitum. de big. non ordi. & not. quòd clericus concubinarius poſſet abſoluere concubinam propriã de peccato fornicationis cum ſe ipſo, licet honeſtius faceret ſi alteri cõmitteret, ut p Hug. & Ant. de Butr. in c.fi.de ordin. ab epo qui renun.epatui.

pliciter a fornicatus ſit, quo ad executionẽ ſacerdotalis officij diſpenſari b poterit.

Corpore uitiatus, niſi modica ſit læſio, ordinari nõ poteſt hoc dicit.

Cauenda ſunt autẽ ijs, qui Eccleſiaſticis mancipandi ſunt officijs, non ſolùm animi, uerùm etiam corporis uitia. c Vnde aliqua parte corporis læſi ad ſacerdotiũ aſcẽdere nõ ualẽt. Hoc tñ tunc obtinet cũ euidẽs & notabilis eſt læſio. Cæterum ſi modica ſit, ut putà, quia exiguam partem d digiti, e uel unguem nolẽtes amiſerint, ita ut ſine ſcandalo poſsint celebrare, à ſacerdotio repellendi non erunt. f

Abſciſsi ex neceſsitate promoueri poſſunt, ſecus ſi ex uoluntate.h.d.

Idẽ Iuris eſt de eo cui uel ui, uel in cunabulis, uel de medicorum cõſilio metu imminentis periculi uirilia g fuerĩt amputata, ꝙ ſi uolẽtes, h & carnali uitio repugnare, fortè i cupientes ſe ipſos abſciderint, q̃a ſui homicidæ k ſunt ad Clerum peruenire nõ poſſunt. Corpore enĩ uitiati non caſu, ſed

a Simpliciter. Sed quæ eſt in ꝓpoſito ſimplex fornicatio, & cur ita appellatur? Reſp. ſimplicem fornicationẽ admittere dicuntur laici, & conſtituti ĩ minoribus ordinibus, & dicitur ſimplex, quia per eã non uiolatur uotum uel coniugiũ ſpirituale, in diacono uerò & ſubdiacono eſt duplex, immo in presbytero eſt triplex, ſecundũ Ab. poſt Hoſt. in cap. quia circa. ext. de big. non ordin.

b Diſpenſari. Nec ſolum ab Apoſtolico uerũ etiam ab eius legato ad quẽ dirigitur decretalis c.quia circa.ext.de bigam. non ordi. immo & ab inferioribus: ut not. ibi per Abb.

c Vitia. Nota quòd uerbum uitium, refertur tã ad animum ꝙ ad corpus. fac.l.j.§.ſed ſciendum.cũ ſeq.& l. ob quæ uitia.ff.de ædil edict. corporis aũt uitium cõtingit alicui ad eſſe quadrupliciter, uidelicet ex defectu mẽbri, ex inhabilitate, ex diminutione, ex augumento: ut per Abb. in cap.fi.de corpo.uitiat.

d Exiguam partem. Fac.c.j.& fi.de corp. ui. & l.j.uerſic.proinde.ff.de ædil.edict.

e Digiti. Qui cum non habeat officium in corpore per ſe diſtinctum nõ debet membrum appellari, uel pro membro haberi, cap. ſingula.diſtin.lxxxix.& per Abba. in capit.j.qui cle. uel uouent.& ĩ c. clericis. ne cle.uel monach. & in cap.cum illorum.de ſent.excommun & in cap.ego.de iureiuran.& per Legiſt.in l.ij.ff.de publ.iudi. & in l. nõ ſunt liberi ff. de ſta.hominũ.& in Auten. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi.

f Non erunt. Sed quis declarabit, an ſit ſcandalum uel non, ex uulnere manus, uel alia corporis debilitatione? Reſpondeo ſecundũ Innoc.Io.And.& Abbas in ca.fi.de corpo.uiti, quòd declarabit epiſcopus.

g Virilia.cap.ex parte.j.& ij. ext. de corp.uitiat.

h Volentes. Vt cap. ſi quis abſciderit, cum pluribus ſeq. diſtinct. lv.

i Fortè. Affirmatiuè & dubitatiuè poteſt hic ſumi uerbum hoc fortè, de quo latè per Doct. in cap. accedens, ut lit. non conteſt.& c.

k Homicidæ. Non quòd homicidæ uerè ſint facti, ſed propter homicidij periculum quod ſectionem ſequi poterat dicuntur homicidæ, ſicut & qui infantem exponit, homicida dicitur. diſtinctio.lxxxvij. capitulo fina. Argumen. quòd non eſt conſiderandum quid eueniat ſed quid euenire poſſit, ut xxij.quæſtione prima capitulo in nouo, & diſtinctio. xxj. capitulo denique. & xxiij. quæſtione.v. capitulo relegentes & ff. de his qui deiece,l. ſi uerò.§.pen. & C. de uſufruct. leg. ſi ambiguitatem & nota in capitulo ſi quis abſciderit.diſtinct.lv.argum. tamen contra, xxiij. quæſtione.v.capitulo de occidendis. uide tex. in cap.fi.xv.quæſt.j.

propria uolũtate ſunt intelligẽdi, & ſicut in illis ueniã caſus impetrat, [a] ita uindictam in ijs uoluntas poſtulat. [b]

Oculo priuatus indiſtinctè promoueri non poteſt, licet retineat ordines, ſi poſteà talis priuatio contingat.

Hæc autem diſtinctio [c] nõ in oĩbus mẽbris [d] ſibi locum uendicat. Cui enim oculum [e] abſtulit caſus, licet uoluntas deſit, ſacerdotium tamen cõſequi nõ [f] poteſt. Cæterũ ſi ſacerdotali in ordine conſtituto, tale quid [g] acciderit, qđ olim integer acceperit, non amittet. [h]

Olim furioſus uel aliter uexatus, non poteſt ordinari, clerici qui aliquando fuerunt demoniaci, non poſſunt ad ulteriores ordines promoueri. h. d.

Is quoque qui ĩ furorem aliquando uerſus ĩſaniuit, [i] aut quolibet modo uexationis incurſibus efferĩ, aut quod propè furorem [k] accedit, in ſcæna [l] luſerit, uel afflictione diabolica uexatus fuerit, ordinari nõ poterit, Clerici [m] etiã qui in adoleſcentia à demonibus cognoſcuntur obſeſsi, ad ſuperiorẽ gradum aſcẽdere non poſſunt.

DE PRAEBENDIS ET ALIIS beneficijs. [n]

XXVI

Connexa & dependentia ſunt ſimul tractanda. h. d.

Poſt hęc [o] uideam' de præbẽdis, & illarum conceſsione, quæ pars Iuris extra

a Impetrat. Sic & ſimplicitati & ignorantiæ uenia tribuitur. de conſecrat. diſtin. ij. cap. iij. & cap. cum uniuerſorum. de rerum permut. caſus tamen non excuſat in amotione terminorum, l. ij. ff. de term. moto. & not. in cap. qui partem. diſtin. lv. unde ſumitur.

b Poſtulat. cap. qui partem. diſt. lv.

c Diſtinctio. Inter caſum uel infortunium & ſpõtaneam uoluntatem.

d Membris. Quid autem ueniat membri appellatione not. ſupra proximo. §. in uer digiti.

e Oculum. Vt c. fi. diſt. lv. ſi quis tamẽ oculũ amitteret, non propterea excuſaretur à tutela, ut C. de excuſ. tuto. l. frater tuus.

f Non poteſt. Et licet conſueuerit curia diſpenſare, præſertim quãdo quis amiſit dextrum oculum, & ſic nõ oculum canonis uel euangelij, non propterea tamen minus rectè dicitur nõ poſſe talis ad ſacerdotium promoueri, cum non dicatur illud poſſe fieri, quod poteſt ſolum fieri per remedium extraordinarium, id enim dicimur poſſe facere, quod de iure poſſumus. xxij. q. ij c. faciat homo. & l. filius. de cond. inſtit. & traditur per Abbas in capit. paſtoralis. in fi. de cauſ. poſ. & propri.

g Tale quid. Refert ad ſupradicta omnia corporis uitia.

h Non amittet. Licet res deuenerit ad eum caſum à quo incipere non poteſt, de quo in l. pluribus. §. & ſi placeat ff. de uerb. obli. & in ca. ij. de cle. ægrot. amittet tamen executionẽ ordinis ob deformitatem & ſcandalum: ut in ca. ij. & c. iij. de cle. ęgro. uel debilit.

i Inſaniuit. c. maritum. diſt. xxxiij. in fi. hic tamẽ promotus nõ deponitur, vij. q. j. capit. quãuis. & not. in d. ca. maritum, & ſupra. eo. §. proximè antecedenti, & xv. quæſt. j. cap. fi.

k Propè furorẽ. Not. furioſos & ſcenicos æquiperari. facit cap. maritum. diſt. xxxiij. cum ſeq.

l In ſcęna luſerit. Quid aũt ſit ſcæna, uide per Ab. in c. ad honorem. de aut. & uſu pal.

m Clerici. Facit ca. clerici. diſt. xxxiij. unde ſumitur.

DE PRAEBENdis & alijs beneficijs. n

Alijs nota uerbũ: quia includit ꝙ præbendæ ſunt beneficia, quod & uerũ eſt, ꝑ ea quæ Ro. Ro. Deciſ. viij. aliàs 247. in no. Quod habens ſed. an ſimplex canonia ſolum ſine ulla præbenda dicatur beneficium? dic ut per Ro. Ro. Deciſ. 16. aliàs Deciſ. 445. in nouiſ. fac. not. per Abbas & alios in ca. tua. de uerb. ſigni. & c. poſtulaſti. de reſcrip.

Poſt hæc uideamus.

o Poſt hęc. Scilicet quæ diximus ſupra à titulo de iure perſonarum uſque huc, & ſumpta eſt imitatio, ab inſtitutionibus ciuilibus. in titulo de leg. in princ.

Lo-

propoſitam quidẽ materiam fortaſſe uideri poterit. loquimur [a] enĩ in præſenti de Iure perſonarum. [b] Sed cum ſupra de dignitatibus [c] Eccleſiaſticis, quibus præbendæ uidentur [d] annexæ, [e] locuti fuerimus, non ſine cauſa, [f] ſequenti loco pót hæc iuris materia tractari.

Qui in altari laborat, de altari debet & uiuere. h.d.

Prębẽda [g] nihil eſt aliud, quàm Ius [h] percipiendi prouẽtus Eccleſiaſticos, tanquàm uni [i] de collegio cõpetens, & ex canonia [k] procedens. Cum enim ut lex diuina [l] præcipit, qui altari ſeruit, de altari debeat & uiuere. [m] dignum eſt, ut qui diuinis aſſcribuntur obſequijs. Eccleſiæ ſubſtententur ſtipendijs. [n] Et ideò inſtitutũ olim [o] fuerat, ut ordinationes eorũ, qui ſine certo titulo ordinati eſſent, in iniuriam ordinantium inanes [p] eſſent. Paulatim tamẽ benignius agi cœptũ. Conſtitutum [q] eſt enim, ut ſi Epiſcopus aliquẽ ſine certo titulo, unde uitæ neceſſaria [r] percipiat, ordina

a Loquimur. Id eſt, locuti fuimus. & ſic tẽpus pro tempore ſumitur. ut C. de his, qui no. infam. l. ſi poſsidonium, & ibi not. Vel loquimur, id eſt, loqui deberemus ſi materiam præcedentem proſequeremur, ſic in Aut. de conſang. & uter. frat. §. ſi igitur. col. vj. uel loquimur, id eſt ſumus ĩ tract.

b De iure perſonarum. Nota ergo quòd uirtus illius Rubricæ de iure perſonarum extenditur uſque ad hunc titulum, immo uſque ad finem libri, cum in ultimo titulo tractetur de regul. & monachis, q ſunt in numero perſonarum eccleſiaſticarum.

c De dignitatibus. Quid autẽ ſit dignitas, & q̃uo differt à perſonatu, uide per Hoſt. in ſum. eo. § quid ſit dignitas, & per Abbas in capit. de multa. ext. eod.

d Vidẽtur. Fortè ideo poſitum eſt uerbum uidentur, quia poteſt fieri ut quis ſit pfectè canonicus ſine præbẽda. ut latè habetur per Abba. & alios in ca. cum M. Ferrarienſis. de conſtitut. ideò poſuit notam improprietatis.

e Annexæ. Vt in cap. relatum. & capit. dilectus. eo. & in cap. cum ſuper de conceſs. præb. & per Hoſt. in ſum. eo. in princ. & quomodo ſe habeat iſta connexio uide per Ab. in ca. maioribus. & in c. dilecto, ext. eod.

Inde[h] etiam licet beneficiatæ[i] perſonæ de alio beneficio, niſi primò illud, quod obtinet omnino dimittat,prouideri nõ poſſit,[k] niſi aut Cardinales[l] ſint, aut Regum[m] filij: per tale tamẽ reſcriptum[n]

re potero. ca.ſi tibi abſenti.in fi.de præben.in vj & not.in capitulo ſi clericus. de præbend. in ſexto.

a Receptus. Quia tunc habet locum quod dicitur in cap.ſi clericus. uerſi.uerum. uſq; ad fi. de præb. in vj.

b Petere. Quia gratia Papę eſt extincta, & cum ea executoris poteſtas, ſicut è cõuerſo.c.ſi clericus.de præb. in vj. & de offi.deleg.c.ſi ſuper gratia. & c.acceſſorium.cũ ſuis concor.de reg.iu. in vj.& meritò extincta eſt talis poteſtas. cum enim ſibi forma tradita fuerit per reſcriptũ ſuper uno beneficio tantũ pròximè uacaturo, illo omiſſo nihil ſupereſt reſcripto. c.ex parte.j.de offi.deleg. & not.in cap.ſi clericus. de præb.in vj.

c Executoribus deputatis. ſiue ad prouidendum, ſiue ad compellendum dati fuerint, non eſt hic curandum, licet aliàs diſtinguatur in capitulo executor.de conceſſ.præbend.in ſexto. & de natura horum executorum. per Ab.in c. ſi.de præſump.

d In genere. Et ſic licet in genere,quod non licet in ſpecie, interdum eſt è conuerſo de quo dic ut c.ſi ſacerdos.de offic.ordin.& xxiij. diſtin.cap.quanquam.

e Rationabilis cauſa. Sed quæ erit cauſa rationabilis? fortè, quia prima debebatúr alteri, uel dubitabatur an deberetur, & hoc poſſunt Inno. Hoſtien.& Archid. & Ioan.And.ut not.in cap.ne captandæ. de conceſſ.præben. in ſexto.

f Tribuatur. Contra Concilium Lateranenſe, ut in cap.ij.de conceſ.præben.& in cap.de teſtanda. & cap.ne captandæ.de conceſ.præb. in ſexto.

g Conſtitutionis. c.ne captandæ.de conceſſio.præb.in vj. unde ſumitur.

h Inde. Id eſt. eadem ratione: quia ſcilicet prouiſio facta per reſcriptũ, ſed.Apoſtolicæ p̃ſtat cæteris,ut ſupra.eo. §.ſed ſiue.

i Beneficiatæ. Quæ tamen habeat beneficiũ ſufficiẽs: aliàs ſecus: ut not. in c.is cui. in prin.de præbẽ. in ſexto.

k Non poſsit.c. de multa. extr.de pręb. ca. is cui.de præb.in vj.extrauag. eod.tit.

l Cardinales ſint. Quia Cardinales interuiendo uniuerſali eccleſię ſingulorũ eccleſiarum cõmoditatibus ſe exhibent, ut dicitur in extraua. execrabilis.fac.c.cum dilectus. de cler. non reſid. Item, quia ſunt,uel tenentur eſſe ſublimiores cæteris in uirtutibus,& bonis moribus. cap.miramur. diſtin.lxj.& in auth.de defenſ.ciui.§.nos igitur. & not.in d.extrauag.execrabilis.

m Regum. Scilicet catholicorum:ut not.in extraua.execrabilis.de præb.& hoc ob generis claritatem,generis cuius quomodo ſit habenda ratio dicitur, & not.in d.extrauag. execrabilis.

n Reſcriptum. A cõtrario ſenſu uidetur hic inferri,ꝙ epiſcopi non diſpẽſant circa pluralitatem, quòd multi tenent:ut latè not.in c.de multa.ext.de præben.circa fin. quidam tamen

contra,

maxime [a] circa literatas [b] perſonas, ſuꝑ hac pluralitate diſpēſari poterit.

Vbi de prioritate beneficij pluribus collati non conſtat, primò poſſeſſor, deinde maior prærogatiua prefertur. hoc dicit.

Item ſi à ſede Apoſtolica, aut legato, [c] & ab ordinario eodē die idem beneficium cōferatur, & quæ fuerit primò facta collatio non appareat, nemine poſsidente [d] is erit cæteris præferendus, cuius conferens ampliore gaudet prærogatiua. [e] Hac ratione [f] & ij qui in aliqua Eccleſia in canonicos ſunt recepti, debent in præbendarū aſſecutione cæteris ſiue legatorum, ſiue aliorum quorumcunque authoritate antea [g] fuerint admiſſi anteferri.

Qui dicatur receptus authoritate Apoſtolica. h. d.

Authoritate [h] autē Apoſtolica receptus, & is intelligitur qui legati uel alterius mādato [i] cui ſpecialiter ī eā re authoritas apoſtolica cōceſſa fuerit recipit. Sed & ſi mandatum legati ratū habeat Ro. Pōtifex, atq; id authoritate ſua muniat, [k] ex eo receptus

contra, tum quibus ſi teneas. Reſponde ad hanc literam, quòd arg. à contrario ſenſu non eſt ſumendum ubi reſultat prauus intellectus uel iurium correctio: ut not. in l. cōuenticula. C. de epiſ. & cle. & in l. j ff. de offi. eius: uel expone quòd facilius diſpēſatur ꝑ reſcriptū apoſtolicum, quàm per alios collatores, & ita pręſtat alijs: ut dicit ſupra eo. §. ſed ſiue. Vel poſſet quod hic dicitur reſtringi ad curata ſecundum opi. eorū qui nolūt epiſcopos poſſe diſpenſare tantum ſuꝑ ſimplicibus. Vel dic ꝙ epiſcopus diſpenſat circa pluralitatem ex neceſsitate, ſed per reſcriptum apoſtolicū, etiam ſi non ſubſit neceſsitas, qđ multi tenēt in d. c. de multa.

a Maxime. Implicat etiā nō literatas. qđ quotidie & frequentius fit, cū literati nō indigeant tali diſpenſatione, cū uel unum interdum non aſſequantur & coguntur ſæpe mendicare: ut dicit extrauag. execrabilis, de præbendis.

b Literatas. Quibus eccleſia Dei permaximè noſcitur indigere, ut circundata muro inexpugnabili pugnatorum & bellatorū. &c. c. ſuper ſpecula. §. fi. de magiſt. facit. c. niſi. § pro defectu. de renunt. & c. inter cætera. de offi. ordin. & c. de multa. §. fi. de præb. & not. in extrauag. execrabilis. de præbend.

c Legato. Scilicet de latere, per ea quæ not. ſupra. §. ex legationis.

d Poſſidente. Aliàs enim poſſeſſor pręfertur. c. ſi à ſede. de pręb. in vj. unde ſumitur. magnū ergo eſt cōmodū poſſeſſionis. l. res alienas. C. de rei uēd. inſti. de interdictis. §. retinēdæ. c. in pari. de re. iu. in vj. niſi iſti qui poſsidet fuiſſet prouiſum ꝑ conceſſum. & non poſsidenti eadem die perfiat. Caſſad. in regul. Cancel. deciſ. xiij. Rebuſ. in praxi beneficiaria in ſecūda parte ſignaturæ. nu. 11. & nu. 12. Idē ſi uterque poſsideret, nec apparet quis primo. c. duobus. ij. reſpō. de reſcri.

e Prærogatiua. fac. c. per tuas. de ma. & obe. & c. ſi à ſede de præbē. in vj. ſed quid ſi duobus confertur ab eodem ſub eadem data, nec apparet cuius ſupplicatio fuerit à Papa ſignata. Reſp. cōſulendus eſt Papa ipſe, & ſecundum eius reſponſum procedendū. ſecūdum Io. An. in d. c. à ſede. ſequitur Ab. in c. ſanè. de offi. deleg. in princip.

f Ratione. Scilicet quòd is habet maius priuilegium cui facta eſt collatio à digniori.

g Antea. Sed cō tra. ca. qui prior. de re. iu. in vj. Sol. illud procedit in his quorū par eſt cauſa. c. quoties utriuſq;. de re. iur. in vj. & not. in d. c. qui prior. ſecus ſi diſpar ſit cauſa, ut hic, unde dicit lex priuilegia conſiderari non tam ex tēpore quàm ex cauſa. l. priuilegia. ff de re. iu. fac. l. fi. C. qui pot. in pign. habe. & l. interdum. ff. in qui cau. pig. uel hyp. ta. contrah.

h Authoritate. Cōcor. c. hi qui. in fi. de pręb, in vj. unde ſumitur.

i Mādato. Id eſt, literas reſeruationis. Legatus. n. uacaturā præbendā nō cōfert. c. dilectus filius. Tex. de præb. ſed bene reſeruat ſuæ collationi, & ſuper ea cōferenda cū uacabit dat executores. c. iij. & c. iiij. de offi deleg. in vj. & c. ſi apoſtolicæ. de præb. eod lib. & not. in cap. ſi eum. eod. tit. & lib. in princ.

k Muniat. Dicendo expreſsè quòd prouiſus

non legati, ſed Apoſtolica [a] intelligitur authoritate receptus: atque ideò eſt in aſſecutione præbēdæ omnibus pòſt eum receptis in Eccleſia dicta præferendus.[b]

Expreſsio eius quod tacitè ineſt nihil operatur, niſi per alium modum, quàm quo tacitè ineſt fuerit facta expreſſio.h.d.

Aliud Iuris eſt, ſi ijs ad quos aliàs pertinet [c] canonicorum receptio facultas cōcedat ab Apoſtolico, ut aliquē recipiāt in canonicū eiuſdē Eccleſię ordinationibus fortè certū numerū [d] canonicorū prefingētibus nō obſtātibus: hoc enī caſu nō Apoſtolica, [e] ſed recipiētiū cenſeť authoritate receptus, niſi ꝙ eū authoritate Apoſtolica recipiāt in literis caueať expreſſè.[f] Quòd ſi ad eos aliàs talis receptio nōꝑtinebat.[g] Apoſtolica diceť authoritate receptus. Aliàs uerò ſi literę impetratæ certi numeri canonicorū, nullā fecerint mentionem,[h] quod illarū occaſione factū fuerit, nullā obtinebit firmitatē.

Papa non onerat aliquem pluribus prouiſionibus, niſi id exprimat.h.d.

Illud etiā omittendū nō eſt nō ſolere [i] Apoſtolicū eūdē collatorē pluribus onerare prouiſionibus, niſi id uelle ſe ſuis literis expreſſè [k] fuerit complexus.

Mandati Apoſtolici fines ſunt diligenter cuſtodiendi, nec extenduntur niſi ad caſus expreſſos, etiam de conſenſu, & in præiudicium prouiſi.h.d.

Sunt aūt Apoſtolici mādati [l] fines diligenter cuſtodiendi, ideoq; nō debent ad caſus alios q̃ expreſſos extendi. Vnde cū iniungitur, ut alicui de præbenda certi ua

recipiatur authoritate Apoſtolica.c.ſi eum.& c.ſi apoſtolicæ.de præb.in vj.& confirmando non in forma communi, ſed ex certa ſcientia. c.pe.de confirm.util.uel inutil.

a Sed apoſtolica.c.ſi apoſtolicæ.de præben. in vj.fac. l.j.ante mediū.C.ď iu.ue. enucl.Sed qūo ponit hic aduerſatiua, cū etiā ſine tali confirmatione prouiſus à legato dicať prouiſus authoritate Apoſtolica: ut ca.hi qui. de præb. in vj. & hoc eodem. §.in princ. Reſpon.cōtrarium fortè procedit quādo legatus ꝓuidet ex ſpeciali Papæ commiſsione nō iure legationis, uel dicitur prouiſus receptus authoritate Apoſtolica reſpectu prouiſi ab ordinario, non reſpectu prouiſi à Papa, niſi interueniat confirmatio Papæ, quo caſu erit tāquàm à Papa īmediatè prouiſus.

b Præferendus. ca.ſi eum.in fi. de præb.in vj.

c Pertinet.In c. cōſtitutus. ext.de reſcrip.

d Numerū.Qui nō debet excedere facultates eccleſiæ, ut ī c.quoniā. de uit.& ho. cleric.& in c.ex parte.de conceſſ.præben.& in Auth. ut determinatus ſit canonicorum numerus.col.penul.

e Non Apoſtolica. Cenſetur enim Papa uoluiſſe ſolū tollere impedimentū, cū poteſtatē iam hi ad quos literæ dirigebantur haberent.

f Expreſsè. Quo caſu non erit locus coniecturis.

g Non pertinebat.c.hi qui.de præb.in vj.

h Mentionē. Sed quid ſi fecerint literæ mentionem de numero, cum tamen eccleſia non eſſet numerata? reſp. dic ut ꝑ Ab. in c. conſtitutus. de reſcript.

i Non ſolere. hoc non uidetur habere locū temporibus noſtris, quibus multum poſſunt ordinarij conqueri de grauaminibus: ut dicit Abb.in cap. mandatum. ext. de reſcrip. & fac. tex. in d.cap.mandatum.& in cap. literis. & in cap. Abbatem. de reſcript. nouiſsimè tamen in multis per Concilium Tridentinum eſt ordinarijs reſidētibus reſtituta & ampliata poteſtas & iuriſdictio.

k Expreſsè. Et ita ſeruat ſtylus Curiæ: ut not. in ca.mandatum. de reſcript. quidam tamē dicūt quòd in reſcripto Papæ ſemper intelligitur illa clauſula, ſi pro alio nō ſcripſerimus. alij tamen contra.

l Mandati Apoſtolici. Vt etiam cæterorum mandatorum: ut l.diligenter, ff. mandati: & hoc probatur multis infra ſubiectis exemplis. fac. capitulū cum dilecta. de reſcript.

loris prouideatur, in præbẽda minoris ualoris [a] etiam impetrante uolente [b] mandatum impleri nõ poterit.

Mandatum faciens mentionem de collatione, non poteſt trahi ad præſentationem uel inſtitutionem. h. d.

Idẽ obſeruari oportet, ſicut de beneficio, quod ad alicuius collationem ſpectat, prouideri mandatur, hoc enim caſu de eo quod ad eiuſdem præſentationem, uel inſtitutionem pertinet, prouideri minimè poterit, nec etiam è conuerſo. [c]

Caſus reſignationis non includitur nec uerificatur in caſu mortis. h. d.

Eodem ſpectat, ſi quis ab Apoſtolica ſede [d] mandatum ſuſcipiat, ut ab aliquo beneficij reſignatione recepta, idem beneficium alteri [e] conferat. Si enim is qui reſignaturus erat, rebus eximatur humanis, [f] mandato locus non erit. Cum non [g] per reſignationem uacauerit, ſed per mortem.

Caſus futuræ uacationis non uerificatur in caſu nouæ creationis. h. d.

Idem obtinet ſi literæ [h] Apoſtolicæ ſuper conferendo [i] beneficio proximè uacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quod poſt illarum impetrationẽ [k] fuerit creatũ, [l]

a Minoris ualoris. Vt c. cui de non ſacerdotali. de præben. in vj. & ſic quod eſt inductum in fauorem uidetur in odium retorqueri, contra l. quòd fauore. C. de legibus. hoc propter naturam mandati.

b Volente. Nota caſum in quo uidetur quis non poſſe ſuo fauori renunciare, contra l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſcopa. audien. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.

c E conuerſo. c. cum in illis. §. cũ autem. de præben. in vj. unde ſumitur. Nam ut ibi dr̃ magna eſt inter collationem & inſtitutionem differentia. hinc eſt quòd capitulum uacante ſede non confert beneficia quæ ſpectant ad collationem epiſcopi. cap. ſecundo. ne ſede uac. & c. uni. eod. tit. in vj. & infra de inſtit. §. diſſimiles. & tamen ſede uacante inſtituit inſtituendos. c. j. de inſtit. in vj. & ca. cum olim. de maiorit. & obedien. Idem uidemus in generali Vicario. capitulo ex frequentibus. de inſtit. & capitulo ſi. de offi. uica. in vj. & no. in d. §. cum autem.

d Apoſtolica ſede. Idem ſi ab alio qui hoc mandare poſſet, puta Legato qui ad hoc haberet ſpeciale mandatum: aliàs legatus hoc non poteſt, ut capitulo penultimo. §. prohibemus. de offic. legat. in ſexto. & not. in capitulo ſuſceptum. de reſcr. eo. lib. unde ſumitur.

e Alteri. Expreſſo uel non expreſſo non curatur, licet interdum ſit differentia. c. is cui. de offic. deleg. in vj. & c. is cui. de præb. eo. lib.

f Humanis. Arg. contra cap. ſi delegatus. j. reſpon. de offi. deleg. in vj. Solu. de propria ſignificatione uocabuli abeſſe dicitur, q̃ non eſt in reb. humanis. l. mulieris. §. ſi. ff. de uerb. ſign. nõ ſic in propria ſignificatione dicitur. is renuntiaſſe, q̃ mortuus eſt, cũ renuntiatio ſit uoluntaria, mors coacta, & neceſſaria. ideò ſecus, & ſtrictiſsima ſit interpretatio in reſcriptis ad beneficia. cap. quãuis. de præben. in vj. facit l. commodiſsimè. ff. de liber. & poſth. & not. in c. ſuſceptum. de reſcrip. in vj.

g Cum non. &c. Ratio: ſecus eſt ſi apparet aliud eſſe de intẽtione mandantis. cap. ſuſceptũ. de reſcr. in vj.

h Literæ apoſtolicæ. idẽ multo magis i literis reſeruationis legati, ut notatũ fuit ſ.

i Conferendo. Siue certæ perſonæ, ſiue incertæ, idẽ ſi contuliſſet fructus beneficiorum primi anni: quæ uacare contigerit in diœceſi, uel prouincia, cum in his eadem ſit ratio. ut not. in Clem. literas. de reſcrip.

k Impetratione. Id eſt, poſt datã literarũ. c. ſi eo tpe. de reſcri. in vj. & Cle. literas. ubi not. de reſcri. & procedit hoc etiã ſi paulo poſt fuerit beneficium creatũ. Inſpicimus ergo an extaret beneficium tpe datæ, ſicut inſpicimus ætatem impetrantis tẽpore impetrationis. c. ſi eo tẽpore. de reſcr. in vj. habetur in c. dilectus ij. de præb. & in c. eam te. de reſcrip.

l Creatum. Creatus noua dignitas. cap. cum olim

olim.de conſuet. & nouum beneficium. Cle. literas. de reſcrip. noua eccleſia conſtruitur cap.ad audientiam.de eccleſ. ædifi. noua præbenda conſtituitur.cap.dilecto.& ca. uacante. de præbend.

non extenditur. [a]

Appellatione beneficij non uenit penſio.h.d.

Et ſi quis literas ſuper obtinendis beneficijs, uſque ad certam ſummam [b] impetrauerit, eidem non in penſione, [c] ſed in beneficijs Eccleſiaſticis erit prouidẽdum, niſi de penſione in literis mentio habeatur.

a Non extenditur mãdatum. Sed quid dicẽdum de beneficio olĩ creato ſed tẽpore datæ ſuppreſſo nũc autem renouato? pro & contra quæ not. in capit. quãuis. de reſcrip. in vj. & magis eſt ut extendatur: arg. not. in capit. cum acceſſiſſent. in fi. & not. per Hoſt. & Io. And. in cap. ſignificauit. ante fi. de cenſ. & Cle. literas. unde hæc litera ſumitur de creato loquitur non de renouatô. fac. quæ ponunt Legiſtæ ſuper Rubrica. de noui ope. nunciat. Sed quid ſi dubitatur an data p̃ cedat creationem beneficij, uel contra, puta: quia eadem die factum eſt utrunque? nec apparet de prioritate, an obtinebit impetrans, reſpondeo ſic: ut latè not. in d. Cle. literas, non obſtantibus quibuſdam in cõtrarium facientibus, quæ ibi confutantur.

b Vſque ad certam ſummam. Aliud ſi Papa ſcribat ut prouideatur impetranti uſque ad talem ſummam. aliud ſi ſcribat ut prouideatur de præbenda tanti ualoris uel ſummæ. primo enim caſu poteſt prouideri de minori, ſed non de maiori: quia mandati forma ſeruanda eſt, cap. cui de non ſacerdotali. de præbend. in vj. & cum dictio uſque ponitur in literis intelligendum eſt quòd ueniat aſcenſiue, quaſi ſcribendo Papa quòd prouideatur de ſumma uſque ad centum libras, uelit quòd prouideatur uſque ſummam centum, & non ultra, fac. cap. j. de arbi. in vj. cum ſuis concord. & formaliter not. in cap. quãuis. de præben. in vj. unde ſumitur.

c In penſione. Videtur enim Papa mandaſſe ei prouideri. de eo quod prouiſus per ſe non poteſt retinere, ut ſunt beneficia, & per quæ quis intitulatur & obligatur eccleſiæ. & tenetur ad continuã reſidentiam, capit. fi. de cle. non reſid. per penſionem autem quis non intitulatur, nec ad reſidentiam tenetur, xvj. quæſtione prima cap. poſſeſſiones. & quæſt. vj. cap. illud. cum illa & laico concedi poſſit, ut probatur ibi, & licet in conferendo ſit liberalitas, non tamen eſt in ipſa collatione: ſed in eo quod magis iſti quàm illi confertur, quod dic ut in capit. relatum. de præben. & in capit. fina. de inſtitut. & licet in fauorem impetrãtis dictum uideatur de beneficio, huic tamen fauori non poteſt renuntiare propter intẽtionem papæ, & propter formam mandati quæ diligenter eſt ſeruanda; ut ſupra. eo. §. ſunt autem.

Diſpoſitio regulariter reſtringitur ad tempus præſens, & mentio potentiæ intelligitur de præſenti. h.d.

Eodem etiam ſpectat quòd ſi de conferendo alicui beneficio ad Epiſcopi [d] collationem ſpectante reſcribatur, [e] illud ei cõferri non poterit, cuius collatio ex negligentia [f] ipſius Epiſcopi [g] ad eiuſdem Capitulum deuoluta

d Ad epiſcopi. Quorumcũq; ſiue ſint exempti, ſiue non exempti, ſiue etiam ſint epiſcopis ſuperiores, Cle. ſi de beneficio, ubi etiam not. de præb. & dig.

e Reſcribatur. Siue executori, ſiue ep̃o, idem enim eſt in utroque caſu, ſaluo ꝙ ſi reſcribatur ep̃o cum beneficium eſt deuolutum ad Papam diſtinguitur an per literas excitetur officium, an cõſtituat̃ delegatus. c. licet & c. pen. de offi. ordin. & cap. cum aliquibus. de reſcrip. in vj. & not. in Cle. cum de beneficio de præbend.

f Ex negligentia. Idem ſi ex delicto, licet ſint opi. an hoc caſu deuoluatur ad capitulum: ut per Doct. in ca. cum incunctis. in fi. de elect. Vbi uerò ex commiſſione ep̃i capitulum uel alius haberet conferre, hoc nõ impediret executorem cap. fi. de præb. in vj. aliàs facile poſſet ep̃s eludere impetrantem: ut not. in Cle. cũ de beneficio, de præbend.

g Epiſcopi. Sed nunquid negligentia ipſius executoris quando ſcilicet eo ſciente ultra ſex menſes uacauit beneficium quod conferre poterat oberit ei? Reſpondeo ut not. in Cle. ſi de beneficio. de præben. in uer. epiſcopi.

Fuit.

fuit [a]: quanquàm ex contrario de eo cuius ad Epiſcopum ex Capituli, uel alterius cuiuſcunque [b] ſiue ad ſedem Apoſtolicam [c] ex ipſius Epiſcopi, [d] uel aliorum in hoc eidem ſuccedentium [e] negligentia collatio fuerit deuoluta, hoc caſu prouideri poterit.

Mandatum Apoſtolicũ reſtrictionem recipit ex perſona prouiſi.h.d.

Interdum tamen licet mandatum generale ſit ex perſona impetrãtis recipit reſtrictionem. Vt ſi cui de præbẽda proximè uacatura, ſimpliciter [f] prouideri mandatur: nam ſi talis nõdum [g] in ea ætate [h] exiſtat, ut ad ſacerdotiũ promoueri poſsit, ſacerdotalis ſibi præbenda conferri non poterit.

Ex loco ſumitur reſcripti interpretatio.h.d.

Ex loci quoque expreſsione reſcripti ſumitũ declaratio, & ideò quãquàm ſub nomine Eccleſiarum Ciuitatis etiam Eccleſia [i]

a Fuit. Intellige tempore prouiſionis ſuæ non datæ, & ſic poteſtas huius executoris uariatur ſecundum tempora. ſimile in Cle.unic. de conceſ. præb. quam diu enim beneficium eſt in collatione epiſcopi confert illud, illo ad aliũ deuoluto nõ confert illud. ita eſt & de beneficio ad inferiores ſpectante, quod ipſe non confert donec ad epiſcopum deuoluatur. Ratio: quia cum epiſcopum Papa grauare uoluerit, confert executor quã diu eſt in manibus epĩ, licet enĩ ex deuolutione, proprium tamen eſt pro ea uice, & ipſe nunc ex collatione grauatur, quando eſt in manibus alterius nõ confert executor. quia Papa illum grauare noluit, ut not. in Cle. ſi de beneficio. de p̃b.

b Cuiuſcũque. Hoc dicit: quia per quotcũque gradus ſiue ꝓximos, ſiue mediatos ad epiſcopum deuenerit, executor confert, q̃ diu eſt in manibus epiſcopi. Cle. ſi de beneficio. de præbend. & ibi Io.And.

c Ad ſedem Apoſtolicã. Nota ergo quòd beneficium deuolutum ad Papam ſemper cõfert executor, ex quo primus collator eſt de his qui per literas grauabantur: ſecus tamen eſt in beneficijs ſpectantibus ad collationem Papę: quia uacarunt in curia, ut in cap.ij. de præb. in vj. tunc enim Papa confert iure proprio non deuoluto: nam Papa dando executorẽ ad prouidendum auferebat collatori poteſtatem, cap. ſi capitulo. de conceſ. præben. in vj. ex quo ergo collatio de illo deuoluta eſt ad Papam, cõfert executor, ut hic, & Cle. ſi de beneficio. de præben. & licet aliàs in beneficijs fiat ſtricta interpretatio, capitulo quanuis. de præbend. in vj. hic tamen fit larga contra concedentem, cap. cum dilectus. de conſuet. & not. in d. Cle. ſi de beneficio.

d Epiſcopi. Primi ſcilicet collatoris. ſi enim de archidiacono uel capitulo ad epiſcopum, & demum per ipſius negligentiam gradatim ad Papam perueniatur, non confert executor cui de collatione epiſcopi ſcribebatur, & ita not. in Cle. ſi de beneficio. de præbend.

e Succedẽtium. Et ſic habemus primò tempus epiſcopi. Secũdo tempus medium aliorum facientiũ gradum inter ipſum & Papam. Tertio tẽpus papale. primo & ultimo tempore confert executor, medio uerò non. & ſemper intelligas ꝙ tempus acceptationis elapſum non impediat executorẽ Cle. uni. de conceſ. præben.

f Simpliciter. Secus ſi in literis diceretur non obſtantibus aliquibus, per quæ effectus gratiæ noſtræ ualeat impediri uel differri: ut not. in capit. ci cui. de præbend. in vj. unde ſumitur.

g Non dum. Ergo non inſpicimus tempus datæ, ſed tempus uacationis, ut ſi tempore uacationis ſit idoneæ ætatis ſequentem expectet etiam ſacerdotalem ſi tempore ſecũdæ uacationis ſit idoneæ ætatis. Sed immo contra de e. ſi eo tẽpore. de reſcrip. in vj. Sol. ut not. in cap. ei cui. de præbend. in vj.

h Aetate. Scilicet in uigeſimo quinto anno, Cle. generalem. de æta. & qualit. & ſupra. de ſacerd. in fer. gra. conſtitutis §. pe. Sed quid dicemus ſi iam ſit ſacerdos ordinatus, licet non ſit in legitima ætate? an poterit conferri ſacerdotalis præbenda? Reſpondeo ut not. in c. ei cui, de præben. in vj. uide etiam not. in capit. licet canon. de elect. in vj.

i Eccleſia cathedralis. c. pallium. d. c. & c. j. de aut. & uſu pall. ubi de hoc, & per Hoſt. in cap. requiſiſti.

cathedralis cõprehendatur, cum tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Eccleſiarũ ciuitatis, uel diœceſis prouideri, ad cathedralem Eccleſiam mandatum huiuſmodi non extenditur, [a] ſecus eſt ſi in aliqua Eccleſiarum prouinciæ [b] prouideri mandatur, tunc enim & Metropolitana [c] & cæterę cathedrales Eccleſiæ tali mandato includuntur.

Ordo ſcripturæ declarat mandatum. h. d.

Ex ordine quoque ſcripturæ reſcripti interpretatio ſumitur, ueluti cùm Ioanni de beneficio ad collationem [d] ſuam, uel Pauli pertinente, ut alicui prouideat mandatur. Nam ſi plura ſimul [e] beneficia uacare contigerit ad utriuſq; collationẽ ſeparatim ſpectantia, tunc ordo ſcripturæ [f] ſeruãdus eſt, & de illo beneficio ꝓuidendum erit, quod ad Ioannem [g] noſcitur pertinere.

Cum mandatur prouideri de beneficio ſpectante ad prouiſionem plurium intelligitur coniunctim. h. d.

Si uero [h] de beneficio ad aliquorum collationem, uel præſentationem ſpectante, non adiecto [i] cõmuniter uel diuiſim prouiſio iniungitur facienda, in beneficio, quod ad collationem uel præſentationẽ alterius tantum [k] pertinet ad impleri non poterit.

requiſiſti. de teſtam. ad hoc capit. cum tibi. de uerb. ſignifi. immo interdum ſola cathedralis comprehenditur: ut cap. cum clerici. de uerb. ſigni. quod tamẽ eſt ſpeciale ibi ob periculum quod poteſt imminere ex periurio: ut ibi not. & in ca. quanuis. de præbend. in vj. unde hoc ſumitur. Item fit differentia ĩ hac materia utrum ſimus in literis gratiæ uel Iuſtitiæ: ut ꝑ Butr. in cap. accepimus. de ætat. & qualit. & datẽ de hoc habetur in c. Rodulphus. j. de reſcript.

a Non extenditur. Simile in cap. qa periculoſum. de ſententia excommunic. in vj. Sed num hoc caſu prouideri poterit in capellania, uel mãſionaria cathedralis eccleſię? quidam quòd ſic, alij contra. ut no. in cap. quãuis. de præb. in vj.

b Prouinciæ. c. pro illorum. de præbendis.

c Metropolitana. Immo uidebatur contrarium per ea quæ ſupra hoc eodẽ. §. Quæ eſt ergo diuerſitatis ratio? tex. in c. eum qui. de præb. in vj. reddit hanc rationem uidelicet, ꝙ Papa uidetur hoc caſu uelle facere uberiorem gratiam, quã caſu ſuperiore, quæ ratio in metropolitana eccleſia nõ cõcludit, unde expeditius eſt dicere quòd lex ita poſita eſt. l. proſpexit ff. qui & à quibus, capitulo. in cauſis. de rẽ iudi.

d Ad collationem. Ergo non ad præſentationem cap. cum in illis. §. cum autem. de præbend. in vj.

e Simul. Pone mortuus uel promotus eſt clericus qui habebat illa duo beneficia, uel duo clerici ſimul mortui ſunt, puta, facto naufragio, uel promoti, uel renuntiauerunt, nec poteſt apparere quis prius. facit cap. duobus. de reſcript. in vj.

f Scripturæ. Simile capitul. ſi quis iuſto. §. primo. de elect. in vj. & capit. ſi rector. di. xliii. in ſi. & ff. de uſufru. l. quoties. & ſupra. de elect. §. quid ſi pluribus. faciunt not. in capit. in alternatiuis. de re. iu. in vj. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. finã. & l. hæredes §. ſi. ff. ad Trebel. & quod not. in capitulo cum dilecta. de reſcript. argu. contra in l. ij. §. ſi prius. ff. de uulg. & pupili.

g Ad Ioannem. id eſt, ad collationem Ioannis: aliàs ſi non ſimul uacent de primo uacante prouidendum erit: ut not. in cap. mandato. de præbend. in vi. unde ſumitur.

h Si uerò. capit. cum in illis. §. ſi. de præb. in vj. unde ſumitur.

i Non adiecto. Ex quo enim Papa non addit, alterum tantum grauare nõ intendit, not. in cap. cum in illis. §. ſi. de præbend. & hoc intellige ſecundum determinationem quam habes in cap. ſi. de præb. in vj.

k Alterius tantum. Sed quid ſi ſpectaret quidem ad omnes, ſed non ſucceſſiuè, iuſta ea quæ not. in capitulo ad audientiam. de eccleſ. ædific. puta, ſi Papa mandet prouideri de beneficio ſpectante ad præſentationẽ plebani & ab-

& abbatis, ſed plebanus præſentat abbati, & abbas præſentat epiſcopo, poterit ne de huiuſ modi beneficio prouideri, reſpondeo affirma tiuè, ſufficit enim quòd ad eos ſimul ſpectet præſentatio ita quòd non ad alterum tãtum, c. cum in illis.§.fin. ubi Peruſin. ſecus tamen eſſet ſi ple banus & abbas in ter ſe pepigiſſent alternatim p̄ſentare, iuſta Cle.ij. de iure patro.& §. ſed ut facilius.infra titulo proximo. & Papa ſcriberet ut prouidea tur de beneficio ad utriuſque præ ſentationẽ ſpectã te: quia tunc ſecundum aliquos in d.§.fi. non pro cederet quod hic dicitur. at ſi de be neficio ſpectante ad collationem unius ꝓuiſio fuiſ ſet iniuncta, impleri non poſſet in beneficio cuius collatio ad eum ſimul cũ alio pertineret d.§.fi.

Ex inſertione cauſæ elicitur interpretatio reſcripti, hoc dicit.

Item inſertio cauſæ declarat reſcriptũ, ſicut accidit, cum clerico nullum beneficium obtinẽti ob paupertatem [a] per Epiſcopum de beneficio prouideri mandatur. Nam ſi antequã ei ꝓuiſum ſit, beneficium fuerit aſſecutus, ceſſante cauſa [b] mãdati prouidere ſibi Epiſcopus in poſterum non tenetur.

Ex ſimplici mãdato de prouidendo non poteſt prouideri obtinẽti aliud beneficium, niſi fuerit id expreſſum, quo caſu ſolum unicum & non curatũ beneficium obtinenti prouideri poterit, & pluralis locutio reſtringitur ad duo. h.d.

Nam & is cui conceditur, ut idoneo [c] poſſit in ſua uel aliena Eccleſia prouidere beneficiũ, [d] aliud obtinenti prouidere nõ poteſt, niſi uel primò ille beneficium, quod optinet oĩnò dimittat, [e] uel in conceſſione huiuſmodi ſit expreſſum, quòd etiam beneficiatæ ualeat ꝓuidere perſonæ, quo caſu unicum [f] dũtaxat beneficium, atque illud nõ curatum ob-

a Ob paupertatem. Non eſt otioſum hoc uerbum, loquitur enim hic de literis in forma pauperum: alias appellantur literæ in forma, cum ſecundum quæ dicũtur literæ iuſtitiæ uel quaſi c.cum ſecundum. de præbend. Sed ſi de gratia ſpeciali prouiſum ſit alicui, & poſtea ante uacationẽ adipiſcatur aliud beneficium, nõ expiraret gratia. Ita not.in c.ſi pauper.de pręb. in vj. unde ſumitur. Et nota quòd clericus pauper faciens pro beneficio non poteſt notari de ambitione, niſi poſtularet dignitatem aliquã: ut per Abba. in capit.ſi per inquiſitionem. de elect.

b Ceſſante cauſa. Quæ erat quòd clericus nullum habebat beneficium, concord. capit. cum ceſſante. de appel. cum ſimilibus. Sed nunquid idem ſit ſi pauperi clerico prouiſum ſit de Vicaria? reſpondeo aut Vicaria eſt perpetua, ut cap. extirpandæ. de præbend. & tunc idem, capit. poſtulaſti. de reſcrip. aut temporalis pone in terminis capituli cum ex eo. in ſi. de elect. in vj. & cap. beneficium. de re. iu. in vj. & capit. peruenit. ſecundi de appell. capit. fi. de uoto extrauag. execrabilis, & tunc non expirabit mandatum: quia beneficiatus nõ eſt, cũ bñficia ſint perpetua. Ita not. i c. ſi pauper. de prębend. in vj. & facit ad hanc literam cap. ſi epiſcopus. de p̄bend. in vj. & quòd ius beneficiatum nõ beneficiat, capit. quia in tãtum. de præbend. Cle. gratiæ. de reſcrip.

c Idoneo. Idem eſt ſi hoc uerbum non apponatur, c. cauſam quæ. de elect. ca. cũ adeo. de reſcrip. c. ſi. dè præſumpt.

d Beneficium. Scilicet ſufficiẽs, cap. is cui. de præbend. in vj. unde ſumitur. aliud enim ſi non eſſet ſufficiens: ut ibidem not. facit cap. quia in tantum. ext. de præbend. & quod not. ſupra. §. proxi.

e Dimittat. Si ergo dimittat ſibi prouideri poterit. Sed contra uidetur cap. ſi motu. uerſiculo, ſecus. de præb. in vj. Sol. ibi à principio, impetrauit ille cui prouidetur, quo caſu non ſufficit beneficium primum dimittere ſi tempore impetrationis tacuit hic, is cui prouidetur, non fuit is ad cuius petitionem gratia facta fuit, & ideò cum nulla in eo poſſit notari ſurreptio, ſufficit quòd poſtea dimittat. & dixit Io. Monach. quod per hoc reſcriptum nihil habetur actualiter, ſed potentialiter: & ideò ſatis eſt quòd ſit habilis perſona, quando potentia redigitur ad actum.

f Vnicum. No. ſtrictam interpretationem. ad idem cap. cum in illis. de præb. in vj.

Non

tinenti prouideri poterit. Sed ſi conceſſum fuerit, ut prouidere illi ualeat, qui & alia beneficia noſcitur obtinere, huiuſmodi pluralitas debet ſolum ad duo beneficia non curata [a] reſtringi.

Mandatum ſimplex de prouidendo non extenditur ad beneficium curatum, uel electiuum. h.d.

Ex natura quoque & beneficij qualitate Apoſtolicum reſcriptum reſtrictionẽ recipit, nam ſi de quibuſcunque beneficijs prouideri mandatum fuerit de animarũ cura mentione [b] non habita, de ijs prouidendum non erit, [c] quibus huiuſmodi cura noſcitur imminere. Illis quoque pro quibus ſcribitur, ut de perſonatibus & dignitatibus [d] ad collationem, prouiſionẽ, præſentationem, uel diſpoſitionem pertinentibus quorumcunque prouideatur, de ijs ꝓuideri non poterit, ad quos per electionẽ [e] ꝓficiẽdi aſſumũtur. [f]

Gratia alicui conceſſa, ut prouidere poſſit perſonis idoneis in certa Eccleſia perſonis non expreſſis, non expirat re integra per obitum concedentis, ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ. h.d.

Illud quoque omittendum nõ eſt. Quòd ſicut nulla facta perſonarum expreſsione [g] ſit gratioſè conceſſa facultas, ut authoritate Apoſtolica, aliquibus perſonis idoneis, in certa Eccleſia prouidere poſsit, uel beneficia, quorum collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam, legitimè deuoluta, [h] conferre: huiuſmodi conceſsio etiam re integra, per obitum concedentis non expirat: [i] ſecus ſi ſup ꝓ-

a Non curata. Si igitur utrũque uel alterum ſit curatum, tali non poterit prouideri. fac. ca. pluralis. de re. iu. in vj. & l. ubi numerus. de teſtib.

b Mentione non habita. Etiam ſi in literis prouideri mandetur, quòd animarum cura ſi qua beneficio immineret, non negligatur, not. in cap. cũ in illis. in princip. de præbend. in vj. unde ſumitur. quod dic ut habetur in Cle. ſi dignitatem. primo reſp.

c Nõ erit. Quia maior idoneitas exigitur in curatis, quàm in alijs, cap. cum in illis. in princ. de præb. in vj. Hinc eſt ꝙ cum patientibus defectum in ætate diſpenſant epiſcopi in dignitatibus non curatis: ſecus in curatis, cap. uni. de æta. & qual. ord. in vj. & eſt ſimile de filijs presbyterorũ capitulo primo. Sed quid ſi mandetur alicui ſimpliciter prouideri de beneficio, nunquid poterit executor prouidere de tali beneficio quod requirat ſacrum ordinem? & ꝑ hanc literam uidetur ꝙ non, ſed dic contra, capitulo ei cui. & capitulo ſi pro clericis. de præbend. in vj. & not. in d. capit. cum in illis.

d Et dignitatibus. Etiã ſi curam habeant animarum, cap. cum in illis. §. j. de præb. in vj.

e Per electionẽ. Electio igitur non continetur ſub uerbo prouiſionis, uel diſpoſitionis. ſimile in capit. deliberatione, primo reſponſo. de offic. deleg. in vj. facit quod nor. in cap. fi. de elect. in vj. & cap. cum in illis. §. j. & §. ij. de præb. in vj.

f Aſſumuntur. Etiam ſi inhibeatur in literis ne electores eligant, Cle. ſi dignitatẽ. de præbend.

g Expreſſione. Nota quòd perſonarum expreſſio multum operatur. facit ca. ſi cui. & capit. ſi eps. de præb. in vj. & cap. ſi cui. de offic. deleg. eod. lib.

h Legitimè deuoluta. Scilicet ſecundũ ſtatuta Lateranenſis, uel generalis cõcilij; c. ij. de cõceſ. ꝓben. c. ne ꝓ defectu. de elect. & talia beneficia legati de latere conferre poſſunt. ca. uenerabilis. de præbend. & not. in cap. j. de offi. de leg. in fi.

i Non expirat. Quia cum ſpecialem gratiam contineat decet eſſe manſuram cap. ſi cui. de præben. in vj. c. decet. de reg. iu. eod. lib. Sed qd ſi fuerit generaliter cõceſſa ptãs diſpenſandi cũ filijs ſacerdotũ, ſi is cui talis ptãs cõceſſa eſt diſpẽſauerit quo ad unũ, an ſi moriatur concedens, talis poteſtas expiret morte concedentis? an uerò per diſpenſationem quo ad unum ſit perpetuata? Reſp. ut per Butr. & alios in capit. ex tua. ante fi. de fil. preſ-

presbyt. Et in materia notã unam regulam quã ponit Abb. in c. fin. de precar. quòd ubi actus ualiditas dependet à uoluntate alterius non reuocat. ſ per ipſius mortem, præſumitur enim quis durare in uoluntate in qua decedit. c. maiores. de baptiſ.

a Ob ſuã. Quando ergo gratia eſt eius cui ſcribitur non expirat: ſecus quando alterius, puta pro quo ſcribitur, ut hic.

b Moriatur. Vel renuntiet. capit. j. de renuntia. in vj. Sed contra. cap. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in vj. & cap. ſi apoſtolica. de præbend. in vj. reſpond. ut not. in cap. ſi cui. in fi. eo. tit. & lib.

c Illud etiam. Sumitur ex cap. is cui. de offi. deleg. in vj.

d Prouiſio. Etiã ſi committatur ei quòd inquirat de illius uita, & conuerſatione. Cle. iudices. de offic. deleg. not. in cap. is cui. de offi. deleg. in vj.

uiſione certæ perſonæ facienda eidem ſit data poteſtas, non ob ſuam, [a] ſed eius cui prouidetur gratiã uel fauorem. Illa enim expirat omninò, ſi concedens re integra moriatur. [b]

Mandatarius cuius non eſt electa induſtria poteſt alteri mandare. h. d.

Illud etiam [c] intereſt, Vtrũ cui ab Apoſtolica ſede prouiſio [d] de beneficio in certa Eccleſia, diœceſi, uel prouincia [e] certę perſonæ facienda cõmittatur, an de certa Eccleſia incertæ tamen perſonæ. Primo enim

e Prouincia. Ergo non requirimus quòd beneficium ſit certum: ſed ſufficit quòd ſit certa perſona ut habeat locum ſubdelegatio, & hoc caſu non habet locum. cap. fin. de offi. deleg.

f Non poterit. Et ſic intelligatur. cap. fin. §. fin. de offic. deleg. is enim cuius induſtria eſt electa ſubdelegat. fac. l. inter artifices. de ſolut. & latè in d. c. fin.

g Per alium. Ergo quod de iure communi non poteſt, poterit ex poteſtate commiſſionis. cap. is cui. & cap. fin. §. uices. de offi. deleg. in vj. Et faciunt hæc ad quæſtionem, an delegatus ab alio, quàm à principe habens ſpeciale mandatum ſubdelegandi, ſubdelegare poſſit, & quidam quòd ſic: ut Ioan. And. in d. cap. is cui: quia ſicut iſti non habent à lege quòd ſubdelegare poſſint tamẽ ſi ad hoc haberent ſpeciale mandatum hoc poſſent. Sic dicendum uidetur quòd licet delegatus ab alio quàm à principe non habeat hoc a lege, & ſi loquuntur contraria, tamen ſi habet hoc ab homine, ſubdelegare poterit. fac. cap. j. ij. reſponſ. de procur. in vj. & c. fi. eod. tit. & c. penul. §. porrò. de elect. in vj. & cap. j. de offic. leg in vj. & c. ij. & ca. iij. de offi. leg. in vj. & c. qui per alium. & capit. poteſt quis. de regu. iur. in vj. ſtandum erit igitur regulæ, cum contrarium nõ reperiatur. Nam & lex dicit, non referre an ipſe ordo decurionum elegerit, an is cui ordo negotium dedit. ff. quod cuiuſque uni. nom. l. item eorum. §. ſi decuriores. facit. capit. cum aliquibus de reſcript. in vj. & de præbend. ca. hi. qui. primo. reſponſ. & inſtit. de Attil. tuto. §.

caſu licitè qui uices ſuas, alteri committere poterit, ſecundo uerò cũ in eligenda perſona mãdatarij electa uideatur induſtria, prouiſionem ſibi cõmiſſam alteri demandare nõ poterit, [f] niſi forma cõmiſſionis id habeat, ut per ſe, uel per alium [g] hoc expedire ualeat.

Beneficia Eccleſiaſtica debent ſine diminutione conferri. hoc dicit.

Poſtremo illud ſciẽdum eſt tàm Turonẽſi [h] Concilio cautum eſſe ne præbendæ aliquam ſectionem patiantur, [i] quàm ex La

ſed quod ueteri.

h Turonenſi Concilio. capit. maioribus. de præbend.

i Patiantur. Sine iuſta cauſa, ex iuſta enim cauſa poteſt una præbenda diuidi in duas cum uacat, ſi facultates ſufficiant. capit. uacante. de præbend. fac. cap. cum cauſam. & cap. ſignificatum. eodem. titulo. & cap. ad audientiam. de eccleſi. ædific. & ſic erunt duo iura, ſed duo ad unam præbendam eligi non poſſunt, ut unus unam medietatem habeat, & alter alteram: uel quod unus expectet quouſque alia uacabit, immo caſſanda eſt talis electio. capit. tuæ. & capit. dilecto. de præbend. & ita formaliter nota. in capitu. maioribus. de præbend. & ibi declaratur, & diſputatur per Abba. & Doctor. facit. capitu uni. ut eccleſi. bene. ſine dimi. confe.

teranenſi, [a] ne quis conferẽs beneficium Eccleſiaſticum partẽ prouentuum ſuis uſibus [b] retinerẽ audeat, cum ſine ulla debeant diminutione cõferri.

DE INSTITVTIONIBVS [c] & iure patronatus. XXIIX

Quando dicatur prouideri per inſtitutionem, quid ſit Ius patronatus, & quibus modis conſtituatur. h.d.

Accidit autẽ interdũ ut p̃lati [d] liberam de uacantibus beneficijs diſponendi facultatem non habeant, quod tunc euenit cum ea uacare contigerit, in quibus aliquis Ius obtinet patronatus: tunc enim ſtrictè ſumpto uocabulo nõ conferre, ſed inſtituere [e] dicentur eos quibus præſentante patrono, prouidendum erit. Eſt igitur [f] Ius patronatus poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium uacans. Conſtituitur autem tale Ius uarijs modis: ueluti Eccleſiæ ædificatione, [g] dotatione, [h] & ſimilibus. [i]

Aedificans rite uel dotans acquirit Ius patronatus, et eũ ſequi debent commoda quem ſequuntur incommoda. h.d.

Aedificatione acquiritur Ius patronatus, cum quis Eccleſiam de conſenſu diœceſani Iuris ordine ſeruato [k] cõſtruxit. Do

a Lateranenſi.c.prohibemus. de cenſib.& c. uni.ut eccle.bene. ſine dimi. confe.

b Suis uſibus.niſi ſint de menſa. Cle.quia regulares.§.j.de ſup. negl. prælat. uel niſi ſit aliquis laudabilis uſus.Abb.in c.j.ut eccleſ.bene. ſine.dimi. confe.

DE INSTITVtionibus,&c.

c De inſtitutionib. latè patet hoc uerbum, adaptatur enim hoc uerbum inſtituo, ad contractus.l.j.ff.ſi certũ.pet. Ad obligationes.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu. Ad actiones.l.j.ff. de inter.actio. Ad ultimas uolũtates §.ante hæredis.in ſti.de leg.& in ſũma omnis ordinatio poteſt appellari inſtitutio. Vnde etiam hic liber eſt liber inſtitutionũ. Sed in hac materia beneficiali alia eſt inſtitutio iuris tranſlatiua, ut hęc de qua in tit. pręſenti. Alia iuris iã tranſlati executiua, ut ea quæ fit p Arch.ut c.ad hęc.& c.ut noſtrum. de offi. Archid. eſt & inſtitutio authorizabilis, quæ & ipſa uidetur executiua iuris: ut in c.uni.de capel. monacho. Sumitur autem continuatio ex. §.fi. de præbend

d Prælati. Qui ueniant appellatione pręlatorum.not.ſupra de uita & honeſt. præl.

e Sed inſtituere. Supra.de præb.§.fi.

f Eſt igitur. Iſta diffinitio ſumpta eſt ex mẽte Hoſtię.in ſumma huius tit. qui tamen addit unum uerbum quod hic non ponitur, ſcilicet uerbum ſimplex, dum dicit, ad beneficium ſimplex & uacans. & ſi per uerbum ſimplex Hoſt. uellet ſolum excludere eccleſias collegiatas, bene ſentiret: quia in illis non cadit ius patronatus ita ut patronus poſſit præſentare: ut habetur communiter.in cap. cum in terra.ext.de elect.& in c.nobis. eod. Sed cum ſint quædam beneficia non ſimplicia, in quibus uerè cadit ius patronatus, ut declarat Paul. de Citta di.in tract.de iure patr.in tertia parte ſub Rub.ex quibus cauſis acquiritur ius patronat', conſultius fuit illud uerbum nõ apponere, & ita placuit cuidam auditori Rot. Rom.ex primarijs quẽ cõſului ſup illo uerbo. Aliter tamen diffinit Abb. poſt Io.And. in Rubr. extra eod. ſed ea diffinitio uidetur nimium prolixa.

g Aedificatione. c.nobis.ext.eo. c. Frigentius. c. piæ mentis.& c.monaſterium.xvj.q.vij. & hoc procedit et ſi fundans ſibi tale ius expreſſe nõ reſeruauerit. c. ſignificauit. ubi Abba.in j.not.& teſt.

h Dotatione.cap.nemo.de conſecr. diſt. j.c. filijs.xvj.q.vij.

i Similibus. Puta fundatione, id eſt, dum quis præbet ſolum,& agrum ad fundandam eccleſiam: ut not.in cap.piæ.xvj.q.vij. & per Ab. in cap.ad audientiam.j. de eccleſi. ædifi. Item ditatione, id eſt, cum quis dotatæ eccleſiæ facultates auget: ut habetur in d.c. ad audientiã, & latè locis ſuis per eos qui in hac materia cõfecerunt uberrimos tractatus.

k Seruato. Quis ſit iſte iuris ordo, dices ut infra.de conſtruen.conſecran. eccle. uel altar. & c.nemo.de conſecr. diſt. j.

Aſsignauit.

a Aſſignauit. Vt de conſecr.d.j. ca. nemo.& ca.ad audientiam el primo.de eccle.ædifican.
b Onera.l.pro oneribus.C.de iu.dot.
c Ad luminaria. Aut. ut nullus fabricet oratorium do.§.j.coll.v.

not.in Cle.ij.eod.tit. & eſt ratio : quia clerici patroni pinguius ius habent quàm laici:argu. xvj.q.ij.cap.ſi quis epiſcoporum.uel hoc:quia clerici uariare non debent, ideò hoc in pœnâ eorum ſtatutum eſt:ut not.in d. c. cum autem, per gloſ. Hoſt. & Abb.

tatione acquiritur ut cùm is qui non fundauit, Eccleſiæ pro dote certa bona aſsignauit. [a] Sicut.n. in carnali matrimonio ad onera [b] ſubſtinenda dos aſsignari debet, ità etiam cõcedenda ſunt Eccleſiæ q̃ ad luminaria, [c] & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodũ, [d] & ad cætera ſacræ domui neceſſaria ſufficiant. Inſtitutũ eſt igitur, ut quaſi cuiuſdã loco remunerationis [e] ad præſentationem patronorũ in fundatis, uel dotatis Eccleſijs ſacerdotes inſtituant, nullo profeſsionis, [f] uel ſexus habito diſcrimine.

Eccleſiaſticus patronus habet ad præſentandum menſes ſex, laicus quatuor. Eccleſiaſticus non poteſt uariare, laicus poteſt.h.d.

Sũt tñ [g] inter Eccleſiaſticos & laicos patronos, pleræq; differentiæ. Nam Eccleſiaſtico ad præſentandũ ſex mẽſiũ [h] concedit ſpatiũ. Laico quadrimeſtre [i] tẽpus datur, & uidet optima ratione [k] inductum, ut lõgius præfigatur tẽpus Eccleſiaſticis, quippè quib. ſemel facta præſẽtatiõne amplius uariare minimè licet, [l] quod in laicis diuerſum ſtatuitur. [m]

Epiſcopus qui inſtituit ſecundo loco præſentatum in pœnam tenetur prouidere etiam primo præſentato. hoc dicit.

Sed ſi laicus, cui plures præſentandi tributa eſt facultas, primo Ioannem inſtituẽdũ offerat, ſecundo loco [n] Paulum utrunque idoneum. [o] Ordinarius aũt ſecũdo loco præſentatũ inſtituat. Videamus an primus appellare ualeat, [p] & ſtatutum eſt de ſe-

d Cuſtodum. i. ſacerdotũ.fac. ca. de monachis. ext. de præbend. & erũt ad minus duo clerici.ca. præpoſuit. de filijs presb.c.illud. vii.q.j.
e Remunerationis. Ad quam tenemur. l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ff.de peti.hæred.
f Profeſſionis.ſ. utrum ſit laicus, uel clericus, uel aliàs religioſus, facit c.ſi.de inſt.
g Tamen.q.d.licet non ſit habenda differentia inter laicos & perſonas eccleſiaſticas quo ad ius patronatus obtinendũ, ſunt tamen inter eos plereque differentiæ.
h Sex menſiũ. c. uni.eod.in vj.
i Quadrimeſtre. c.uni.eod.in vj.
k Ratione. Quia .ſ.qui in uno grauatur in altero releuatur.l.cum qui ff.de iureiu. & ita uidentur dicere Doct.in c.uni eo. in vj.& in Cle.plures.eo. & uide qđ not.in c.cum uos.de offi.ordin.
l Licet.c.cum autem,& c.quod autem.c.paſtoralis.eo.& ſic ſecundum Inno. præſentatio factâ patrono eccleſiaſtico habet uim electionis, in qua non admittitur uariatio.c.publicato.de elect.ut per Abb.in d.ca.cum autem . &

m Statuĩ. Qui poſsũt uariare nõ recedẽdo à primo p̃ſentato, ſed accumulando: ut habetur in c.cum autẽ. eo.c.quod autem. eo & ĩtellige hic patronũ eccleſiaſticum cui competit præſentatio iure eccleſiæ : ſecus ſi iure patrimonij, etiã ꝙ ſit clericus : quia tunc idẽ per omnia in eo qđ ĩ laico: arg. c.cũ dilectus.eod. & not. Abb. in d. ca. cum autem. & not. etiam in cle. ij.eod.tit.& in ca. cum dilectus.ext. eod.
n Secundo loco. Etiam poſt appellationẽ ĩterpoſitâ à primo p̃ſentato, nam & tunc quoq; põt laicus uariare. Abb.in c. paſtoralis.eo. unde ſumitur.
o Idoneum. Sed quid aget prælatus ſi timet ꝙ non idoneũ ſibi p̃ſentatus fuerit, fortè ad p̃ces aliquorum? reſp.ut per Ab.in c.cõſtitutis.in pri. de appel. ij. Sed nunquid peccet patronus qui idoneum quidem præſentat, poterat tamen magis idoneum præſentare? reſpõ. ex not.per Abb.poſt alios in d.c.conſtitutis.ij.de appella.
p Appellare ualeat, licet expreſsè ad hoc hic

H non

cundo factam inſtitutionem infringi non poſſe. [a] Epiſcopū tamen qui primo loco præſentatū dolo [b] recuſauit admittere, recuſato, ut in competēti beneficio ꝓuideat compellendum: [c] ut in eo puniatur, in quo [d] eū deliquiſſe cōſtat.

Legatus de latere poteſt derogare Iuri patronatus Eccleſiaſticorum non Laicorum, Eccleſiaſtico patrono reddatur ratio prouentuum patronatæ eccleſiæ, ſecus laico. h. d.

Legatus etiam beneficium in præiudicium Eccleſiaſtici patroni, ut ſupra tetigimus [e] cōferre poteſt: cum in laicis diuerſum accidat. [f] Itē Eccleſiaſtico patrono đ tēporalibus rebus ratio debet exhiberi, [g] quod in laico minimè obtinet.

Patronus laicus poteſt deferre ad ſuperiores clericos qui dilapidant bona Eccleſiæ cuius eſt patronus. h. d.

Licebit tamē [h] pa-

non reſpondeatur, tamen implicitè ſatis bene habetur quid operetur hæc appellatio. fac. c. paſtoralis. eod. datur ultra appellationem etiā aliud remedium, ut ſcilicet pręſentatus. primo loco adeat ſuperiorem debētis inſtituere per uiam querelæ, & petat compelli recuſantem inſtituere, pro hoc quod legitur. & not. in c. ex parte haſtenſis, & in c. cū Bertoldus. de re iudi. & per Abb. in d. c. paſtoralis.

a Non poſſe. Secus tamen eſſet in patrono eccleſiaſtico, ſecundū Ab. in cap. paſtoralis. eo. Sed quid ſi habens inſtituere nō inſtituit intra ſex menſes, an fiet deuolutio ad ſuperiorem, ſicut dicimus in collatione? reſpond. non, tempus enim ad inſtituendum eſt arbitrarium. Abb. in d. c. paſtoralis.

b Dolo. Sed quis probabit quòd epiſcopus malitioſè & doloſè non inſtituerit? Glo. & Doct. in c. paſtoralis. eo. uariè diſtingunt, dicunt ſibi. & nota ex hoc. §. quòd licet aliàs contradictio ſine iuſta cauſa habeatur pro conſenſu; ut not. Archid. in c. j. de conſtit. in vj. & Abb. in c. quoniam. in fi. de uit. & hone. cleri. tamen hoc non habet locum quando contradictio nō ſtetit in puris terminis contradictionis, ſed proceſſum eſt etiam ad actum contrarium: uel nō procedit hoc ubi requiretur non ſolum cōſenſus, ſed actus perficiens conſenſum, ut in fi. huius. §. in quo non ſufficeret epiſcopi conſenſus ſed ulterius requiritur inſtitutio.

c Compellendū. Sed ſi eſſemus in electo qui peteret à ſuperiore cōfirmationem, poſſet eū dem præciſe compellere ad confirmandum, electus enim innititur pleno iure, & petendo confirmationem in nullo petit gratiam. Vnde dicit Io. And. in cap. poſtulationem. de poſtul. prælator. quòd canonice electus ſi confidat de idoneitate perſonæ ſuæ poteſt ſuperbe accedere ante ſuperiorē etiam caputio uel bireto non eleuato, & comminari quòd niſi confirmetur habebit recurſum ad ſuperiorem, & hoc intellige in ſuperiore citra Papam. Præſentatus uerò conſequitur ius, ſed non adeo plenum, cum patronus uariare poſſit. c. cum autem. de iu. patro. unde debet eū humilitate petere inſtitutionem, unde petit gratiā expeditionis, id eſt, ut expediatur cito ne alius interim ꝑ patronum præſentetū, unde debet leuare caputium, & ſe curuare. Poſtulatus uerò debet etiam genua flectere: ut per Doct. in d. c. poſtulationē.

d In quo. c. quāto. & c. tranſlationem. de tranſlat. c. fi. de immun. eccleſ. xvij. q. iiij. ca. frater. & coepiſcopus.

e Tetigimus. In § ex legatione. s̃. de præben.

f Accidat. Vt probatur in c. cum dilectus. & per ea quæ ibi habentur. Sed quid in Papa. dic quòd poteſt cōferre etiam eccleſiaſtico patrono inuito: ut not per Abb in d. c. cum dilectus. poſt not. in Cle. literas. de præben. ſed Papa non ſolet hoc facere quin ſaltem mentionē faciat, & aliter collatio tanquàm ſurreptitia non ualeret. faciunt quæ not. Abb. in c. iij. in j. not. de iur. patro. & in c. illud. eod. tit. in fin.

g Exhiberi. Vt in c. in Lateranenſi. de præben. & in c. ex literis. ext. eo. & habetur in cap. cum & plantare. ext. de priuil. & quomodo ſit reddenda iſta ratio, uide tam per Inn. & alios in d. c. cum & plantare, quàm per Abb. in d. c. ex literis. & no. ex hoc quod hic dicitur, quòd quo ad quid pinguius eſt ius patronatus eccleſiaſticum quàm ſeculare.

h Licebit tamen. Quanquàm ſibi de temporalibus rebus ratio exhiberi nō debeat, & ſic dictio tamen, rectè aduerſabitur. & not. differentiam in iure, & in facto, & de eius natura habetē in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de edend. & per Bart. & Doct. in l. j. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.

trono laico, [a] ſi ſacerdotem ex collatis in Eccleſiam rebus fraudare cognouerit, aut honeſta illum conuentione cōpeſcere, aut Epiſcopo uel competenti Iudici corrigenda denuntiare, quòd ſi talia agere temptet & Epiſcopus. Metropolitano eius hæc inſinuabit, ſin autē & Metropolitanus talia gerat, Principis [b] hęc auribus (ſi aliter Eccleſiæ conſuli non poſſit) [c] intimare non differet.

Ius patronatus tranſmittitur ad quoſcunque hæredes, et plures ſuccedentes uni habent uocem unius, nec hæres patroni inſtitutum minare poteſt. hoc dicit.

d Abbate. Sed nūquid ſolus Abbas ſine capitulo pōt recipere quē in monachum, & uidetur poſſe. ca. ad Apoſtolicam. eo. & uidetur innuere hæc litera. Plures contra ꝙ immo de neceſsitate teneatur requirere cōſilium capituli: aliàs receptio nō ualeat: ut habetur in ca. nouit. ext. de his quæ fi. à prælato. tale tamen conſilium non tenetur ſequi, uide per Ab. in c. porrectum. eo. & quod not. in cap. ſi. eo. in vj.

e Obligatur. c. non ſolum. & c. cōſtitutione. eo. in vj. quæ ſunt contra. Sol. licet in monaſterio mendicantium ante annum profeſſus non obligetur, in ſpē eorū religioni, obligatur tamen in genere ad religionem, quam elegerit, & hoc ſpeciale eſt in mendicantibus, de quibus non loquitur hic.

f Ex cauſa. Iuſta & rationabili non autem ſi inhiet ad patrimonium monachādi, nā hoc caſu licet profeſsio ualeat, reſpectu tamen finis male faceret, & ob id bona monaſterio nō applicarētur. c. conſtituit. xx. q. iij. Ab. in c. prętet. de of. deleg. & in c. in pſentia. de proba. & in c. cum dilectus. de his quę ui. met. cauſ.

g Tempus. Scilicet ordinariū unius anni, cū alioqui ſit arbitrarium: ut not. ſ. eo. §. proxim. & in c. Conſaldus. xviij. q. ij. & innuit hæc lr̃a.

h Proferre. Ideſt, protelare: & in longius ducere, fac. q̄a cōtrariorum eadē eſt diſciplina.

i Ante trienniū. Sed cū iſte dep̄hēſus ſeruus furtū fecerit ſui corpis, qūo rē furtiuā uſucapit triennio, cum nec ſpacio longi temporis

poſſit

poſſit ſeruus fugitiuus præſcribi: ut l.j. C.de ſer.fugit.Reſp.operať hoc fauor eccleſiæ.poſſet tamen dici quòd eccleſia debet recompenſare dānum domino. xiiij. q.vj.c.cōperimus. ſimile eſt in c.quæſti.xvij. q.iiij.

a Habitus. Videtur ergo quòd tēpore probationis debeat eſſe in habitu in priore & proprio, non monachali.ca.legem.diſt.liij.& c.multos. diſt.liij. & c.ſuper eo.ext. qui cle.uel.uouē. probabilius tamē uidetur quòd debeat eſſe in habitu monachali cū non aliter poſsit experiri aſperitatem ordinis, & quòd hic dicitur concedendus nō erit, intellige cū effectu, ita ut eū reijcere non poſſit:ut not.in c.fin. xvij.q.ij.

b Inhabilis. Puta oneratus ære alieno.de quo dic ut latè per Ant. de But. in cap.j. de oblig ad ratio. redden.

c Deprehendatur. Caueri ergo debet quòd infirmari uel uituperari poteſt ſupra. qui pro mo.non poſ.in princ.

d Quod ſi ſeruus.Sumitur ex c. ſi ſeruus.ij.uerſic. debent.n.diſtinct.liiij.

e Per triennium. At ad clericatū,extra clauſtrū annus ſufficeret.ut no.in c.ſeruus. ij.uerſ. debent.n.diſt.liiij. diuerſitatis ratio eſt: quia clerici ſunt in publico monachi latent.

monachalis habitus [a] concedendus nō erit, ne ſi fortè poſt annū ſtatim præſtetur, poſteà ſeruus, aut aliàs inhabilis [b] ad monaſterium deprehendatur. [c] Quod ſi ſeruus [d] per triēnium [e] in monaſterio cōmoratus, poſteà monachus effectus fuerit ex hoc liber etiam efficietur.

Ordinatus ignorante domino ſi fiat monachus fit liber, alias dominus poteſt intra annum recipere ſeruum. hoc dicit.

Quinimò ſi prius ignorāte domino ad ſacra miniſteria ordinatus monachus fieri elegerit, iugum ſeruitutis euadet [f] aliàs intra unius anni ſpatiū domino & ſeruilem fortunam probare, [g] & ſeruum ſuum recipere licebit.

Prædicatores minores, & mendicantes, non poſſunt profiteri ante lapſum anni, & recipientes profeſſionem puniuntur hoc dicit.

Quod tamen de facultate recipiendi ante annum profeſsionis dicitur, non eſt perpetuum. Prædicatores enim & Minores, [h] aliiq; mendicantium [i] ordines ante annum [k] probationis elapſum quēquam ad ſui ordinis profeſsionem, uel ſeculi renuntiationē faciendā, recipere non poſſunt, quòd ſi fortè cōtra fecerint & is qui ſic receptus fuerit eorundem ordini minime alligabitur, & receptores à receptione ad profeſsionē quorumlibet ſuſpenſi, tā excommunicationi, quàm alijs pœnis, [l] quæ huiuſmodi regularibus pro culpis infligi ſolent [m] grauioribus ſubijci ēdi erūt.

Delatio habitus tacitam oſtendit profeſsionē, & unuſquiſque debet ſe conformare cum habitu quem gerit. h.d.

f Euadet.No. ergo hic quòd in habentibus ſymbolū facilis eſt tranſitus, nam hic ſeruus ſi fiat de laico monachus licet domino illū intra annū recipere ut hic & in c.ſi ſeruus. diſt.liiij. ſed ſi fiat primo clericus & poſtmodū monachus remanet monachus etiā dño inuito, forte hoc operať characteris impſsio,nō tñ ut in ſeruitute.ſic à cōtractu uel delicto ante ingreſſum ꝑpetrato liberaret,ut ꝑ Ab.ī c.j.de eo qui furt.

g Probare.Puta probādo quòd illū cœpit in bello licito. nā & fideles ita cœpti ſerui fiūt, ut per Ab. in. c.j.de conuer. in fid. licet cōſuetudo nō uideatur hoc ſeruare, uel alio modo legitimo.& fa.ca.ſi ſeruus.diſt.liiij. Annus aūt iſte incipit dño currere à die ſciētiæ nō aūt ordinationis ipſius ſerui:ut no.in d.c ſi ſeruus.

h Et minores.c. ij.& c.iij.eo.in vj.

i Mendicantiū. c.iij.eod.in vj.

k Ante annum. Sed an poſt annum præſumatur profeſsio niſi probetur. Reſp.negatiuè cum ſit facti, & ita Abb.in c.nuper.de teſtib.

l Alijs pœnis. No.quòd quis multiplici pœna punitur.Ratio:quia altera per ſe non ſufficiebat,not.in c.at ſi clerici.in fi.ext.de iud.

m Solent.Inſpecta ipſa conſuetudine, & ordinationibus quæ ſunt ſecundum regulam.

Coniecturis.

Tacitè profitetur quis, cùm idoneis cōiecturis [a] apparet, ꝙ perpetuo uult domino in religione [b] ſeruire, & uitam ducere monachalem, ut putà habitum poſt annum [c] retinendo, ubi iis nouitijs, & profeſsis, communis & indiſtinctus [d] eſt, uel profeſſorum [e] habitum ſuſcipiendo, ubi is diſtinctus habetur. Vnde [f] & Toletano Cōcilio [g] inductum eſt, ut clerici qui ſe fingunt [h] habitu, & nomine monachos, & non ſunt, corrigantur, & ueri monachi [i] fiant.

Ponit differentiam inter expreſſam, & tacitam profeſſionem. h.d.

Vtrum autem quis expreſsè ꝓfeſſus fuerit, an tacitè interdū [k] multū intereſt. Ex-

a Coniecturis. Quales ſunt quæ hic ponuntur ſtatim, uel quia ipſemet fuit confeſſus, uel confitetur nunc ꝙ uoluit relinquere ſeculum ſecundum Inno. & Hoſt. in c. ſtatuimus. eo. uel quia dimiſit beneficium quod habebat nō proteſtādo ꝙ nōn intēdit ꝑ hoc dimittere ſeculū, uel de bonis proprijs diſponēdo. ut no. in c. cōſulti. & c. ſtatuimus. ī antiquis & in c. nō ſolum. eod. in vj. habitus ergò ēt nouitiorū cum ꝓpoſito mutādi uitā obligat quē religioni, ſaltē ī genere, ut nō poſſit ad ſeculum amplius redire. Sed an talis uſque adeò ſit uerus monachus, ut matrimoniū poſtea cōtractū nō teneat? Reſpondeo ut latè not. per Ab. in d. c. cōſulti. & per eundem in c. cōſuluit. qui cle. uel uouēt.

b In religione. Scilicet approbata, c. uni. de uoto in vj. & Clem. j. eod. ſecus ergo, ſi extra religionem quācocūq; tēpore portauerit talē habitū: ut in c. ut clerici. eo. & in Cle. eos. eod. ubi not.

c Poſt annum. Scilicet completum, licet nō exceſſerit: ut not. in Cle. eos. eo: debet ergo is qui nō uult obligari talē habitum intra annūm deponere, quod intellige de pubere, & de eo qui ſponte recepit, uel ſaltem portauit, ut ibidem not. Item intellige niſi deferens contrarium fuerit proteſtatus: ut per Abb. poſt antiquos in c. ut clerici. eod.

d Indiſtinctus. Etiā ſi eſſet aliqua diſtinctio latens, ut quia licet nō ſit differentia in colore & ſciſſura, differentia tñ eſt, quia habitus profeſſorum benedicitur non autē nouitiorū, uel quia habitus profeſſorum datur ante altare, nouitiorum in alio loco, uel quia habitus profeſſorum datur per Abbatem, nouitiorum per alium, & hanc materiam intellige ut habetur ꝑ Abb. in ca. ex parte. eod. & in Cle. eos. eod. ubi copioſè ſcribitur.

e Profeſſorum. Hoc caſu ſecundum Abb. in c. ad noſtram. eo. in fi. debent quatuor concurrere. ſ. diuerſitas habitus, ſcientia, libera uoluntas, & tridui perſeuerantia, quibus concurrentibus obligatur quis religioni in genere nō in ſpecie. Idem tenet Ab. in c. ſuper. eod.

f Vnde. Id eſt, hac rōne delationis habitꝰ, de qua dixerat īmediatè.

g Cōcilio. Vt ī c. ut clerici. ext. e.

h Fingunt. Ex cā non honeſta, puta iocosè, uel cā explendæ libidinis: no. ꝑ Gloſ. & Ab. in c. ex tuarum. de priuil. & fac. xxvij q j c. uidua, & c. ex literis. de ſponſal. Vel intellige de his q deferunt habitum ext. monaſteriū, ſcđm Hoſt. & Inn. quos ſequitur Io. And. ī Cle. eos. eod. & ponit Ab. in c. porrectū. eo. Vel loquitur de his qui ꝓteſtant ꝙ ꝑ delationē habitus nō intendunt profiteri, ut ꝑ Abb. in c. ut hi qui. eod. Vel intellige de his qui ingrediuntur monaſterium, ubi nō ſeruat regula antiqua: ut ibidē per eundem, & de hoc latè ꝑ Archid. & alios in cap. quod interrogaſti. diſt. xxvij.

i Veri Monachi. Supple uel ueri clerici, ut ī c. ut clerici. eo. unde ſumitur. daē. n. optio utrū uelint eſſe clerici uel monachi. ſimi. in c. cum cāni. de elect. & arg. xvj. q. j. c. nemo pōt. arg. cōtra xxvij. q. j. cui duo. & c. quid interrogaſti. d. xxvij. Sol. ut no. in d. c. ut clerici. & not. hic, & in c. tuarū. de priuil. ubi Gloſ. & Ab. quod ubi cōſtat de aīo deferentis habitum. ſ. qđ nō intēdit profiteri, talis delatio quātumuis diuturna non inducit profeſſionem. Secus tñ ſi quis monialium habitu indutus in monaſterio monialium profiteretur: quia ſecundum. Io. And. quē etiam ſequitur Abb in d. c. tuarum, ualet talis profeſſio, licet is cōpellatur intrare monaſterium monachorum.

k Interdum multum. Interdum ēt nihil quo ad quædā, ut ecce profeſſio tacita inducta per lapſum anni non habet triduum ad pęnitēdū, prout nec expreſſa, licet aliud ſit in tacita quæ

preſſa enim profeſsio etiã ſeculari habitu nõ mutato, [a] illi religioni p̃ciſè [b] obligat quã quis profeſſus fuerit. Tacitè uerò facta infra probationis annũ, p habitus qui profitẽtibus tm̃ datur ſuſceptionẽ, non illi ſpecialiter, cuius eſt ſuſceptus habitus, ſed generaliter religioni recipientẽ obligat, dũ tñ legitimę ſit ætatis ac ſciens & prudens [c] triduo [d] in eius habitus delatione pſeueret.

Beneficium non uacat per religionis ingreſſum antè profeſsionem, niſi de conſenſu ingreſsi. h.d.

Et ſi contigerit eũ qui religionẽ ingredi tur beneficium retinere, intra probationis [e] annũ nõ erit alicui cõferẽdũ, [f] ſed interim per alium aſsignata ſibi cõgrua de prouentibus portione, [g] beneficio [h] inſeruiendũ erit, ſi tamen ingreſsi ad id accedat aſſenſus, [i] aut ꝙ uitã mutare uoluerit liquidò appareat, aut legitimã profeſsionẽ [k] emiſerit beneficium alteri liberè cõferri poterit.

Qui uitam regularem uouit monaſterium ingredi debet non obſtante quod fuerit præituram conſecutus. h.d.

Is quoque qui uotum de ingreſſu religionis cõpos mẽtis [l] emiſit, [m] ut monachus fiat cogendus erit. Vſq; adeò.n. Deo

per aſſumptionẽ habitus intra annum inducit: ut no. in c.iij. eo. in vj. vnde ſumitur. itẽ quo ad diſſolutionem poſtea contracti matrimonij nihil inter expreſſam & tacitã intereſt: quia ſemper dirimit, Io. And. in d.c.iij. Ab. in cap. cum uirum. eo. in anti.

a Nõ mutato. c. ſicut. eo in antiq. c.iij. eo. ĩ vj. habitus.n. nõ facit monachũ ſed profeſſio regulæ, c. porrectũ. de regulari.

b Pręciſe. Id eſt, abſolutè, & neceſſariò, & ſine diſtinctione: ut no. in c. contra Chriſtianos. de hære. in vj. & per Ab in c. ex parte. de reſcript. fac. l. miles. §. decem. ff. de re iudi. & l. ſed & hæ. §. pen. ff. de procur. & de hoc uerbo traditur per Legiſtas in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iu. & in l. ſtipulatus ſum damam. ff de uerb. obli. p Bal. in Aut. hodie. de iudi. & ĩ l. ij. C. de execut. re. iudi.

c Sciens & prudens. Secus ſi forte laboret furore, c. ſicut. eo. uel inuitus deferat ca. cum uirum. eo. & xx. q. iij. c. præſens.

d Triduo. Similis dilatio temporis in l. fi. C. de erro. aduo.

e Probationis annũ. Sumit̃ ex c. bñficiũ. eo. ĩ vj. & p hãc literã dici poſſet ꝙ ſi minor xiiij. ann. religionẽ ingrediat̃ beneficium ſuum antefinẽ anni xvij. ſtãte cõcilio Triden. ſeſſ. xxv. ſub titulo. de regul. c. xvj. cõferri non poterit: ut not. per Io. And. in d.c. beneficium.

f Conferendum. Immo cõtra c. ex trãſmiſſa. de renunt. ubi tenuit collatio facta intra annũ probationis. Sol. ut not. in c. beneficium. eo. in vj. & idem erit ſi ingreſſus non habeat quidem ius in re, ſed ad rem tñ: quia eadem rõne tale ius nõ creditur perire, ut ibidem ab eodẽ not. Sed nunquid contra cõſtituto in pbatione poterit beneficium conferri. & nõ puto cum hic ſit ſtatu dubius, l. qui ſtatus. ff. de re mili. & l. q de libertate. ff. de lib. cau. & quia per hoc induci poſſet ad religionem dimittendã, qđ eſſe nõ debet, xij. q. ij. c. bonę rei. & ca. quorundã. de elect. & c. cum & plãtare. de priuil. quod intellige de beneficio quod per regulares poſſideri nõ poſſet, ad ep̃atum aũt in ſeculari uel regulari eccleſia eligi poſſet, c. nullus. de elect. ĩ vj. & §. propterea. infra eo. Sed nũquid talis uocandus erit ad electionẽ ep̃i ſede uacãte ſi ſit ĩ monaſterio uicino? Reſp. ut plixè not. ĩ d.c. bñficiũ.

g Portione. Sed quid fiet de reliqua portione, reſpondeo ſedm aliquos, reſeruabit̃ cõſtituto in pbatione, licet actualiter dari non debeat, nã ſic nõ bñ pbaret̃. Alij ꝙ ĩ utilitatẽ eccle. expẽdet̃. Alij aſr, ut no. ĩ c. bñficiũ. eo. ĩ vj.

h Beneficio. Etiam ſi ſit curatum.

i Aſſenſus. Et in his terminis eſt fortè intelligendum c. ex trãſmiſſa. de renunt.

k Profeſſionem. Non ſolum expreſſam, ſed etiam tacitam, c. beneficium. eod. in vj.

l Cõpos mentis. Licet ſit corporis ĩpotens, ĩfirmitas.n. quãtũuis grauis nullitatẽ actus nõ inducit, niſi mẽtis exiliũ inducat c. ex trãſmiſſa. ubi Ant. & Ab. de renunt. facit c. Gonſaldus. xvij. q. ij. ſed furioſus etiã ſi benefaciat ſanę mẽtis nõ pręſumitur. c. ſicut. ubi Abb. eo. fac. not. p Legiſtas in l. furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ.

m Emiſit. Vel furore liberatus ratã profeſſionem

nem habuit, ut c.ſicut.eo.ſed an ſufficiat tacitā ratihabitio? reſpondeo ut no. per Abb. in d.c. ſicut.in fine.

a Compellendus. Quia debet prælaturā dimittere, & monaſterium ingredi, licet poſteà canonicè electus ep̄atum recipere poſſit, c.per tuas. de uo. & uot. red. & ex hoc nota differentia inter matrimoniū carnale & ſpirituale: nam carnale tollit uotū prius emiſſum matrimonio non cōſonū.c.j.de uoto & uoti red.ī vj. ſecus ī ſpirituali, ut hic, & in d.cap. per tuas. nā inter ep̄m & eccle.contrahitur mr̄imonium ſpirituale, c.ij.de trāslat. & ſ. de correp.uſu. ſubl.§.j. & tñ p hoc mr̄imonium non eſt ſublatum uotū religionis præcedens, & ſic carnale vr̄ fortius. Sed contra vr̄ cap. qui poſt.eo.in vj.& infra.eo.§.proxi.Sol. ut ibi in uerb.remanere. An aūt quod dicitur habeat locum in alijs dignitatibus diuerſis ab ep̄atu, uide per Abb.in d.cap.per tuas.

b Intranda. Nota uerbum: quia aliud eſt religionem profiteri, quod pōt fieri etiam habitu non mutato, c.ſicut.& c.porrectū. eo.ī antiq.& c.cōſtitutionē.eo.ī vj.q̄a habitus & c.aliud uouere de intrādo uel profitēdo & tūc loquitur hic, & c.qui poſt.eo.in vj. ſicut & diuerſum eſt uendere à promiſſione de uendendo.

c Laxiorem. Quia de arctiori nō dubitatur: quia etiam ꝙ eſſet profeſſus poſſet ad ſtrictiorem tranſire c.licet, eo.uoluntas.n.& propoſitum nō infringit, qui cōmutat in melius, c.per uenit.de iureiu.capit.ſcripturæ.de uo. & uo.redempt.& ſic non eſſet locus tunc pœnitentiæ imponendæ.de qua hic ſecundum Archi. ut not.in c.qui poſt.eo.in vj.

uoti ligat emiſſio, ut etiā ſi quis poſt uotū prælaturam fuerit cō ſecutus. Domino tamen promiſſa reddere ſit cōpellendus. a

Per uotum ſolenne derogatur ſimplici.h.d.

Illud queri poteſt. Si quis poſt uotum de certa religione intranda b emiſſum, aliā religionē etiam laxiorē c ingrediatur, & ī eadē profiteat̄, ibidē ne poſſit uoto non obſtante priore licitè remanere? d in qua ſpecie cū per ſecūdum ſolenne uotum priori ſimplici derogari potuerit, reſponſum eſt poſſe monachū in ea religione, in qua profeſſus eſt remanere: eidem tamen pro uoto non cōpleto, pœnitentiam e imponendam. Eſt autē f in ꝓpoſito uotū ſimplex qđ nō eſt aliqua profeſſione munitū. Solenne uerò eſt, qđ quis per profeſſionē tacitā, uel expreſſam comprobauit.

Semel factus monachus, cogitur remanere in monaſterio.h.d.

Is igitur qui legitima in ætate conſtitutus, habitū ſemel g induit ſpontè, h religio-

d Remanere. Sed cōtra ſupra.eo.§.proxi.& c.per tuas.de uoto & uoti redempt.ubi coniugium.ſpirituale quod nō vr̄ minus eſſe efficax profeſſione, nō præiudicat ſimplici uoto de religione intrāda, immo debet quis prælaturam deponere ut uotū impleat. Sol.in cōtrarijs promotus habebat cōſcientiam erroneā, quā deponere nō poterat, unde erat ſequēda, facit quod not. in c.per tuas. de ſimo.uel ſol.ut per Abb. in c.per tuas.eod.

e Pœnitentiam. Quæ tanto debet eſſe durior quāto fuit uotum manifeſtius.cap.uni.de uot. & uo. red. in vj.c.j. de pœnit. & remiſ.& not.xxij. q.iiij. ca.nemo. & d.lxxxj. c.clericus ſolus. & d.xix.ca. Anaſtaſius.& c.de hoīe.de cele.miſſ.

f Eſt autē.c.uni. de uot. in vj.unde ſumitur.

g Semel. Immo cōtra: quis adhuc habet triduum ad deliberandum poſt talis habitus ſuſceptionē, c.ad nr̄am.eo.Sol.hic in eo qui prius uouit ingreſſum religionis, & poſtea habitū ſuſcepit, ibi ī eo qui exorſus eſt a ſuſceptione habitus, & cū dubitari poſſit quo id aīo fecerit, ideò dat̄ triduum ſecundum Ab. in contrario. uel in contrario fuerat quis illectus, & erat uicinus pueritiæ, & non fuerat in probatione, ut not.in c.procliuius.xx.q.iij.

h Sponte. Secus ſi coacte, c.j.& quę ibi Doct. & c.ad nr̄am eod.& xx.q.j.ca.ſicut.& q.iij.perto.dummodo talis ſit coactio quæ cadat in cōſtantē uirum, c.cum dilectus, quod me.cā. ſed & cōditionalis coactio impedit, c.prolatum. quod me.cā.niſi quis ex timore propter maleficium intraret religionē, ut no.ī c.j.d.q.iij.Sed cōtra vr̄ quia coacta uoluntas, uoluntas eſt, c.merito, xv.q.j.l.ſi mulier.ff.quod me.cau. reſ-

 pondeo

pondeo in hac materia debet eſſe ſpontanea. fac.no.in c.abbates.quod me. cau. arg.contra in c.maiores.§.item quæritur.de baptiſ.

a Abbati. Sine cuius licentia nec literas quidem audebit à quoquã recipere:ut per Abb.in c.cum I. & A. de re iudi. & aliter faciens uel delinquens punietur ſolo Abbatis arbitrio ſine conſenſu capituli. Ab.in ca. repræhẽſibilis. de appel. ſed latius per eundem in ca. Ioannes.eod.

b Proprium. De facta & tanquam proprium, ſed quñ dicet monachus proprium habere?Reſpon.ſecundum. Io. Andr. & Abb. in c.cum ad monaſterium . de ſta. mona. quãdo non habet adminiſtrationẽ, & aliquid tenet illud celando Abbati: Vnde ſi habet adminiſtrationem , uel eſt in ſtudio cum licentia ſuperioris licitè aliquid detinet, nec ob id dicitur habere proprium ſi paratus ſit illud dimittere ad nutum ſuperioris. facit, quia idem uidemus in ſeruo, qui nõ dicitur habere aliquid proprium, licet habeat peculium l.quam Tuberonis.ff.de pecul. & per Ab.in c. Ioannes.eod.

c Contra eam. Etiam ſi ſibi fuerit aliquid relictum:quia non debet illud capere ſine licentia ſuperioris,cum tale relictũ acquiratur monaſterio,ſecundum Ab. in c.cum ad monaſterium.eo.& latius in c.ij.de ſta.mona.& de hoc uide concilium Tridentinum ſeſſ.xxv.in tit.de regularibus c.ij.& c.iij.

d Summus Põtifex. Aliqui dicũt ꝙ Pontifex põt prius facere de monacho nõ monachũ, & eidẽ poſteà permittere ut poſſit hẽre ꝓprium.

e Priuandus. Niſi in puncto mortis oſtenderit contritionẽ:arg.c.à nobis.de ſñia excom.

ſum propoſitum ultro ſuſceptum, deſerere non poterit,ſed ꝓprio Abbati [a] obediẽs: in caſtitate ĩ proprio deget monaſterio.

Monachus non poteſt aliquid proprium habere, nec cõtra hoc poteſt Papa diſpenſare.h.d.

Sed nec aliquid ꝓprium [b] poſſidere debet,& ſi quid habet totum in continenti reſignabit. Nã abdicatio proprietatis, adeò eſt annexa regulæ monachali, ut cõtra eã [c] nec ſummus Põtifex [d] poſſit licentiã indulgere: Et ſi proprietas apud quẽquam inuenta fuerit ĩ morte, is eſt Chriſtiana ſepultura priuandus, [e] & ſepultus exhumandus, [f] prout etiam beatus Gregorius,ſe feciſſe narrat.

Poteſt monachus tranſire ſolum in arctiorem religionem, & ſi dubitetur, an ſit arctior, in quam monachus uult migrare, ſtatur iudicio Abbatis hoc dicit.

Sed nec temerè [g] monachus de monaſterio ĩ monaſterium [h] migrare permittendus eſt, niſi monaſterium ad quod trãſitũ facere cupit, diſtrictius [i] exiſtat. Quo caſu nullo obſtante

f Exhumandus. Si poſſit fieri ſine ſcandalo cap.ſuper.de ſta.monach.

g Temerè. Nota duo quæ requiruntur ad hoc ut quis poſſit tranſire in aliam religionẽ, Primo,ut abſit temeritas & leuitas.Secundo ꝙ religio in quam uult trãſire ſit ſtrictior, & fac. c.Ioannes.& c. ſuper eo. & c.ſanè. & cap.licet.eo;&xx.q.iiij. per tot.

h In monaſterium. Sed contra vſ. ꝙ tranſire de uno monaſterio ĩ aliud non eſt apoſtatare,c.ex parte. de temp. ordi:nec debet iſte trãſitus prohiberi,cum tã in primo quã in ſecũdo: tria ſubſtantialia religionis obſeruentur. Sol immo largè eſt apoſtata,ut no.per Ab.in c.Ioannes. ante fi.eod.& licet hic in ſubſtantialibus nõ ſit præuaricator, eſt tamen quo ad obedientiam quã debet prælato,c.ſicut. de iureiu. Sed cui ex duobus monaſterijs applicabuntur bona iſtius tranſeuntis de uno in aliud, maximè ſi licitè tranſeat?reſp.ut per Ab.in c.quod à te. de cle.coniug.& in c.ne religioſi.de regul.& in c.cum olim.ij.de priuile.

i Diſtrictius. Quid dicemus de eo qui intrauit religionẽ ubi non ſeruabať regula antiquitus inſtituta, demum monaſterium reformať, nunquid is qui fuit ingreſſus diſſolutionis tempore,poſſit cõpelli ad obſeruantiam regulę reformatæ?reſp.ut per Ab. in c.ſuper eo.eod.tit. Item ſciendum ꝙ per licitum tranſitum ad ſecundum monaſterium trãſiens eſt penitus à primo ſeparatus, etiam intra probationis tẽpus, & anteaq̃ profiteatur in ſecundo monaſterio, Ab. in c.ex tranſmiſſa. de renun.l.fac.not.per eundem in c.Abbate.de uerb.ſigni. & fortè nõ poterit amplius ad priorem religionẽ reuerti, de

de quo dic ut per Butr.in cap. intelleximus. de ætat.& quali.

a Priuilegio. Concor.ca.licet eo. & ſi c no. ꝙ ubi priuilegium poſſet diuinę inſpirationi prę iudicare parum aut nihil operatur.

b Indulgere. Et ſi nō indulgeatur nihilominus poterit monachus exequi propoſitū ſuū. ſac not.per Ab.in c.admonet.de renuntiat. ubi ampliat quod hic dicitur in clerico ſeculari uolente trāſire ad regularem uitam. Sed quid ſi talem licentiā nō petijt, an per Abbatē reuocari poſſit? quidam quòd ſic:ut not. in c.intelleximus.de ęta. & quali. & in cap. mandamus.xix.q. iij. Alij contra,c. ſanè.eod. dic ut p Abb. in cap.licet. eod.

c Diuinitus. Facit ad illud ꝙ monachus electus in Papam poſſit inuito Abbate acceptare,cum talis electio credi debeat inſpirata diuinitus, de quo in ca. quàm ſit.xviij. q.iij.

d Superioris. Non intelligas de abbate qui immediatus ſuperior ē monachi: quia non debet eſſe iudex quodāmodo in cauſa propria:ſed de eo ad quem religioſus appellaret, ſi grauaretur à ſuperiore immediato:ut per Abb. in c.licet.eod.ſimil.xj.q.j.c. peruenit.& c.nullus. de iu.patron. Aut.de ſanctis epiſc pis.§.ſi à clero.col.ix.

e Lucis.c.nec mirū.xxvj.q.v.& xxix.q.j.§.j.

priuilegio [a] prælatus monacho ſine difficultate debet tranſeundi licentiam indulgere, [b] ne uideatur propoſitum impedire diuinitus [c] inſpiratū. Quod ſi fortè probabiliter dubitetur,utrum quis uelit ad ordinē arctiorem tranſire, an ad laxiorem, ex charitate, an ex temeritate, ſuperioris [d] eſt iudicium requirendum, ne fortè angelus Sathanæ in lucis [e] Angelum ſe transformet.

Mendicantes ſolum in ordinem Carthuſienſium migrare poſſunt.h.d.

Mendicantibus uerò approbatis, [f] qui prætextu arctioris ducendæ uitæ ad monaſterium confugiunt, etiā ſi authoritate Apoſtolica fuerint muniti, Clemens [g] quintus ſacro approbante Concilio interdixit, ne uocem aut locū in Capitulo talis monaſterij haberent, neuè ad prioratus adminiſtrationes,aut quęcūque officia aſſumi poſſent. Sed nouiſsimè Martinus [h] quartus omnino uetuit Mendicantes ad aliquē monaſticum ordinem, excepto ordine Carthuſienſium ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ conceſsione tranſire, tàm recipientibus, quā receptis, ipſo facto, excōmunicationis pœnam incurſuris.

Abbates debent perquirere fugitiuos, & monachi non poſſunt præeſſe Eccleſiis parochialibus, licet ſecus ſit in regularibus.h.d.

Fugitiuos [i] uerò debent Abbates ſollicitè perquirere,[k] & ut ad monaſteriū,& frugem melioris uitæ reuertantur oportunis remedijs [l] prouidere,

f Approbatis. Quales ſunt prædicatores, minores,Eremitæ S. Auguſtini,Carmelitæ.de quibus in c.uni.§.ſanè.de relig. domi.in vj.ubi habetur qui ſint mendicantes,& not. in Cle.j.eodem in Glo.in uerbo quoslibet

g Clemēs. Cle. j.eo.

h Martinus. Vt in extrauagantibus communibus. in extrauag. quæ incipit uiam ambitioſæ cupiditatis.

i Fugitiuos. Sed quis dicetur fugitiuus? Reſp. ſecundum Io. Andr.& Ab.in c.ſi.eo.ille, qui moratur extra monaſterium, & celat ſe abbati. facit l. quis ſit fugitiuus.ff.de edil. edict.& eo ipſo ꝙ religioſus recedit de monaſterio, & non eſt ſub obedientia prælati eſt apoſtata. Inno.in cap.ſi. de renunt. Ab.in c.ſi.eod.Nouitius tamen ſi ſine licentia ſuperioris recedat de monaſterio, non pōt fugitiuus appellari:ut per Ab. in c.ſtatuimus.eo.

k Perquirere. Et uagabundum recipere ne aiæ incurrat detrimentum. Sed contra xxvij. q.j.c. ſi qua monachorum.& c.ſi quis rapuerit. Sol illud ubi priora monaſteria redarguuntur de diſſolutione.ita not.in c.Ioannes.eod.

l Remedijs. Puta excōmunicādo,& faciendo excōmunicatum denunciari ab eccleſiarū prælatis:ut per Ab.in c.ſi.eo.& circa hanc materiā plura remedia oportuna inuenit,& introduxit

 nouiſ-

nec ordinarios [a] qui eorum ſuppleant negligētiam expectare. Singuli quoque monachi per uillas, & oppida non debent diſcurrere, nec per quaſcunque [b] parochiales Eccleſias diſponi, qđ in regularibus, cum regulæ inſeruiant laxiori, ſpecialiter cautum non inuenitur. Ideoq; illis cum minori difficultate parochialibus Eccleſijs præeſſe permittitur. [c]

Quomodo & qualis ſit eligendus in Abbatem. h.d.

Vt autem inuiolabiliter monaſtica diſciplina cuſtodiatur, de cōgregatione monachorum [d] Abbas eligendus eſt, quem ordo uitæ & meritū magis popoſcerit ordinari, ut uni [e] tantū præſit monaſterio, q̃ cautus [f] ſit in regimine, humilis & diſcretus, & cui monachi cum omni obedientia, & deuotione ſubiaceāt.

Non profeſſus, non poteſt eligi in Abbatem ſed bene in Epiſcopum. h.d.

Et propterea cū in magiſtrum [g] aſſumi non debeat, qui formā diſcipuli non aſſumpſit, nec ſit præficiendus, [h] qui ſubeſſe nō nouit. Religioſus qui regularē ordinē ante non fuerit expreſſe [i] ꝓfeſſus in Abbatē, uel ad aliam regulariū prælaturā [k] eli-

nouiſſimè Concil. Tridenti. in ſeſſ. xxv. ſub tit. de regularibus. c. iiij. & c. v. & c. xj. & c. xiiij.

a Ordinarios. c. quanto. de offi. ordin. & per Concilium Tridentinum ſeſſ. xxv. in tit. de regula. c. xiiij Sed an monachus poſſit de licētia abbatis perpetuò extra clauſtrū morari? Reſp. ut per Abb. poſt. antiquos in cap. ex reſcripto. de iureiurando.

b Quaſcunque. Iſtam generalitatem declara, & intellige ut latè habetur p Gloſ. Ab. & alios in c. ij. & i cap. quod Dei timorem. de ſta. monach. unde ſumitur, & uide per Ant. de Butr. in c. ſicut. de ſup. neg. præla. & uidetur notabilis hæc determinatio, cum liceat monachum de monaſterio detrahere gratia docēdi immo (quod longe minus eſt) ut ſit epi cubicularius, Ab. in c. clerici. ij. de uita & hon. clericorum.

c Permittitur. Vt latè habetur in c. quod Dei timorem. de ſta. monach. & aliquid per Ab. in c. cum ad noſtram. de elect.

d Monachorum. Clericus ergo ſecularis nō eligetur in abbatem, ca. cum ad nřam. de elect. & in c. cum in magiſtrum. eod. tit. immo nō ſolum debet eſſe profeſſus uerum etiam expreſsè profeſſus ut poſſit in abbatem eligi d. c. cum in magiſtrum. ubi Abb. & not. ſupra eo. §. utrum & infra. §. ꝓximo. Immo debet eſſe de eadem cōgregatione. c. abbate. ij. xviij. q. ij. & per tot. niſi fortè in tali cōgregatione non reperiatur idoneus. quia tunc ſumetur de alio, c. quā ſit. xviij. q. ij. ubi not. & c. officij. de elect. uel niſi monachi huic fauori ſcilicet. de ſuo gremio eligendi Abbatem renunciarent, ut per Ab. in d. c. officij. arg. not. in c. cum inter canonicos. de elect. electus tñ in abbatem in alieno monaſterio nō habebit amplius uocem i primo monaſterio, etiam ſi ex conſenſu capituli ſibi hoc reſeruauerit: ut per Ab. in cap. conſtitutus. de elect.

e Vni tantum. Cōcord. xx. q. iiij c. ſi. & xxj. q. j. cap. unū. Sed cōtra vř c. j. de priuil. in vj. & ca. cum ſingula. de ꝑbend. eod. lib. Sol. hic loquitur i monaſterijs ſeparatis, & i cōtrarijs loquitur in connexis & unitis: ut per Ab. in c. ſi. de reli. domi. fac. no. in c. cōſtitutus. de ele. uel dic quod non pōt: ꝑeſſe duobus monaſterijs, quod nō negat in cōtrarijs. ſimil. capit. de multa. de præb. & in ca. cum noſtris. & c. literas. ſupra. de conceſ. præb.

f Cautus. Fac. c. ſiquis. & cap. abbates. xviij. q. ij.

g In Magiſtrū. c. cū in magiſtrum. de elect. & c. ordinatos. diſt. lix. & cap. miſerum. diſtin. lxj. & xvj. q. j. cap. ſi clericatus.

h Præficiendus. Simil. c. indecorum. de ætat. & qualit. & l. ſi. C. de legi. tuto. & l. ſic eueniet ff. de adult. & l. filium habeo. ff. ad Macedo. & j. q. j. c. eſtote.

i Expreſſe. c. nullus. & c. indemnitatibus. de elect. in vj. unde cautela eſt, ut huiuſ modi profeſſio fiat in ſcriptis, ut electioni obſiſtentibus ſcriptura obuiet, ut xxvij. q. j. ca. omnes fœminæ. & j q. vij. cap. ſaluberrimum, & not. in d. ca. nullus.

k Prælaturam. Puta prioratum, guardianatum, uel magiſtratum, ſecundum diuerſa nomina

gi [a] non poterit, quã- quam ad Epiſcopalẽ dignitatem, talis in ſecularibus uel regularibus [b] Eccleſijs eligi minimè prohibeatur.

Viſitatores creãdi, & quid agere debeant.h.d.

Viſitatores quoque in capitulo creandi ſunt ſecundum formam generalis Concilij, [c] qui uiſitationis officium exequantur, [d] & omnia quæ Viennenſi Concilio [e] conſtituta ſunt fideliter obſeruari faciant, & de ſtatu monaſteriorum, & obſeruantijs regularibus diligenter inquirant, [f] & tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus corrigant, & reforment, quæ uiderint corrigenda, & omnia ſecundum Honorianæ conſtitutionis [g] tenorem proſequantur.

Non debet quis inuenire uel fundare nouam religionem.h.d.

Nouiſsimè [h] ſciendum eſt generali Concilio ſemel, atq; iterũ [i] cautum eſſe, ne quis in poſterũ nouã religionem [k] inueniat. [l]

mina talium prælatorum: qui religioſis præſunt, c. fundamenta. & c. quorundam. & cap. nullus. ubi & not. de elect. in vj.

a Eligi. Poſſet tamen iſte non expreſsè profeſſus poſtulari, ſecundum Io. And. & Ab. in c. ij. de teſtam. quia ius nouum, capit. nullus. de elect. in vj. loquens de electione cum ſit pęnale non extenditur ad poſtulationem. Item poterit hic eligere ſi ſit ſaltem tacitè profeſſus: not. in d. ca. nullus.

b Regularibus. Quaſi dicat interdũ cathedralis eccleſia ſecularis ẽ, id eſt, ſecularium canonicorum, interdum regularis, & utroq; caſu tacitè profeſſus, immo & non profeſſus, in epiſcopum eligi poterit. Sed quę ratio quòd in cathedrali regulari eligitur nõ profeſſus, in alijs non? Reſp. ſecundum Laurent. Tant. Goff. Comp. ob excellentiam epiſcopalis dignitatis, ut eṗs etiam ſecularis immediatè præſit monachis: ut not. in capit. nullus. de elect. in vj. unde ſumitur.

c Concilij. c. pe. ext. de ſta. monach. & ad hoc uide quæ ſtatuit Concil. Tridentinum in ſeſſ. xxv. c. xx. ſub tit. de regularibus.

d Exequantur. Sed quæri poteſt an hi uiſitatores habeant iuriſdictionem ordinariam, an uerò delegatam? quidam ut Innoc. & Goff. quòd ordinariam, cum habeant à lege, iuſta not. in capit. cum ab eccleſiarum. de offic. de leg. & in l. more maiorum. ff. de iuris. om. iudi. & infra de iudi. § eſt & alia. Alij quòd delegatum, cum in cap. pe. de ſta. monach. unde hic ſumitur dicat Rom. Pontifex. [*Vice noſtra ſtudeant uiſitare.*] & hoc tenet Hoſt. quod & uerius uidetur cum talia uerba delegatam iuriſdictionem deſignent: ut no. in c. j. de cle. ęgrot. in vj. & cap. cum aliquibus. de reſcrip. eod. lib. & hanc uidetur firmare Abb. in d. c. pen. in uiſitatoribus, licet ſecus dicat in præſidentibus.

e Viennenſi Concilio. Quod habetur in Cle. j. de ſta. monach.

f Inquirant. An autem per hãc poteſtatem quæ reperitur data uiſitatoribus derogetur iuri epiſcopi, uide quod not. in c. pe. de ſta. mo.

g Conſtitutionis. Quam habemus in cap. fin. de ſtatu monach.

h Semel. Vt ca. fi. de relig. domi. in antiquis.

i Iterum. Vt ca. j. de relig. domi. ĩ vj. Adde & tertiò ut in extrauag. Io. xxij. incipit ſancta Romana.

k Nouam religionem. Sed contra l. j. ff. de colleg. illici. Sol. illud de iure ciuili, hoc de iure canonico, cui in hoc ſtare debemus, & intellige qđ hic dicitur non habere locum ſi quis inueniat nouum uiuendi modum, non facta profeſsione, ut ſunt fratres S. Franciſci de tertio ordine, qui appellantur fratres de pœnitentia, quia tales non dicuntur inducere nouam religionem, nec ſunt propriè & ſtrictè religioſi, no. in Cle. j. de relig. dom. Ab. in cap. cauſam quæ. de iud. ubi & alij, Fely. in cap. eccleſia. S. Mariæ. de cõſtit. in princ.

l Inueniat. Sed quid ſi inuenerit quis quæ pęna erit contra inuentorem ſtatuenda? Reſp. primò non eſt tutus in foro poli, & apud Deum nam in errorum baratrum facile ruit qui conceptus proprios patrum diffinitionibus anteponit, cap. ne innitaris. de conſtit. & apud homines fortè ipſo facto incurrit excommunicationis ſententiam, per extrauag. Ioan. xxij. quæ incipit ſancta Romana. dico fortè: quia illa extrauag. uidetur loqui in caſu ſpeciali. un-

Sed quòd quicunque ad religionē conuerti uoluerit, unā de probatis aſſumat. [a] Similiter etiā de ijs qui religioſam domum de nouo fundare uoluerint cautū eſt, ut regulam & inſtitutionē de probatis aſſumant. [b]

de poſſet aliquis dicere quòd tanquā pœnalis & odioſa ſit reſtringenda, generaliter tñ illam intelligit Abb. in cap.fi.de relig.domi.

a Aſſumat. Sed quid ſi aſſumat quis religionem de non approbatis, & profeſſionē emittat, an ſit huiuſmodi profeſsione ligatus? & non uidetur ſecundum Hoſt. in cap.is qui monaſterium. tu de hoc. uide quæ dicuntur p Doct. in cap.quod uerum.de uot.in vj.

b Aſſumant. Sed nunquid eps̃ poſſit diſpenſare contra id quod hic dicitur. Et in iuribus concord. Reſpondeo negatiuè, cum eps̃ non diſpenſet contra generale concilium, cap.cum dilecti.de elect. immo fortè talis epiſcopus incurreret ſententiam excommunicationis per extrauag. Ioannis xxij. quæ incipit ſancta Romana Eccleſia. Simile eſt quòd nemini citra Papam licet ſanctum Canonizare, cap.j.& cap.ij. de reliq. & uene. ſanct. & ſunt hæc contra eos qui cogitata ſua ſanctorum patrum conſtitutionibus anteponunt: ſunt enim magiſtri errorum: quia ueritatis diſcipuli eſſe noluerunt, cap.quod autem iniquius.xxiiij.quæſtione ultima.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE RERVM a DIVISIONE ATQVE ILLARVM administratione.

Rerum. Accipe uerbum hoc largiſſimè ut comprehendat res temporales & ſpirituales, corporales & incorporales, iuſta ea quæ habentur in l. rei. ff. de uerb. ſig. & ĩ l. j. ff. ſi cer. pet. & per Abb. in c. j. de re. iu. & not. in c. ij. de reb. eccleſ. non alie. in vj. & poſſim.

LIBER SECVNDVS.

DE RERVM a DIVISIONE ATQVE ILLARVM ADMINISTRATIONE.

Res Eccleſiaſticæ ſunt aut ſpirituales, aut tẽporales. h.d.

Superiore libro b de Iure perſonarum c expoluimus, modo uideamus d de rebus Eccleſiaſticis, illarumque tractatione, & adminiſtratione. Summa rerum Eccleſiaſticarum diuiſio, e in duos articulos deducitur. Nam aut ſpirituales ſunt, aut temporales. Spirituales ſunt f quæ ſpiritui deſeruiunt, atq; aīæ cã ſunt inſtitutæ, ut Sacramenta Eccleſiæ, altaria, & his ſimilia. Temporales ſunt, quæ non tã ſpiritus q̃ corporis g gratia pro Eccleſiaſticis miniſterijs, ſacrorumq; miniſtrorũ uſu ſunt cõparatæ, ut ſunt prædia, domus, h & fructus decimales. i

Res ſpirituales ſunt, aut incorporales, aut corporales, & corporales diuiduntur in Sacramenta, in res ſacras, ſanctas, & religioſas. h.d.

Rurſus k ſpiritua-

Superiore libro de iure.

b Superiore libro. Imitatio prĩcipij libri ſecundi inſtitutionum iuris ciuilis, & eſt arg. quòd etiam ĩ principijs librorum facienda eſt continuatio.

c De iure perſonarum ſcilicet à titulo de iure perſona uſque huc, licèt interſerti ſint aliqui tituli, qui licet principaliter nõ tractẽt de perſonis, habent tamen materiam annexam & dependentem, ut eſt ille de præbẽdis cum aliquibus ſequentibus. ut in d. titulo. in princ. fac. l. cũ de lanionis. §. aſinam. ff. de inſtrum. leg. quæ religioſis. ff. de rei uendi. l. arbor. ff. com. diuid. c. ſuper eo. de paroch. & per Ab. in cap. quãto. in princ. de iudi.

d Videamus. Sicut promiſimus ſupra. de eccle. conſtitut. §. ſi.

e Diuiſio. Hæc diuiſio ſumpta fuit ex his q̃ ponit Abb. & Doct. in cap. conſulere. de ſimon. & in c. quanto. de iudi. faciunt quæ ponit Io. de Sel. in tract. de beneficio parte prima q. vij. nu. 76 & num. 34. & Gamma. in tract. de permut. beneficiorum in princ. num. 75. & Rochus. de Curte in tractat. de iu. patrona. in uerbo ius. num. 2.

f Spirituales ſunt. No. tamen quòd licet plures & plures ſint res ſpirituales, diuerſimodè tamen ſunt ſpirituales. Quædam enim ſecundũ eſſentiam: ut dona Dei, cap. j. ubi not. j. quæſt. j. Itẽ ſanctorũ reliq̃æ. Quædam propter ſtatutum, ut eſt religio. Quædam quia dependent à poteſtate ſpirituali. Quædam ratione officij. Quædam quia annexa ſpiritualibus, de quibus omnibus per Abb. in c. conſulere. de ſimon. ubi ponit quis ſit effectus an uno uel alio modo res ſit ſpiritualis.

g Quam corporis. In conſequentiam tamen bene comparatæ gratia ſpiritus, cum ſpiritualia ſine temporalibus ſubſiſtere nõ poſſint. j. q. iij. cap. ſi quis obiecerit. & infra. de reb. eccleſ. alie. ĩ prin. & propterea non dixit ſimpliciter huiuſmodi res comparatas cauſa corporis & non ſpiritus, ſed nõ tam, &c. q. d. quòd & ſpiritui deſeruiunt, licet principaliter & immediatè corpori.

h Domus. Intellige de domibus profanis, quæ tamen ſunt in dominio eccleſiæ, & forte alicui locatæ, non autem de religioſis quæ magis ſunt de membro ſpiritualium rerum.

i Decimales. Fructus dicit non ius decimandi: quia illud ſpirituale eſt: ut infra. de decim. in princ. capitulo ad hæc. ext. de decim. fac. not. per Abb. in capit. ij. de iuramen. calum.

k Rurſus. Sub diuiſio.

Virtutes.

Virtutes.j.q.j.c.j.

b Conſiſtunt. Vt eſt ius eligendi, ius patronatus ſecundum quoſdam, præbenda quatenus conſideratur tanquam ius, & alia ſimilia de quibus ſparſim fuit dicendum tam ſupra quam infra ſecundùm oportunitatem materiæ, ut proximè immediatè dicitur.

c Sacramenta. Immo contra ꝙ ſacramenta non ſunt corporalia: ut capit. inter corporalia. de tranſlat.Sol.accipe ibi corporalia, id eſt, temporalia & profana, uel aliter ſacramětum, id eſt, gratia quæ confertur per ſuſceptionem ſacramentorum eſt incorporalis, & ſic tollitur contrarium. Sed adhuc contra: quia ſacramětum pœnitentiæ nõ poteſt dici corporale, cum nihil ibi ſit quod tãgi poſſit? Reſp.licet in tali ſacraměto nihil ſit qđ tangi poſſit, tamen poteſt & debet ſenſu corporeo percipi & explicari per enuntiationem uerborum; quæ faciunt ut hoc quoque ſacramentum poſſit dici corporale, ut per Beatum Thomam de Aqui. in ſuis opuſculis in tractatu de Sacramentis. fac.illud Lucre.de rerum natura lib.j.

Nec uoces cernere ſuemus
Quæ tamen omnia corporea conſtare neceſſe eſt Natura,

d Sacræ: Ita quòd non ſacramenta, nam & ſacramenta ſunt ſacra.

e Religioſę. De quibus infra.de rebus ſacr. ſanct.& relig.tit. ſeq.

f De ſpiritualibus. Tanq̃ dignioribus. fac.§. aliã.inſtit.de bon.poſſ.l.j.& l.ij.ff.de alb.ſcrib.

g Exigunt. Arg.contra.l.ſi ſeruus ſeruum.§. inqt lex.ff.ad leg.Aquil.& fac.l.ſanctio legum ff.de pœ.& l..doli. ff.de uerb.obli.

lium quędam ſunt incorporales, quædam uerò corporales. Incorporales ſunt, quæ neque tangi, neque ſenſu corporeo percipi poſſunt, quales ſunt uirtutes, [a] & dona Dei, aut quæ in iure conſiſtunt. [b] Corporales ſunt, quæ tangi, & humanis ſenſibus percipi poſſunt, harum autem quædã ſunt, Sacraměta, [c] quædã ſacræ [d] ſunt, & ſanctæ, quædam religioſæ. [e] Videamus igitur nũc de ſpiritualibus, [f] & quidem incorporales, cum de his tàm ſuprà opportunis locis loquuti fuerimus, quàm etiam infra ſuo těpore dicturi ſimus, ſpecialem tractatũ minimè exigunt. [g] Itaq; tractemus iam de corporalibus, ac primũ de Sacramentis, de ſacris, ſanctis, & religioſis, conſequenter etiã loquuturi: ac demùm de rebus těporalibus, atque illarum adminiſtratione.

DE SACRAMENTIS. II

Quid ſit Sacramentũ.h.d.

SAcramentũm [h] eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma, [i] ità ꝙ eius ſimilitudině gerens & cã exiſtat. [k]

Sacramentorum quædã neceſſaria ſunt, quædam uoluntaria.h.d.

Sacramentorũ ſumma [l] diuiſio hæc eſt, ꝙ aut ſunt neceſſaria, aut uoluntaria. Ne-

DE SACRAMENTIS.

Sacramentum eſt &c.

h SAcramentũ eſt. Multæ danť ſacramenti diffinitiones, ut uidere eſt per Hoſt. in ſumma ſuper tit.de ſacram. iterand.§.j. ſed quæ hic poniť uideť eſſe receptior, ut per Nic. plo. in tractatu de ſacramětis in prę ludijs ubi uidendum pro declaratione. Item uidendus eſt Beatus Antoninus ĩ ſua ſumma in tertia parte in tit.xiiij.cap.xj. & fac.c.ſacrificiũ. & quod ibi not. p Doct. de cõſ.d.ij.

i Viſibilis forma. Ideſt ſenſibilis, ponit tñ de uiſu: qa excellentior omni ſenſu.

k Exiſtat. Hæc poſtrema uerba nõ ponũtur ĩ canone ſacrific.de cõſ.d.ij. ſunt tñ appoſita ad deſignãdã dñiam inter ſacraměta legis ueteris, quę ſignificabãt quidě grãm: ſed nõ cõferebãt, & ſacraměta nouę legis, q̃ & ſignificant & cõferunt, ut habeť ĩ locis cõgeſtis ĩ ſuperiori notula, & nouiſſimè p cõcil. Trid.in vij.ſeſſ.ſub tit. de ſacramětis, in genere ĩ cano. ij.& vj.& vij.

l Summà diuiſio. Hæc diuiſio ponitur in ca. ueniens. per Gloſ.& Doct. de tranſaction. alij tamě aliter diuidunt, ſcilicet ꝙ ſacraměťorum quædam

ceſſaria ſunt, quæ ſine interitu ſalutis ęternę prætermitti, [a] & contemni non poſſunt, ut ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, extrema Vnctio. quę omnia ad particularem cuiuſq; profectum ſunt principaliter [b] inſtituta. Voluntaria ſunt quæ ſine ſalutis diſpendio, pro cuiuſque arbitrio recipi poſſunt, & refutari: qualia ſunt Ordo Sacer, & Matrimoniũ & hæc ad totius Eccleſiæ [c] profectum, & ſubſidium principaliter pertinent.

Neceſſariorum Sacramentorum quædam deſeruiunt ad ingreſſum Eccleſiæ, quædã ad progreſſum in Eccleſia, quædam ad egreſſum ab Eccleſia. hoc dicit.

Et rurſus [d] neceſſariorum quędam, ad ingreſſum Eccleſię ſunt comparata, ut Baptiſmus, [e] quædã ad progreſſum in Eccleſia, ut Confirmatio, [f] Pęnitentia, [g] Euchariſtia: [h] quædam ad egreſſum ab Eccleſia, ut poſtrema Vnctio. [i]

Secunda diſtinctio Sacramentorum, quod quędam characterem imprimunt, quæ iterari non poſſunt, quędam nõ imprimunt quæ iterationem admittunt, h.d.

Rurſus [k] Sacramẽtorum quædam characterem [l] imprimunt, quędã uerò non. Quæ characterẽ imprimũt iterari non poſſunt, ut Baptiſmus, [m] Cõfirmatio, [n] Ordo ſacer. [o] Cætera uerò quæ characterem nullum imprimunt, iterari minime prohibent, [p] ut

quædam ſunt neceſſitatis, quædam dignitatis, & dignitatis ſacramenta appellant ordines: ut not. in d. loco, & per Hoſtien. in ſumm. de ſacram. non iterand.

a Prætermitti uel contemni. Id eſt, prætermitti ex contemptu, nam ſecus ſi ex neceſsitate, ut infra titul. j. §. ſed quanquàm. & c. debitum. de baptiſ. & c. baptiſmus. de conſec. diſt. iiij & cap. ſi. de presby. non baptiz. & uide de neceſsitate ſacramentorũ cõcil. Triden. ſeſsio. vij. in tit. de ſacramentis in genere. c. iiij. & ſub tit. de baptiſ. c. v.

b Principaliter. Bene principaliter: quia in conſequentiam tendũt ad profectum totius etiã eccleſiæ; Arg. auth. ut iud. ſine quoquo ſuffr. poſt princ.

c Totius eccleſiæ. Et propterea magis accuratè dãda. ut j. q. j. §. ecce. & c. præter. in fin. diſt. xxxij. & magiſtraliter traditur hæc materia in cõcil. Triden. ſeſsio. vij. & multis alijs locis in quibus antiquæ, & modernę hæreſes ſanctiſsimè damnantur. Itẽ traditur compendioſè hæc materia per Euge. Quartum in unione Gręcorũ Verſiculo quinto eccleſiaſticorum ſacramẽtorum ueritatem.

d Et rurſus. Subſtinguit neceſſaria, & quæ principaliter tendunt ad cuiuſque particularem profectum.

e Baptiſmus. diſt. xxxij. c. pter hoc. §. porrò.

f Confirmatio. De conſe. diſt. v. c. ſpiritusſã.

g Pœnitentia. Quæ & ad reditũ eſt cõparata. xxvj. q. vij. c. his qui. & de pęn. diſt. iij. c. ij. §. ij.

h Euchariſtia. Quod propterea & uiaticũ dicitur. xxvj. q. vj. c. qui recedunt. & c. de his.

i Vnctio. xxvj. q. vij. c. ab infirmis.

k Rurſus. Hæc eſt ſecunda principalis diuiſio quæ cõplectitur omnia ſeptem ſacramẽta.

l Characterem imprimũt. Id eſt, ſignum quoddam à cęteris diſtinctũ animæ indelebiliter inſigunt, ita exponitur in unione Græcorum, & Aronen, uerſiculo Quinto Eccleſiaſticorum. & per Concilium Tridẽtinum. ſeſsione ſeptima. in titul. de ſacramentis in genere. cap. ix. & ſeſſio. xxiij. c. iiij.

m Baptiſmus. j. q. j. c. ſacramenta. & c. manus.

n Confirmatio. j. quæ. j. c. manus. & licet tam in baptiſmate & confirmatiõe character ęquè imprimatur hoc tamen accidit diuerſimodè: nam per baptiſmum participat quis ſpiritualia, & diſponitur anima ad facilius ſuſcipiendum gratiam Dei. Sed in ſacramento confirmationis efficitur fortior, & infunditur gratia contra diaboli inſidias. Ita Abba. poſt diuum Thom. in c. quanto. de conſuet. & in Rub. de baptiſ. poſt Inno.

o Ordo ſacer. cap de homine. & cap. de his. & cap. dictum. de conſecrat. diſt. quinta. & per Hoſtien. in ſumm. de ſacram. non iterand. §. & quæ ſint iteranda.

p Prohibentur. Quemadmodum tota die uidemus iterari, & facit uerſus.

Fons, ordo, Chriſma non, cætera ſunt iteranda.

a Euchariſtia.De conſec.diſt.ij. c. quotidie. & c.ſi non frequentius.

b Vnctio. Per ea quæ allegat Hoſt. in ſumma de ſacrament.non iterand. §. & quæ ſint,& not. quòd licet hoc ſacramentum ſupra dicaꝭ neceſſitatis hoc uerū eſt reſpectu cō temptus: aliàs ſecus:ut per Abb.in c.quanto.de conſ.

c Pœnitētia.Sed contra c.incapite. cum ſeq. diſt. ſo. & cap.quanuis.de pœni.diſt. iij.Sol. hic loquitur de pœnitētia priuata & non ſolenni, quæ non modo iterari poteſt,uerum etiā debet.c. omnis.extra. de pœn. & remiſſ. contraria de ſolenni quæ non debet iterari.& facit.ſupra qui promo.non poſ.§.pœnitentes.

d Matrimoniū. c. aperiant. xxxij. q.j.& de ſecun. nupti. per tot.

e Conſtant.fac. j.q.j.c.detrahe.

Euchariſtia, a Vnctio, b Pœnitentia, c Matrimonium. d

Sacramenta conſtant elemento & uerbo.h.d.

Conſtant e autem Sacramēta elemento, & uerbo. f Elementū hic accipimus qdquid g ſub uiſibili natura, inuiſibilem gratiam deſignat & continet. Verba ſunt quæ formæ uiſibilis efficaciam exprimunt, h ergo i accedente uerbo ad elementum ſacramentum fiet. k

Non eccleſia, ſed Chriſtus inſtituit Sacramenta, quæ tamen dicuntur Eccleſiæ, quia illa per ea ſanctificatur, & illa miniſtrat.h.d.

f Et Verbo.Vnde ſi aliquis proferat uerba & non immergat,non baptizat:quia nec ſola uerba,nec ſolum elementum ſacramentū faciunt. c.detrahe.j.q.j. Vnde falſa eſt Gandulphi opi. dicentis ſolum elementum conſtituere ſacramentum:arg.c.ſacrificium.de conſec.diſt.ij.& quòd aſinus bibens illam aquam dicitur bibere ſacramentum, ſicut de mure dicimus. c. qui bene non cuſtodiunt.dę cōnſec.diſt.ij. nam ut quidam dicunt aqua baptiſmatis in eodem inſtanti incipit ac deſinit eſſe ſacramentum,ſcilicet in ultima prolatione ipſius formæ, ego te baptizo &c.ut no.in c.j.de conſe.diſt. iiij.& in d.c.detrahe:arg.l.quod autem.§.ſi.ff.de dona. inter ui.& uxo.& l.debitrix.ff.ad Velle.

g Quidquid. Vnde in hac materia appellatione elementi continetur nō ſolum aqua, ſed etiam panis,uinum,oleum,& ſic de ſingulis.

h Exprimunt.Non ergo omnia uerba quę in confectione ſacramentorū proferuntur dicūtur conſtituere ſacramentum, ſed ea quæ ſunt formalia,de quibus intelligit, puta ego te baptizo in nomine &c. hoc eſt enim corpus &c. ſed per alias orationes quæ primo fundūtur ſuper aqua,uel pane,& uino,non conſtituitur ſacramentū:ut not.in cap. detrahe.j.q.j.

Illud quoque ſcire nos oportet, quòd nō Eccleſia, ſed ipſo Domino l inſtituente Sacramentis utimur, ſed tamen ideò Eccleſiæ Sacramenta nuncupamus, tum quòd per eā ſanctificata, & cœleſti ſpōſo matrimonij m fœdere coniuncta ſit, tum quòd illorum diſpenſatio n eius credita ſit miniſterio.

Etiam malus miniſter, & hæreticus poteſt miniſtrare ſacramenta. h.d.

Ergo qui baptizat, o qui abſoluit, p & in ſingulis Sacramentis diuinitus operaꝭ Dominus q eſt, miniſtri

i Ergo.Reaſſumptiuè ſtat non illatiuè.

k Fiet. Sed quæriꝭ ſi in littore maris baptizetur q̃s, an tota aqua conſecretur an nō? & uidetur ꝙ illa ſolum quę baptizandum tāgit: ar.l.ij. §.Celſus. ff.de relig. Vel pōt dici ꝙ & illa quæ iſtā tangit:ar.l. qui relig. ff.de rei uendi.

l Domino inſtituēte. Vt & in Cōcil. Trid. ſeſſi.vij. in tit.de ſacramētis in genere in c. j.unde eccleſia numero ſacramentorum nec addere nec detrahere poteſt.

m Matrimonij fœdere.Vnde ſicut uxorē ſocietas uitæ rerum mariti quodammodo dominā fac.l.j.ff.re.amot.ſic & Eccleſia quæ eſt quædam ſpiritualis uxor poteſt dici domina ſacramentorum.

n Diſpenſatio. Ratione ergo diſpenſationis dicuntur ſacramenta eccleſiæ. Sic & ius Papirianum fuit appellatum ratione cōpilationis, licet Papirius nihil de ſuo adiecerit: ut not.in l.ij.poſt princ.ff.de or.iu.fac. quod not.in l.ij. C.in quib.cauſ.coloni.cenſiti.&c.lib.xj.

o Qui baptizat.Per uirtutem non per miniſterium.c.aliud.de conſe. diſt.iiij.

p Qui abſoluit.Per uirtutem.c.aliud.de conſec.diſt. iiij.j.q.j.c. intra æt.

q Dominus.eſt.c.panis.de conſe.diſt.ij.&c. baptiſ-

uerò Eccleſiæ in conficiendis ſacris miſterijs, uel diſpenſandis, præter nudum miniſterium nihil ſibi uēdicare ualent, [a] cum nō propriam, ſed eius qui ſacramenta inſtituit, perſonā referant, [b] nec ulla ex ipſis ſanctificandi uirtus emanet. Vnde quanquàm eos inculpatos eſſe deceat, [c] ſi tamen mali ſint, uel à catholica cō munione ſeiuncti, nihilominus, & conficere ſacramenta, & diſpenſare poterunt: [d] ueluti [e] enim per lapideos canales ad areolas aqua trāsfunditur, & ſolis radij per loca fœtidiſsima tranſeūtes, nulla cōtactus maculatione contaminā tur, [f] ſic multò magis Sacramenta nulla miniſtri fęditate commaculantur.

Spiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione Eccleſiæ. *h. d.*

Hoc tamen ſic intelligi oportet, ſi tales miniſtri intentionem Eccleſiæ concordē [g] habeant. Cæterum ſi aliud agere intendāt, putà ſacris illuderē miſterijs, uel aliud, quod Eccleſiæ non conſentiat, nihil agitur, [h] ſine fide [i] enim ſpiritualis poteſtas exerceri quidem poteſt, ſine Eccleſię intētione nō poteſt. His circà Sacramēta generaliter [k] cognitis, exordiamur nūc de ſingulis ēt ſpecialiter dicere, & quia Baptiſmus fundamentum [l] eſt, & ianua cæterorum, meritò ab eo principium ſumamus.

DE BAPTISMO ET EIVS effectu. III

baptiſmus.de conſec.diſt. iiij. & c. uerbum.de pœni.diſt.j.& per Abb.in c.extirpandæ. §. qui uerò.de præb.in repet.

a Valent. Nam neq; qui plantat aliquid eſt, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat. j.q. j.cap. multi.

b Referant.c.baptiſmus.de conſe. diſt.iiij.

c Deceat. Cum lumen ſint mūdi, c.ſacerdotes. diſt. xciij.& aliorū patres ac magiſtri.c. quis dubitet. diſt. xcvj.& quia neceſſe eſt ut munda ſit manus quæ aliorum ſordes diluere curat. j. q.j.ca. neceſſe.& c.in grauibus.iij.q. vij. & quia ad exemplū bonæ actionis inſtituuntur. c. quia epiſcopus.v. q.iij. & j.q.j.c.ſi qui epiſcopi talem.

d Poterunt.j.q. j.c. ſignificaſtis.& c.multi.& c.dedit & traditur p Abb. & alios.in ca. ueſtra. de cohab.mulie.& cleri. Quantum tamen ad receptionem ſacramentorum ab hæreticis. diſtinguendum eſt num ſciēter quis recipiat quo caſu non confertur gratia, an ignoranter, quo caſu confertur: ut per Inn.& Abb.in c. fraternitatis.de hęret.& hoc quod hic dicitur refirmatur nouiſſimè per Concilium Tridentinum ſeſſio. vij.in tit.de ſacram.in genere. c. xij. & eadem ſeſſi.in tit.de baptiſ.c.iiij.& ſeſſ.xiiij. ſub Rub. de miniſtro huius ſacram.& abſolutione. c.vj.

e Veluti.j.q j. c, intra.cum pluribus ſeq. & c. ſecundum.diſt.xix.& j.q.j.c. hanc regulam.in fin.fac.xv.q.ult.c.ſi.& c.nihil.in fi.diſt.lxxxiij.

f Contaminantur. Immo contra.diſt.49.ca. ſacerdotes.& j.q.j.c.ſic populus. cū ſimil. Sol. non polluitur ſacramentum fęditate miniſtri, niſi opinione uulgi, uel niſi quantum eſt in ipſo miniſtro: ut per Ab.in c.ueſtra.de cohab.mul.& cleri. uel in ipſo ſuſcipiente: ut j.q.j. ca. multi. §. ſiue ergo malorum, tamen miniſtrorum orationes potius nocēt quàm pſunt: ut per Abb. in Rubri.de ui.& hone. cleri.fac.c.ſi. in fi. diſt.lxxxiij.

g Concordem. Vnde commendatur factū Alex.epi Alexādrię de quo j.q.j c.ſpiritus ſanctus. & c. ſic autē. cum pluribus ſeq. & quod hæc concors intētio requirat determinat nouiſsimè Conciliū Tri.ſeſs.vij.in tit. de ſacramentis in genere.c.xj.& anathematizat tenentes contrarium.

h Agitur. fac.c. quod autem ait.xxij.q.ij.

i Sine fide.j.q.j. quod autem. cum multis ſeq.& alijs ſparſis p tot. d. q.

k Generaliter. Et bene cum generalium cognitio debeat præcedere cognitionē particularium.§.his itaq; inſtit.de iuſti.& iur.

l Fundamentum. c.ueniens.ext. de presbyt. non baptiz. quo fundamento deficiente ſuperdeificari non poteſt.j.q.j.c.cum Paulus.c.ſi.de presby.non baptiz.

DE BAPTISMO ET EIVS effectu. Baptiſmus eſt &c.

Baptiſ

Baptiſmus operatur animæ ablutionem, & in locum circunciſionis eſt inſtitutus. h. d.

BAptiſmus [a] eſt ablutio [b] corporis exterior, quæ, adhibita certa uerborũ forma, [c] interiorem animæ ablutionem [d] deſignat & operatur. [e] Veluti enim circunciſio [f] in populo Dei, in fidei iuſtitiæque ſignaculũ inſtituta, ad ſignificationẽ [g] purgationis originalis ueteriſq; peccati paruulis ualebat, ſic & baptiſmus ad hominis innouationem, ualere cœpit.

Licet in baptiſmo plena cõtingat peccatorum remiſsio, non tamen contingit plena nouitas. hoc dicit.

Nõ tamen [h] ex quo quiſq; baptizatur, ſtatim etiã in eo omnis uetus infirmitas [i] abſumitur, ſed renouatio ad remiſsionẽ peccatorum incipit, & ad intelligentiam, & operationem ſpiritualiũ, cætera uerò sũt in ſpe donec recompleãtur, qđ erit in reſurrectionis tempore. Quãuis ergo ĩ baptiſmate plena [k] fiat peccatorum remiſsio, non proptereà plena nouitas, [l] & mutatio contingit.

Cura baptizandi ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſsitatis quilibet poteſt baptizare. h. d.

Baptizandi autem

a BAptiſmus. Ita paucis immutatis uerbis diffinit Hoſt. in ſumm. eo. in prin. & Nic. Plo. in tractatu de ſacramentis in prima parte. c. j. dantur & aliæ plures diſſinitiones: ut per Car. Ar. in libro inſtitutionũ Theologicarum lib. ij. ca. xj. Et quinque ſunt de ſubſtantia baptiſmi baptizãtis intẽtio ſiue generalis ſiue ſpecialis, baptizandi fides ſi ſit adultus: aliás baptizari poterit in fide parentum, & eccleſiæ, expreſſio uocalis formæ à Chriſto inſtitutæ. Ablutio per elemẽtum. Et ꝙ ablutio & uerborũ prolatio ſint actus cõtemporanei, quæ latè proſequitur Nic. Plo. loco ſupracitato.

b Ablutio. Et ſic operatio tranſiẽs, unde baptiſmus nõ eſt aqua, quia tũc eſſet res ꝑmanẽs.

c Forma. Quæ ſunt iſta. Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, q́ in tantum ſunt in forma: ut ſi dicatur ego te baptizo in nomine genitoris & geniti & procedẽtis ab utroque non ſit baptiſmus. Idem ſi dicatur in nomine Ieſu Chriſti. Vel in nomine Trinitatis. uide latè per Car. Aracel. in ſuis inſtit. Theologicis. lib. ij. c. xj. & per Plo. in tractatu de ſacramentis in prima parte. cap. j.

d Ablutionem. Ineſt ergo in baptiſmate duplex ablutio, exterior corporis, interior animę quæ fit per ſpiritum ſanctum. Nam aqua & uerba nil prodeſſent niſi ſpiritus ſanctus baptizaret interius. c. per aquam. de conſe. diſt. iiij. Vnde & duplex paternitas & filiatio reperitur in baptiſmo, una exterior in qua baptizans eſt pater, alia interior in qua ſpiritus ſanctus eſt pater, & ideo omnes Chriſtiani dicuntur filij Dei, & inter ſe ſunt fratres ſpirituales: quia habent eundem patrem ſpiritualem in iſta ſecunda natiuitate. facit quod not. in capit. ad menſam. xj. q. iij. & ponit Abb. in cap. debitum. in ult. not. eod.

e Operatur. Ad hoc uide Concil. Tridentinum ſeſſion. vij. in titulo de ſacramentis in genere. capit. ſecũdo. & capit. vj. & cap. viij.

f Circunciſio. Simi. in capitu. ex quo. de conſec. diſtinct. iiij. facit capitu. maiores. ext. eodem.

g Ad ſignificationem. Alij ad ſanctificationem. ut capit. ex quo. de conſecrat. diſtinctio. quarta. prima uerior.

h Non tamen. Pro intelligentia iſtius literæ uide Concil. Tridentinum in v. ſeſſione in primo decreto de peccato originali in fi. & per totum illud decretum, & fac. capit. non ex quo. de conſec. diſt. iiij. unde ſumitur.

i Vetus infirmitas. Id eſt, originale peccatum quod contrahitur in ipſa infuſione animæ: quia tunc tres uires principales animæ debilitãtur de quo in c. quæris. de conſe. diſt. iiij. & in cap. non ex quo. d. diſtinct. iiij. remiſsiuè.

k Plena. Quo ad reatum mortis æternæ, & omnem pœnam originalis peccati. uide per Abba. in cap. j. §. una uerò. de ſumm. Trinitat. & fid. catho.

l Nouitas. Nam relinquitur originale peccatum ad pugnandum dum ſumus in uia, ſed debilitatum, & ſuperatum, & ad mortem æternam non imputabile. cap. per baptiſmum. de conſec. diſt. iiij.

Sacer-

cura ad ſolos ſacerdotes [a] pertinet: eiusq́; miniſterium, nec ipſis diaconibus explere permittitur, abſq; Epiſcopo uel presbytero [b] niſi his procul abſentibus ultima languoris cogat neceſsitas [c] quo caſu & laicis fidelibus, atque ipſis mulieribus baptizare permittitur. [d] Presbyter uerò cuius negligentia commiſſum eſt, ut quis ſine baptiſmate ex humanis exceſſerit, deponendus erit. [e]

Baptizatus ab hereticis, ſchiſmaticis, paganis; uel aliàs facinoroſis, uon ſunt denuo rebaptizandi. h. d.

Sed & ſi quis ab hæreticis, [f] ſiue ſchiſmaticis, uel etiã à paganis, [g] aut aliàs facinoroſis baptizati fuerint, quaſi baptizati non fuerint, iterum baptizari [h] non debent. Antiqua [i] tamen patrum induxit inſtitutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad ſanctam Eccleſiam redierint, aut unctione chriſmatis, [k] aut impoſitione manus, [l] aut ſola ꝓfeſſiõe [m] fidei ad ſinũ matris eccleſię reuocent.

Nemo ſeipſum baptizare poteſt h.d.

Sed quanquàm [n] baptiſmus ab hæreticis, ſchiſmaticis, uel paganis ſuſceptus ualeat, ipſum tamẽ ſe baptizare nemo poterit, ſicut enim in carnali generatione, [o] qua

a Sacerdotes.c.conſtat.de conſec.diſtin. iiij. unde ſumitur,& nouiſsimè per Concil.Tridẽ. ſeſsio.vij.in tit. de ſacramentis in genere, c. x. Sed contra.c.ſanctum.de conſecr.diſt. iiij. reſpon.ibi in caſu neceſsitatis, ut hic etiam ſtatim dicitur.fac. c. in neceſsitate. de diſt.iiij.

b Presbytero. Id eſt, licentia pſ̃byteri.Sed contra c.diacones.& cap. diaconi.diſt.xciij. reſpon. ut ibidem not

c Neceſsitas. Quæ legem nõ habet. fac. de conſe. diſt.iiij. c. ſanctũ. & c. ĩ neceſsitate.

d Permittitur. c.diacones.diſtin. xciij. ſed quid ſi diaconus uel etiã laicus baptizat nõ inſtante neceſsitate? reſp. ualet baptiſmus, ſed uſurpatores alieni muneris puniendi eruntꝫut per Ab.in c.quanto.de conſuet.

e Deponẽdus erit.j.q.j. c. neq;.& c. ſi quis per ignorantiam,& de conſec.diſtin.iiij.cap. quicunque.

f Ab hæreticis.concor.c.ſiue.c.a quodam.c. romanus.c.hi qui.c.de Arrianis.de conſec.diſtin.iiij.cum plurimis ſimil.& nouiſsime idem firmatur per Concil.Triden.ſeſsio.vij.ſub tit. & Rub.de baptiſmo.c. iiij.

g A paganis.c.quos à paganis. de conſec.diſtin. iiij. Sol. ibi non in forma eccleſiæ fuerat traditus baptiſmus. Item contra diſt.lxij.c.nulla ratio.& j.quæſt.j. capit.j. & l.traditio. ff.de acqui.re.domi.& de conſec.diſt.iiij.c.quomodo. quomodo ergo paganus baptiſmum tradere dicitur quem non habet? reſpond.fit hoc authoritate legis.ſic & creditor in caſu dominium rei ſibi obligatæ in alium trãsfert, quod tamen non habet.inſtit.quib.alien. lic.uel nõ. §.j. Item hoc caſuale, contrarium regulare. j. q.vij.c.Daibertum.& not.in cap.Romanus.de conſecr.diſtin. iiij. paganus tamen leuare non poſſet, ut declaratur Concilio Maguntino.

h Iterum baptizari.c. rebaptizari.de conſecr. diſt. iiij. & nouiſsimè per Concil. Trid. ſeſsi.vij.de baptiſmo.cap. xj.

i Antiqua tamẽ. Et in cap.ab antiqua.de conſe.diſt. iiij.c. hi qui.j.q.j. à qua antiquitate nõ eſt recedendũ, niſi euidens error oſtendatur. fac. c. utique.diſt. xix.& per Ab. poſt Glo. in cap. quanto.de translat.

k Chriſmatis.c. ab antiqua.de cõſecr.diſt. iiij. & c. hi qui.j.q. j.

l Impoſitiõe manus. Reconciliatio ſic fiet, imponet eis manus ab epiſcopo,& dicetur Accipe ſpiritum ſanctum.ſicut in actibus Apoſtolorum factum eſſe legitur baptizatis à Ioanne, cum ipſi dicerent Apoſtolis,neque ſi ſpiritus ſanctus ſit audiuimus,manus eis Apoſtoli imponebãt dicentes,accipe ſpiritum ſanctũ, & ſi non erant Chriſmati chriſmabantur: ut not.in c.ut hi de quibus.de conſec.diſt. iiij.

m Sola profeſsione.Si manus erat ei impoſita:aliàs ſuppleretur.j.q.j.c.ecce, & tunc dicitur fieri profeſsio,cum interrogantur, ut ſciamus an ipſi recte credant.

n Sed quanquàm &c.Ratio eſt dubitandi ad deciſionem ſequentem.

o Carnali generatione.Not.ergo ꝙ ſpiritua

lis

proles ex uiro & fœmina naſcit̃, alius eſt qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles, ex aqua, & Spiritu ſancto renaſcit̃, alius debet eſſe qui ſpiritualiter generet, alius qui generetur. [a] Vnde de Iudæo, qui in mortis [b] articulo conſtitutus, in aquam ſe ipſum immergendo [c] dixerat, *Ego me baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti.* reſponſum [d] eſt, denuo [e] ab alio illum baptizandum [f] eſſe, ut oſtẽdatur, quòd alius eſt qui baptizatur, alius qui baptizat, quanuis ſi talis continuò deceſsiſſet ꝓtinus ad patriam euolaſſet, [g] non propter fidei ſacramentum, ſed propter ſacramenti fidem.

Baptiſmus alius fluminis, alius flaminis, alius ſanguinis.h.d.

Quod quidem & de illo rectè creditur, qui uiſibiliter non

lis generatio imitari debet naturalem inquantum poteſt ſicut etiam legitima, & ex hoc Ab. in cap.debitum. eod. tenet quòd nemo poſſit alium baptizare, uel de ſacro fonte leuare, ſi idem non poteſt eſſe ſuus pater carnalis, & ſi præcedat baptizādum in plena pubertate. ſimile in §.minorum.inſti. de adopt. Ancharanus tamen putat ſufficere ſi 14. annis baptizans præcedat baptizādum. Idem forte in leuante ſecundum Abb. cuius tamen interuentus non uidet̃ de ſubſtantia baptiſmi.ſecundum eundem. in d. ca. debitum.

a Qui generet. Cócor. c. ꝑ tuas. aliàs per noſtras. de iure pat. & §. interdũ. ſ. eo.tit. & c.fi.de inſtit. & l.ij. ff.de ſtip. ſer. & nemo debet oriri à ſemetipſo. capitu. dicimus.xxiiij.q.j. argum. contra in l.ſi conſul.ff. de adopt.

b Mortis articulo. Et ſic nota, quòd ubi aliqua requiruntur ad ſubſtantiam, & pro forma actus, niſi formalia illa & ſubſtantialia interueniant, non tenet actus, etiam ſi ex neceſſitate ſubſtantialis & formalis ſolennitas obſeruari non poſſit, neceſſitas ergo non facit deſinere ſolennitatem ſubſtantialem. Sed contra c.ſanctum.& c.in neceſſitate, de conſec. diſtin. iiij.& ſuprà eod.§.baptizandi. Sol. ſacerdotiũ in miniſtro non eſt de ſubſtantia baptiſmi. ſicut & alia quædam de quibus in §. pen. infrà, Sed adhuc contra, infrà de pœnit. §. quod autem.& §. ſeq. ubi qualitas in miniſtro ſacramenti pœnitentiæ eſt de ſubſtantia talis ſacramenti. & per Concil. Trident.ſeſſio.xiiij.cap. vi.ubi agitur de miniſtro talis ſacramẽti.Sol. aliud in ſacramento baptiſmi, aliud in ſacramento pœnitentiæ.Sed adhuc contra: quia ubicunque obligatio dirigitur in Deum, defectus formæ non uitiat actum, not.in cap. ſacro. de ſenten.excomm.& per Abb.in ca. porrectum. ante fi.de regul.Sol illud apud eccleſiam triũphantem, hic militantem, quod ſatis innuit etiam hæc littera.

c Immergendo. Quid ſi aliqs immergat ſe ipſum alio tñ dicente, Ego te baptizo, &c.nunquid ſatis fiat formæ? reſpó. negatiuè, niſi enĩ ipſe qui uerba illa profert immergat, nó poteſt uerè dicere ego tè baptizo &c. ſecũdum Ab.in c. debitum eod.

d Reſponſũ eſt. Vt in c. debitum eod.

e Denuo. Non tamen illicò, ſed debet aliquo tempore differri, ut appareat an habeat rectam intentionem: & differendus eſt baptiſmus ſaltem per quadraginta dies: ut in capitulo. ne quod abſit. diſtinct. quarta. licet multi hoc non ſeruent. Vnde feſtinanter baptizati quieſcente calore primæ deuotionis ſæpe ad erroris uomitum redeunt: ut per Abb. in cap. debitum. eod. & comparari poſſunt tritico qui cecidit ſuper petram, quòd & cito natum fuit, & cito etiam exaruit: ut in Euangelio.

f Baptizandum eſſe. Primò tamen reſtituere debet extorta per uſurariam prauitatem, et illicitè. capit. Iudæi. ubi not. de conſecr. diſtinct. quarta. alia uero licitè quæſita non tenetur relinquere: ſicut multi ſimplices credunt, pro hoc. capi. ſicut iudæi. de iudæ. ſequitur Abb. in capitul. debitum. eod.

g Euolaſſet. capitu. debitum. eod. & de pœnitent. diſtinct. ſeptima.cap.fin.uerſic.nullus expectet, cap. Apoſtolicam, et cap. fin. de præsby.non baptiza.

Martiri

baptizatus martirij [a] ſubijt ſacramentum. Baptiſmus enim inuiſibiliter miniſtratur, quē non contemptus religionis, ſed terminus neceſsitatis [b] excludit. Vnde ſcitè ſcriptum à quibuſdam [c] reperitur baptiſmum alium eſſe fluminis, [d] alium flaminis, [e] alium uerò ſanguinis. [f] Cum baptiſmi uirtus & efficacia, non tàm ablutione corporis, quàm ſi de cordis contineatur, [g] & aliud [h] ſit per miniſterium baptizare, quod ſacerdos exequitur, aliud per poteſtatem quam Dominus, non uſq; adeò ſacramentis adiūxit, ut ſine illis eorundem gratiam tribuere non poſsit. [i]

Paruuli baptizantur in fide parentum, & Eccleſiæ, & non debet minor eſſe uirtus baptiſmi, quàm circunciſionis. hoc dicit.

Non tamen, [k] quia fide cordis baptiſmatis uirtus continetur, ideò minus paruulos; [l] qui credere ob ætatem non poſſunt, unda ſalutaris abluit, cum & ij non per uſum, ſed per habitum [m] fidei, quem ſuſcipiunt in baptiſmate, credere nō malè credantur. & in fide parētum & Eccleſiæ alio profitente baptizati ob fidei [n] ſacramentū rectè fideles [o] dici poſſunt, & cū circunciſio [p] tàm adultis, quàm paruulis ex precepto Domini cōferret, ne baptiſmus qui ſuccedit in locū ipſius, & generalior tamen exiſtit cum tā uiri, quàm fœminæ [q]

a Martirij.c.baptiſmi uicem. c.cathecuminum.c.non dubito. de conſecra.diſtin.iiij.

b Neceſſitatis. c.ſi.de presbyt. non baptiz. & c.baptiſmus.de conſecra.diſt.iiij. fac. illud. Aug.in pſalmo 103. Coronat Deus intus uoluntatem cū non inuenit facultatem, affectum enim Deus penſat non effectum.

c A quibuſdam. Vt per Auguſtinum libr. iiij. de baptiſmo, contra Donatiſtas.c. xxiij.& per Hoſt. in ſumma eod. uerſ. quot ſint eius. & iam ab omnibus hoc dictum uſurpatur.

d Fluminis. Id eſt, aquæ cum uerbo. j.q.j. c.detrahe.& c.debitum. eod.

e Flaminis. Id eſt, ſpiritus ſancti.ca.apoſtolicā. de presby.non baptiza.

f Sanguinis. ca. martirij, & c.baptiſmi uicem. cū ſimil.de conſecr. diſtin.iiij.

g Contineatur. c.uerus. de conſecra. diſtinct.iiij.

h Aliud.c.aliud. de conſe.diſt.iiij.

i Non poſſit. & ſic reuincitur praua quædam opin. quæ temporibus Bernardi inualuerat, neminem ſcilicet ſine actuali baptiſmo ſaluari poſſe, cuius errorem idem confutauit epiſtola lxxvij.ad Hugonem ſcribens: & de hoc etiam uide Magiſtrum ſententiarū. lib.j.diſtin.iiij.

k Non tamē. Ratio eſt dubitandi eius quod hic continetur: & de hoc uide nouiſsimè per Concil.Tridenti.in v.ſeſſio.in decreto de peccato originali, quod eſt primum, uerſ.ſi quis hoc Adæ.

l Paruulos. Concor.c.maiores.eod.& c.paruuli.cum pluribus ſeq. & c.quæris.diſt.iiij.

m Habitum. Id eſt, aptitudinem, & ſic illa uerba qui nō crediderit &c. referuntur ad aptitudinem. Sicut etiā cum dicimus matrimoniū eſt maris & fœminæ cōiūctio indiuiduæ uitæ conſuetudinē retinēs. xxvij. q.ij.§.j.inſt. de patria poteſ. i prin. nam uerbum retinens, intelligendum eſt quo ad aptitudinem. ſic etiam cōſueuit dici de iuſtitia quatenus eſt in creatura. l.iuſtitia. ff. de iuſti.& iu.

n Ob fidei ſacramentum. Baptiſmus ſacramētum fidei dicitur, quia in fide Chriſti conſecratur, & in fide eccleſię cōfertur, uel quia in nomine Trinitatis confertur, quā offerentes & oblati tenentur credere, & confiteri, uel etiam alia ratione prout not. in capitulo nihil. de conſecra. diſtinct. quarta.

o Fideles. Sic in c.paruuli fideles.de cōſec. diſtinct.iiij.

p Circunciſio. Argum.à maiori, & concor. c.maiores.eod.

q Fœminæ. Quæ licet non circunciderentur, offerebantur tamen uigeſimooctauo die in templum, & ibi nomen imponebatur, baptiſmus igitur generalior eſt.

baptizentur, minoris uideatur effectus, tã adultis q̃ paruulis eſt conferendus. [a]

Tam mater quàm filius in ipſo articulo parturiendi, poſſunt ſeparatim baptizari, nec ob id creditur baptiſmus iteratus. h.d.

Is quoque, cuius mater, uel prægnans, uel in ipſa hora, qua parturit mortis urgẽte periculo, [b] baptiſmatis gratiam perceperit, baptizari poterit, [c] nec propterea bis baptizatus reputabitur. Cum utiq; ad maternum corpus cũ eſſet in utero, pertineret, [d] nec ibi regeneratio reperiri poſsit, ubi generatio nõ præceſſerit, nec in hoc infanti qui naſcitur aliquid mater participat, cũ uniuſcuiuſq; propria uolũtas [e] in confeſsione ſit attendenda.

Muti, ſurdi, & ægrotantes baptizari poſſunt. h.d.

Muti quoq; & ſurdi, item ægrotantes, [f] qui pro ſe reſpondere non poſſunt, alijs pro ſe profitentibus rectè baptizari poterunt.

Dormiens & amens, ſi ante ſomnum & amentiam habuerunt propoſitum baptizandi, baptizari poſſunt. h.d.

De dormientibus, & amentibus quæſitum eſt, & planè ſi priuſquam dormirẽt, aut amentiam incurrerent, non baptizandi propoſitum haberent, quia in eis eadẽ perdurare [g] uoluntas intelligitur, ſi ſic immerſi fuerint, characterem ſacramẽti nõ ſuſcipiunt, [h] ſecus autem ſi prius cathecumeni extitiſſent, & baptizandi propoſitum habuiſſent, tales enim in neceſsitatis articulo baptizare conſueuit Eccleſia. Tunc ergo characterẽ ſacramẽtalis imprimit operatio, cum obicem uo

a Conferendus. Sed an cum adoleuerint paruuli & nolint baptiſmũ ratum habere ſint eorum arbitrio relinquendi, uel cogendi ad Chriſtianam uitam? & quidam hoc ſunt auſi affirmare, quorum tamen opin. dãnata & anathematizata fuit per Concil. Trident. in vij. ſeſſio. ſub titu. de Baptiſmo. c. xiiij.

b Periculo. Concor. ca. baptizari. de conſecr. d. v.

c Poterit. Licet contra teneret Iulianus hæreticus. Sed contra, quia ſi mater manumittitur & partus cenſetur manumiſſus. inſtitu. de ingen. §. ij. Itẽ partus eſt pars uiſcerum matris. l. j. ff. de uent. inſpi. Sol. ut not. in ca. ſi ad matris. de cõſecr. diſt. iiij.

d Pertineret. Fac. cap. ſi ad matris. cum ſeq. de cõſec. d. iiij. & l. j. ff. de uent. inſpic.

e Propria uoluntas. Intellige propriam uerè ſi baptizatur adultus, & intelligẽs: aliàs dicetur propria iuris & diuinæ legis interpretatione, ſi baptizandus ſit paruulus uel non intelligẽs alio profitente, ut infra eo. §. proxi. & ca. paruuli. cum ſeq. de conſecr. diſtinct iiij.

f Aegrotantes. No. quòd infantes, muti, ſurdi, ægrotantes, æquiparantur, quos ſatis conueniens eſt ignorantes quodammodo & per alios liberari cum & ignorantes & per alios fuerint obligati: ut de conſecr. diſtinct. quarta. c. quæris. facit quòd & pro ignorante fideiubere poſſum: ut l. fideiubere. ff. de fideiuſſ. & ignoranter etiam actio acquiritur. l. ſi à furioſo. ff. ſi cer. pet. & concord. cũ hoc. capitulũ paruuli. & capitulũ ægrotantes. de conſecr. diſtinct. quarta.

g Perdurare. Simile de ſententia excommunic. cap. à nobis. nam ſemper perdurare præſumit̃ uoluntas niſi probetur mutata: ut capitulo perlatum. de his quæ ui metuſve cau. fi. & lege eum qui. ff. de probat. & lege Lucius. ff. de leg. ſecundo. in fin. Sed quid ſi quis ab infantia fuit amẽs, nunquid prodeſt ei ſi baptizetur? argumen. quòd ſic. ff. de lega. ſecundo. lege cum pater. §. ſurdo. quia perinde habetur ac ſi tunc ſit infans: quia nullo peccato grauatur niſi originali. tertia quæſtione nona. capitulo indicas. & not. in capitulo maiores. §. finali. eodem.

h Non ſuſcipiũt. Sed quid ſi excitati ſomno ratũ habeant? Reſp. non prodeſt: quia nihil recipit, & ideo non eſt quod ratum habeat, ſed iterum erit baptizandus: ut not. in cap. maiores. in fin. eod.

Obſiſtentem.

a Obſiſtentem. Simile de conſecr.diſtinct. iiij. cap.quæris à me. & ff.ad S.C.Maced. l.ſi filius.& ff.de acquir.hæred.l.ij.§.ſi is.

b Omnino coactus. Vt puta ſi ligatis pedibus ac manibus baptizaret.fac.l.qui teſtamento.§.fi.ff.de teſta.

luntatis contrariæ nõ inuenit obſiſtentẽ. a

Inuitus baptiZatus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſeruantiam fidei, ſecus ſi penitus ſit coactus. h.d.

Sed & ſi quis non ſpontè, dum tñ non omnino coactus b baptiſmatis ſuſceperit ſacramentum, Chriſtianitatis characterem ſuſcipit, utputà cum quis terroribus, atque ſupplicijs ad undam ſalutarem trahitur, & ob id tanquam c conditionaliter d uolẽs, licet ab-

c Tanquam. Veritatem denotat hæc dictio, non ſimilitudinem. ſic in c. ex parte. ubi Ab.not. de ſponſal. unde, ſi dicatur Titius ab omnibus uitetur tanquàm excommunicatus, dicetur uerè excõmunicatus. argu. not. per Ab.in cap.ſi. ne cle. uel monach. in princ. natura tamen ſui ſimilitudinem denotat.

d Cõditionaliter uolens. Et ſic coacta uolũtas, uolũtas ẽ, cõcor.l.mulier. §.fin.ff.quod me.cau.& xv.q.j. c.merito quæritur. Idem eſt in ſacramento matrimonij.xxij.q.iiij.cap.inter cætera, & c.ueniret.de ſponſal.uidetur tamen impedire matrimonium ſpirituale. cap. perlatum. de his quæ ui.metuſve cau. ſed ibi fuit iuſtus metus mortis qui caderet in conſtantem uirum. ſed datis terminis paribus idem eſſet in utroque. Item hæc coactio conditionalis nõ impedit ſacramentum ordinis. diſtinct.lxxiiij.capitulo ubi iſta.& not.in cap. maiores.§.fin.eod. Sed nunquid ille qui conditionali coactione recipit ordinẽ tenebitur continere? Reſpon. ut not.in d.§.ſi.

e Obſeruantiam. Vt cap.de iudæis.diſtinct. xlv.& cap.maiores. §.ſi.eod.multo magis igitur ſi ſponte baptizatus eſt. cap.quidam. de apoſtatis.

f Characterem. Sed quare amens, uel dormiens, uel abſolutè coactus baptiſmi ſacramentum non recipit, cum in baptiſmo non requiratur intentio baptizati ſed baptizantis. j.q.j.c.ſicut ficti. & de conſecra.diſtinct.iiij.c. ſolet. Hæc quæſtio ſoluitur per literam ſuperioris.§.& per §.fin.c.maiores.eo.quia amẽs, & dormiens qui ante cathecumini fuerunt, recipiunt bene ſacramentum, qui uerò ſemper inuiti fuerunt & cõtradixerunt, non recipiũt quia adhuc præſumuntur inuiti, & nemo inuitus ad fidem cõpellitur. Nec ob.d.c.ſicut. & cap.ſolet, quia ficti ore exprimũt licet corde diſſentiãt:& ideo ſacramentum recipiunt: quia eccleſia dare intendit, ſed tale ſacramentum non proficit ad remiſſionem peccatorum, niſi cum fictio receſſerit.ca. tũc ualere.de conſec.diſt.iiij.& per Ab.ca.ſi.eo.cuius dicta procedũt in foro poli.

ſolutè nõ uelit, eſt ad fidei Chriſtianæ cogendus obſeruãtiã. e Ille uerò qui nunquã conſentit ſed penitus contradicit, nec rem nec characterem f ſacramẽti ſuſcipit. Plus eſt enim g expreſsè cõtradicere h quàm minimè conſentire.

Is de quo non eſt præſumptio quòd ſit baptizatus, debet ſine metu iterationis baptizari. h.d.

Illud in dubium uenire nõ debet i, quoties nulla extant indicia k inter propin-

g Plus eſt enim. Sic ca.ſicut de ſimo.& ca.Petrus.de homi.& j.q.iiij.c.quia præſulatus.cum concor.allegatis in c.maiores. §. fin.de baptiſ.

h Contradicere. Arg.quòd ad fidem nullus debet compelli inuitus, ſed ſicut libera uoluntate perijt, ita libero arbitrio conuertatur:ut c. de iudæis.& cap.qui ſincera.diſtinct. xlv.& xxiij.q.v.c.ad fidem. Arg.contra.xxiij. q.vj.c.j.ubi habetur quòd Paulus coactus uenit ad fidem. Sed illud diuino iudicio fuit factum, cuius facta ad conſequentiam trahi non debent, uel dic, ut not.in c.maiores. §.ſi.eod.

i Non debet. Vt in c paruulos. cum quatuor ſeq.de conſecr.diſtinct.iiij & cap.fin.de præſbyt.non bapt.

k Indicia. Bene dicit indicia: quia non requiritur plena ꝓbatio, immo ſufficeret unus teſtis ueluti in conſecratione eccleſiæ, ſecus tamen in ordine.c.afros. diſt xcix.de ratione diuerſitatis dicitur. j.q.j. §.ecce. Sed quid ſi probet quis ſe ordinatum, & contra eum excipiatur illum non fuiſſe baptizatum, nun-

quos, & familiares, quibus aliquos baptizatos eſſe doceri poſſit, eoſdem baptizari minimè prohibēdos eſſe. Quod enim factū eſſe neſcitur nulla ratio ſinit, ut iteratum [a] uideatur, nec temeritas interuenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis. De eo tamen qui Chriſtianis parentibus natus, inter Chriſtianos eſt fideliter conuerſatus, tam uiolenter præſumitur ꝙ baptizatus fuerit, ut hæc præſumptio pro ueritate ſit habenda, donec euidentiſsimis argumentis contrariū probatū [b] fuerit.

Iterum ſcienter baptizatus debet ſeueriſsimè puniri, ignoranter uerò bis baptizatus, non poteſt ordinari niſi ex neceſsitate h.d.

Quòd ſi quis ſciēs & prudens iterum baptizari ſuſtinuerit arctiſsimæ pœnitētiæ [c] ſubijciendus erit, ꝙ ſi ignoranter, nulla quidem imponenda erit pęnitentia, ſed niſi magna cogat neceſſitas, ordinari non poterit. [d]

Iterātes Baptiſmum ſunt deponendi ab officio, & beneficijs.h.d.

Illi quoque qui auſu temerario, in homine iam baptizato cœleſte lauacrū iterare auſi fuerint, excōmunicationis mucrone percuſsi ab omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico deponentur. [e]

Multa ſunt in baptiſmo, quæ non ſunt de eius ſubſtantia. hoc dicit.

Poſtremo ſciendū eſt, quòd licet uerbo tantum, & elemento baptiſmatis ſubſtantia contineatur, & forma, [f] multa tamen à

quid tunc crederetur unius teſtimonio quo ad baptiſmum? quidam quòd non ubi fieret alteri præiudicium. Vnde non ſufficeret unicus teſtis ad probandum baptiſmum, ſi ſub ea conditione ei eſſet relictum legatum, ſi eſſet baptizatus: quia hæredi præiudiciū fieret: ut not. in cap. placuit. de conſe. diſtin. iiij. cum autem ſufficit unus teſtis is debet eſſe Chriſtianus non iudęus uel paganus. not. in c cū itaq;. de conſe. diſt. iiij.

a Iteratum uideatur. Cōcor. c. cum itaq;. & cap. ſi nulla. & ca. ſi. de presbyt. non baptiz. ubi infert Ab. quòd qui nō recordat utrū dixerit aliquam horam puta tertiam uel ſextā, tenetur iterare. Item ſi nō apparet quòd eccleſia fuerit cōſecrata, quòd debet conſecrari. & generaliter ubi actus ex neceſsitate debet explicari, ſi de eo ambigitur, debet iterari licet ꝓpriè nō poſsit dici iteratus. & facit ratio quę immediatè ſequitur. Qua autē forma ſit baptiſmus cōcedendus ſi probabiliter dubitetur an quis ſit baptizatus, uide tex. & quæ ibi Doct. in c. ij. eo.

b Probatum fuerit. No. primum quòd uiolenta præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium. fa. c. ut noſtrum, ut eccleſ. bene. Item quòd uiolenta præſumptio admittit probationem in contrarium. xxxv. q. iij. c. extraordinaria. & xxvij. q. j. c. nec aliqua. c. propoſuiſti. & ca. cauſam matrimonij. de probat. & per Gloſſ. in ca. ferrum. diſt. 50. & per Ab. in c. is qui. de ſponſal. debet tamen probatio talis eſſe euidētiſsima, ut hic, & c. ſi. de presb. non baptiza. & c. quia ueriſimile. de præſump. & l. non eſt ueriſimile. ff. qđ met. cau.

c Pœnitentiæ. Quam habes in c. qui bis ignoranter. de conſecra. diſtin. iiij. & uide de nō rebaptizandis paruulis Concil. Tridē. ſeſſio. vij. in titu. de baptiſ. c. xiij.

d Non poterit. Erit ergo ī ꝑtāte cuiuſq; mihi ordines auferre: quia poterit me dormientem rebaptizare: quod uidetur durum, ideò quidam dicebant quòd hic intelligitur de ignorantia iuris, quæ nō excuſat, tu intellige prout litera iacet, & indiſtincte, & hic eſt unus caſus in quo alicui ſit ſine ſua culpa pręiudiciū: arg. j. q. v. c. j. fa. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. Sed contra j. q. iiij. ca. placuit. uide Ab. in capitulo ex literarum. de apoſtat.

e Deponentur. c. ſin. eo. & per Ab. in cap. ex tuarum. de apoſtat.

f Et forma. cap. j. & c. penul. eod. & j. q. j. c. detrahe. & cū de ſubſtantia baptiſmi ſit elementum, ſequitur quòd non poſſet quis baptizari in aqua roſata, cum non ſit elementum, licet

poſſet

poſſet in aqua aliquantulum transformata:ut in lixiuio, uel brodio, uel aqua lutuoſa: ut per Abb.in dict.cap.penul.

a Patribus. Etiam à tempore Apoſtolorum: ut per Diony.de eccleſiaſt.Hierarch. & tradit nouiſſimè p duos Reuerẽdiſsimos Cardinales ſecundum Vuarnienſem, in tractatu de ſacramentis.c.xxxvij.& Araceli. in tracta. icidẽ de ſacramen. capitulo xiij.

b Exorciſmi. ca ſiue ca.ante.ca.ſicut. de conſecra. diſtin.iiij.

c Exufflationes. c.ſiue.de conſecr. diſt. iiij.

d Salis. ca. exhinc. ca.ſal celeſtis. de conſecra. diſt.iiij.

e Contactus. c. poſteà.de conſe. diſt.iiij.

f Inunctio. c.j. §.quia uero. de ſacra un ci.c.deide. de conſe. diſ.iiij. ſunt etiam & alia puta cereus & patrinus, quæ omnia conſtituunt numerũ octenariũ,& his uerſibus cõcludunt.

Sal,oleum, Chriſma, Cereus,Chriſmale, ſaliua.
Flatus,uirtutem baptiſmatis iſta figurant.
Hæc cũ patrinis nõ mutant ſed tñ ornant.

ſanctis patribus [a] ad eius decorem fuerũt ſolenniter conſtituta ut immerſionis numerus, exorciſmi, [b] clericorum exufflationes, [c] ſalis [d] benedicti exhibitio, ſaliuæ cõtactus,[e] inũctio, [f] quę ſi ex neglectu pręrmiſſa fuerint,omiſſio culpę reos arguet.

Baptiſmus non debet conferri in priuatis domib. niſi ex neceßitate, uel ob magnã nobilitatem.h.d.

Illud etiam nobiſſimè Viennenſi Concilio [g] conſtitutũ eſt, ne quis ĩ priuatis domibus, [h] ſed dumtaxat in Eccleſijs in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, [i] aliquos audeat baptizare, niſi Regũ [k] uel Principum [l] liberi baptizandi fuerint, uel talis neceſsitas [m] emerſerit, propter quã ad Eccleſiã abſq; periculo[n] acceſſus haberi nequeat.

DE SACRAMENTO chriſmatis. IV

Fideles poſt receptum baptiſmum debent chriſmari. hoc dicit.

QVãuis autem continuò trãſituris regenerationis ſufficiat beneficium, uicturis tamen etiã confirmationis auxiliũ eſt neceſſarium. [o] Ita enim

g Concilio.Cle.j.eo.unde ſumitur.

h Domibus. Concor. Aut. Vt in pri.domi. ſacr.my.non fi.

i Deputati. De maio.& obe.c.his quæ. c ij. de ca.mona.& tales eccleſię dicunt baptiſmales.c.j.de no.ope.nunciat. & quia renaſcimur per baptiſmũ dicunt matrices. c.ex trãſmiſſa. de p̃ſc,& Cle.j.de ſent.excõ.& not. i Cle.j.eo.

k Regum. Simile c.fi.de offi.deleg.& ca.ne aliqui. de priuil.in vj.

l Principum. Non aũt tyrannorum.& intellige hic de principe qui habeat notabilem potẽtiam:& quòd ſit quaſi cõparandus regiæ poteſtati: arg.l.j.ff.de re.dub.licet principis appellatio multipliciter ſumatur: ut not. in Cle.uni.eod.

m Neceſsitas. Not quòd neceſſitas & nobilitas æquiperantur.alibi nobilitas & literatura. cap. de multa. de præb. extrauag.execrabilis.eod.tit.

n Periculo.Fortè pueri baptizandi exiſtẽtis in mortis articulo: ut c.pe.eo. uel de ferẽtiũ q ſint obſeſsi. Sed qd ſi deferens puerũ ad baptiſmũ remotũ uidẽs in eo ſignũ futurę mortis nec habẽs ſecũ aquã proijciat puerũ in puteum dicendo. Ego te baptizo. &c. nunquid puer ſit baptizatus.& ita poſsit ſepeliri in ſacro? Reſp. ut habetur per Ab.in c.pen. eod. At ſi baptizetur in domo priuati exceptis caſibus permiſſis puniri poterit contrafaciens pœna arbitraria:ut not. in Cle.uni eod.

DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

QVANVIS.

o NEceſſariũ. Quia uicturis in hoc mundo inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, & in baptiſmo regeneramur ad uitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, capitulo ſecundo. de conſecra.diſtinctione quinta.

coniuncta ſunt hæc duo ſacramẽta, ut unum ab altero niſi morte præueniẽte ſeparari non debeat. [a]

Chriſmatis ſacramentum operatur augmentum gratiæ et ſoli epi chriſmant. h.d.

Igitũ omnes fideles [b] poſt baptiſmũ [c] paracletum per manus impoſitionem accipere debent, ut perfectè Chriſtiani inueniantũ. Spiritus Sãctus enim, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcẽdit [d] lapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiã, [e] in confirmatione robur & augmentũ præſtat ad gratiam. Vnde cum cęteras unctiones ſimplex ſacerdos [f] uel presbyter ualeat exhibere, hanc nõ niſi ſummus ſacerdos hoc eſt epiſcopus cõferre debet, alioqui nulla excuſante conſuetudine [g] chriſmatio irrita habebitur, & uacua, nec inter eccleſiaſtica ſacramenta reputabitur, [h] cũ manum [i] impoſuiſſe pręter Apoſtolos, quorũ hodie uicem ſubſtinent Epiſcopi, nulli alij legantur.

Ieiunis & à ieiuno debet dari chriſma, niſi neceſſitas aliud cogat. h.d.

Accedẽt igitur qui legitimæ [k] ſunt ætatis ad confirmationẽ ieiuni, ut à ieiunis [l] epiſcopis ſacro chriſma-

a Non debeat. Fac. c. j. & c. de his de conſecra. diſtinct. v.

b Omnes fideles. Scilicet adulti, uel ſaltem alicuius capacitatis: ut j. eo. §. proximo. ar. l. ut gradatim. ff. de mu. & ho. & l. j. cũ ibi no. C. de ſacroſ. eccl. nã ĩfantib. uel paruulis, ſufficit ſolus baptiſmus. c. quæris. de cõſe. di. iiij. & no. ĩ. c. j. de cõſecra. diſt. v.

c Poſt baptiſmum. Sic olim oſtia prius lauabatũr in littore & poſtea offerebatũ in holocauſtum: ut not. in ca. j. de conſec. diſt. v.

d Deſcendit. Cõferẽdo aquis uim generatiuã. c. nunquam. de conſec. diſt. iiij. & c. ij. de conſecr. diſt. v.

e Innocentiã. Ad quam denotandam baptizatis ſtatim datur ueſtis candida. c. accepiſti. & ca. uenit. de conſecra. diſt. iiij. & not in c. ij. de cõſe. di. v.

f Simplex ſacerdos etiam epiſcopo delegante, ſed bene delegante Papa, ut latè per Doct. in c. quanto. de conſuet. & per Archiepiſcopum Floren. in tertia parte ſummæ. ti. xiiij. in §. de miniſtro. fac. ca. presbyteris. cum ſeq. de conſecr. diſt. iiij.

g Conſuetudine. c. quanto. de conſuet. nam præſcriptio quantumuis longiſsima requirit capacitatem in pręſcribente: ut per Io. Andr. in cap. ij. de præben. & ſic limita. c. j. de reſcri. in vj. & l. j. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æſti. Secus eſt in competentibus ratione iuriſdictionis uel dignitatis epiſcopalis, non autem ordinis: ut in dicto capitulo quanto. & in capitulo accedentibus. de exceſſ. prælat. & in cap. cum contingat. de fo. compe.

h Reputabitur. Et meritò cum nullum caracterem imprimat, & ſic nota quòd ordinatio & ritus Apoſtolorum circa ſacramenta habent impedire caracteris impreſsionem: ut per Ab. in cap. quanto. de conſuet. Sed quid ſi Roman. Põtifex prohibeat epiſcopos conferre tale ſacramentum, an ualeat collatio facta poſt prohibitionem? Reſp. ut per Abb. in d. cap. quanto.

i Cum manũ. Ratio, ab antiqua patrũ ordinatione. eſt & alia ratio quæ ponitur per Abb. in cap. quãto. de conſue. quia perfectio actus communiter reſeruatur ſuperiori, unde cũ hoc ſacramentum ſit cõfirmatio & perfectio baptiſmi, ut hic, congruum fuit illud reſeruari ſuperioribus. fac. c. nihil. cũ ibi traditis. de elect. & quòd huius ſacramenti exhibitio eſt epiſcopis reſeruata. uide nouiſsimè per Concil. Trident. ſeſſio. xxiij. circa princip. c. iiij.

k Legitimę ætatis. Sed quæ erit ætas legitima? quidam dicunt de xiiij. annis, quo tempore etiã ad minores ordines promoueri poſſunt. c. ij. diſt. lxxvij. Alij de xxv. arg. l. j. ff. de mino. & not. in cap. ut ieiuni. de conſec. diſt. v. neutra tamen ſeruari uidetur in practica, cum etiam trimi & quatrimi deferantur ad epiſcopos chriſmates, quòd forte non bene fit.

l Ieiunis Epis. Quod ieiunium & in aliorũ ſacramentorũ exhibitione ſeruandũ eſt. xxij. q. ij. c. honeſtũ. & de cõſerc. diſt. ij. c. liquido. quod tamen malè uidetur ſeruari. fac. c. ut ieiuni. & c. ut epiſcopi. de conſec. diſt. v.

In

te in fronte [a] deliniti per manus impoſitionem paracletum recipiant. Planè infirmis, & morte periclitantibus, [b] uel qualibet cauſa impeditis, nulla de ieiunio habita ratione manus imponi poterit.

In Baptiſmo, Confirmatione, & Cathecismo debent patrini interuenire. hoc dicit.

Illud commune eſt tam his qui baptizandi ſunt, quàm etiã illis, qui confirmationis munus recipere debẽt, ut aliquẽ in patrinum [c] habeãt, qui eoſdem in religione Chriſtiana, & fide dominica inſtituat, & pro eis apud Deum quaſi fideiuſſor [d] exiſtat, quod & in cathecismo [e] obſeruandum erit.

Patrini non debent eſſe plures, uel non baptiZati, uel confirmandi. h. d.

Admonendi tamen ſumus, quòd nec plures [f] quenquam in baptiſmo, aut in cõfirmatione ſuſcipere debent, ſed unus tãtum ſiue uir, ſiue mulier, nec quenquam quiſpiam tenere, uel leuare poterit, qui ipſe baptizatus [g] non ſit, uel confirmatus.

Parentes non poſſunt eſſe patrini propriorum filiorũ, nec Abbates uel monachi alienorum. h. d.

Parẽtes [h] quoq; ꝓprios filios, uel abbates, [i]

a In fronte. Quo in loco non licet presbyteris. c. presbyteris. de conſecr. diſtin. iij. cum ſeq. & de ſignificatione locorũ & uitium quibus quis inungitur. uide in cap. nouiſsime. de conſecra. diſtinct. quinta.

b Periclitantibus. Vitãda enim mora eſt ubi periculum timetur. c. baptizari. de conſecra. diſt. v. c. ne quod abſit. de cõſec. diſt. iiij. c. de Syracuſanæ. diſt. xxviij. Argu. contra. l. ſi debitori. ff. de iudi. & l. qđ dicimus. ff. de ſolu. Sol. illud in contractibus, hic in periculo animæ. ut not. in dicto capitulo baptizari.

c In patrinum. c. in cathecismo, cũ pluribus ſeq. de conſec. diſtin. iiij. & de cogn. ſpi. per totũ, ſed iſti patrini non ſunt de ſubſtãtia: ut not. ſupra tit. proxim. §. poſtremo.

d Fideiuſſor. De cõſec. diſtin. iiij. c. nos ante. & hæc eſt cauſa quare in cathecismo & confirmatione quòd qui non eſt Chriſtianus non offerat puerum, cum enim noſtram fidem quis non tenet qualiter docebit, & qualiter erit obſes pro puero? quæ ratio ceſſat in baptizante.

e In cathecismo. c. in cathecismo. de conſecra. diſtinct. quarta, & capitulo peruenit. xxx. quæſtione prima.

f Nec plures. c. non plures. de conſecr. diſt. iiij. Sed contra c. quod autem. xxx. quæſtione quarta. Sol. maritus & uxor pro uno reputantur, cum ſint una caro. iuſta illud, & erunt duo in carne una. pro qua ſol. facit. c. ſi qs ex uno. diſt. iiij. Vel dic aliter ut no. in d. c. quod autẽ. Sed an unus poſsit eſſe patrinus in baptiſmo, & idem in confirmatione? Reſp. tantum ex neceſsitate. c. in cathecismo. de conſecr. diſtin. iiij. qua ceſſante ſinguli per ſingula ſunt habendi. ita enim latius ſe extendit charitas: Sed an actus ualeat, ſi idẽ ſæpius interueniat. Reſpon. affirmatiuè, quẽadmodum & ſi plures patrini eidẽ actui interueniãt cum omnibus contrahitur cognatio: ut in cap. fin. de ſpi. cogn. in vj. & per Ab. in ca. contracto. eod. tit. quod tamen hodie uidetur correctum per Conciliũ Tridentinum, quod ita arctauit hanc materiã ut unus tantum poſſit interuenire in patrinum, & ſi plures interueniant, non contrahitur ſpiritualis cognatio: ut in ſeſſione xxiiij. in decretis de reformatione matrimonij. capitulo ij.

g Baptizatus nõ ſit. Si tamen aliter fiat non impeditur propterea baptiſmus, cum talis in caſu baptizare poſſit: & patrinorum adhibitio non ſit de ſubſtantia: ut no. ſupra titulo proximo. §. poſtremo, ſed fuerunt inſtituti ratione, de qua in §. proximo. ubi not. & fa. diſtinctione quadrageſimaſeptima. §. neceſſe.

h Parentes, capitulo ſi uir. de ſpi. cogna. poſſent tamen ex neceſsitate: ut in capitulo ad limina. xxx. quæſtione prima. & not. Abb. in d. cap. ſi uir.

i Abbates. capitulo non licet. de conſecra. diſtinct. iiij.

a Monachi. xvj.q.j. c.placuit. & xviij.q.ij. c. peruenit. Idem forte in alijs regularibus. ut ſupra de regular. in prin. Sed contra c.doctos. xvj.q.j.& c.omnes.xxx.q j.Sol. ut not. in c.nõ licet de conſecra. diſtinct. iiij.

per Archiepiſcopũ Flor. in ſua ſumma. eo.tit. & per Nicol.Plo. in ſuo tractatu de ſacramen. in princ. quartæ partis. ſed & hæc ſatis rem ipſam demonſtrat, licet forte regulis logicorum examuſsim non reſpondeat.

uel monachi [a] alienos de ſacro fonte ſuſcipere, aut in confirmatione tenere non debent.

Nec baptiſmus, nec chriſma poſſunt iterari, & utrunque conferri poteſt tempore interdicti. hoc dicit.

Commune etiam illud eſt utriſq; quòd & neutrum (ut paulò ante diximus) iterari [b] poteſt, quippè quòd ambo characterẽ imprimunt, [c] & quòd interdicti tẽpore ob imminens ex dilatione periculum utrunque conferri, & pro utroque chriſma confici poterit, ut infra ſuo loco [d] latius exponemus.

DE POENITENTIIS ET remiſsionibus. V

Quid ſit pœnitentia, & effectus pœnitentiæ. h.d.

POenitentia[e] eſt ſacramentum, qđ contritione, confeſſione, & ſatisfactione cõcurrentibus peccatorũ operatẽ remiſſionem. Multiplex [f] enim Dei miſericordia, ita lapſibus humanis ſubuenit, ut nõ ſolum per baptiſmi, & confirmationis gratiam, ſed etiã per pœnitentiæ medicinam, ſpes ęternæ uitæ reparari uelit. Vnde qui dona regenerationis uiolauerint, proprio ſe iudicio [g] condemnantes, per ſacramẽtum pœnitẽtiæ ad criminum remiſsionem, quaſi ex naufragio [h] arrepta tabula [i] ad portũ peruenient.

Tres ſunt ſpecies pœnitentiæ, & pœnitẽtia ſolennis iterari non poteſt, & pœnitentes ad ſacros ordines reddit inhabiles. hoc dicit.

Sunt autem pęnitentiæ tres [k] ſpecies, quę dam enim eſt ſolennis, quædam publica,

b Iterari. c.non licet. & c.rebaptizare. & c.dictum. & c. de homine. de conſec. diſtin. iiij. Sed contra. j. q.j.c.manus. Sol. ibi agitur de manus impoſitione conſecratoria nõ confirmatoria, ut ibi not. ſi tamen fuerit iterata confirmatio, mitior pœna imponitur quàm ſi fuerit iteratus baptiſmus, de quo uide per Archiepiſcopum Florentinum in ſua ſumma ſub titulo noſtro. uerſi. effectus autem.

c Imprimunt. Vt ſupra de ſacramen. §.j.

d Suo loco. Vt infra de eccleſ. interdicto. §. pen. & fin.

DE POENITENTIJS & remiſsionibus.

Pœnitentia eſt. &c.

e POenitẽtia. Multę ponũtur pœnitentiæ diffinitiones ſeu deſcriptiones: pam præter hãc, alia ponitur in c.ecce.§.fi. de pœni. diſt. j. alia in c.pœnitentia. de pœni. diſt. iij. plures ponit Hoſt. in ſum. eo. aliam Magiſter ſententiarum. lib. iiij. diſt. xiiij. de quibus

f Multiplex. Id eſt, multipliciter ſubueniens. facit cap. multiplex. de pœni. diſtin. j.

g Iudicio. Ideſt, proprio motu, ut c.non põt. c.ecce. c.porro. & c.facilius. de pœni. di. j. non ꝙ pœnitẽtes ipſimet ipſiſmet iniũgant pniam: quia ſi ita intelligatur fruſtra claues eſſent datæ ſacerdotibus: ut de pœni. diſtin. j. §. alij. & cap. agite.

h Naufragio. Scilicet peccatorum.

i Tabula. Duæ ſunt tabulæ, prima eſt baptiſmus. ubi purgatur uetus homo, & nouus inducit, ut c. deinde. diſt. xxvj. ſecunda eſt pœnitentia qua lapſi poſt baptiſmũ ꝑ pœnitentiã reſurgimus. c.ſecunda. ubi etiam not. de pœni. diſt. j. alij ꝙ prima tabula eſt nauis, ſecũda eſt ſcapha qua naufragio periculum euitatur.

k Tres ſpecies. De quibus ꝑ Ab. in c.j.eo. & per Nic.Plo. in trac. de ſacramentis. c.j. in quarta parte, & per Arch. Flor. in tit. de pœni. uerſ. de partibus. & per Hoſt. in ſumma eod. uerſ. his prælibatis.

quædam priuata. Solennis eſt, quam propter maiora [a] ſcelera Epiſcopus [b] in capite ieiunij ſeruata certa rerum ſerie [c] delinquētibus ſolet imponere, quæ quidem ne Eccleſiæ uileſcat [d] authoritas, iterari nō debet: & tales pœnitentes ad ſacros ordines (ut ſuprà expoſuimus [e]) inhabiles reddit, quippè [f] quę nec aliter pōt ſacerdotibus imponi, q̃ ſi prius cœleſtis militiæ cingulo exuti [g] fuerint.

Publica delicta, & publica pœnitentia lui debent. h.d.

Publica pœnitentia eſt, q̃ publicè nulla ſeruata iuris ſolēnitate [h] peragēda iniungitur, qualis eſt peregrinatio, certi habitus delatio, & his ſimilia.

Cum enim manifeſta peccata non ſint [i] occulta correctione purganda, rectè conſtitutum eſt, ut qui publicè peccādo proximo [k] ſuo ſcandalum præbuerint, publicā etiā pœnitentiam, à proprijs ſibi ſacerdotibus impoſitam peragētes emendationis exēplū præbeant. [l] Apparet itaque ex his, quòd licet oīs ſolennis pęnitentia publica ſit, non tamen omnis publica eſt ſolennis. [m]

Vnuſquiſque ſemel in anno debet confiteri, & Eucharistiam ſumere, niſi de conſilio ſacerdotis abſtineat h.d.

Priuata aut ſecreta pœnitentia eſt, quæ in occulto Deo fit & ſacerdoti. [n] Statutum eſt.n. generali Concilio, [o] ut omnis fidelis, quàm primū ſapere [p]

a Maiora ſcelera. Et uulgata, quæ aurē ſint hæc habetur in cap. ut ſi clerici. §. j. de iudi.

b Epiſcopus. Non autem inferiores.

c Serie. De qua in c. in capite. d. 50.

d Vileſcat. Cum frequentia & iteratio contemptū pariant. l. obſeruādum. ff. de offic. preſi.

e Expoſuimus. §. pęnitentes. ſupra qui promo. non poſſ.

f Quippe quæ. Bona ratio: nam ſi fabricatum deſtruit, multo fortius impedit fabricandum: argum. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſu. uel alie. iu.

g Exuti. capitu. confirmandum. d. 50. & in cap. ſacerdos. de pœni. diſt. vj.

h Solennitate. De qua habetur in capit. in capite. diſt. 50.

i Non ſint. Vt capit. plurimos. diſt. lxxij. cap. ſi illud. d. xlv. fac. ij. q. j. cap. ſi peccauerit. & l. nihil. ff. de re. iu. & per Abb. in cap. j. eo.

k Proximo ſuo. Scilicet homini Chriſtiano, qui propriè uidetur dici poſſe ꝓximus, ſed & de infideli erit hoc intelligendum, ſi peccatum qđ ſcandalum induxit conſiſtat in præuaricatione legis naturalis, per ea quæ Abb. & Doct. in cap. nouit. de iudi. in tertio not.

l Præbeant. Dic ergo quòd aut delictum eſt graue, & ſcandelizans totam urbem, & tunc laico imponitur pęnitentia ſolennis, quæ & publica eſt, ut ſtatim dicitur capit. in capite. diſtin. 50. & xxvj. quæſt. vj. cap. ſi. Aut eſt graue ſed non generat ſcandalum: & hunc aut eſt occultum, & tunc non imponetur pęnitentia neque ſolennis, neque publica, ſiue delinquēs ſit clericus ſiue laicus. dicto. capitu. in capite, & per Abb. in cap. j. de pœnit. & remiſ. Aut eſt publicum, ſed nō ſcandaloſum, & tunc imponenda erit pęnitentia publica, ſed non ſolennis, dicto. capitul. ſi. iuncto. d. cap. j. & ita firmat Abb. in capit. quæ ſitum. de pęnit. & remiſ. & uide de hoc per Concil. Tridentinum. ſeſſio. xxiiij. in decretis reformationis cap. viij.

m Solennis. Cū in ſimplici publica non ſeruentur quæ ponuntur in capite. in capite. diſtinct. 50. & de hac uide qui citantur ſupra. in proxi. §. in prima notula.

n Sacerdoti. Tāquam Deo uel Dei miniſtro.

o Cōcilio. cap. omnis. eo.

p Sapere. Sunt autē annorum diſcretionis tres gradus, ſecūdū Hoſt. & Abb. in capit. omnis. eo. Primus cum quis eſt doli capax, & hic ſufficit ad confeſsionem, & ſolet hoc contigere in ſeptennio uel poſt, capit. j. & capit. ij. de delict. puero. l. j. C. ſi aduer. delict. l. iij. C. ſi mi. ſe ma. dixe. fac. c. eos. de conſecr. diſtinct. iiij. & l. j. C. de fal. mo. & cap. literas. & quod ibi not. de ſponſ. in pub. Secundus gradus eſt pubertas, & hic requiritur ad matrimonium & religionis ingreſſum, capit. ij. de deſponſ. impub. cap. j. de regu. in vj. Tertius eſt

exacta

exacta adoleſcentia,ut in l.j.ff.de mino. & hic ſeruatur quo ad bonorum adminiſtrationem. obſeruantia tamen uidetur habere quòd quo ad confeſſionem ſeruetur primus gradus, quo ad Euchariſtiam ſecundus, & hoc forte non eſt malum,ſecundum Abb. in d.c. omnis.propter reuerentiã tanti ſacramenti.

a Omnia. Bene omnia: quia confeſsio non debet fieri per partes cõfitendo uni ſacerdoti partem peccatorum,alteri aliam partem: ſed oĩa uni ſunt confitenda: aliàs confeſſio parum prodeſſet: ut per Ab. in cap. omnis.eo. in princ.immo debet nõ ſolum uni omnia confiteri, ſed etiam eodem contextu ſi recordetur: ut per Ab. in capit. ex parte. de offic.ordina.

cęperit: omnia [a] ſua [b] peccata proprio ſacerdoti [c] confiteatur, & iniunctam ſibi pœnitentiam proprijs uiribus [d] adimplere ſtudeat, ſuſcipiens reuerenter ad minus [e] ſingulis annis in Paſchate [f] Euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de ſacerdotis [g] conſilio, ex cauſa duxerit abſtinendum, alioqui & uiuens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur, [h] & moriẽs Chriſtiana carebit ſepultura. [i]

Pœnitentia conſtat contritione,confeſſione,& ſatisfactione.h.d.

Cõſtat [k] igitur pœnitentiæ ſacramẽtum tribus partibus, contritione cordis, confeſſione oris, & operis ſatisfactione. Contritio [l] nihil aliud eſt quàm dolor pro peccatis uolũtariè aſſumptus cũ propoſito cõfitendi,& ſatisfaciẽdi. Confeſſio [m] (ut Auguſtino placet) eſt per quam morbus latens ſpe ueniæ aperitur, uel Confeſſio eſt canonica [n] peccatorum co-

e Ad minus. Melius tamẽ eſſet ſæpius quod olim fiebat ut infra tit.proxi.in princ.& in c.& ſi frequentius.de conſecr.d.ij.& quod hic dicitur habet locum i laicis. de religioſis dic.ut in Cle. ne in agro.§.ſanè.de ſta.regul.

f In paſcate. Facit contra eos qui ſuſcipiunt ſacramentum in die Iouis ſancti de quo narrat Ab. in cap. omnis. eo. uidiſſe ſe inter ualentes Theologos magnam.q.& ſe fuiſſe ſuper hoc conſultum,qui reſpõdit ut ibi per eũ.

g Sacerdotis. Scilicet proprij. ſecundũ Ab.quod multi malè aduertunt. c.omnis.eo. unde ſumitur.

h Arcebitur. Nota caſum ĩ quo nõ excommunicatus arcetur ab ingreſſu eccleſiæ,& non ocioſè dicit arcebitur, quod uerbũ denotat uiolentiã: quia & brachium ſeculare ad talem arcendũ inuocari poterit c.j.de offic. ordin.& xxiij.q.v.c.adminiſtratores.

i Sepultura. Hoc eſt contra regulam illã cui cõmunicamus uiuo cõmunicamus & mortuo. Fal.etiam in alio caſu xxiij.q.v.c.placuit, & c. monachi.de ſta.monac.& c.j. de torneamẽtis. & c.quia in oĩbus.de uſur.& c.ſup eo.de rapt.

k Conſtat.Fac.de pęnit.d.iij.c.perfecta.& de pęnit.d.j.§ alij.& §.ex his.

l Contritio. De hoc latè per Archi.Flo.in ſum.in tit.de cõtritione,Plo.in tract.de ſacram. in quarta parte c.ij.Hoſt.in ſum.eo.§. quot & quibus,in uerſ.prima igiſ, quibus locis habetur quid contritio ab attritione differat.

m Confeſſio. De his deſcriptionibus p Plo. in tract.de ſacram.in quarta parte ca.iij.& per Archiepiſcopum.Flo.in ſum.in tit.de cõfeſſ.

n Canonica. Sed an ſit canonica ſi quis uelit per nuncium uel epiſtolam confiteri. & vĩ ut xxx.q.v.c.qualis. Tu dic contra c.quẽ pœnit. de

b Sua. Non autem aliena. & facit contra mulieres impudicas reuelantes etiam participes, & hoc uerum niſi proprium peccatum nõ poſſet bene detegi abſq; participibus: ut putã ſi cõcubuit cum matre, ſorrore,nam hæ circunſtantiæ cum aggrauent peccatum ſunt manifeſtandæ: facit. de pęniten.diſtin.v.in princ. & per Doct.in cap.omnis.eo.

c Proprio ſacerdoti. Sed quis eſt proprius ſacerdos? Reſpondeo presbyter parochialis, epiſcopus, eius uicarius generalis, Legatus prouinciæ, & ipſius pęnitentiarius, Archipresbyter: ut per Ab.in cap.omnis.eo. & no.in ca.ij. eo.in vj.& in c.ij.de offi leg.in vj.

d Proprijs uiribus.c.pęnitẽtia. de pęni.d.iij. & c.omnis.eo.poſſet tamen pater adimplere p filium cum cenſeantur una perſona.xxxv.q.ij. §.hac authoritate. & not. in d.c.pęnitentia,& per Tiraq.in l.ſi unquam. in præfat.nu.15.C. de reuoc.dona.quod forte & in extraneis poſſet admitti urgente neceſſitate.

ram proprió ſacerdote facta declaratio.

Tribus caſibus poteſt quis confiteri non proprio ſacerdoti, ſi obtineat licentiam ab eodem, uel ab Epiſcopo, uel ſi cōfiteatur fratribus, habentibus generalem poteſtatem audiendi confeßiones. h.d.

Quod autem dicitũ *coram proprio ſacerdote*, ità demũ obtinet, ſi nulla legitima [a] cauſa ſubſit eius declinandi iudicium. Cæterũ ſi quis uel proprij ſacerdotis imperitiam [b] uereatur, uel aliàs eius uitam & mores ſuſpectos habeat, & proptereà alieno ſacerdoti [c] cōfiteri uoluerit, licentiam prius poſtulet, & obtineat [d] à proprio, cum aliter illum alienus, quacunque ſuffragante conſuetudine [e] non poſsit abſoluere, uel ligare. [f] Si quis tamen regularibus generalē audiendi confeſſiones ptãtem habentibus, [g] & locorũ ordinarij prę́ſentatis, & ab ijſdē approbatis, confeſſus fuerit. Pariſienſis Doctoris [h] reiecta ſententia, non magis eadē peccata tenebitũ iterum confiteri, quã ſi ea proprio ſacerdoti iuxta generalis concilij diſpoſitionē confeſſus fuiſſet.

Epiſcopus poteſt ſuo ſubdito concedere licentiam eligendi confeſſorem. h.d.

Epiſcopus [i] quoq; ſubdito ſuo, ut quemuis idoneum ſibi deligat confeſſorem fa-

dẽ pęnit. d.v. & hĩc eſt unus de caſibus in quo non poteſt quis per alium quod pōt per ſeipſum. fac. l. inter artifices. ff. de ſolu. Nec ob cōtrariũ quia nō dicitur ibi ꝙ in ſcriptis cōfeſſio recipiat, ſed ꝙ accepta in ſcripturam redigantur ne mandentur obliuioni.

a Legitima cã. Puta ſi plebanus ſit hæreticus, ſollicitator ad malũ, pronũ ad reuelandũ, de quibus cau. per Plou. in tract. de ſacra. in quarta parte cap. x.

b Imperitiam. Quo caſũ ſecũdũ quoſdam pęnitēs nō tenetur petere licentiã à proprio ſacerdote, cũ habeat à iure: ut no. i. c. ſi. de pęn. d. vj. Sed id vr̃ expreſsè cōtra c. oĩs. §. pars autem. eo. & cōtra hãc literã quæ inde ſumitur.

c Alieno ſacerdoti. Executionē ſ. habenti ob ea q̃ not. in c. oĩs. eo. aliàs nō pōt hr̃e locũ prorogatio ut ibi per Ab. niſi ꝓprius ſacerdos alij commiteret ꝙ audiret, tunc enim nō requiritur quòd habeat executionem, fac. not. per Abb. in capit. ſi. de offi. ordi.

d Obtineat. Quid ſi ille malitiosè recuſet, uidetur quòd poſsit ire ad alium, c. licet. de regular. uel ibit ad ſuperiorem ſi poteſt ut illum compellat. Vel ſuperior ipſe dabit licentiam: arg. cap. nullus. de iu. patro. & not. in capitulo omnis eod.

e Conſuetudine. c. ſi epiſcopus. eod. in vj. eſſet enim hæc conſuetudo eccleſijs oneroſa, unde nō ualet, c. ij. de conſuet. & ex ea infrigeretur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, c. cum uenerabilis. de conſuet. eſſet etiam hoc contra obedientiam principis præſcriberē, meritò & in cap. cum non liceat. de præſcript. & hoc forte etiam procederet ĩ Imperatore qui ſubeſt ſuo parocho. ut per Abb. in cap. nouit. de iudic. & in Regibus: ut per Abb. in capitulo omnes. de maio. & obedien. Quid de monialibus? Reſpondeo ut per Ab. in capitulo ij. de capel. monach.

f Ligare. c. quod aũt. ſupra. eo. & ix. q. ij. c. j. & ca. ij. & de paroch. ca. nullus, & ideo dixit ligare: quia cuicũq; uolo poſſum cōfiteri peccata mea petēdo ſalubre cōſilium aĩæ. Sed ille non pōt ligare uel abſoluere, ut ĩ c. ſi eps. eod. in vj. Sed nũ ſacerdos nō proprius tenetur credere ei qui dicet ſe licentiam habuiſſe à ꝓprio? Reſpondeo affirmatiuè: argumen. no. in c. ſi. de pęni. diſtin. vj. & not. in Clem. j. de priuil. i Gloſ. quarta nec enim præſumendum eſt mentiri eum qui ſtatim uult confiteri.

g Habentibus. De qua poteſtate apparet in Cle. ij. uerſ. ſtatuimus de ſepult. uel apparebit ex proprijs priuilegijs.

h Doctoris. Id eſt, Ioannis de Poliaco cuius ſententiæ reprobatio tanquam hæreticæ habetur in extrauag. commun. in tit. de hæreticis, incipit. Vas electionis. quidam tamen dicunt ꝙ non ſufficit priuilegium niſi etiam concurat licentia proprij ſacerdotis, quod tñ cōiter non tenetur ſecundum Ab. in c. oĩs. eod.

i Epiſcopus quoq;. Non ſolum parochialis ſacerdos: ut habetur in c. ſi eps. eo. in vj. & ibi traditur & in Cle. religioſis. de priuil.

Mi-

a Minoris. Immo maioris, cum ei & parochus ſubſit.

b Neceſſitas. Concor. c. quem pœnitet. uerſ. tanta. de pœni. diſt. j. & c. qui uult. de pœni. diſ. vj. c. ſanctũ. de conſec. diſt. iiij. fac. not. in ca. ſi epiſcopus. in fin. eod. in vj. & in ca. paſtoralis. de offi. ordi. §. j. ubi Ab. & idem in capit. j. de his qui fil. occi. & in c. Deus. eo. & c. ij. de furtis ubi de magna ui contritionis, & nouiſsimè per Concil. Triden. ſeſſio. xiiij. c. iiij.

c Votum enim. Sic in cap. quis aliquando. uerſic uotum enim de pœni. diſt. j.

d Quouis modo. Sed quid ſi ſacerdos indigeat prudentiori conſilio? Reſpon. debet illud requirere ſine expreſsione perſonæ. c. omnis. eod. Quid ſi epiſcopus excommunicar oẽs huius criminis conſcios, an confeſſor debeat reuelare? Reſp. ut not. in ca. ſacerdos. de pœni. diſ. vj. & eſt differẽtia utrum quis quid ſciat in pœnitentia an in confeſsione, nam ſi quis ſciat in penitentia citra confeſſionem adductus in teſtem debet reuelare: ſecus ſi in confeſsione ſciat: quia poteſt libere iurare ſe neſcire, ut per Ab. in cap. ſacerdos. de offi. ordin. de pluribus ſimilibus. qq. uide per Ab. in c. omnis. eod.

cultatem concedere poterit. Cum non minoris [a] eſſe debeat efficaciæ ab epiſcopo obtẽta licẽtia, quam à parochiali ſacerdote.

Neceſsitas facit affectum reputari pro effectu. h.d.

Sed & ſi penitendi urgeat neceſsitas, [b] nec deſideráti locus, aut tempus propriũ ſacerdoté offerat, & ſi is cui quis cõfitetur ſoluendi nullã poteſtatem habeat, tanta tamen eſt uis confeſſionis, ut dignus fiat uenia ex deſiderio ſacerdotis, qui proximo ſuo criminis turpitudinem confiteri nõ refugit. Votum [c] enim pro opere reputatur, cum operis perficiẽdi facultas deeſt.

Imperpetuum eſt in monaſterium detrudendus, qui reuelat confeſſionem. h.d.

Sed ſiue proprius ſacerdos, ſiue alius pęnitentiam audiat, cauebit omnino, ne aut uerbo, aut alio quouis [d] modo confitentem prodat, quoniã qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum reuelare auſus fuerit, non ſolum à ſacerdotali officio deponendus erit, uerum etiam ad agendã perpetuò pęnitentiã in arctum monaſterium detrudendus. [e]

Sacerdos non debet quem abſoluere, de caſibus reſeruatis Papæ, uel Epiſcopo. h.d.

Illud etiam animaduertere ſacerdoté oportet, ne quem ſcilicet ab his criminibus abſoluendo liberare tentet, quorũ abſolutio aut Apoſtolico, aut proprio ordinario eſt reſeruata, [f] ut putà ſi pęnitens clericum enormiter læſerit, [g] Eccleſiam combuſſerit, uel fregerit, [h] falſum [i] cõmiſerit, Cardinalẽ [k] uel epiſcopũ [l] inſecutus fuerit, cum moniali rem habuerit, & in alijs caſibus. [m]

e Detrudendus. Immo uidetur quòd ſuſcipere debeat ignominioſam ſucceſsionem. c. ſacerdos. de pœni. diſt. vj. Sol. illud iure ueteri hoc nouo. ut no. in c. omnis. eo. licet quidam dicát utranq; pœnam imponendam, quod nõ uidetur uerum. argum. l. j. C. de fur. & l. ubi repugnantia. ff. de re. iur.

f Reſeruata. Nemo enim debet ſuos terminos trãſgredi. ca. j. cũ cõcordãtibus ibi alleg. de ſepult. & de huiuſmodi reſeruationibus ui. de nouiſſimè per Concil. Trident. ſeſſio. xiiij. c. vij.

g Læſerit. Vt c. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. q. iiij. cap. ſi quis in clericos. de ſent. excom. excipiuntur tamen multi caſus ut ibi not. & infra de ſent. excõ. per tot.

h Fregerit. Quo caſu poſtquã delinquens fuit denunciatus nõ poteſt ab alio abſolui quàm à Papa, ante poteſt etiam ab epiſcopo, habetur in c. cõqueſti. & in c. tua. de ſent. excom.

i Falſum. Habetur in capitulo dura. §. finali. de falſ.

k Cardinalẽ. c. felicis. de pęn. in ſexto.

l Epiſcopum. c. ſi quis. de pęni. in vj.

m Caſibus. De quibus not. in c. ſi epiſcopus. eod. in vj. & per Nic. Plo. in tract. de ſacram. in quarta parte. c. v. & c. vj.

Quæſitum.

a Quæſitum.c.ſi epiſcopus.eod. in vj. unde ſumitur.
b Idoneum.Qui ſciat ſoluere & ligere. c.quẽ pęnitet.de pęni.d.j.uerſ.quare.& c.qui uult. de pęni.d.vj.& cap.ſanctum eſt. in princ.de conſ. d.iiij.c.omnis.eo.

dos moderari & terminare, & ſi in canone certa ſit:ut per Abb.in cap.ij.de empt. & uend. & in cap.Deus.eod.& capit.menſuram. de pęnit. d.j.non debet tamen de facili recedere: ut per Abb.in d.c.ij. Sed quod hic dicitur utrum intelligatur de interiori an exteriori pęnitentia? Reſp. ut no. in c.nullus. de pęnit.d.j.

c In generali. c. ſi.de offic. uica. in vj.ea. in generali. de re.iu.in vj.& in c.frater. xvj.q.j.l. ſi.C.quę res pign. oblig.poſ. uide p Fely.in capit.ſi.de offic. ordin.Et de his caſibus epiſcopo reſeruatis an poſſit Vicarius aliquid decernere uide per Cõcilium Triden.in ſeſſion. xxiiij.cap.vj.
d Contritio. Incipit nunc dicere de tertia parte pęnitentiæ, ſcilicet de ſatisfactione.
e Multum.Cum nihil credatur actum cum aliquid ſupereſt addẽdum l.ſi.C.ad Sylla.
f Nihil aliud eſt. Deſcriptio eſt ex mente Diui Thomę ſuper iiij.diſt. xv.q.j. qui addit & hęc uerba, *Secundum iuſtitiæ æqualitatem uel quantitatem.* Aliam ponit Petr. de Palu.aliã Anſel. de quibus per Archiepiſcopum Florent. in titulo de ſatisfactione,& per Nic.Plo.in tractatu de ſacram.in quarta parte cap.vij.aliter etiã diffinitur in cap.ſatisfactio. de pęnit.d.iij.& c. quærat §.quod autem d.d.
g Nullus enim.c.nullus.de pœni.d.j.unde ſumitur,& hoc intellige quãtum ad eccleſiam.
h Pœnam ſoluerit. Quam pęnam pôt ſacer-

In generali conceſſione nõ ueniunt ea, quæ quis non eſſet ueriſimiliter in ſpecie conceſſurus.h.d.

De eo tamen quæſitum[a] eſt, ſi Epiſcopus ſubdito ſuo conceſſerit, ut ſibi poſſit idoneum[b] eligere cõfeſſorem, an tunc ille quẽ is elegerit in caſibus, qui eidẽ Epiſcopo ſpecialiter reſeruãtur abſoluẽdi habeat facultatem, & cum in generali[c] conceſſione illa minimè ueniãt, quæ non eſſet quis ueriſimiliter ĩ ſpecie cõceſſurus,reſpõſum eſt electum hunc huiuſmodi non habere poteſtatem.

Contritio,& confeſſio ſine ſatisfactione parum proſiciunt.h.d.

Sed nec contritio[d] multum[e] proficiet, nec confeſſio niſi ambabus adiuncta fuerit ſatisfactio, quæ nihil aliud[f] eſt quàm quædam iniuriæ illatæ cõpẽſatio,nullus[g] enim delictorum accipit ueniam, niſi (ſi nulla neceſſitate fuerit impeditus) qualemcũq; & ſi lõgè minorẽ quàm debeat pœnam ſoluerit.[h] Nec ſufficit mores in melius cõmutare, & à præteritis malis recedere,niſi etiam de his quæ facta ſunt Deo ſatisfiat per contriti cordis ſacrificiũ, cooperãtibus eleemoſynis,[i] orationibus,& ieiunijs.[k]

Medici qui ægrotoſ ad pœnitentiam non inducunt, ſunt ab Eccleſiæ ingreſſu arcendi, hoc dicit.

Medicos etiam admonere oportet, ut cum eos ad infirmos uocari cõtigerit,ipſos antè omnia[l] moneãt, & inducãt,[m] ut me-

i Eleemoſynis. Ad quæ etiam citra pęnitentiã aliquam uel ſatisfactionem tenemur pauperibus. & in tãtũ ut licet pauperes non habeãt aliquã actionẽ cõtra diuites ad uictualia communicanda, poſſint tamẽ implorare officium iudicis ut eos compellant, capit. ſicut. ubi ẽt not.d.xlvij.& per Abb.in capit.j.de empt.& uend.
k Ieiunijs. c.nõ ſufficit. de pœnit. d.j.unde ſumitur.
l Ante omnia. Ni mirum cum anima ſit corpore longe precioſior. xij.q.j.cap.præcipimus. & xxiiij. quæſt.iij. capit. ſi habes. & l.ſancimus.C.de ſacroſ. eccleſ. ideò prius conſulendũ aĩę q̃ corpori. arg.c.ubi periculũ. de elect. in vj.& d.xlij.c.quieſcamus. & c.ſi.vij q.vij.& l.j.§.ij.ff.de carb.edict. Item quod dicit ante oĩa exponit Hoſt.antequã curã corporis medicus aggrediatur,aut de ſalario paciſcaẽ, qđ nõ improbat Ab.ĩ c.cũ infirmitas.eo unde ſumit.
m Inducãt. Intellige hæc uerba cum effectu. nec enim ſufficit medicum leuiter monere, niſi

niſi & cum effectu ægrotum inducat ad uocandum ſacerdotem, ut traditur in cap. cum infirmitas.eod.

a Animarum. Id eſt, ſacerdotes. ſicut enim homo conſtat anima & corpore, ita habet medicinā animæ & corporis.

b Salubrius. Cū infirmitas corporis non nunquam ex peccato procedat. c.cum infirmitas.eo. Obuenit infirmitas corporis & ex alijs quinque cauſis: ut p Ab. d.loco.

c Arcebitur. per ſentētiam nō ipſo iure: habetur ī c.in pœnis.de regu.iur.in vj.in ca. quiſquis.de elec. l.in criminali.C. de iuriſd.om. iudi. Sed cum nullo modo ſeruetur quod hic dicitur, quæritur an hæc diſpoſitio uel eius effectus ſit ipſo iure ſublatus. Reſpon. negatiuè ſecundū Hoſt. cum conſuetudo iuri non præiudicet niſi ſit rationabilis: ut ſupra de iu.na.conſuet. & conſtit. §.ſed hæc. de ea, cum ibi not.

d Satisfecerit. Ad arbitrium iudicis cum pœna certa non ſtatuatur.c.de cauſis. de offi.deleg.l.j.in fin. ff.de iu. delib.ubicunque enim pœna non ſtatuitur, ad arbitrium iudicis imponitur, not. in cap. ſane.de celeb.miſſa.

e Pœnitentiā. Id eſt, abſolutionem, ſic xxvj. q.ſexta. capitulo is qui.

dicos uocent animarum. a Vt poſtquam fuerit ęgrotāti de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius b procedat. Si quis autē medicorum ſecùs fecerit ab Eccleſiæ ingreſſu arcebitur, c donec pro tranſgreſsione huiuſmodi ſatisfecerit. d

Qui habuit propoſitū confitendi, poteſt abſolui, ſi ſæuitia morbi non poſſet confiteri. hoc dicit.

Si quis autem in infirmitate conſtitutus pœnitētiam petierit, & dum ad eum inuitatus ſacerdos properat, morbo oppreſſus obmutuerit, uel in phreneſim conuerſus fuerit, & pœnitentiam e moriturus, & per manus impoſitionē reconciliationē f accipere poterit.

Deputatis ultimo ſupplicio ſacramentum pænitētiæ, & Euchariſtia non negatur. hoc dicit.

Nec infirmis ſolū, ſed etiam ultore gladio morituris in hac parte iura g ſubueniunt, cū ultimo damnatis ſupplicio, pœnitentiæ ſacramentū ſi petant h non ſolū negari non debeat, uerū etiam ſint cenſura i Eccleſiaſtica ab ordinarijs locorum coercendi, quicunque aduerſarentur, quo minus id conſequantur, quod ipſum & de Euchariſtia quoque intelligendum erit. Cū quibuſcunque pœnitentia non negetur, uiaticū quoq;, quod uerè pœnitentibus exhibetur, intelligatur k eſſe conceſſum. l

DE EVCHARIſtia. VI

Maximum eſt Euchariſtia Sacramentum & ſaltem ſemel in anno debet aſſumi. hoc dicit.

f Reconciliationem. Quæ fit priuatè & per ſimplicem ſacerdotem, ne ſit contra.c.qui recedunt. xxvj.q.vj.ſic Turrecre. Archid.& Bellem. in capitulo is qui i.d.cauſa. & q. unde ſumitur quibuſdam tamen omiſſis.

g Iura. Vt in Clemen. prima. eod.capitulo ſecundo. de furt. xiij.q.ij.capitulo antepenul. & capitulo quod in te.eod.

h Si petāt. Not. uerbum. & ſec.capitulum ſignificaſti. in fi. & quod ibi not.ext.de eo qui duxit in ma. quam per adul. pol.

i Cenſura. c.quęrenti. de uerb. ſignific. & infra de eccleſ.cenſu.

k Intelligatur. Non tamen de proprietate uerborum. nam uiaticum non intelligitur propriè appellatione pœnitētiæ, immo ſunt duo ſacramenta ſeparata, quod ſatis apparet ex diuerſitate titulorum, & ita not. Abb. in capitulo quod in te. eod.

l Conceſſum. Idē & multo magis de ſepultura eccleſiaſtica. capitulo antepenultimo. decimatertia quæſtione ultima.& not. per Doct. in capitulo ex parte.ij.de ſepult. & in Clemen.prima eod.licet ſuſpenſus non debeat deponi ſine licentia iudicis, quam tamen facile concedet.lege prima, ſecunda, & tertia. ff.de cadau. punit. ſecus tamen in his qui ſe ipſos confodiunt,

diunt, uel occiduntur à iudice. ſed impœnitentes moriuntur, cap.placuit.xxiij.q.v.

DE EVCHARISTIA

Eſt autem inter cætera.

Est auté inter cætera, Euchariſtiæ ſacramentũ maximum, [a] & oblationes omnes longè antecellit. Vnde ſicut præſtantius eſt cæteris, ita etiam diligentius excoli [b] debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentiſsima [c] erat apud fideles ſanctiſsimi uiatici ſuſceptio, ſed cum poſteà paulatim tepeſcente charitate rarius homines communicarent, conſtitutum fuit, ut niſi q̃s maioribus fortaſſe criminibus impediretur, [d] tribus ſaltẽ uicibus [e] in anno cõmunicare deberet, donec refrigeſcente penitus religionis ardore, eò tandem uentum eſt, ut ſemel [f] ſaltem ſingulis annis, unuſquiſque cœleſtis menſæ debeat eſſe particeps.

Quotidie ſacerdotes hodie pro populo ſacrificare debent, ſed ſemel tantum non pluries, niſi ex magna cauſa, uel in Natiuitate Domini.h.d.

Inualuit [g] tamen, ut Deo quotidie Sacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur, [h] ideò etiam Chriſtus quotidie miſticè pro nobis immolatur, [i] in quo tamen illud cauendum eſt, ne ſacerdos quacunq; præfulgeat dignitate, amplius quàm ſemel in die celebret, niſi aut aliter faciendum Domini natiuitas [k] ſuadeat, aut urgẽs cogat neceſsitas. [l] Satis enĩ

a Maximum. Non ſunt ergo omnia ſacramenta inter ſe paria, ut quidã ariolãtur. quod anathematizat Tridentina ſynodus ĩ ſexta ſeſſio, ca.vj. ſub titulo de Sacramentis in genere. Euchariſtiæ igitur Sacramentũ eſt cæteris maius ratione ſanctitatis & contenti: quia continet uerum corpus Saluatoris, j.q.j.c.multi. At baptiſmus eſt maior ratione efficaciæ.c.nullus. de pœnit.d.vij. matrimonium ratione ſignificationis cap. debitum. de bigamis. cap. Acutius. diſtin.xxvj. licet quidam hunc modum non admittant. Chriſma ratione conferentis, capit. de his. cum ſeq. de conſecr. diſtinct.v. & ſupra. de Sacram. Chriſmatis.§.j. ordo ratione ſtatus in quo cõſtituit, unde uerſus,

Maior in effectu Baptimus corpus ineſſe
Cõiugiũ ſigno maius ſed chriſma miniſtro.

Charitas tamen cum nõ ſit in ſacrificijs nihilominus plus cõfert no.ĩ c.nihil.de cõſ.d.ij.

b Excoli. Arg. quod honor proportione meritorum eſt exhibendus.

c Frequentiſſima. Vt c.quotidie.cum ſeq.de conſecr.diſt.ij.

d Impediretur. Vel niſi ratione pœnitentiæ iniunctæ in illis diebus à communione ceſſaſſet, xxxij.q.ij.ca.admonere.& not. in cap.& ſi non frequentius.de conſec.d.ij.

e Vicibus. Scilicet in Paſcha, in Pentecoſte, & in Natali Domini: ut in ca. & ſi non frequentius. & ca.omnis. de conſecr.d ij.

f Semel ſaltem. Scilicet in Paſca c.omnis. de pœni. & remiſ. & ſupra tit.j.§.priuata. & dicit ſaltem, quia melius eſt ſæpius.

g Inualuit. Qui uſus multũ commẽdatẽ nouiſſimè per Concil.Trid. ſeſſ.xxij.c.vj.

h Labimur. Saltẽ uenialiter, c.ſi.n. de pœ.d.ij.& c. p quotidianis. d. d.ij. ĩmo pluries ĩ die, iuſta illud ſepties ĩ die.&c.

i Immolatur. Id eſt, Chriſti immolatio facta pro nobis in Sacramẽto corporis & ſanguinis eius repreſentatur. facit cap. iteratur. de cõſ. d.ij.

k Natiuitas. c.te referente. de celebrat.miſſ.

l Neceſſitas. Sed quæro exemplum neceſſitatis? Reſpondeo ut ſi parochianus infirmus uellet communicari, nec eſſet reſeruata Euchariſtia in prima miſſa. Item quando in eccleſia conſueuerunt duæ miſſæ celebrari, & presbyter qui debebat alteram celebrare deficit, facit capitulũ cum creatura. de celebrat. miſſ. Item ſi ſuperueniret epiſcopus aut alia magna perſona quam non decere diem pertranſire ſine miſſa: argumen. capituli primi. de celebrat. miſſ. Item in caſu

ſu.c.ſufficit.de conſecr.d.j. & not. per gloſſ. & Doct.in c.conſuluiſti.de celeb.miſſ.Sed aduerte in omnibus caſibus in quibus licet celebrari pluſquam ſemel, intellige ſi prius non recepit uinum purificationis etiam in die natiuitatis Domini, pro hoc quod not. in d.c.ſufficit. & per Abb.in d.ca.conſuluiſti.& in c. ex parte.de cele. miſſa, & in hoc dicit Hoſt. errare ſe ui diſſe magnos uiros.Falſa enim illa,opi. quòd quid qd ſanguini Chriſti commiſcetur ſanguis ſit, not.in d.ca. ſufficit. & in in d.c.ex parte.

a Fœlix.c. ſufficit.de conſec.d.ij. ca.te. referente de cele.miſ.

b Qui ſemel.Et ideò Aug. quotidie celebrare nec laudat,nec uituperat.c. quotidie.de conſec.d.ii.Vnde ob difficultatem huius frequentationis ſtatutū arctans ſacerdotem ad quotidie celebrandum non ualet, quod eſt notādum pro inſtitutionibus beneficiorum, dequo p Abb.in ca.ſignificatum.de præb.& in ca. conſuluiſti. de celeb.miſſa.

c Solus ſacerdos.Contra eos qui mentiuntur omnes Chriſtianos in ſacramentis miniſtrandis habere parem poteſtatem: quos anathematizat Concil.Tridenti.in ſeptima ſeſsio.c.x.in tit.de ſacramentis in genere.

d Subiacebit.c.peruenit.de conſec.d.ij.

fœlix [a] eſt qui ſemel [b] dignè celebrat.

Presbyter tantum debet exhibere Eucharistiam, non inferior, niſi ſubſit neceſsitas.h.d.

Sed nec ab omnibus,nec paſsim omnibus, tantum ſacramētum exhiberi debet, nam ueluti ſolus [c] ſacerdos illud conficit, ità etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quòd ſi presbyter aliter quàm p ſemetipſum infirmū, uel alium communicet,ex Rhemenſis Cōcilij diſpoſitione, ſui gradus periculo ſubiacebit,[d] permiſit tamen Laodicenſe Cōcilium, [e] ſi neceſsitas urgeret,ut diaconus præſente presbytero Euchariſtiā iuſſus erogare poſſet.

Sacerdos conſtitutus in peccato mortali,quo ad ſeipſum eſt ſuſpenſus, non quo ad alios. hoc dicit.

Imò & ſacerdotes ſi qua criminali macula ſe ſe infectos eē ſentiant ab huiuſmodi exhibitione abſtinere debent. [f] Quanquam ſi peccato mortali, uel minori excōmunicatione illigatus celebret,& ſacramenta conferat, licet grauiter peccet,[g] nullam tamen irregularitatis [h] notā incurrit, & ſacramenta ab eo collata uirtutis effectū non carent. [i] Cū non à collatione, ſed à participatione,quæ in ſola perceptione conſiſtit, uideatur eſſe remotus. [k]

Scenicis & hiſtrionibus nón eſt danda Euchariſtia, pro ceteris autem, maximè infirmis ſemper debet eſſe parata.hoc dicit.

Item [l] quanuis regulariter nullus, ēt ſi quem ſacerdoti [m] peccatorem, & in pœ-

e Concilium.ca. præſente.d.xciii. & nota ꝙ quando presbyter eſt præſens non ſufficit neceſsitas,ſed requiritur etiam iuſſus.ca. diacones.d.xciii.ſed presbytero abſente ſufficit ſola neceſsitas,& erit exemplum de iſta neceſsitate ſi tot ſint q ve lint cōicare,ut nō poſsit presbyter omnib. ſufficere. & idem intelligas de baptiſmo : ut not. in d. ca.diac.

f Debent. Quia quo ad ſe ipſos ſunt ſuſpenſi. c.ſi. ubi etiam not. de coha.muli. & cle.

g Peccet. Et ob id puniendus ſit ad ſui prælati arbitrium:ut not.in ca.ſi. de cle.excō. uel dpoſito mini.

h Irregularitatis ca.ſi. de cle.excō. mini.

i Non carent. Quia à quocunq; etiam criminoſo ſunt recipienda. xv.q.v.c. ſi.dū tamen toleretur. xx viii.d. c. conſulendum.fac.ſ. de ſacrament.§.pe.ubi not.& c.ſi. de cle. excom. mi. unde ſumitur.

k Remotus.Dū modo non in cōtemptum eccleſiaſticæ diſciplinæ. &c. ut in ca. ſi. de cle. excom. mini. & de hac materia ſanctè ac copioſè ſtatuit Concil.Trid.ſeſſ.xxij.in princ.

l Item quanuis . Dixit qui poſſent exhibere,nunc quibus poſsit.

m Sacerdoti.Secus ſi notoriè.eſſet in pœnitens.xxiii.q.v.c.placuit.& not.in ca. pro dilectione.de conſec.d.ij.

Liqueat.

a Liqueat. Intellige hoc quando ille quem ſacerdos ſcit eſſe impœnitẽtem poſceret euchariſtiam in manifeſto, nec enim ſacerdos negando debet peccatorem prodere; nam & Dominus noſter Iudam impœnitentem communicauit. c. ſicut Iudas.de conſec. diſtin.ij.& j.q.j.cap. Chriſtus. Sed ſi impœnitens in occulto peteret ſacramentum, ſacerdos cõſcius denegare debet, ſecũdum Tho. in iiij. ſentent. diſt. ix.q. v. & de hoc uide plenè per Archiepiſcopum Flor. in ſumma in titu. de ſingulis ſacramentis.uerſ. quibus ſit danda.& per Nic. Plou.in iij. parte cap.iiij.

b Hiſtrionibus. Intellige de his q turpibus & illicitis uerbis ludunt: ſecus ſi honeſtis licet iocoſis, quos audire non eſt peccatum mortale: ut not.in ca.donare. diſt.lxxxvj. immo talibus poteſt dari aliquid ꝓ mercede, ſecũdum diuum Thom.ij. ſecundæ quæſt. lxviij.articu. iij.

nitẽtem eſſe liqueat, [a] ab altari ſit arcẽdus. Scænicis tamen, atq; hiſtrionibus, [b] cæteriſque perſonis huiuſmodi quandiu tam deteſtandas artes exercuerint, ſacra communio deneganda erit. Nec enim Euangelicę diſciplinę cõgruit, ut pudor, & honor Eccleſiæ tam turpi & infami [c] contagione fœdetur. In cæteris ꝓſpiciet presbyter, [d] ut ſi quis infirmatus fuerit, ità Euchariſtiã paratam habeat, ut nemo ſine communione moriatur.

Sacramentum Euchariſtię conſtat uiſibili forma, ueritate corporis, & ſpirituali uirtute. Et in calice poni debet uinum aqua mixtum. h. d.

Conſtat [e] autẽ Euchariſtiæ ſacramentũ uiſibili forma, ueritate corporis, & uirtute ſpirituali. Forma uiſibilis eſt panis, [f] & uini: uinum uerò hoc loco intelligimus aqua permixtum, [g] nec enim in calice Domini aut uinum ſolum, aut aqua ſola offerri debet, cum utrunq; [h] ex latere illius profluxiſſe legatur. Illud etiã rationabilis conſuetudo [i] generalis habet Eccleſię, ut plus in eo uini quam aquę ſit ponendum.

In ſacramento altaris panis & uinum fiunt uera caro & ſanguis Domini. h. d.

Veritas eſt carnis, & ſanguinis, [k] ſicut enim ante conſecra-

f Panis & uini. Vt in c.j. & in c.in ſacramento.de conſec.diſtin.ij.& per tot.& c.cum Marthæ. de celeb.miſſa.

g Aqua permixtum.cap.j.& cap.ij.& cap.in ſacramento.de conſec.diſtin.ij. & per tot. Sed quid ſi ſacerdos ꝑ obliuionem omiſit aquam, uel econtrà, omiſit uinum, & poſuit aquam, an conficiatur ſacramentum, prolatis uerbis canonis? reſpon. ut not.per Abb. poſt alios in cap. cum Marthæ. in fin.de celeb.miſſ.& uide prolixè de hoc in c.cum omne.& in c. in calice. & per tot. de conſecrat. diſtin.ij.

h Vtrumq;. Immo malè: quia uinum nõ exiuit de corpore domini, ſed ſanguis, & aqua. tu expone utriuſque ſacrificiũ uel ſignificatũ ſic. ca.j.de conſecrat. diſtin. ij. ubi etiã ſic exponitur & latius.

i Conſuetudo. Not. quòd etiam in ſacramentis attenditur eccleſiæ conſuetudo: ut late not.in cap.pernicioſus. de celebr. miſſar. multa enim obſeruantur ab eccleſia generali de quibus non reperitur aliqua ſcriptura, credendum tamen eſt quòd ab ipſo Chriſto, uel Apoſtolis, uel alij ſanctis & antiquis patribus illa obſeruantia emanauerit. fac. capit.cum Marthæ.de celebr. miſſa. & capitu. eccleſiarum.diſt.xj.& ſupra.de iu. na. conſue. & conſtit.§.conſuetudo.

c Infami. Tales enim ſunt infames.l.ij.§.ait prætor.ff.de his qui not. infam.fac.c.pro dilectione.de conſec.diſt.ij.unde ſumitur.

d Presbyter.c.presbyter.de conſec. diſt.ij.& de hoc nouiſsimè per Concili. Trid. ſeſsion. xiij. c. vj. ſanguinem tamen ſacerdotes ſeruare non præcipiuntur: quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando: ergo ne fundatur ad cautelam non ſeruatur: ut not.in d.c. presbyter.

e Conſtat.c.cum Marthæ. uerſi. diſtinguendum eſt. de celebr. miſ. & uide de hoc & quæ ſequũtur per Concil.Trid.ſeſsi.xiij. c.j.& ſeq.

k Sanguinis.c.in quibus cap.panis.cap.ante cap. nos autem. & per plura alia capitula. de conſec. diſt. ij. & uide nouiſsimè per Concil. Trid.in ſeſsio.xiij.c.j.& c.iiij

a Vnitatis.c.quia paſſus.c. hoc ſacramentũ. c.corpus.cum pluribus ſeq. de conſe. diſt.ij. c. cum Marthæ.de celeb. miſſ.

b Sacramentum.Id eſt,ſacræ rei ſignum.c.ſacrificium.de conſe. diſt.ij.

c Secundum. Id eſt,ueritas corporis & ſãguinis dominici, quæ deſignat unitatem in Chriſto.c.hoc eſt. & c. dupliciter.de conſec.diſt. ij.

d Tertium. Id eſt,unitas & charitas.

e Sed primum. Scilicet forma panis, & uini eſt ſacramentum geminæ rei,id eſt,corporis Chriſti, & unitatis, & ita eſt figurans tantum.

f Secundum. Id eſt, corpus Chriſti eſt ſacramentũ ſcilicet unitatis, & eſt res ſacramẽti, ſcilicet ſpecierum panis & uini, & ita eſt ſignans & ſignatum.

g Tertium.Scilicet unitas, & res ſiue ſignatum gemini ſacramenti, id eſt, duorum ſacramentorum præcedentium,id eſt, corporis Chriſti quod eſt ſacramẽtũ unitatis,& ſpecierum panis & uini:quæ ſunt ſacramentum corporis Chriſti, & ita iſtud tertium eſt tantum ſignatum per illa duo ſacramenta ſpecies panis & uini & corporis Chriſti.primum uerò eſt tantum ſacramentum ſignans, ſcilicet eſt ſignans, & ſignatum. tertium eſt ſignatum tantum.

DE EXTREMA VNCTIONE.

Hactenus &c.

tionẽ panis ẽ & uinũ, quod natura formauit,ità etiam poſt cõſecrationẽ, uera Chriſti eſt caro & ſanguis, quem benedictio conſecrauit.

Virtus ſacramenti eſt charitas,& unitas.h. d.

Virtus eſt charitatis, & unitatis, [a] nam ueluti ex multis granis unus fit panis, & ex multis racemis unum uinũ, ità & nos per hoc charitatis ſacramẽtum Chriſto incorporati,unum euadimus.

Ponit quomodò & quandò tria quibus conſtat ſacramentum Altaris ſunt ſacramenta. hoc dicit.

His igitur repetitis apparet,primũ quidem ſacramentum [b] eſſe non rem,ſecundũ [c] & rem eſſe ſimul & ſacramentum, tertiũ [d] uerò rẽ eſſe,ſed non ſacramentum. Sed primum [e] quidem ſacramentum eſt geminæ rei, ſecundum [f] eſt ſacramentum unius, & alterius res,tertium [g] uerò res eſt gemini ſacramenti.

DE EXTREMA VNCTIONE.

VII

Extrema unctio ſolet exhiberi ijs,de quorum morte dubitatur, & duplex unctio exterior & interior, & interiorem exterior deſignat.h. d.

HActenus loquuti fuimus de his ſacramentis,q̃ ad ingreſſum, [h] & ad progreſſum [i] in Eccleſia cõparata ſunt. Cõſequẽs nunc eſt, ut de ijs uideamus, quæ propter egreſſum [k] ab Eccleſia ſunt cõſtituta. Sciẽdum eſt igitur grauiter ægrotantibus, [l] &

h AD ingreſſum. Vt eſt baptiſmus.

i Ad progreſſum. Vt eſt confirmatio, pœnitentia, Euchariſtia.

k Ad egreſſum. Vt eſt extrema unctio. Sed cum unicum ſit ſacramentum conſtitutum ad egreſſum,cur de eo plurali numero loq̃tur, contra l. ubi numerus.ff. de teſti. fortè reſpectu multiplicis unctionis quæ fit in uarijs locis. Sic aliàs licet ordinis ſacramẽtum ſit unum, tamen de eo loquimur numero multitudinis: q̃a plures ſunt ordines:ut legitur & not.j.q.j.c.remiſſionem.§. ſed notandum. & hoc uidetur de mẽte Florent. Archiepiſcopi. hoc eod. titul. in prin.dum dicit quòd licet ſit unicum fundamẽtum tamen ſunt plures unctiones. Vel fortè poſuit numerũ pro numero propter antecedẽtem pluralem locutionem. Vel, quia cũ iterari poſsit: ut habetur in c.preſbyteros.diſt. xcv. & ſupra. de ſacrament.§.rurſus.uidetur ꝙ ad eã adaptari poſsit pluralis locutio.

l Grauiter ægrotantibus.Et propterea appellatur extrema unctio:quia confertur conſtitutis in extremitate uitæ ut ſtatim ſubditur. Sed nunquid conferri poterit hoc ſacramentũ propinquis morti ex alia cauſa quàm ex infirmitate naturali:puta ſuſpendendis,uulneratis? reſpond.non ſecundum Scotum in iiij.diſt.xxiij.

niſi

de quorum morte probabiliter timeri pōt, certas corporis partes [a] ſanctificato [b] oleo a presbyteris [c] ex inſtitutione [d] diuina iniungi debere, quæ quidem inunctio, nō minus [e] interius animæ q̄ exterius corporis ſanitatem operatur. [f] Sunt.n.unctionis duæ ſpecies, [g] Exterior q̄ materialis, & uiſibilis, & interior q̄ ſpiritualis eſt, & inuiſibilis. Exteriore uiſibiliter inungitur corpus. Interiore inuiſibiliter cor inūgitur. [h]

niſi cū quis uulneratus in longā infirmitatē incidiſſet, de quo per Nic.Plo.in ſuo tract. de ſacram.in v.parte.c.j.ubi & alia. Itē uide per Archiepm̄ Flo. hoc eod. tit. uerſ. quibus debeat dari. & quod dicit ægrotantibus, adde & pœnitentibus. ca.illud.diſt.xciij.

a Partes. Ideſt, locis & organis quinque ſenſuū.ſ.i oculis pp uiſum, in aurib. propter auditum, in naribus propter olfatum, in ore ppter guſtum. in manibus propter tactū. inungitur tñ à quibuſdam renes uel ſcapulæ ob uim appetitiuam, & pedes ob uim motiuā. Sed hæc poſtrema non ſunt de neceſſitate, unde in eis ſeruabitur conſuetudo eccleſiæ: ut per Archi.Flo.in ſumma eod.tit.uerſ.in quibus partibus. Quid ſi aliqui mutilati ſint in illis organis? reſpō. debet fieri inunctio in partibus magis propinquis ad organa amiſſa. Sed quid ſi q̄dā membra nunquam habuit? puta quòd ſit cæcus natus? uidetur q̄ omitti poſſit inunctio in illo loco, quia per uiſum nunq̄ deliquit, uel ſecundùm Archi. pōt dici, quòd cum peccatum eſſentialiter ſit in uolūtate nō in ſenſu cæcus natus dr̄ per uiſum, cæcus natus non ſecundum operationem imperatam, ſed elicitam: quia fortè concupiuit uidere inordinatè, & de hoc ſacramento uide per Concil. Tridenr. ſeſſione xiiij. per to. in ij. parte.

b Sanctificato oleo. Scilicet oliuarum, non autem nucum, uel lauri: ut latè per Archiepiſcopum Flo. in ſumma hoc eod.tit.uer. materia. Sed quid ſiquis non habeat oleum & inungit chriſmate an teneat inunctio? reſp. ut not. in c. presbyteros. diſt. xciij.

c Presbyteris. An idem licebit Epiſcopis? & non uidetur: arg. l. cum prætor. ff. de iudi. tu dic contra. c. illud. diſt. xciij. & quod hic dicit presbyteris fit expreſſio gratia maioris frequentiæ, quo caſu non procedit arg. l. cū prætor. Aut. Caſſa. & irrita. C. de ſacroſ. ecc. cap. j. ubi Abb. de iniur. Item licet hic plurali numero loquatur, tamē ī caſu neceſſitatis unus ſufficiet. c. quæſiuit ubi not. Abb. de uerb. ſignifi.

d Diuina inſtitutione. Bene diuina inſtitutione. nemo enim poteſt inſtituere ſacramēta niſi Dominus Ieſus Chriſtus, ut ſ. de ſacram. §. illud, quod eſt contra eos qui dixerunt q̄ Iacobus Apoſtolus inſtituit hoc ſacramentum cum in c.v. ſuæ epiſtolæ dicit, infirmatur quis in uobis & cap. cū nullus Apoſtolus potuerit inſtituere ſacramentum, ſed bene publicare inſtitutum, qd̄ in hoc ſacramēto patet, cum & ante epiſtolam Iacobi uideatur de eo conſtare: ut Marci. vj. ubi dicitur q̄ ungebant Apoſtoli infirmos & ſanabantur, ut latè traditur tam per Nicol. Plo. in ſuo tractat. de ſacramen. in præfatione quintæ partis, quàm per Archiepiſcopum Flo. in ſumm. eiuſdem tituli in prin. & de hoc uide nouiſſimè per Concil. Trident. ſeſſi. xiii. cap. j. & c. iij. & iiij.

e Non minus. Immo principalius, cum enim duo ſint huius unctionis effectus, ſanitas animæ & ſanitas corporis, prima eſt principalis, ſecūda acceſſoria, & inde eſt quòd ex hoc ſacramento non ſemper ſequitur corporis ſanatio: quia illa non conceditur niſi quatenus conferat ſpirituali ſanitati: ut Nicol. de Plo. in ſuo tractatu de ſacramen. cap. v. quintæ partis, & per Archiepiſcopum Floren. in ſumma eod. tit. uerſic. effectus. ubi latè, & aliquid per Abb. in c. j. de ſacr. unctio.

f Operatur. Nam quemadmodum ob peccatum citius præſumitur quis mori. c. qua frōte. ubi no. ext. de appel. c. cum infirmitas. ext. de pœnit. & remiſ. ſic ob perceptionem ſacramentorum in quibus dimittuntur peccata credendum eſt quòd recuperet ſanitatem, cum contrariorum eodem ſit diſciplina.

g Duæ ſpecies. ca. j. in princip. de ſacr. unct. in princ.

h Cor inungitur. Locum ponit pro locato: quia pro corde animam intelligit: quæ ſedem habet in corde, uel forte ideo facit cordis mentionem: quia non fructificat unctio in anima, niſi ex corde, & uoluntate procedat, facit. illud Euangelij, non quòd intrat &c. ex corde autem procedunt &c.

Hæc quòd in extremitate uitæ conſtitutis exhiberi cõſueuit, meritò extremæ unctionis nomẽ[a] eſt ſortita.

Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.

Sanctificatum autẽ oleum hoc loco accipimus, non modo qđ ipſum totum conſecratum eſt, ſed etiam quod eſt conſecrato admixtum[b]. Poſtquàm hucuſque de ijs ſacramentis, quæ quoquo[c] modo neceſsitatis ſunt, tractatũ habuimus. Reliquum nunc eſt, ut de ijs loquamur, q̃ dignitatis[d] ſunt & uoluntatis.[e]

a Nomen. Quod rei debet eſſe conſequens.

b Admiſtum. Quia ſacrum tanquam dignius trahit ad ſe non ſacrum. c. quod in dubijs. de conſ. eccle. uel altar. & xiij. q. ij. ca. non æſtimemus. fac. l. quæ religioſis. ff. de rei uẽdi. l. ſi alieni ff. de ſolu. arg. contra in c. ex literis. de iu. patro. & quod hic dicitur de oleorũ commiſtione, nõ habet locum ſi uinum commiſceatur ſanguini dominico: quia uinũ admixtum nõ trãſit in ſanguinem. de ratione differẽtiæ per Abb. in d. c. quod in dubiis. & fac. not. in cap. preſbyteros. diſt. xciij. & in ca. cum Marthę. de celeb. miſſa.

c Quoquo modo. Hoc ideò dicit, quia non ſunt neceſsitatis, neceſſitate præciſa, adeò quòd nullo caſu ſaluari quis poſsit ſine illis; Sed quia ſunt neceſſaria quando poteſt quis illa conſequi, nec poteſt quis illa omittere ſpernendo, & de induſtria, & uoluntate, & fac. c. debitum. de bapti ſ. ca. apoſtolicam. de preſbyt. non bapti. & cap. ſæpe id eem. & c. cathecuminum. de conſecratione diſtin. iiii. & ſupra. de baptiſ. §. ſed quanquam, & cap. qui uult. de pœni. d. vj. & de pœni. d j. c. quis aliquando. uerſic. uotum pro opere, & ſupra de pœnit. §. ſed etſi.

d Dignitatis. Referas ad ordinem ſolum, qui appellatur ſacramentum dignitatis, quod non niſi dignis dignè & à dignis conferri debeat. cap. remiſsionem. §. ſed notandum. & j. q. j. c. ſi quis epiſcopus. §. ecce.

e Voluntatis. Referas ad utrunque. ſcilicet tam ad matrimonium, quàm ad ordinem.

DE SACRAMENTO ORDINIS

Voluntatis ſacramenta.

DE SACRAMENTO ordinis.

VIII

Quid ſit ordo. h. d.

Voluntatis ſacramenta ſunt (ut paulò[f] ante expoſuimus) Ordo ſacer & matrimoniũ. Eſt autem ordo[g] nihil aliud quàm ſignaculũ[h] quoddam Eccleſiæ, p qđ ſpiritualis poteſtas[i] tradiť ordinato, de cuius ſpecieb. diffe

f Paulo ante. ſuprà de ſacramentis titu. generali. §. j. fac. cap. ueniens. & quod ibi not. de tranſactio.

g Eſt autem ordo. Iſtam diffinitionem poſuit Magiſter ſententiarũ in quarto. diſtinction. uigeſimaquarta, quæ communiter recipitur, ut per Archiepiſcopum Florentinum in ſum. hoc eod. tit. in princip. & per Nic. Plo. in trac. de ſacrament. in ſexta parte. cap. primo.

h Signaculum quoddam. Declara ſecũdum Pet. de Palu. quem ſequitur Archiepiſcopus Floren. in ſumm. eod. titu. quia in collatione cuiuslibet ordinis adhibetur aliquod ſignum uiſibile, per qđ unus ordo ab alio diſtinguitur: puta clauis, liber, calix, & ſimilia, & de hoc ſacramento uariè ſtatuitur nouiſsimè per Concil. Triden. ſeſsione. xxiij.

i Spiritualis poteſtas. Per hoc uerbum deſignatur differentia, quæ eſt inter characterem baptiſmi qui eſt potentia paſsiua, & characterem ordinis qui eſt potentia actiua. Cum enim potentia ſit nomen commune, ad actiuam, & paſsiuam potentiam poteſtas importat actiuam tantum. Archiepiſcopus Floren. in ſumma. eodem in principio. Item per hoc uerbum demonſtratur quòd prima tonſura non eſt ordo, cum per eam nullam tonſorato conferatur poteſtas, ſed ſolum capacitas ad ordines. & ſecundum Pet. de Palude eſt quædam diſpoſitio congruitatis ad ordines, ſed neceſsitatis reſpectu beneficii, & iuriſdictionis eccleſiaſticæ, quæ non cadunt in laicum,

cum, ut latè per Archiepiſcopum. d. loco. Nec ob. c. cum contingat. ext. de ætate & qualita. quia ibi ordo accipitur largè, prout dicimus de regularibus quòd ſunt ordinis S. Franciſci, uel S. Dominici, ideſt, aſciti in capitulum illorum monaſteriorum. Sic tonſuratus tantum deputatur inter clericos ſolú ad chorum ſine ſpiciali officio.

a Superiore libro à titulo de iure perſonarum uſque ad titulum de præbendis excluſiuè: latiſſimè p Archiepiſcopum in ſumma eo. tit. cap. xvj. & p Nic. Pio. in ſuo tract. de ſacrament. in ſexta parte.

rentijs, & gradibus, ſatis uidetur ſuperiore libro [a] dictum eſſe. Vnde ſolum nunc reſtat ut ad matrimonij materiam orationem uertamus.

DE SACRAMENTO matrimonij. IX

Quid ſit matrimoniū. h. d.

MAtrimoniū [b] eſt uiri, & mulieris [c] coniunctio [d] indiuiduā [e] uitæ [f] cōſuetudinem [g] continens, cum diuini, [h] & humani iuris communicatione.

Matrimonium præcedit alia ſacramenta, ratione loci in quo inſtitutum eſt, temporis, latitudinis, & miſterij. hoc dicit.

Et meritò inter alia Sacramenta matrimonium quoque annumerari meruit, [i]

DE SACRAMENTO MATRIMOMII.

Matrimonium eſt &cæ.

b MAtrimonium eſt. Concor. xxvij. q. ij. in prin. c. illud. de præſum. l. j. ff. de ri. nup. & inſtit. de patr. poteſt. in prin. l. aduerſus. C. de cri. expil. hære. l. j ff. re. amo.

c Viri & mulieris. Quia in pari ſexu non poteſt eſſe matrimonium, licet legatur de Nerone ſceleſtiſsimo imperatore, quod duxit in uxorem uel matrimonio ſibi coniunxit Sporum quendam adoleſcentē forma conſpicuū, quod nec naturali iure fieri potuit, nec ciuili, inſtit. de iu. nat. gent. & ciuili. in princ. l. cum uir. C. de adulr. Authen. ut non luxurientur homi. contra nar. Et ideo non fuerunt ab initio creati duo homines uel duæ mulieres: ſed primum homo, ſecundò fœmina. xxxiij. q. v. cap. mulierem. § fi. & dicit uiri & mulieris, non uirorum & mulierum, nam eodem tempore mulierum & uirorum pluralitatem lex ciuilis, & canonica deteſtatur. c. gaudemus. §. quia uerò. de diuort. licet in ueteri teſtamento de patriarchis alter legatur. quod factum fuit diuina diſpenſatione & miſterio. de ratione diſpenſationis per Archiepiſcopū Flo. in tertia partæ ſummæ tit. xiiij. c. ix. § ſciendum. & Moder. in tractа. de ſponſal. in prin.

d Coniunctio. Scilicet animorum. c. cum initiatur. & c. matrimonium. xxvij. q. ij. l. nuptias. ff. de reg. iur. Sed cum hic tractet de matrimonio quatenus eſt perfectū, nihil impedit uerbū coniunctio referri ad cōiunctionem corporum & animorum: argu. not. in l. ij. ff. de offi. proc. & fac. l. doli clauſula. ff. de uerb. ſignifi.

e Indiuiduam. Scilicet quantum ad propoſitum: ut not. inſt. de pa. poteſt. in prin. fac. l. j. ff. de iu. do. nam quantum ad exitum diuiditur interdum matrimonium de iure ciuili, apparet in l. conſenſu. C. de repud. Idem & de iure canonico quo ad thorum, ut in c. tuæ. de procur. & in c. j. ut l. nō conteſt. Item quantum ad fędus. c. ex publico. de conuerſ. coniug. ubi de hoc facit. cap. gaudemus. de diuortijs.

f Vitæ. Matrimonium igitur morte ſoluitur: ut §. deinceps. Auth. de nup. unde & ſi quis miraculoſè reſurgeret non rediret ad uxorem, maximè alteri copulatam: ut not. in cap. ij. xxxij. quæſt. vij.

g Conſuetudinem. Cuius indiuiduæ cōſuetudinis ratione non poterit unus ſine alterius aſſenſu orationi uacare, uel continentiam uouere: ut xxvij q. ij. §. cum ergo. ſed ſi ex conſenſu uouerent, & fracto uoto commiſcerentur filius ex tali coitu ſpurius naſceretur: ut not. in c. miniſtri. diſt. lxxxj.

h Diuini. fac. l. j. ff. de rit. nupt. & l. ne quis. C. de iudæ. ubi coniuges debent eſſe eiuſdem religionis. & not xxvij. q. ij. in prin.

i Meruit Contra opi. hæreticorum qui negant coniugium eſſe ſacramentum. cōtra quos nouiſſimè eſt Concilium Tridentinum. ſeſſio. vij. c. j. & ſeſſio. xxiiij in prin. & c. j. & ſparſim per totum. Sed quæritur an hoc ſacramentum conferant gratiam? quidam quòd non, quòd in

cum cæteris [a] loci, [b] temporis, [c] amplitudinis, [d] & myſterij [e] ratione etiam pręcellat. Si quidem ab orbis primordio in paradiſo à Deo ipſo inſtitutum eſt, ut eſſet omnibus etiam infidelibus commune, quod in alijs minimè cótingit. His [f] illud quoq; accedit, quòd animorum conſenſus, & corporum cómixtio, quę in matrimonio intercedunt: primum quidem charitatem ſignificat, quæ conſiſtit in ſpiritu, inter Deum & iuſtam animam, uel Eccleſiam. Alterum uerò ſacroſanctum cóiugiũ deſignat, quod inter Chriſtum, & Eccleſiam per incarnationis [g] miſterium eſt contractum.

Bona matrimonij ſunt ſacramentum, fides, proles, & fornicationis remedium. h.d.

Conſequũtur & inde præter ſacramentum, & alia bona, utputà fides, [h] & proles, [i] & quod humana infirmitas in ruiná turpitudinis ꝑna, honeſtate excepta coniugij minimè læditur. [k] Initiatur autem matrimoniũ ſponſione, cóſenſu ratificatur, & copula conſumatur, de quibus ſingulis diſtinctius diſpiciamus.

eo pecunia interueniat. de quo diſt. lxxv. §. j. & c. j. & c quod à patribus. & c. ſeq. & j. q. j. c. multi. & xxxv. q. v. c. aliter. & quòd etiam inter infideles, quibus gratia non imprimitur coniugium contrahatur, ut infra. §. j. & c. quanto. de diuort. & ita not. j. q. j. c. quidquid. & in cap. ueniens. ext. de presby. nó bapti. & in c. pen. qui matri. accuſare poſſ. & xxxij. q. ij. ca. honoramur. Tu dic contra per ea quæ not. Abb. in c. j. §. ſcire. de ſacra un. poſt Theologos, & nouiſſimè per d. Concil. Tridentinum ſeſſio. xiiij. ca. j. nam matrimoniũ fuit inſtitutum in ſtatu gratiæ, ut per Diuum Thom. in iiij. diſt. xxvj. articulo iiij. & articu. viij. Nec ob. interuentus pecuniæ, quia id toleratur ob onera matrimonij. cap. ſalubriter. & ca. quia fruſtra. de uſur. & ob id potius reſpicit carnalitatē quàm ſpiritualitatē, licet ſi pecunia reciperetur pro benedictione eſſet ſimonia. c. cum eccleſiæ. de ſimo. & quod ibi not. nec dos eſt de eſſe matrimonij. Infideles uerò contrahentes matrimonium non recipiunt gratiam, non quod id proueniat ex defectu ſacramenti, ſed ob eorum incapacitatem, ac ſi in peccato exiſtens eucharistiam recipiat, uel fictus aut conditionaliter coactus recipiat baptiſmum, uide de hac materia per Beat. Tho. iiij. ſent. diſt. xxvj. q. ij. articulo iij. & poſt eum per Abb. in d. capit. j de ſacra unctio.

a Cæteris. Scilicet ſacramentis.

b Loci. Quia ordinatum in paradiſo: ut ſtatim dicit. & eſt xxxij. q. ij. §. his ita.

c Temporis. Et cum ſit cæteris antiquius, hac etiam ratione proponendum: arg. not. in l. uinum. ff. ſi cer. petat.

d Amplitudinis. Quia conſiſtit etiam inter infideles c. gaudemus. de diuort.

e Myſterij. De quo ſubdit incontinenti. & not. in c. debitum de biga. & per Ab. in c. j. de ſacr. unc.

f His. Scilicet ꝙ matrimoniũ pręcellat cętera ſacramenta ratione loci, temporis, & latitudinis, & ponit nũc triplex ſacramentum, quod ꝑ matrimonium carnali copula conſumatũ deſignatur. de quo per Ab. in c. debitũ. de biga. & not. in cap. acutius. diſt. xxvj. & ꝑ Archiepiſcopũ in ſum. in iij. parte c. x. uerſi. j. ſcilicet.

g Incarnationis. & reſpectu iſtius ſignificationis, & finis, habet matrimonium inſeparabilitatem: ut ꝑ Archiepiſcopũ Flor. in ſum. in iij. parte. tit. xiiij. c. x. uerſi. primum. & ſine hoc primo bono núquàm eſt inter fideles matrimonium licet ſine his quę ſequuntur fide ſcilicet & prole poſſit eſſe: ut per Hoſt. in ſumma de matrimonijs. §. & quare contrahitur. uerſi. in ſacramento & concor. c. omne itaque. xxvij. q. ij. & xxxij. q. ij. §. his ita.

h Fides. Hoc bonum habet matrimonium à natura ſpeciei, quo reſpectu habet pro fine fœdus humanæ ſocietatis, fidem & amicitiam & communicationem in operibus ciuilibus.

i Proles. Et hoc habet à natura generis, quo reſpectu habet pro fine procreationem prolis & educationem. inſtit. de iu. na. gent. & ciuil. in princip.

k Leditur. Hoc tamen non obſtante ſacerdos & diaconus magis puniretur ſi matrimonium

niuin contrahat, licet de facto quāquàm ſi fornicetur.c.presbyteros.diſt.xxviij. & not. in §. his ita.xxx.quæſt.ij.

DE SPONSALIBVS.

Sponſalia ſunt &cæ.

DE SPONSALIBVS. X

Quid ſint ſponſalia, & unde dicantur.h.d.

SPonſalia [a] ſunt futurarum nuptiarū mētio, & repromiſsio, & dicta ſunt à ſpondendo, quòd per ea ſibi inuicem ſe futuros coniuges uiri & mulieres ſpondent. [b]

Sponſalia cōtrahuntur re, uerbis, literis, et conſenſu.h.d.

Cōtrahuntur [c] autē ſponſalia uarijs modis, utputà re, uerbis, literis, & cōſenſu. Re contrahuntur per nudam ſubarrationem, [d] uel anuli immiſsionem. [e] Verbis, [f] ut ſi inter uirum & mulierē promiſsio ſuper futuro matrimonio interceſſerit, ueluti altero alteri uice mutua dicente. *Ego te accipiā in meum* [g] *maritum, & ego te in meā uxorem*, ſiue in hunc ſenſum uerba ſimilia [h] protulerint. Literis, ut cum abſentes inter ſe de fu

a SPonſalia. concord. l. j. & l.ij.ff. eo.& c. noſtrates. xxx.q.v. Sed an ſine ſpōſalibus poſ ſint eſſe nuptiæ? & non uidetur, cum res non poſsit eſſe ſine ſuo principio: ar.l.j.ff.de origi. iu. Tu dic contra: ut not.in d.l.j. ff. eod. nec enim ſponſalia ſunt matrimonij neceſſarium & ſubſtantiale principium.

b Spondent. Scilicet forma ſtipulationis ſecūdum ueterem morē: ut in l. ij. ff.eodem.

c Contrahuntur. Sequens diuiſio licet explicitè non reperiatur in textu aliquo, uel etiam per aliquem doctorem, uiſa tamen eſt commodiſsima ad pertractādam magiſtraliter totam materiam & proculdubio eſt de mēte iurium: ut apparet ex ſequentibus, & uidetur eam ſenſiſſe & quaſi poſuiſſe Abb. poſt Hoſt. in c. j.de ſpon.duorum.ſimile.inſtit.de oblig. §.fina.

d Nudam ſubarrationem. Scilicet à conſenſu de præſenti: quia tunc eſſet matrimonium. ſubarratio enim regulatur ſecundū uerba præcedentia: ut per Abb.& Doct.in c.ſi. de deſpō. impub.& ibidem per eundē diffinitur. Quod eſt deſponſatio mutuo conſenſu interueniente facta per immiſsionem anuli, & dicit de mutuo conſenſu non exprimendo, an ſit conſenſus ſuper matrimonio de præſenti, uel de futuro: quia etiā per ſubarrationem interdum matrimonium contrahitur. ut ibidem per Doct. ille autem intendit diffinire ſubarrationem tā quando per eam contrahitur matrimonium, quàm cum contrahuntur ſponſalia, ut apparet ibi per eum in ſua diſtinctione in ſi.capituli, & in dubio ex ſubarratione matrimonium præſumitur: ar.xxx.q.v.c. noſtrates. & c.fœminæ.& diſt.xxvij.c.quod interrogaſti.& not. in d.c.ſi. & in c.ſi quis uxorem. cum c. ſeq.xxvij.q.ij.& licet Abb. in ſua deſcriptione faciat ſolum mētionem de immiſſione anuli: tamen quandoque etiam aliarum rerū uel inſignium datione fit talis ſubarratio: unde monaſillaba uel in litera poſita, uidetur poſita inter genus & ſpeciem: ut & in Rubr. C. de ſer.& aqua. & de hoc uide p Hoſt.in ſum. eo.§.quot ſint ſpecies.& not. in c.tenor. de re iudic.& i c.fęminæ. xxx.q.v.et i c.ſi inter.eo.

e Immiſsionē. Quæ facienda eſt in quarto digito, in quo dicitur eſſe uena uſque ad cor pertingens. ideò in ſignum mutuæ dilectionis eidem immititur anulus, et hæc anuli immiſsio eſt actus promiſcuus, et ex ſe non deſignat contractum aliquem: ſed regulatur ſecundum præcedentia. ſicut dicimus in arrhis. inſtit.de contrah. empt. in princ. et quid operatur hæc anuli immiſsio uide latè per Abb. et Doct. in c.ſi.de ſponſal. impuber.

f Verbis. concor.c.ſi inter.eo.unde ſumitur. et cap.is qui fidem.eod.titu.et cap.j. de ſponſ. duorum.

g In meum.ar. quòd in contractu matrimonij prius debet fęmina loqui et interrogari. et hoc fortè bona ratione, cum enim illa ſit uariabilis, cautius eſt prius perſcrutari conſenſum eius, ne uir primò conſentiens remaneat cum dedecore, ea poſtmodum conſentire nolente: arg.contra in c.ſi inter.eo.et in c.licet.de ſpon.duorum.

h Similia. Nota ergo quòd in contractu matrimonij non eſt ſtatuta certa forma uerborum, de quo nota.per Abba. in cap. ſi inter. eodem.

turis nuptijs per epiſtolam[a] paciſcuntur, quod ipſum & per nũcium,[b] uel procuratorem fieri poterit.

Procurator ad contrahendum matrimonium, non poteſt ſubſtituere, niſi hoc habeat in mandatis. h.d.

Procurator tamen ad hoc ſpecialiter[c] cõſtitutus, ob magnum quod ex facto tam arduo poſſet periculũ[d] imminere alium ſubſtituere[e] nõ poterit, niſi hoc ei ſpecialiter commiſſum[f] fuerit.

Si duo impuberes quorum malitia non ſupplet ætatem, & qui pubertati non ſint proximi, uel etiam alter tantum ſit impubes, per uerba de præſenti matrimonium contraxerint. Talis contractus reſoluitur in ſponſalia de futuro, & ex eo inducitur Iuſtitia publicæ honeſtatis. h.d.

Conſenſu contrahuntur ſponſalia, ut cum pubes, & impubes, uel duo impuberes, non proximi[g] pubertati, & in quib. ætatem prudentia[h] non ſupplet,[i] matrimonium per uerba contrahunt de præſenti. Licet.n. uerba in præſens matrimonium[k] ſonẽt. Iuris tamen interpretatiõe in ſpõſalia de futuro reſoluuntur.[l] Quo caſu dicta ſpõſalia, licet

a Epiſtolam. De hoc uide latẽ per Hoſt. in ſumma eo. §. qualiter contrahatur.

b Nuncium Hic uidetur quintus modus, licet non explicetur in principio diſtinctionis, forte, quia comprehenditur ſub modo uerborum, uel literarũ: arg. not. in l j. ff. quod me. cauſa. & hic modus uidetẽ ſeruatus in Beatiſſima Virgine quę internuncio Gabriele facta ẽ ſpõſa Altiſsimi. Sed quid ſi illum qui nuncium miſit ante pœniteat, q̃ puella conſentiat: ſed ipſa & illa poſt talem pœnitentiam forte ignorans de mutata uoluntate uiri conſentiat? reſp. ut per Hoſtien. in ſum. eod. §. qualiter. uerſic. quid ſi pęniteat.

c Specialiter. Nec enim aliter facta conſtitutio ualet, quo ad hoc etiam ſi ſit mandatum generale cum quibuſdam expreſsis clauſula ſubſecuta, iuſta. c. qui ad agendum de procu. in vj. & not. in c. fi. eod tit. & lib. unde ſumitur.

d Periculum. Vnde ubi periculũ maius, ubi agendũ eſt cautius c. ubi periculũ. de elec. ĩ vj.

e Subſtituere. Fallit ergo illa regula. an idem in l. generali. ff de rit. nup. in princ.

f Cõmiſſũ. c. fi. de proc. in vj. cũ cõco. ibi all.

g Non proximi. Intellige quòd hæc duo copulatiuè debeant interuenire. nec enim ſola proximitas ætatis ſufficit ad contrahendum inter impuberes matrimoniũ: ſed requiritur quòd ſint habiles ad ſe commiſcendum carnaliter. c. de illis. ubi not. eod. niſi tu incipias à ſecundo. Sed quomodo deprehendi poterit hæc cocundi poteſtas: quæ ætatem ſupplet? quidam ut Tãc ſi inter ĩpuberes copula itercesſerit, alij q̃ colligeẽ ex corporis aſpectu, & alijs ſignis extrinſecis. dic ut not. p Ab. in c. de illis. eo. & per Doct in c. j. § j. de deſpõſ. impu. i vj.

h Prudẽtia. i. uigor quidã naturalis & cocũdi potẽtia, q̃ interdũ malitia appellaẽ. c. de illis, ubi Ab. & c. fi. eo. & arg. in c. nõ ĩ ſola. xxxii. q. j. & notãdũ, eſt q̃ iterdũ eidẽ rei cõ ueniũt contraria noia, ſic & altũ ꝓ ſundũ dicimus ꝓ fũdũ altũ, ſic grãmatici obeſũ tã ꝓ macto q̃ ꝓ pingui uſurpãt, ſic Legiſtæ creditũ pro debito. l. cũ ĩ corpus. ff de acqu. re. do. uenditionẽ ꝓ emptione. l. ex uẽditiõe. C. de pac. l. ueteres. ff. de act. empt.

i. Supplet Not. ergo q̃ in matrimonijs malitia ſupplet ætatẽ, ſic etiam in delictis doli capacitas ſupplet ætatẽ. c. pueris. de delict. puerorum. §. in ſumma. inſtit. de obl. q̃ ex delicto naſcun. l. ſed & ſi q̃cunque. § j. ff. ad leg. Aqui. l. iij. C. ſi mi. ſe. ma. dixer. l. ij. C. de his qui ue æta. impe. cap. monachus nouitius. diſtinct. lxxvij. & doli capacitas facit impuberem obligari ex iuramẽto, habetur in c. ex literis. ij. eo. & in Aut. ſacramẽta puberum. C. ſi aduer. uendi. Non tamen ſupplet ætatem quo ad ingreſſum religionis: ut per Inn. in c. de illis. eo. & in cap. poſtulaſti. de regulari. nec quo ad facultatem condendi teſtamentum: ut habetur in l. qua ætate. ff. de teſtam. fac. l. fi. C. de teſtam. milit.

k In præſens mr̃imoniũ. Qđ ob ætatẽ ualere nõ põt. unde uidebaẽ q̃ nec in uim ſponſaliorũ. c. cũ ſuper. de offi. de leg. l. quæſitũ. ff. eod. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi.

l Reſoluuntur. Nota ergo ſi quod ago non ualet ut ago, ualet ut ualere poteſt. ca. a nobis. de deſpon. impube.

contrahentes matrimonium celebrare intendere nt, coniugiũ, quod ab initio ætate impediente, ut matrimonium non tenuit, per aduentum pubertatis minimè conualeſcit, niſi per carnis copulam ſubſequutam, uel alium modum [a] contrahẽtes cum eiuſdem perſeuerantia uolũtatis, ad pubertatis tẽpora perueniſſe euidenter cõſtiterit. Per dictum tamen contractũ, qui ualuit ut potuit, non ſicuti agebatur, publicæ honeſtatis Iuſtitia cenſetur inducta.

In re denominanda potius effectũ attendimus quam modum. h. d.

Et ideo hoc caſu cõſenſu contracta ſponſalitia dicimus: quia ſi uerba ſpectes non ſpõſalia, ſed ipſum matrimonium contractum uideri poterit. Cẽſuerunt autem iura eos q; cum non poſſent, coniugium de facto contraxerunt, uoluiſſe [b] etiam in caſu, quo poſſent contrahere ideoque ſaltem ut ſponſalia ualeř conuẽtionẽ.

Sponſalia cõtrahuntur tripliciter, purè, in diem, & ſub conditione & qui contraxerunt ſponſalia purè compellã di ſunt etiam matrimonium contrahere, & conſanguinei contrahentium, non debent eũ ipſis contrahentibus contrahe re. hoc dicit.

Rurſus [c] contrahũtur ſponſalia aut purè, aut adiecta die, aut ſub conditione. Purè [d] ut cũ uir & mulier ſe inuicem futuros cõiuges pollicentur. Et hoc caſu nullus cõſanguineorũ [e] aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio ſibi copulare poterit: [f] imò qui contraxerũt, ut ſe inuicem recipiant, & mutua coniugali affectione pertractent, moneri, & niſi rationabilis cã obſiſtet, Eccleſiaſtica cenſura compelli [g] poterunt.

a Alium modum. Puta: quia ſimul cohabitauerunt, uel ſe coniuges nominabant, & amplectabantur ut coniuges: ut no. in c. j. §. j. de deſpon. impub. in vj. unde ſumitur.

b Voluiſſe. Quia nemo præſumitur eligere uiam per quam iudicia ſua ſubuertantur. l. iij. ff. de mili. teſta. & traditur in c. Quintauallis. de iureiu. & in ca. cum ordinem. de reſcrip. & in c. præſentata. de teſti. & in c. cũ ex officijs. de præſcrip.

c Rurſus. Secunda diſtinctio ſponſaliorum. fac. c. ij. c. ſponſa. c. ex literis. c. requiſiuit. eo.

d Purè. Immo contra: quia nõ uidetur quòd ſponſalia purè contrahi poſſint. e. quemadmodum. de iureiu. & §. unius. j. eo. reſp. cõtractus dicitur omnino purus, & ſine omni cõditione ex quo non fuit certa conditio expreſſa: eo n. conditio ergo ſub intellecta non facit actum conditionalem. l. cõditiones quæ extrinſecus. ff. de cõd. & dem. & c. ſignificaſti. & quod ibi no. de elect. & per Abb. in c. ij. eo. & diffuſe p Legiſtas in l. iij. ff. de leg. j.

e Nullus cõſanguineorũ. Reſtringe hanc generalitatem ſecũdum iura communia & antiqua ad terminos. c. non debet. de conſan. & affi. ne ſequatur abſurdum de quo per Doct. in c. ſponſam. eo. immo nouiſsimè hæc generalitas eſt reſtringenda ad primum gradum: ut per Conci. Trident. ſeſsi. xxiiij. c. iij. in decretis reformationis matrimonij: ubi diſponitur quòd impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis non excedat primũ gradum.

f Poterit. Si ſit in quarto gradu, iuſta. e. non debet. uel in primo ſecũdum Concil. Tri. in loco alleg. in p ximo ſuperiori notula. & ſi de facto cõtrahat nõ tenebit, cum publicæ honeſtatis iuſtitia contrahendũ matrimonium impediat: ut per Ab. in c. ſponſam. in fin. eo. & c. j. §. j. eod. in ſexto.

g Cõpelli. Quidã hoc intelligũt cum ſpõſalia ſunt iurata: aliàs ſecus. cum c. ij. c. ex literis. ij. e. requiſiuit, cum alijs in compulſione ſemp uideantur ponderare iuramentum & fidei interpoſitionem. Sed cõtrariũ uidetur teneri cõmuniter, cum hæc compulſio fiat ratione peccati uitãdi, quod cõmittitur etiã ſi iuramentum non interueniat, cũ Deus non faciat differẽtiam inter ſimplicẽ loquelã uel pactum & iuramentum. c. j. c. ij. & c. iij. de pactis. c. iuramẽti. xxij. q. v. l. et magis peccet ueniens contra iuramentum. c. pe. de iureiu. Vide per Ab. in c. ij. & in c. ex literis. ij. eo. & in c. ad

aures

Si per contrahentem ſponſalia in diem, non ſtetit quominus matrimonium contraheret intra terminum, cum alia poſtmodum matrimoniũ contrahere poterit. h.d.

Dies adijcitur ſpõſalibus: cum quis intra certum temporis ſpatium aliquã ſe ducturum in uxorem cõuenit: in qua ſpecie ſi per eum non ſteterit, quominus intra præfixum terminum [a] cũ eadem matrimonium contraheret, liberè ad nuptias alterius tranſire poterit.

Sponſalia contracta ſub conditione euaneſcunt conditione deficiente, niſi ab ea receſſum fuerit. h.d.

Sub conditione [b] celebrantur ſponſalia, cum quis, ſi quid fiet uel cõtigerit, nuptias ſe contracturum pollicetur: ueluti ſi dictũ fuerit. *Ego te in uxorẽ accipiam ſi centum mihi dederis,* [c] *aut ſi pater meus conſenſerit,* [d] quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit, [e] niſi cõſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio [f] ſubſequuta, cùm his caſi-

aures. ext. quod met. cauſ. Immo in tantum nõ eſt licitum reſilire à ſponſalibus, ut etiam ſi cũ alia poſteriore interuenerit iuramentum, debeat cum prima contrahere. Inn. & Ab. in c. ſicut. & c. requiſiuit. eo. & not. hic quòd compellitur qs ad factũ: quia nõ poteſt ſolui intereſſe. ſpiritualia enim æſtimationem non admittunt.

a Terminũ. Ergo ſi purè fuiſſent ſponſalia contracta tẽporis lapſu non finirentur: ar. l. Imperator. ff. de poſtul. l. obligationum § placet. ff. d' actio. & oblig. Sed contra fac. c. cum dilecti. de dolo. & contu. & l. Celſus. §. j ff. de arbi. Sed hic aliud uidetur propter periculũ fornicationis. Vel aliter quãdoq; terminus apponitur obligationibus ad ſolicitandum implementũ, & tunc lapſus termini non liberat, & ſic loquitur. d. l. Celſus. Quandoque ad limitandam, uel finiendam obligationem, & tunc ſi per promiſſorem non ſtet, lapſus termini liberat ab obligatione. Sed quare cenſebitur terminus adiectus ad limitandam obligationem potiuſquàm ad ſolicitandum implementum adiectus? reſpon. ut per Abb. etiam cæteros in c. ſicut. & in c. de illis. eod. ille caſus uidetur dubius & not. ſecundum eundem quòd ſi à principio ſponſalia fuiſſent purè contracta, ſi poſtea ſponſus & ſponſa de certa die matrimonij contrahendi conuenerint, poſt lapſum dicti termini non eſſet obligatio diſſoluta. Sed adhuc contra. l. ij. C. eo. & l. ſæpe. ff. eo. Sol. ut in d. c. de illis.

b Sub conditione. Et in hoc matrimonium carnale differt à ſpirituali: quia illud non poteſt contrahi ſub conditione, habetur in ca. ij. de elect. in vj. & debet ſtatim conditio apponi non ex interuallo: quia tunc reijcitur. not. in c. de illis. de cõd. appo. & nota quòd omnis cõditio à iure nõ reprobata poteſt apponi in matrimonio: ut habet in c. ſuper eo. de cond. app.

c Dederis. Dummodo iſta datio non ſit adiecta in modum pœnæ. c. Gemma. eo. l. Titia. ff. de uerb. obli. l. ſi. C. de ſponſal. l. ij. C. d' inutil. ſtip. Sed contra de l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi tibi nupſero. ff. de uer. obli. Sol. ut per Ab. in c. de illis. de cõd. apposit.

d Conſenſerit. Et ſic nota ꝙ matrimonium cõferri poteſt in alterius arbitrium, & non ſolum parentis, ut hic, uerum etiam extranei. c. ſuper. eod. & c per tuas. de cond. appoſi. & ex hoc habes unam differentiam inter actum matrimonij cõtrahendi & teſtamentum conficiendi, qđ in alterius poteſtatem conferri non poteſt. l. captatorias. & l. illa inſtitutio. ff. de hæ. inſti. de quo in c. cum tibi. extr. de teſtam. ratio differentiæ eſſe poteſt, quòd matrimonium eſt de iure diuino, unde ſolus conſenſus ſufficit qualitercunque habeatur. Sed teſtamentum dependet ex gratia: quia confertur effectus eius in id tempus, quo teſtator non eſt futurus dominus, ſcilicet mortem. unde ſatis eſt quòd ipſi ſoli permittatur libera diſponendi facultas: ut not. in d. l. illa inſtitutio. & per Abb. in d. c. ſuper. eo.

e Poterit. Adeò quòd etiam copula ſequens nihil operabitur: ut not. Abb. in c. ſuper. eo. de condit. appoſit.

f Commiſtio. Operatur ergo copula duo: nam & purificat ſponſalia, & eodem momento ea transfundit in matrimonium: nota. Gloſ. & Abb. in cap. de illis. de cond. app. Item not. hic duos caſus in quibus conditio appoſita in ſponſalibus tollitur, ſcilicet quando interuenit

bus à conditionibus receſſum a uideatur.

Turpes conditiones adiectæ ſponſalibus uel matrimonio, non uitiant ſed uitiantur, niſi ſint contra ſubſtantiam & naturam coniugij. h. d.

Hoc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet quæ honeſtæ b ſunt, & canonicis inſtitutis non contrariæ: nam ſi turpes ſint, aut impoſſibiles c ob fauorē matrimonij debent pro non adiectis d cenſeri: ſi tamen non ſolum turpes ſint, ſed etiam contra ſubſtantiam, uel naturam cōiugij: putà e ſi alter dicat alteri, *Tecum contraho ſi*

nit conſenſus, & quando copula.

a Receſſum. Huic literæ multa ob. & quòd non eſt præſumendum quem recedere à iure ſuo. c. ſuper hoc. de renunt. & quòd præcedens cōſenſus præſumatur durare. c. maiores. de bapti. & ꝙ ſi pendēte conditione res tradatur & poſtea non exiſtat conditio res tradita repetitur. ff. de cód. indeb. ſub. condit. & l. quod ſi. ff. de peri. & com. rei uēdi. & ꝙ conditionalis cōſenſus nullus eſt ante conditionis euentum. l. cedere diem. ff. de uer. ſigni. & quòd qui primò & ultimò contradicit, medio tempore nō conſentit. diſt. xxviij. c. quia non ſunt culpæ. & c. cū Marthæ. uerſi. ſi tunc igitur in cœlum. de cele. miſ. & j. q. j. c. iudices. Si ergo nullus præceſſit coitus, ſolus conſenſus ſuper coitu matrimonium non facit. c. fi. de ſpon. duorum. l. nuptias. ff. de re. iu. Sol. hæc omnia, quòd fauore matrimonij inducta eſt præſumptio contra ſuperiores regulas. c. is qui. eo. c. de illis. de cond. app. quia per carnalem copulam ipſo facto uidetur conſenſum exprimere de præſenti, & à conditione recedere. fac. l. ſed Celſus. §. fi. ff. de cōtra emp. & not. in c. per tuas. de cond. app. Quid ſi ante coitum proteſtetur ſe nolle propter hoc recedere à conditione? reſp. neque hoc prodeſt. c. cum M. de conſtit. c. ſolicitudinem. de appel. Quid ſi contrahatur matrimonium ſub conditione quæ eſt omnino extitura? Item quid ſi primò contraho cum una ſub conditione, deinde cum altera purè? reſp. de his & ſimilibus q. ut habetur in d. c. per tuas.

b Honeſtæ ſunt. Not. ex hac litera duas regulas. Prima quòd cōditio inhoneſta uel impoſſibilis, quæ non eſt contra ſubſtantiā matrimonij, fauore matrimonij habetur pro non adiecta, unde uitiatur & nō uitiat, licet regulariter in cæteris contractibus uitiet, & non uitietur. §. impoſſibilis. inſt. de inutil. ſtip. Secunda, ꝙ omnis conditio appoſita contra ſubſtantiā cōiugij, uitiat matrimoniū, & nō uitiatur, & multo magis alium cōtractum non ita fauorabilē. ratio eſt: quia remota ſubſtantia alicuius actus remouetur & ipſe actus. c. tua. eo. & ad cognoſcendā ſubſtantiā alicuius actus debemus ſemper inſpicere utrum talis actus ſine illo poſſit conſiſtere. Bart. in l. prolatā. C. de ſent. & inter lo. om. iudi. & per Ab. in c. fi. de cód. app. Sed cōtra uī. l. cum precario. ff. de precar. ubi pactum cōtra ſubſtātiā precarij uitiat. Sol. illud ꝓcedit: quia pactū ibi apponit in uim modi nō cōditionis. Bar. in aut. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. Imo. in l. ubi ita donat. ff. de donat. cau. mort. forte, quia modus actum non ſuſpendit: ſecus conditio. l. cum ab eo. ff. de contr. emp. Sed an conſuetudo poſſit tollere ſubſtātialia actus, puta ꝙ fiat electio ad uoluntatē certæ perſonæ? reſp. negatiuè. c. cum interra. de elect. ubi Ab. no. & fa. no. in c. ij. de cōſue. in vj. ubi conſuetudo nō pōt inducere ꝙ à Vicario appelletur ad epm.

c Impoſſibiles. Impoſſibilitas aūt quotuplex ſit, & quando diſpoſitionem uitiet, uide per Abb. in c. fin. de pact.

d Pro non adiectis. facit. l. generaliter. ff. de uerbo. oblig.

e Puta. Per exēpla trium hic ſubiectarū cōditionū extinguunt tria bona matrimonij. ſ. proles, fides, ſacramentum. de quibus. ſ. tit. proxi. in fi. Sed & alia reperiri poſſunt ſimilia, puta ſi cōtrahatur cum aliqua ſub conditione ꝙ ſi cōmittat adulterium, liceat ei à matrimonio recedere, & aliam ducere, nā licet hæc uideatur conditio reſolutiua, idē tamen operatur quod ſuſpenſiua: ut per Ab. in c. fi. de cond. appoſi. & hoc eſt mulieribus prædicandum, ne ob ſimplicitatem decipiantur, ſecundum Hoſt. Et intellige hāc materiam quando uterq; cōſentit conditioni contra ſubſtantiā, ſi autē alter uel contradixit, uel etiā tacuit, tenet matrimoniū ſi fuit proceſſum ad conſumationem: ut ibidē per Abb. poſt alios. Item ex hoc intellige id, quòd hæc de quibus hic, ut impediant matrimonium debent deduci in pactum expreſſum: ſecus ſi ſit propoſitum in mentem retentum: ut per

generationem prolis euitaueris, [a] *uel donec aliam honore, uel facultatibus digniorem inueniam,* [b] *aut ſi pro quæſtu adulterādā* [c] *te tradideris:* matrimonialis contractus, quantumcunque ſit fauorabilis, omni carebit effectu. [d]

Minores ſeptennio non poſſunt ſponſalia contrahere & contracta lapſu temporis non conualeſcunt, niſi noua uoluntas acceſſerit, aut nixus copulæ interuenerit. hoc dicit.

Non tamen omnibus cuiuſcunque ſint ætatis, licet ſponſalia contrahere: nam inter minores [e] ſeptēnio celebrata, nullius roboris efficaciā ſortiuntur: ideoq; ſi infantes, [f] uel unus maior ſeptennio, alter minor ſponſalia contraxerint ipſi uel parentes [g] pro eis, niſi per cohabitationē [h] eorum mutuam, ſiue aliàs uerbo, [i] uel facto, [k] eoſdem in eadem uolūtate factos maiores perdurare liquidò appareat, ſponſalia huiuſmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti tem

ut per Abb. in c.commiſſum.eod.Ex hoc infertur quòd inter beatiſſimam Virginem & Ioſeph.fuit uerum matrimonium, licet omnino beata Virgo in copulam non conſenſerit, in hoc tamen multi multa opinantur de quo uide quæ habentur xxvij.q.ij. §.cum ergo. & c.beata, & per Ab.in d.c. commiſſum.

a Euitaueris. Hæc conditio eſt contra bonū prolis.

b Inueniam. Hæc cōditio contra ſacramentum quod eſſe debet indiuiduum.

c Adulterandā. & hoc contra bonum fidei.

d Effectu. Quid ſi quis ingrediaē religionē, & profiteatur ſub hac uerborum forma profiteor talē religionē ita quòd poſſim proprium habere & matrimonio uti, an teneat monachatus.& ingreſſus? Reſp.ut late habetur per Abb.& alios in capitulo ſi.de cond. appoſit.

e Minores ſeptennio. Id eſt, infantes: ut no. in procæmio ſexti. Qui uerò ſunt maiores uſque ad pubertatem dicuntur pueri: ut in dicto procæmio: & per Abb. in capitulo ueniēs. de uoto & uo. re. & concor. cum hoc capitulū literas.capitulū acceſſit.capitulū ad diſſoluendum.& capitulū duo pueri. de deſponſat.impub.& xxx.quæſtione ſecunda. per tot. & capitulū j.de deſponſ.impub in vj. Septennium autem debet eſſe completum nec ſufceret eſſe cęptum: ut in iuribus ſuperallegatis. Sed dubitatur an hæc ætas ex prudentia præueniri poſſit, ut accidit in matrimonio, quidam quòd ſic: ut not. in cap. ſponſam.& ca.iuuenis. eo. & per diuum Thomam. iiij.ſenten.diſtinct.xxvj.articulo quarto. Sed certè in contrarium eſt com.opin. ut per Ab. in dicto capitulo iuuenis.& in d.capitulo literas.& in cap. Gemma. cum ætas præueniri non poſſit, cum illa requiritur reſpectu diſcretionis.l.ætate.ubi not.de teſtamen.& latè per Abb. in d.c.iuuenis.

f Infantes. Ideſt, minores ſeptennio. l. ſi infanti C. de iu. delib. quæ ætas quidquid uidet ignorat.l.prima. C.de fal.mon. Et not. quòd licet quo ad pubertatē ſit in ſexu differentia in numero annorum. c.plures de deſponſ. impub.& infra titulo primo. §.ſed qui ſint, tamen ſecus eſt quo ad infantiam: quia uterque tam maſculus quàm fœmina debet eſſe ſeptennio minor ut hic, & ca.literas.& ca.acceſsit. de deſpō. impub. ſimile in ætate legitima quæ in utroque incipit poſt xxv.ann. in lj ff.de minor.l.j.C.ſi mi.ſe ma.dixe. inſti. de curat.in princ.

g Parentes. Concor. capitulū ſi.xxx. quæſtione ſecunda. & cap.j. in princ. de deſponſ. impub.in vj.

h Cohabitatione. De hoc not. latè in ca.ſi. xxx. q.ij.

i Verbo. Non ſolum ratificando expreſsè, ſed etiam ſi poſt ſeptennium ad inuicem ſe ſponſos uocent: ut not.in cap.j.de deſpon.impub.in vj.

k Facto. Vt quia poſt ſeptennium ſimul iacent, & oſculantur inuicē, uel quia ſponſus uenit ad domum ſponſæ, uel mittit iocalia tanquam ſponſæ, uel quid ſimile: ut in c.j.de deſponſ.impub.in vj.& per Ab.in c.literas.eod. tit.& ſic nota quòd uerbo fiat uel facto.c.dilecti.& c.ut noſtrum.de appellat.concor.cap.ex parte.de reſti.ſpoliato.

Conualeſcunt.

poris minimè conualeſcunt: [a] & ideò cũ ſint nulla ratione defectus conſenſus; publicæ honeſtatis iuſtitiam [b] non inducunt. Si tamen cum ea quã nondum ſeptennẽ domum quis traduxerit, copulæ nixus interceſſerit, aliud [c] ſtatuendum erit.

Qui contraxerunt ſponſalia. debent compelli ad matrimonium, niſi aliquid triſte timeatur. h. d.

Initiatũ igitur ſpõſalibus matrimonium fide conſenſus ratificari debet. [d] Quòd ſi qui de contrahẽdo matrimonio fidem ſibi dederunt, ſe inuicẽ admittere omnino noluerint, [e] inſtar eorũ qui ſocietatem [f] interpoſitione fidei [g] contrahunt; & poſteà eandem ſibi remittunt, diſſolutio tolerari [h] poterit. Cum coactio [i] difficiles ſoleat exitus frequenter habere.

Non ſunt audiendi impuberes uolentes diſſoluere ſponſalia, ſed expectandum tempus pubertatis. h. d.

De illis qui infra annos aptos matrimonio ſponſalia contrahunt, quæri poterit, & ſane ſiue uterq; ſiue alter reclamet, & anteq̃

a Conualeſcunt. c. non firmatur. ubi latè per Ioan. And. de regu. iur. in vj. l. quid ab initio ff. de regu. iur.

b Iuſtitiam. Hoc impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, nec ex conſanguinitate cauſatur; nec ex affinitate: quia ante carnis commiſtionẽ non eſt orta affinitas, ſed ex conſenſu præſtito in legitimis ſpõſalibus: & fuit hoc impedimentũ ab eccleſia inductum propter honeſtatem dumtaxat: quia quandoque graues inimicitiæ oriebantur inter conſanguineos, cum unus deſpõſatam alius conſanguineorũ quærebat in uxorem ducere: & appellauit eccleſia hoc impedimentum publicã honeſtatem: quia nõ poterat dari congruentius nomẽ, cum non poſſet attribui alicui ex cognationibus de quibus infra de tripli. cogn. Iſtud ergo impedimentum eſt de per ſe ex ſola honeſtate ab eccleſia inductum, & impedit matrimonium inter coniunctos uſque ad quartum gradum. c. ſpõſam. eod. & ca. j de ſponſ. in vj. hodie per Concil. Trid. ſeſſione xxiiij c. iij. incipit iuſtitia. non excedit primum, declarat Ab. in c. iuuenis. eo.

c Aliud. Quia inducetur publicæ honeſtatis iuſtitia ob nixum, licet ætas fortè in altera nõ ſit legitima ad ſponſalia. c. iuuenis. ubi Abb. eod. Hoſt. in ſum. eo. §. quis effectus, uerſ. effectus etiam, & in uerſic. quis poſſit contrahere.

d Debet. Concor. c. ij. & c. requiſiuit. eod. Sed contra. in l. j. C. eo. Quidam quòd illa lex eſt abrogata: ut not. xxvij. q. ij. c. deſponſatas. Alij ut Cy. ibi, quòd contrarium procedit quando renuntiatum eſt ſponſalibus, ut quod hic dicitur quando non eſt renunciatum tractat Abb. in capitulo requiſiuit. eodem.

e Noluerint. Abſolutè reſtiterint.

f Societatem. Nota arg. de ſocietate ad matrimonium. fac. l. uerum. §. fi. & l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio.

g Fidei. Siue p iuramẽtum: quia æquipollẽt. c. per uenit. de fideiuſſ. & xxv. q. v. c. iuramentum.

h Tolerari. Not. uerbum quod deſignat quandã diſpenſationem, & eſt quædam permiſſio comparatiua. fac. c. ueniẽs. qui cle. uel uo. multa enim tolerãtur ne deterius contingat. c. cum iã dudum. de præbend. aliàs mero iure deberẽt compelli, ut habetur in cap. ex literis. ij. eod. Tancre. tamen dicebat in c. ij. eo. unde ſumitur hãc literã contineri ius cõmune, ut ibidem not. prima uerior. Ex quo nota caſum in quo eccleſia non compellit quẽ ad pœnitentiam, ſed patitur aliquẽ ſtare in peccato, ut euitetur maius malum futurum, & uidetur ex hoc notanter probari quòd tolerandum eſt minus malum certum, ut uitetur maius malum uериſimiliter futurum, licet poſſet illud non contingere: not. per Abbatem. in capitulo requiſiuit. eodem.

i Coactio. Nota ergo ex hoc quòd matrimonium debet eſſe liberum nõ ſolum in principio contractus ſponſaliorum, ſed etiam ex poſt facto in contractu matrimonij: ex quo infert Ab. in c. requiſiuit. eod. quòd ſi quis ſponte contraxiſſet ſponſalia de futuro, & compellatur metu ad contrahendum matrimonium per uerba de præſenti, quòd tale matrimoniũ non tenet. plura tamen urgent contra de quibus in d. c. requiſiuit.

Audiendi

ad annos matrimonijs aptos peruenerint ſeparari poſtulent, non ſunt audiendi; [a] ſi uerò alteruter iſtorũ ad pubertatis annos peruenerit, infra eoſdem annos altero exiſtẽte, cum ſpõſalia contraherẽtur, [b] ſi is qui minoris eſt ætatis, ad pubertatis annos perueniens reclamauerit, nec in alterum cõſentire uoluerit, iudicio [c] eccleſiæ ſeparari poterunt.

Mulier uiripotens contrahens cum impubere, non poteſt reſilire, ſed impubes factus pubes. h.d.

Mulier quoq; quæ nubiles annos attingens ei qui nondum matrimonio erat aptus, nupſit, [d] cum in cum ſemel [e] conſenſerit, amplius diſſentire non poterit, niſi ipſe cui nupſit, poſtquam ad legitimam ætatem peruenerit, in eam ſuum negauerit præſtare conſenſum.

Contrahens ſponſalia cum impubere coacte, non tenetur expectare impuberem. h.d.

Hæc tamen de his dicta intelliguntur, quæ ſpontè cum minoribus ſponſalia cõtraxerint. Si qua enim non tam ſponte ſua [f] quàm à parẽtibus coacta cũ impubere cõtraxerit, & domum traducta fuerit, licet aliquando ibi inuita permanſerit, ſi puerũ uſque ad annum decimumquartum minimè expectandum duxerit, ei alium ſibi uirũ accipiẽdi libera cõcedẽda facultas erit.

Sponſalia contracta à parentibus, non tenent, niſi filij aſſentiant & ratificent. h.d.

Non abſimile eſt, qđ de ſpõſalibus, quę parẽtes ꝓ filijs puberibus [g] frequenter contrahunt, ſtatuitur, nam ſi quidem ip-

ratione promiſſionis. unde ſi contraheret cum alia teneret etiam ſi iuramentum interueniſſet. c. ſi inter. eo. & not. plenius in dicto capitulo de illis.

a Audiendi. propter facilitatem ætatis, & eſt argu. quòd impubes de eo quod facit ante pubertatem reclamare non ualet: argu. diſt. xxviij. c. de his. & xx. q. j. ca. illud. & ff. de neg. geſt. l. Pomponius.

b Contraherentur. Declara ut in c. de illis. j. de deſponſ. impub. unde ſumitur.

c Iudicio eccleſiæ. Sic. c. de illis. & cap. à nobis. de deſponſ. impube. & ſic oportet quod ſponſalia diſſoluantur iudicio eccleſiæ tantum, niſi forte uinculum ſuperueniat: puta matrimonium cũ alia: uel uotum ſolenne: tũc enim ipſo iure ſoluta ſunt: argu. cap. ſi inter. eodem. & c. j. de ſpõſ. duorũ.

d Nupſit. Id eſt, ſponſalia contraxit: quia matrimonium contrahere nõ poterat. ſic c. de illis. j. cũ c. ſeq. de ſpon. impube.

e Semel. Arg. quòd ſemel probatum non poſſum amplius reprobare. iij. q. iiij. c. offerat. & viij. q. ij. dilectiſsimi. & xx. q. iij. ca. eos qui. & xxxij. q. v. c. horrẽdus. & diſtin. iiij. c. in iſtis. Item arg. quòd contractus claudicat, quòd licet aliquando contingat, tamẽ non accidit in matrimonio, quod non poteſt cõſtare niſi ex duobus cõſenſibus. c. tua. eo. & quod hic dicit, & in c. de illis. unde ſumit, de deſponſ. imp. nõ accidit ratione uel ex natura matrimonij, ſed

f Non tam ſua. Electiuè ſtat uerbum nõ comparatiuè; id eſt, non ſua ſponte, ſed coacta à parentibus. & ſic nota quòd etiam minæ parentũ inducunt iuſtũ metum, maximè in muliere, habenda tamen eſſet ratio qualitatis parentum & minarum, & de hoc habetur in ca. ex literis. de deſpõſ. impub. & in c. accedẽs. de cõuerſ. cõiug. & in c. fin. qui cle. uel uou. per Inno. in c. cauſam matrimonij. de offi. deleg. per Peruſ. in cap. primo. §. fi. de ſponſ. impub. in vj. per Legiſtas in l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non detur, & in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrim. & in l. Titia. ff. de uerb. oblig.

g Puberibus. Quid ſi impuberibus, uidetur quod omnino ſe qui debeant uoluntatem paternam: ut in capitulo primo. de deſponſa. impuber. immo dic quòd in effectu iuris non eſt differentia: ut per Abbatem in dicto capitulo primo. & quatenus ibi dicitur impuberem omnino implere debere uoluntatem paternam, intelligitur ex debito honeſtatis, non neceſſitatis.

ſi filij expreſsè conſenſerint, uel tacitè, ut ſi præſentes fuerint, nec contradixerint,[a] obligãtur: & ex eis oritur publicæ honeſtatis iuſtitia. Idem etiam obtinet ſi filij tempore ſponſaliorum abſentes, & etiam ignorantes eadẽ ſpõſalia poſt ſcientes, & prudẽtes ratificauerunt[b] tacitè,[c] uel expreſsè, aliàs ex ſponſalibus cõtractis à parentibus pro filijs, nec ipſi obligantur,[d] nec publicæ honeſtatis iuſtitia inde exoritur.[e]

Sponſalia diſſoluuntur ipſo iure, quando non habetur ratio uoluntatis contrahentium. h.d.

Diſſoluũtur[f] ſponſalia, aut ipſo iure, aut facto hominis, Ipſo iure tunc dicunt̃ ſponſalia diſſolui, ut cum nulla habita ratione uoluntatis, & conſenſus partium, ex certa ſuperueniẽte cauſa diſtrahuntur, ut ex contractu matrimonij, ſacrorum ordinum ſuſceptione, religionis ingreſſu, cognationis interuentu.

Matrimonium per uerba de præſenti contractum, tollit ſponſalia precedentia, & iuramento firmata: ſed matrimonium contractum per uerba de præſenti, non irritatur etiam ſequuta copula. h.d.

Si quis igitur eam, quæ tibi deſponſata fuerat per uerba ſibi iniunxerit de præſenti, etiam ſi inter te & ipſam ſponſalia iuramento firmata extitiſſent, dum tamen copula[g] non interuenerit, nihilominus per ſecundũ matrimonium etiã te inuito, tolluntur: licet fidem frangentibus ſalutaris ſit iniungenda pœnitentia, quãquàm ſi prius per uerba contraxiſſes de præſenti, ità ſir-

a Contradixerint. Ergo qui tacet hoc caſu conſentit, cap. qui tacet. de re. iu. quia agitur de re naturaliter appetibili.

b Ratificauerunt. Ex hoc nota quòd licet ad contrahendum matrimonium requiratur ſpecialiſſimum mandatum, tamen geſtum ſine ullo mãdato pôt ratificari, & ualet, & ſic nota generaliter quòd ſubſequens ratihabitio ſpecialiſſimo mandato equipollet: ut hic, & c. j. §. fi. de ſpõſ. impub. in vj. ubi Peruſi. & in ca. cũ quis. de ſent. excommu.

c Tacitè. Interuentu alicuius actus, ſola enim taciturnitas non ſufficeret, Peruſ. in c. j. §. fi. de deſpõſ. impub. in vj.

d Obligantur. Not. filios non eſſe in poteſtate parẽtum quo ad matrimonium, ca. fi. de iudic. in vj. ſecus de iure ciuil. l. ſicut proponis. C. de nupt. & inſtitu. eod. tit. & l. Paulus. de ſta. homi. Sed in hac materia ſtamus iuri canonico: ut not. in §. ſexto gradu. inſtit. de gradi. & cap. pe. de ſecun. nupt. Sed conſueuit quæri an pater teneatur dotare filiam quæ nupſit? in hac q. multipliciter diſtinguitur, ut per Abb. in cap. j. de deſponſ. imp. & Peruſi. in cap. j. §. fi. eod. tit. in vj.

e Exoritur. Licet hæc litera loquatur de ſponſalibus contractis per parentes, idem tamen eſt ſi per alium quemlibet: ut not. in cap. j. §. fi. de deſpon. impub.

f Diſſoluuntur. De hoc dicit uſque ad finem tit. & uide de hac materia per Hoſt. in ſumma eod. §. qualiter diſſoluantur. & cauſe ex quibus ſponſalia diſſoluuntur cõprehenduntur his uerſibus.

Crimen, diſſenſus, fuga, tempus, & ordo, ſecunda
Morbus, & affinis uox publica cũque reclamat
Quodlibet iſtorum ſpõſalia ſoluit eorum
Alij ponũt uerſus qui ſequũtur
Lepra ſuperueniẽs furor ordo, ſanguit & abſens,
Leſaq; uirginitas, membris damnum, minor ætas,
In hæreſim lapſus, fideiq; remiſſio prius
Sponſos diſſociant, & uota futura retractant.

Quorum uerſuum declaratio apparet tã ex his quæ ſequunt̃ & p̃cedunt, quã ex his quæ not. Hoſt. d. loco.

g Copula. Cuius uirtus eſt ut faciat tranſire ſponſalia per uerba de futuro contracta, in ſponſalia contracta per uerba de preſenti ut ſupra eo. §. ſub conditione. ubi not. & in c. is qui, eo. niſi tamen ſponſa de futuro fuiſſet ui præciſa, uel metu cognita, arg. not. p Inno. & per

mum maneret matrimonium, ut per ſecũdum etiam ſecuta copula tolli non poſſit. [a] Nec enim ut pactionis fidem [b] interdum frangi iura ſuſtinent, ità etiam fidem conſenſus [c] aboleri permittunt.

Per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & ingreſſum monaſterij diſſoluuntur ſponſalia, hoc dicit.

Item ex contrario. Si quis ſacris ordinibus fuerit inſignitus, aut religionem fuerit ingreſſus, pari ratione ſoluuntur ſponſalia. [d] Conſultius [e] tamen egerit, qui certã mulierem ſe ducturũ in uxorem fortè iureiurando firmauerit, ſi anteà contrahendo iuſiurãdum ſeruauerit, poſteaque nulla ſubſequente carnali copula religionem [f] ingrediatur.

Affinitas ſuperueniens dirimit ſpõſalia de futuro. h.d.

Item [g] ſi inter ſpõſum, & ſponſam affinitas ſuperueniat, utputà ſi ſponſum propinquã ſponſæ cognouiſſe, aut manifeſtũ [h] ſit, aut de hoc ſit publicè

& per Abb. in c. inſuper. qui, ma. accuſare poſſ. & per eundem Ab. & alios in c. conſultationi. eod. & concor. cum hac litera c. ſicut. & c. ſi inter. & c. is qui, eo. & c. j. & c. ſi. de ſpon. duorum cum pluribus ibi adductis.

a Non poſſit. An autem hoc habeat locum in foro poli. uide per Ab. in cap. is qui. eod. & an Papa poſſit approbare conſuetudinẽ contra id quod hic dicitur, u de per eũdem in capit. ſi. de ſponſ. duorum.

b Fidem pactionis. Id eſt, ſponſalia de futuro facta per pactũ. omnis enim pactio quantumuis ſimplex fides poteſt appellari. hinc ueniens contra promiſſionem dicitur uenire contra fidẽ l. j. ff. de pact. l. j. ff. de conſtitu. pecu. & promiſſio appellat̃ fides religionis inſtar. quia ſicut in religione credimus quod non uidemus, ita in promiſſione crẽdo te facturum quod promiſiſti, licet non uideam. Vnde Tullius fides à fiẽdo dicitur, id eſt, quod fieri debeat quod eſt promiſſum, uel ſecundum Abb. in capit. j. de fideiuſ. à duorum firmitate.

c Fidem conſenſus. Id eſt, matrimmonium contractum per uerba de præſenti.

d Sponſalia. Hoc uerbum diuerſimode terminatur: nam in quãtum reſpicit religionis ingreſſum, poteſt intelligi non ſolum de ſponſalibus de futuro, ſed etiam de præſenti: ut habetur in cap. ex publico. de conuerſ. coniug. & ita poteſt procedere quod dicitur de Machario in cap. ſcripſit. §. ecce. xxvij. q. ij. & facit cap. commiſſum. eod. Sed in quãtum reſpicit ſacrorum ordinum ſuſceptionem intelligitur ſolum de ſponſalibus de futuro, ut not. in capit. j. de uo. & uot. redempt. in vj. per extrauag. Io. quæ incipit Altercationis antiquæ. & habetur in cap. ex parte ſecundo. de conuerſ. coniug. diuerſitatem inducit religionis fauor: & quia religioſi & profeſſi ſunt mortui mundo, xvj. quæſt. j. ca. placuit. & latè not. in d. c. j. & alia eſt cã monachi, alia clerici xvj. q. j. capit. alia, facit pro diuerſitate: quia ſi aliter diceremus non eſſet æqualitas inter mares & fœminas: quia uiri duplici remedio poſſent matrimoniũ impedire, & ſponſalia diſſoluere, ſcilicet per ingreſſum religionis & ſuſceptionem ordinum; fœminæ ſolo religiõis ingreſſu, cum ſacrorum ordinum nõ ſint capaces.

e Conſultius. c. commiſſum: eo. & põdera hoc uerbum quod importat conſilium, unde quod hic dicitur non eſt poſitum in neceſſitate, & conſilium eo tendit ne is qui ſponſalia cõtraxit notetur de periurio uulgi opinione, unde ſine peccato potuiſſet religionem intrare, & non contrahere, alij tamen aliter: ut latè in d. c. cõmiſſum.

f Religionem. Scilicet approbatam, & in qua promittantur tria uota, nec enim ſufficeret ſi fieret de tertio ordine, uel ſi mulier eſſet, ſi fieret mantellata: ut per Ab. in cap. ex parte. de conuer. coniu.

g Item ſi. Concor. cum hoc cap. ij. de conſangui. & affini. & cap. ueniens, primo & ſecundo. & cap. ex literis. de eo qui cogno. conſang. uxo. cap. præterea. eo.

h Manifeſtum ſit. Quidã exponunt ita quòd notorium quaſi non ſufficiat impedimentum manifeſtum; ut not. in capit. ij. de conſang. & affinit. ſed malè ut ibidem per Abb. nam cum manifeſtum in plus ſe habeat quàm fama: ut not. in cap. ueſtra. de cohab. mul. & cle. & famæ

per

diffamatus, [a] aut ſpiritualis inter eos cognatio [b] interceſſerit, diſſoluentur inter eos ſponſalia, nec ad matrimonium perueniri poterit. [c]

Ponit quo facto hominis ſponſalia diſſoluantur.h.d.

Facto hominis [d] diſſoluuntur ſponſalia, uel contrario utriuſque contrahentis conſenſu, uel cum legitima emergente cauſa, diſſolutio alterius tantum uoluntati permittitur, ueluti ex fornicatione, abſentia, mēbrorum amiſsione, incurabilis morbi interuentu.

Sponſalia diſſoluuntur cōtrario conſenſu, nec pœne appoſitio ſponſalibus appoſita aliquid operatur.h.d.

Si cōtrahentes igitur uel ſe ſe inuicem liberent, [e] uel impubes contrahens adueniente pubertate, ratū nolit [f] habere matrimonium, diſſoluentur ſponſalia, nec aliquid proderit, ꝙ ſub certa pœna contracta fuerint. Cū enim libera matrimonia eſſe deceat, pœnarum inanis omnis eſt adiectio. [g]

Ob fornicationē poſt ſponſalia etiam iuramento firmata commiſſa, poteſt quis licitè reſilire, & id quod coniunctos diſiungit, multò magis impedit coniungendos.h.d.

Vnius quoque tantum diſſenſu etiam iurati ſoluuntur interdum ſponſalia, ueluti ſi quis aliquā ſe ī uxorem ducturum iurauerit, & ea poſtmodum fornicata [h] fuerit: nā

pęr ſe ſufficit, ut hic, & d.capit.ij.ergo multo magis manifeſtum.

a Diffamatus. Nota quòd ſola fama probat impedimentum matrimonij, & licet hic habeatur ſolum de fama circa affinitatem, idem tamen dicendum eſt de quolibet alio impedimento, cum ſit eadem ratio, cap cum dilecta.de confir.util. uel inutil. rō eſt: quia agit de modico præiudicio cum ſit de futuro matrimonio, uel id ob periculū animæ: ut latè per Ab. in c.ij.de conſangui.& affini.

b Cognatio.ca.ueniens. de ſpiri. cognat.

c Poterit. In tantum quòd ille qui allegat hoc impedimentū affinitatis nō poſſit repelli, quaſi allegās propriam turpitudinem, cum illa regula non militet hoc caſu ob periculum animę, ca.præterea.ij.eo, & per Ab. in cap. ij.de conſanguin. & affi.

d Facto hominis. Sed non ne in ſuperioribus caſibus facto hominis diſſoluuntur ſponſalia, ut cum quis aliam ducit per uerba de præſenti, uel religionem ingreditur, uel ordines ſuſcipit, uidetur ergo quòd hæc ſectio non ſit uera? Reſpondeo quòd diuerſimodè interuenit: nam in ſuperioribus caſibus eſt cauſa remota factum hominis diſſoluendi: quia ius diſſoluit, etiam ꝙ homo nolit, hic contra: nam ſi nolint partes diſſoluere in caſibus ſequentibus ſponſalia nō diſſoluuntur, cum diſſoluitur igitur in caſibus ſequentibus diſſoluūtur mero hominis facto, id eſt, uoluntate, & ſic cauſa diſſolutionis propinqua eſt in homine: ſecus in ſuperioribus caſibus, in quibus cauſa propinqua eſt iuris diſpoſitio, etiam ſi homo nolit.

e Liberent. Quod poſſunt & ſi ſponſalia ſint iurata. Nam iuramentum præſtitum ad cōmodum hominis, poteſt ab homine remitti ad cuius cōmodum iuratum fuit: ut per Ab. in c.ij.eo.& per Moder.in ca.j.de iure iu. quod intellige ante incurſum periurium, non poſtea, Bald. in Auc. qđ eis.C. de ſec. nupt.

f Nolit. Vt in c. de illis.de deſponſa.impub.

g Adiectio.l.Titia.ff. de uerb. obli. c.Gemma. de ſponſ. Nūquid autem & quādo poſſit artha interuenire, & quando pignus, & an peti poſſit intereſſe, ui de latè in d.capit. Gemma. & d.l.Titia. Solum illud hic nota quòd ſi extraneus promittit ſub pęna quòd Titia cōtrahet cū Sempronio, quo caſu ualet pęnæ appoſitio, ſi facit quātum in eo eſt, non incurrit pœnam. difficultas enim impedit commiſſionem pœnæ.l.ſi uehēda in ſi.ff ad leg.Rhod. l.ij.ß.ſi quis cauę, & per Ab.in d.cap.Gemma. quod & in alijs contractibus locum habet.fac. not.in c.delegantibus. de offi. delega.& in ca. ſicut.eod.

h Fornicata fuerit. Sed quid ſi per uiolentiam opprimatur ſponſa de futuro? Reſpondeo uidetur quòd nihilominus teneatur cum ea contrahere: argum. xxxij.quæſt.v.cap.reuera.& l.ſi uxor.§.ſi quis planè.ff.de adul. ſed nō eſt uerum, xxvij.quæſt.ij.cap.raptor.& capit.

licet eidem fornicationem non poſsit opponere præcedentem, [a] ob ſubſequentem tamen poterit eādem in coniugem non ducere, quia illi iuramento talis ineſt cōditio, [b] ſi illa contra regulā deſponſationis nō uenerit, alioqui ſi poſt huiuſmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eám in uxorē ducere, quod eſt prorſus abſurdū. [c] Nam ſi poſt contractum coniugium, uir propter fornicationē licitè poteſt à ſua cohabitatione recedere, longè fortius [d] ante coniugium celebratum ſponſus ſponſam [e] poterit non admittere.

Carnalis, & ſpiritualis fornicatio æquiparantur.h.d.

Idem [f] erit ſi ſponſus uel ſponſa idolatrando, uel hæreſim ſequendo in ſpiritualem fornicationem inciderit. [g]

Si ſponſi contrahant ſe ad remotas regiones ſponſæ poſſunt ſe ad aliorum nuptias cōferre recepta ſi peſeraucrint pœnitentia.h.d.

Sed & ſi qui præſtito iuramento promittant aliquas ſe mulic-

ſequen.& xxxij.quæſtioue quinta capit. ſinge. & capit.ille. & ita ſine culpa quis punitur, licet non ſine cauſa, & per hac determinatione ſecundum Ab.in capit.quemadmodum. de iureiu. facit ratio: quia non eſt cogendus quis contrahere bigamiam: ſecus tamē ſi fuiſſet ſponſa de præſenti.

a Præcedētem. Argum.quòd cōtrahens non poſſit allegare debitorem ſuſpectum propter paupertatem præcedentē, ſeu mores præcedentes, fac.l.ſi creditores. de priuil. credi.l. fina.C.de ſponſal. ubi Bart. & per Ab. & alios in cap.quēadmodum.de iureiu.Itē arg. ſecūdū Hoſt. non poſſe prælatum repelli prætextu criminis p̄cedentis promotionem ſuam, de quo in cap. præterea. de teſtib. cogend. & in cap.ſi. de purg. cano. Et quod dicitur hic quòd non poſſet dimittere, amplia quòd non poſſet etiā illam accuſare.l.ſi uxor.§.ſi quis uxorem,& §. ſi.ff.de adult. & l.propter uiolatam.C.eo.tit. tarde enim quis accuſat mores quos ſemel probauit, facit xxxij.quæſt.v.cap. horrendus. niſi ex ſuperuenienti cauſa, c.accepimus.de ætat.& qualita.c.inſinuante.de offi.deleg. & iiij.q.ij. §.ſi quis teſtibus.

b Conditio. Nota quòd ſubintelligunē conditiones in iuramentis. fac.c uenientes.c.peruenit.c.ſicut.c.breui,& c.Quinrauallis de iure iu.& xxij.q.ij c.ne quis.& l.cum quis.ff.de ſolu.& l.quæro.§. inter locatorem.ff.locat.l.indubitati C.de non nume. pecu.& l.ſtipulationem.C.de iu. doti.l.ſi libertus.ff.de oper. libert.& l.j.§.quæ onerandæ.ff.quar.re. act.non detur, ſed hoc non intelligitur de ſpecialibus conditionibus.l.ſi repetendi.C. de cond. ob. tur.cau.& xxxij.q.ultima capit.ſi.in ſi. niſi ubi lex aliquid præſumeret tacitè inter contrahentes agi: quia tunc id habetur pro expreſſo l.cū quid.ff.ſi cer.pet & l.triticum.ff.de uerb. obli. Et hæc uera in iuramentis. promiſſorijs: ſecus in aſſertorijs: nā in his nulla conditio intelligitur, & de his in cap.ſi. xxxij.q.ultima & facit l. ſi mulier. C.de iu. dot. Nō tamē quia in promiſſorio iuramento quædam conditiones intelliguntur, ideò cōditionale poterit appellari.l.conditiones.ff.de cond. & dem.

c Abſurdum. Ideò non dicendum l. nam abſurdum .ff.de oper. libert.

d Fortius. Nam cui damus actionem multo magis exceptionē, ff. de re. iu. l.inuitus.§. cui damus, & ff. de ſuperfic. l.j.§. planè. facit capit.quemadmodum. de iureiu. unde ſumitur.

e Sponſam. Nam & ſponſus poteſt ſponſam accuſare de adulterio, quaſi matrimonio iam initiato: arg.l.propter.C.de adult. niſi in caſu.l.miles.§.quærebatur.ff.de adult.& quia facta eſt ei iniuria l.item apud.§. ſponſum.ff.de iniu.nam nec matrimonium nec ſpecies matrimonij uiolare permiſſum eſt l.ſi uxor. §.diuus.ff de adult.

f Idem erit. Tranſit de fornicatione carnali ad ſpiritualem.

g Inciderit. ut cap. non ſolum, & cap.Iam nunc.xxviij.quæſtione prima. & hoc intellige de ſimplicibus ſponſalibus: ut & per Ioan. And. in tract. de ſponſal. ante, ſi. quid autem in ipſo matrimonio habetur in cap. quanto.de diuort.& dicetur infra. de diuort.§.multum autem.

res ducturos, poſtea que illis non cognitis, procul [a] recedētes ad aliàs partes ſe trāſferant, liberum [b] erit mulieribus ad alia migrare [c] uota, recepta tamen de periurio, [d] ſi fortè iuramentum præſtiterint, pœnitentia, ſi per eas ſteterit, [e] quo minus fuerit matrimonium conſumatum.

Lepræ uel ſimilis morbus ſponſalia dirimit, licet non dirimat matrimonium hoc dicit.

Item ſi ſponſus, [f] aut ſponſa leproſus fiat, uel leproſa, paraliticus, uel paralitica, aut naſum, uel oculos amittat, aut q̄d ſibi turpius eueniat, ad conſumandam maritalem copulam cōpelli non debent: [g] licet iam contractū matrimonium [h] ſuperueniens lepra, uel alius morbus nō dirimat. [i]

DE NVPTIIS. XI

Ponit ſubordinationē̄ præſentis Tituli ad præcedentiā, & ſequentia. h.d.

EXpoſuimus hactenꝰ q̄d eſſet matrimonium, quaue ratione inter ſacramenta reponatꝰ, admonentes illud initiati ſpōſa-

a Procul. Sed quādo dicentur procul receſſiſſe? Reſpondeo ſtabitur conſuetudini & communi reputationi: ut not. per Glo. Goff. Ab. & alios in c.nihil. d elect.

b Liberum. Immo tenentur expectare per tres menſes, l.ij. C.de repud. & quidam hoc admittunt, alij quòd illud ſecundum leges: ſecus ſecūdū canones: ut not. in ca.de illis.eod. unde ſumitur. & ex hoc quod dicit liberum, collige quòd non tenetur alicuius expectare licentiam: aliàs nō eſſet liberum: ut not. Abb. in d. loco, & in ſponſa de futuro non de præſenti, capit. in præſentia. & cap. dominus noſter. de ſecundis nupt.

c Migrare. Et ſic non tenentur ſequi ſponſos uagabundos, l.ij.C. de repud. Sed quid de uxore? Reſpondeo, aut ſciebat maritū uagabundum tempore contractus, & tenetur ſequi. xiij.q.ij.cap.unamquæque. ubi de hoc not. aut ignorabat, uel ex poſt facto eſt factus uagabundus, & non tenetur ſequi. Abb.in capit.de illis. eo. Bart. in l.Mæuia.§.fi.ff.d.ann. legat. Doct.in l.ſi cum dotem.§.maritus.ff.ſolu. matri. ſi tamen mutaret domicilium etiam ſine cauſa tenetur eum ſequi.de hoc not.in capit.j. de coniug. leproſo.

d De periurio. Nota quòd periurium non impedit contractum matrimonij, ex quo generaliter infertur quòd actus ſpiritualis geſtus non eſt nullus ipſo iure, licet de periurio ſit iniungenda pœnitentia. facit c.ſicut.& c.de illis.eod.hoc tamen uidetur contra Inno.in c.dilecto.de præben.uide per Io. And.in c.quod ſemel.de re.iur.in vj.in Mercuriali.

e Steterit. Sed ſi per eas ſtetit quare dat eccleſia licentiam cōtrahendi? Reſp. ne deterius contingat ob periculum fornicationis. Simile in c.ueniens.qui cle.uel uo. ſed ſi certum eſſet per eas non ſtetiſſe, non imputaretur eis periurium, cap ſicut. eo. in dubio tamē ad cautelam eſſet imponenda pœnitentia, cap. de illis.eo.

f Si ſponſus. Cōcor.cap.fi. de coniug leproſ. & cap. quemadmodum. de iureiu.

g Non debent. Arg. quòd ea quæ de nouo emergūt, nouo indigēt auxilio l. de ætate.§.ex cauſa .ff. de interrog. actio l. ſi mulier in iure.ff.ad Velleia l. j.ff.de uent. in ſpi. cap.inſinuante. de offi.deleg.

h Contractū matrimonium. Etiā quòd non ſit ſecuta copula, c.quēadmodum. de iureiu. licet contrarium uideatur innuere in cap.fi.de coniug. leproſ. ſed reſpondeo ut ibi per Abb.

i Dirimat. Parcitur tamen non leproſo ut nō debeat indeſinenter ad lectum compelli, ſed ſufficit ſi leproſus ſuo debito non fraudetur: ut not. in cap. j.de coniug. leproſ. & xxxij.q.ij. cap.ſi uxorem. Et not. regulam quòd nulla infirmitas quātūcunque grauis præſtat facultatem matrimonij diſſoluēdi, etiam quo ad thorum & mutuam ſeruitutem, fac.capit.ij.& per tot.de coniug.lepros.& capitulo hi qui, & cap. hi uerò xxxij.q.vij. Ethicus tamen, uel alia ægritudine detentus, non tenetur uxori reddere debitum, cum non poſſit niſi cum periculo uitæ: nam ordinata charitas incipit à ſeipſo, cap.niſi.de auto.& uſu pal. capitulo non ſatis diſt.lxx.

libus, conſenſu ratificari, & copula conſumari.[a] Sed cum proximè de ſponſalibus, tanquàm[b] de principio tractatum habuerimus, reliquum nūc eſt, ut de conſenſu & copula, quibus ſubſtantia,[c] & perfectio[d] matrimonij contine tur diſſeramus. Quid impediat nuptias contrahi, uel contractas dirimat cum cæteris quæ tractatui adiacēt recenſentes.

Nuptiæ conſenſu partium contrahuntur, nec ſufficit conſenſus parentum. h. d.

Nuptias igitur ſiue matrimoniū inter ſe contrahunt, uiri puberes, & mulieres uiripotentes, ſimulatque in ſe inuicem conſenſerunt.[e] Vbi[f] enim nō eſt utriuſque conſenſus, non poteſt eſſe matrimonium: ideoq; ſi ex altera parte pater puellæ tantū conſenſerit, ex alterā, qui ſe cupit maritū fieri, nihil agitur,[g] quāquam honeſte[h] faciant filij, ſi paternæ uolūtati minimè reluctentur.

Pubertas extimatur non tàm annis, quàm corporis habitu: & minores quatuordecim annis non poſſunt contrahere matrimonium, niſi pro bono pacis & ex neceſſitate hoc dicit.

Sed qui ſint puberes uideamus, & quidam ex annis tantum pubertatem iudicandam aſſerūt, eum eſſe puberem rati, qui quatuordecim annos impleuerit, & uiripotentem quæ duodecim, quāuis tardiſsimè puberſcant.[i] Præualuit tamen opinio exiſtimātium ex habitu corporis pubertatem debere cenſeri, atq; eos qui generare poſsint, etiā ſi minores annis ſint, in propoſito puberes reputari.[k] Itaq; ſi malitia ætatem ſuppleat etiam minores[l]

DE NVPTIIS.

a Conſumari. Vt ſupra de ſacramen. matri. per tot.

b Tanquam. Veritatē hic denotat, ſicut & uerbum quaſi, in l. j. ff. de tranſactio.

c Subſtantia. Referas ad conſenſum.

d Perfectio. Referas ad copulam.

e Conſenſerūt. Exprimendo ipſum cōſenſum uerbis, ut infra eo. §. licet. & no. de hoc in ca. ſufficit. cum ſeq. xxvij. q. ij.

f Vbi &c. Cōcor. ca. ij. xxx. q. ij. & c. j. de deſponſ. impub.

g Nihil agitur. Secus eſt in ſponſalibus capit. j. de deſp. impub. & in. cap. j. eod. in vj.

h Honeſte. Hoc quod de iure canonico, eſt honeſtatis, ob paternā reuerentiam, de iure ciuili erat neceſſitatis: ut inſti. de nup. in princ. l. ij. C. eo. tit. Sed an ſi filia nubat ſine cōſenſu patris ita dicatur ingratitudinis incurrere uitium. ut ex hoc poſsit à patre exheredari, & an teneatur pater illā dotare? de hoc p Ab. in cap. j. de deſponſ. impub. per Bart. & cęteros in l. ij. §. quod ſi ī patris. ff. ſolu. matri. Archi. in cap. de raptoribus. xxvj. q. j. Io. And. Ant. Imol. & cæteri in c. accedens. de procurat. quod ſatis admitti poteſt, ſi & primo & indigno nupſerit, alioqui conſtitutio de honeſtate loquēns, ut facit hæc litera, regulariter contrafacientes non ligat, Ab. in c. j. de uita & honeſta. cleri.

i Pubeſcant. c. puberes. de deſpon. impuber. xx. q. j. c. illud. c. ad noſtram. de regular.

k Reputari. Dū tamē adeò ſint capaces quòd matrimonij uires aguoſcant, cum matrimonij ſubſtantia in conſenſu conſiſtat, ut ſupra. eo. in princ. & §. j. & capit. cum locum. de ſponſali. & per Abb. in cap. de illis. ij. de deſponſ. impub. unde fortè puer ille ix. annorū, qui (ut refert Grego. in dialago & Gloſ. xx. quæſt. j. ī ſumma, & Ab. in ca. puberes. de deſponſ. impub.) reddidit nutricē prægnantem, ſi non fuiſſet capax matrimonij non potuiſſet contrahere, ſicut nec furioſus, l. patre. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur.

l Minores. Quid ſi apparet maiorē xiiij. non poſſe generare? & contrahat, nunquid matrimoniū teneat? quidam quòd nō: quia non eſt pubes ut hic. & cap. puberes. ubi latè not. de deſponſat. impub. Contrarium tenetur communiter ex quo enim eſt ætatis legitimæ ad matrimonium, nec apparet de impedimento perpetuo, tenet matrimonium, capit. laudabilē. de frig. & ma. debet igitur expectari uſq;

ad

ea ætate coniungi poſſunt. Idem ſi fortè urgentiſsima neceſsitas interueniat: utpotè, quòd pro bono pacis [a] talium cõiunctio ſit toleranda.

Quantum ad Eccleſiã etiã uerba ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium, ac muti & ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere.h.d.

Licet autem per ſolum legitimum uiri & mulieris conſenſum matrimonium contrahatur, attamen quantum ad Eccleſiam uerba præſentem cõſenſum exprimentia ſunt neceſſaria, [b] ſi contrahentes loqui poterũt. Muti uerò, & ſurdi qui loqui nõ poſſunt, & exaudire, ſi contrahere uelint, & quod uerbis oſtendere nequiuerint, ſignis declarauerint, procul dubio legitimas nuptias contrahent. [c]

Ponit quaſdam uerborum conceptiones aptas ad matrimonium cõtrahendum.h.d.

Verba autẽ ad hoc apta ſunt, uerbi gratia. *Ego te in meã uxorem accipio: & ego te accipio in meum maritum:* uel *promitto quòd te ab hoc tempore pro coniuge tenebo,* [d] *& tibi ſicuti uxori meæ fidẽ ſeruabo:* & contra, *Promitto me te pro marito habituram, & tibi tanquàm uiro proprio fidẽ ſeruaturam:* uel ſimilia conſenſum de præſenti exprimentia.

Verba prolata in contrahendo matrimonio ſunt accipienda ſecundum communem intelligentiam.h.d.

Inde quærit, ſi alter coniugũ ita loquutus fuerit, ut quod propo

ad plenam pubertatem, id eſt, uſque ad xvij. ann. illa enim eſt plena pubertas.l.item Mela ff.de alim.& cib.lega.§.arrogator. inſtit. de adopt. quòd ſi non generaret tunc poſſet inſtari pro diſſolutione cum præſumatur impedimentũ perpetuũ: & hæc opi. eſt æquior, licet præcedens ſi forte uerior.

a Pacis. Nota ꝙ pro bono pacis admittẽdum eſt qđ aliàs prohiberetur, concor.capit. ij.de deſponſ.impube.& iij.quæſt. vj.cap. hoc quippe. & xxix diſt. per tot. unde uerſus

Vt pax ſeruetur moderamen iuris habetur.

b Neceſſaria. Quo ad probationem: ut not.xxvij. q.ij.cap.ſufficit, & quo ad eccleſiam, ut hic ſubditur, nõ autem ad ſubſtantificandum actum, ut apparet hic in fi. dum loquitur de muto: ergo ſi aliter appareat de conſenſu, non curamus de modo dum habeamus effectum. facit cap.cũ apud. eo. ubi dicitur quòd ſufficit conſenſus, illud enim dicitur ſufficere quo poſito nihil aliud requiritur ad ſubſtantiam: not. in cap.ſtatutũ. de reſcriptis. in vj. Item matrimonium eſt de iure diuino, capit.j.de uot.in vj.quo iure non eſt diſtinctio, & ualentem loqui merito &c. & quòd non ſint neceſſaria uerba neceſſitate præciſa, tenet Hoſt. & Abb. in capit. tuæ. de ſponſ.contra Innoc. & idem Abb. in capit.eccleſia ueſtra. de electio. ubi etiam ponit qui nam ſint actus de quarum ſubſtantia ſunt uerba.

c Contrahent. Sed quid dicemus de eo qui eſt mutus & ſurdus & cæcus ſimul, & uidetur poſſe contrahere, cum poſſit mulierem carnaliter cognoſcere. Item quia habet naturalem rationem. In contrarium tamen facit, quòd nunquam uidit uel audiuit matrimonium contrahi, cum igitur ignoret non uidet poſſe conſentire, reſpondeo ſi poteſt aliquo pacto conſentire ꝙ diſcretus iudex forte ex aliquibus geſtis & ſignis poterit colligere, poterit cõtrahere: aliàs ſecus, in dubio tamen conſulendus erit ſuperior, ut ꝑ Ab. poſt Hoſt. in capitulo cum apud. eod.

d Tenebo. Immo uidetur dicendum quòd hæc & ſimilia uerba non ſint idonea ad matrimonium, cum reſpiciant tempus futurum, & hoc uidentur firmare Bart. Laud. & Magiſter ſententiarum in quarto diſtinct. xxvij. ut per Archid. xxx. quæſtione quinta §. ſi quis diuinus. poſt Gloſ. & per Abb.in capit.ex parte, eod. Contra tenetur communiter. pro cuius rei intelligentia ſciendum eſt quòd ſi uerba futuri temporis denotant principium actus, quòd in dubio ſolum ſponſalia contrahuntur de futuro. ut ſi dicam promitto quòd te ducam in uxorem. ſed ſi uerba futura reſpiciunt matrimonij executionem, ut ſi dicam promit-

ro quòd te habebo pro legitima coniuge uel uxore, tunc hæc uerba important matrimonium, nec enim aliqua pro legitima uxore teneri & haberi poteſt, niſi præcedat matrimonium. Abb. in cap. iurauit. de probat. Sed quid ſi ſic dictum fuerit. Non habebo aliam uxorem niſi te, nunquid per hæc uerba ſic concepta ſit cum muliere contractum matrimoniũ? Reſpon. ut per Ab. in d cap ex parte. Quid ſi dicatur placet mihi te habere in uxorem, uel uolo te habere in uxorem, uide per Abb. in c. ex literis. eodem.

a Prętextu. Quia dicat ſe non intellexiſſe uerba prolata à parte. fac. c. ex literis. eod.

ſitum eſt, altera pars non intellexiſſe ſe affirmet, quid agẽdum ſit, tali prætextu[a] cauſę diſsidij[b] quærãtur? in qua ſpecie ſi matrimoniũ cõtracturi iudicio, & ætate[c] ſint idonei, ſi alter quod alter propoſuit non intellexerit,[d] ſtatutũ eſt ad communẽ[e] uerbi intelligentiam[f] eſſe recurrendũ, cogendiq; erũt ambo uerba prolata in cũ ſenſum accipere, quem ſolent rectè intelligentibus[g] generare.

Serui poſſunt etiam inuitis dominis contrahere matrimonium, dum tamen dominos non fraudent debitis obſequijs hoc dicit.

Illud quoq; explorati iuris eſt, quòd matrimonia inter ſe contrahunt, non ſolum liberi homines, uerum etiam ſerui.[h] Sicut enim neque liber, neque ſeruus eſt ab

b Diſsidij. Id eſt, matrimonij nõ cõtrahẽdi.

c Aetate. Ideſt, xiiij. annorum in maſculo, in muliere. xij. ut ſupra. eod. §. j. & c. continebatur. & c. atteſtationes. de ſpon. impub. niſi malitia ſuppleat ætatem. c. de illis. & c. fin. de deſpon. impub. & d. §. j. ſupra eod. & nota quòd duo requiruntur ad ualiditatem matrimonij ſcientia & ætas.

d Non intellexerit. Id eſt, non intellexiſſe ſe dicat, ſiue contrahatur matrimonium inter eos qui erant eiuſdem linguæ, ſiue per interpretem, cum & per interpretem matrimoniũ poſſit contrahi: ut not. in capitulo ex literis. eodem.

e Communẽ. Not. ergo quòd uerba ſimpliciter prolata debent intelligi non ſecundum opin. ſingularium, ſed communem, ad quod faci. not. per Bartol. in l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. & per Abbatem in capitulo ex literis. eo. Item argum. quòd iudex in deciſionibus cauſarum debeat ſequi communes doctrinas. & fac. pro hoc quod hic dicitur. capitul. intelligentia. de uerbor. ſignific. & lex non aliter ff. de lega. tertio. & capitulũ retulerunt. de conſecration. diſtinct. iiij. & l. proſpexit. ff. qui & à quib. quia non ex opin. ſingulorum, ſed ex communi uſu nomina ſunt intelligenda, d. l. Labeo. & l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de lega. j. & cap. ad audientiam. de deci. l. cum quidam. C. de uerb. ſignific. c. in calice. de conſecrat. diſtinctione quarta.

f Intelligentiã. Aliud tamen ſtatuitur ſi ambiguitas incidat in iudicijs, aliud ſi in contractibus, ut latè no. in d. capitulo ex literis. & in lege quoties in ſtipulationibus. ff. de uerb. obligat.

g Intelligentibus. Et ſecundum Abbatẽ. fac. hoc contra eos, qui poſt perfectum contractam dicunt ſe non percepiſſe uim uerborum per notarium prolatorum. habẽt enim uerba uim ſecundum iuris diſpoſitionem, nec excuſat contrahentes iuris ignorantia. Poteſt etiam intelligi quod hic dicitur, quando alter propoſuit uerba ſophiſtica. Puta. *Promitto te tenere pro mea coniuge donec terra cooperiet oculos meos.* Nec enim ſufficit, ad diſſoluendum matrimoniũ quoad terram ſuis oculis ſuperponat, nam illam uerba à rectè intelligentibus accipiuntur pro morte naturali, niſi adeò appareret de dolo ꝓferentis, quòd ſit clarum de diſſenſu: ut per Alexan. conſi. clij. uolum. quinto. fac. quod dicit Innoc. in ca. ueniens. de iureiuran. ubi ait, quòd in foro poli iuramẽtum recipit interpretationem ſecundum intentionem iurantis: ſecus in foro fori. fac. c. tua nos. eod. & quod ponit Abb. in ca. ex literis. eod. ante finem.

h Serui. Et in hoc ius canonicum diſſidet à iure ciuili, quo iure ſerui non contrahunt matrimonia, ſed conturbernia, inſtit. de nupt. in princip. No. igitur quòd ſerui iure canonicum approbantur ut hic, & in capit. primo. & ꝑ tot. de coniug. ſeruo. & hoc procedit non ſolum in perſonis infideliũ, ſed etiã Chriſtianorum:

norum: nam ſi fidelis in iuſto bello ab alio fideli capiatur, mero iure capientis ſeruus efficitur, licet cõſuetudo generalis Chriſtianorum hoc non uideatur ſeruare: ut per Abb. in cap. j. de conuerſ. in fid. Immo quandoque per ſolam Iuris Canonici diſpoſitionẽ inducitur ſeruitus: ut in cap. ita quorundam. de iudæ.

a Alijs ſacramẽtis. Scilicet quæ recipientis cauſa cõferuntur, non autem ſi conferũtur gratia aliorum, ut & eſt ordo: quia tali ſacramento ſerui remouẽtur ut ſupra qui prom. nõ poſſ. & not. in cap. j. de cõiug. ſeruo.

b Remouendus. §. hinc uobis. ĩ auth. de monach.

c Inter ſeruos. Nec etiam inter liberum, & ancillã ſi contrahere uoluerint ſcienter, ut xxix. q. ij. c. ſi quis ingenuus. & ca. ij. de coniug. ſeruo. & infra. §. ſequen.

d Diſſoluenda. fac. l. poſſeſſionum. C. com. utri. iudi. partus tamen penes dominum ancillæ remanebit. l. & ſeruorum. ff. de ſta. homi. licet quidam contra: ut per Abb. in c. j. de coniug. ſeruo. Sed prima receptior.

e Obſequijs. Etiam ſi uxor debitum peteret & concurreret cum domino iubente: quia obtemperãdum eſt domino ſecundum quoſdam. Alij tamen contra, dic ut per Abb. ca. j. de coniug. ſeruo.

f Conditionis. Et ſic matrimonium nullum fuit, ſi erat ancilla quam credebat liberam: ut xxix. q. ij. per tot. & infra tit. proxi. in princ.

g Nec poſt. Nihil enim refert ſi ante, nam copula carnalis non firmat matrimonium: imputandum eſt enim ei qui non detexit ſtatum & conditionem perſonæ ſuæ. fac. l. ij. C. ſi ſer. uel lib. ad decur. aſpi. ubi punitur quis ingerendo ſe actui quem exercere non poteſt non detegendo qualitatem perſonæ ſuæ, uide de hoc quod not. in c. ſciſcitatus. de reſcrip.

h Veræ cognitionis. Non enim cuilibet referenti credere tenetur: arg. xxxiij. q. iiij. c. quàm magnum. & l. ij. ff. quod fal. tut. anto. & titubãs pro ignorante reputabitur. l. fi. C. de cond. indeb. l. iij. §. is qui. ff. de lib. hom. exhib. c. dominus. de ſecundis nupti. Vnde ſi quis habet cõſciẽtiam ſeruitutis ex diſcreta & probabili cauſa, tunc ſibi præiudicat copula carnalis ſubſequens: ſecus ſi ex leui & indiſcreta: ar. c. inquiſitioni. de ſent. excom. & not. in c. ij. de coniug. ſeruo. An aũt uiro ſtatus quæſtionem mouente poſſit mulier pendẽte lite debitum exigere? plenè no. in d. c. ij.

i Facto. Per qđ cognoſci potuerit coniugalis affectus: ut not. ſupra titul. proxi. §. non tamen. Sed immo uidetur quòd uerba ſint neceſſaria. c. tuæ. eod. & ſupra eod. §. licet. Sol. ut ibi not. & ut not. in ca. fi. de coniug. ſer. Item nota quòd matrimonium ab initio nullum tractu temporis confirmatur, fac. cap. literas. & c. acceſſit. de deſpon. impub. & c. ij. de coniu. ſeruo. Sed contra. fac. l. obligationum. §. ferè. ff. de act. & obli. Sol. non eſt ſolum tempus quod ualidat matrimonium, ſed conſenſus expreſſus uel tacitus, ut hic apparet. Sed pone quòd aliquis contraxit cum ancilla ignoranter, & dominus poſteà illam manumittat uiro ignorante, nunquid eſt matrimonium? reſpõ. non: quia adhuc commiſcetur ei ex priori cõſenſu qui fuit nullus: arg. l. quanuis. C. ad Velleia. & l. ſi mulier. eo. tit. & l. iij. §. ſcio. de minori. & not. in c. fi. de coniug. ſer.

k Non denegetur. Et detectæ ancillæ quod putatiuè marito pro dote dederit erit reſtituẽdum:

alijs [a] ſacramentis Eccleſiæ remouendus, [b] ità nec inter ſeruos [c] matrimonia prohiberi debent: ideoq; quãquam contradicentibus dominis, & inuitis contracta fuerint, nulla ratione propterea ſunt diſſoluenda. [d] Serui tamen qui cõtraxerint proprios dominos debitis, & conſuetis obſequijs [e] minimè fraudare debẽt.

Si unus coniugum comperiatur poſt cõtractum matrimonium ſeruilis conditionis, poteſt diſſolui matrimonium niſi poſt talem cognitionem fuerit renouatus conſenſus, uel ſequuta copula. Et liberi ſunt ex libero uentre nati, niſi aliud inducat lex, & mos regionis. h. d.

Si quis tamen, uel ſi qua inſciens eum, uel eam ſumpſerit in coniugem, quam uel quem poſteà ſeruilis compertum ſit eſſe cõditionis, [f] nec poſt [g] diem ueræ cognitionis [h] habitæ ſe inuicẽ cognouerint, aut aliter facto [i] inuicem in ſe conſenſerint, ità ſeparari poterunt, ut uterque libera cum alijs contrahendi facultas non denegetur. [k] Liberi autem ſunt qui

ſunt ex libero uentre ia nati, niſi quis patris conditionem ſecundum leges, [b] & conſuetudinem prouinciæ ſequatur.

Error in perſona impedit matrimonium.h. d.

Multò magis [c] matrimonium inualidatur, cum quis in perſona [d] errauerit, utputà ſi exiſtimans ſe cũ Gẽma contrahere, cum Berta contrahat.

Si alter contrahentium utitur uerbis dubijs animo decipiendi mulierem, & eã poſtmodum carnaliter cognoſcit, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali, ſecus in pœnitentiali.h. d.

De eo quæſitũ eſt, qui cum nõ aliter mulierem, ut ſibi carnaliter commiſceret perducere [e] poſſet, quàm ſi eandem deſponſaſſet, proprium mentitus nomen illam per hæc uerba deſponſauit: *Te Ioannes deſponſat*, an quia uir illo nomine non uocaretur, nec ullum nubẽdi haberet propoſitum, ſed copulam tantum carnalem exequendi, inter prædictos matrimonium ſit celebratum, cum tamen mulier in uirum conſenſerit. Et reſpõſum eſt, non debere ex iſto facto coniugium iudicari, [f] cũ in eo nec ſubſtantia coniugalis cõ-

dum: ut in cap.ij. in fin. de coniug. ſeruo.

a Libero uentre. c.j. de na. ex lib. uent. fall. tamet hoc pluribus caſibus: ut not. per Gloſſ. & Doct. in d. c.j.

b Leges. Scilicet municipales uel prouinciales, cum aliter ſit de iu.com. l. partum C. de rei uendi. & l. & ſeruorũ. ff. de ſtat. hom. & inſtit. de iure perſon. poſt princ. & ca. j. de na. ex lib. uent. & c. ſi. de ſer. non ordin. Et ſic nota ꝙ ualet ſtatutum uel conſuetudo quòd quis ſequatur conditionem patris. Sed q́ eſt iuris communis ratio ꝙ partus ſequatur matrem? reſpon. ſecundum Bal. in l. fin. C. de ſer. fugit. quia mater poteſt prodeſſe filio tribus temporibus. d. l. & ſeruorum. §. ĩgenuũ. ff. de ſtat. homi. & inſtit. de iure perſon. §. ſerui.

c Magis. Quia maior eſt error in ſubſtantia quam in qualitate.

d In perſona. Eſt autem perſona rationalis creaturæ indiuidua eſſentia: ut not. xxix. quæ. j. poſt princ.

e Perducere poſſet. Nota igitur ex hac litera ꝙ licet duæ ſint principales cauſæ ob quas eſt inſtitutum matrimonium, ſcilicet cauſa ſobolis procreandæ, & euitandæ incontinentiæ: ut not. xxv. q. j. in ſumma, tenet tamen matrimonium etiam ſi quis alia de cauſa inducatur ad contrahendum, puta ob dotem, parentelam, pulchritudinem mulieris, & libidinem. concor. c. tua nos. ubi Abb. eo.

f Iudicari. Immo uidetur hoc iudicandum matrimonium, cùm plus ualeat quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. C. plus ualere quod agitur, quàm quod &c. Item ſimulatio ſiue dolus matrimonium ſpirituale non impedit. c. quod interrogaſti. diſt. xxvj. Sol. quòd in prima parte litera loquitur in foro pœnitentiario, cõtraria procedunt in foro iudiciali in quo loquitur poſtrema pars huius. §. ut not. in c. tua nos. eo. unde ſumitur in uerſic. qualiter. & latius Abb. in prima oppo. licet alij aliter ut ibi per eũ. Sed pone quòd proteſtetur coram pluribus quòd omnia quæ faciet uel dicet, non faciet animo contrahendi matrimonium, & poſtea in publico dicat cõſentio in te, nunquid hic eſt matrimoniũ? reſpon. affirmatiuè, cum recurrendum ſit ad cõmunem uerbi intelligẽtiam ſupra. eo. §. inde quæritur. & c. ex literis. eo. & quia potuit qs à priore uoluntate recedere, & uidet receſſiſſe p id qđ publicè facit, nec credetur ei affirmanti adhuc ſe eſſe in priore uoluntate ob dolum ſuum, cum ſit contra doloſum facienda interpretatio. Alij ut Hoſtien. & Abba. in cap. tua. eo. diſtinguũt. quòd ſi fuit idonea cauſa proteſtandi, puta iuſtus metus, prodeſt proteſtatio, nec per contrarium factum ab ea uidetur receſſum. cap. primo. quòd met. cauſa. & in cap. Lotharius. xxxj. quæſt. ij. hoc tamen uerum niſi ſequatur copula: quia tunc indiſtincte uidetur receſſum à proteſtatione, ſed ſi nõ fuerat iuſta cauſa proteſtandi procedit prima opinio. nam ſi contractus procedit ex conſenſu duorum, non ualet proteſtatio facta ab uno in præiudicium alterius, niſi ille conſentiat: not. in capit. Cumana. & cap in Geneſi. de ele. & in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nunt. & per Abb. in d. c. tua.

Forma

tractus, nec forma [a] cōtrahendi coniugiū inueniri ualeat, quoniam, ex altera parte ſolummodo dolus adfuit, conſenſus omnino defuit, ſine quo cætera fœdus coniugale perficere nequeunt. Sed donec expreſſe non appareat, quòd is qui mulierem deſponſauit in propria perſona, ſub nomine tamen alieno, [b] quo uocari tunc ſe finxit, diſſenſit, interim erit pro matrimonio præſumendum. [c]

QVAE MATRIMONIVM IMpedire poſſunt. XII

Error perſonæ, & conditionis impedit matrimonium, nō autem qualitatis, & fortunæ, hoc dicit.

Ergo non omnis error [d] matrimonium impedit, nam ſi quis corruptam in uxorem accipit quam uirginem arbitratur. Vel qui accipit meretricem, quam putat eſſe caſtam, uterque quidem errat: neutro tamen caſu ob errorem matrimonium infringitur.

a Forma. Not. quòd ad eſſe matrimonij duo ſunt neceſſaria, ſcilicet ſubſtantia & forma, ſicut ad eſſe hominis pro ſubſtantia eſt conſenſus, pro forma uerba apta ad exprimendum conſenſum: ut in cap. ſi inter. eod. & cap. licet. præter. de ſponſ. duorum, & quia in caſu noſtro utrunq; defuit nullum fuit matrimonium. Idē eſſet ſi alterum defuiſſet. cap. cum apud. eo. cap. tuæ. eod. & c. ꝗ ſedem. de frig. & maleſi. quamuis autem matrimonium duo exigat res tamen eſt ſimplex & indiuidua: xxvij. quæſt. ij. §. j. & in matrimonio præſumpto ipſum factum habetur pro ſubſtātia, & per ipſum factū præſumitur conſenſus. cap. is qui. eodem.

b Alieno. Nota ergo quòd non uitiatur cōtractus ſi contrahens loquitur in tertia perſona, intelligendo de tertia perſona de ſe ipſo. fac. c. quod autem. & cap. dudum. de iu. patron. Item quòd contrahens in propria perſona efficaciter obligatur, licet doloſe mutauerit ſibi nomen. nomina. n. inuēta ſunt ſignificādorū hominū gratia. l. ad recognoſcendos. C. de ingen. & manumiſ. & §. ſi quis. inſtit. de leg. ſed ex quo conſtat de corpore non curamus de nomine. d. §. ſi quis. & habetur latè in c. tua. eo. unde ſumitur.

c Præſumendum. fac. c. j. de deſpon. impub.

QVAE MATRIMONIVM impedire poſſunt.

d Error. Pro huius materiæ intelligentia dic, quòd quadruplex eſt error conditionis, ut infra eod. §. ij. & capit. propoſuit. de coniug. ſer. Perſonæ, ut ſupra titu. proxi. §. multo magis. Fortunæ, ut d. §. ij. Qualitatis, ut in hoc princ. duo ultimi errores non impediunt, ut hic in prin & §. ij. & xxix. q. j. in prin. Secundus impedit. d. §. multo magis. & c. tua. eo. Primus autem error, ſcilicet conditionis, aut eſt error in libero, ut, quia liber credit cum libera cōtrahere, & contraxit cum ſerua, & in dubio non tenet matrimoniū, & hoc fauore libertatis: ut ſupra. titu. proxim. §. illud quoque. cum §. ſequen. & xxix. quæſt. ij. per tot. aut ecōtra ſeruus credebat ſe contrahere cum ſerua, & contraxit cū libera, & hoc caſu ſunt opinio. quidam enim dixerunt quòd non eſt matrimonium: quia error eſt in diſpari conditione, aſſerentes idem eſſe ubicunque contingit conſimilis error: ſecus dicunt ſi ſit error in pari conditione. puta: quia ſeruus credebat contrahere cum libera, & contraxit cum ancilla: nam ex quo ambo ſunt ſerui error non habet impedire. ità not. xxix. quæſt. ij. in ſumm. Communis tamen doctrina habet quòd tantum fauore libertatis impediatur matrimonium, & ſic ubi contrahentis conditio deterioratur, ſecus ſi melioratur, uel conſeruatur in qualitate, & hoc plus placet Abba. in cap. ſecundo. de coniug. ſeruo. quia ex quo conſenſum eſt in perſonam iſti errores extrinſeci nōdebent impedire hoc ſacramentum, & in dubio eſt pro matrimonio iudicandum: ut in cap. licet ex quadam. de teſtib. Sed quid in adſcripticio? reſpon. communiter tenetur quòd talis error non impedit matrimonium: quia adſcriptitius eſt perſona libera, & inuito domino poteſt ſtare in poſſeſſione: ut l. iubemus. & auth. Adſcriptios. C. de epi. & cler. & tenet Abb. in d. c. ij.

Prudentes

a Prudentes. Secus fortè ſi per errorem, cum tunc actus non procedat ex charitate, hoc tamen uerbum non ponitur in c. inter opera. de ſponſ. unde ſumitur niſi implicitè.

b Publicas. Quas quidem nulla neceſſitas excuſat. l. palam. ff. de ri. nupt. & xxxij. q. v. cap. ita ne, & not. quod meretricium quantum uis publicum non excludit mulieres ab hoc ſacramento matrimonij: nã hoc eſt prohibitorium certarũ perſonarũ. vnde quilibet poteſt contrahere qui expreſſè non prohibetur. cap. cum apud. de ſponſ. immo inuẽtum eſt in remedium fornicationis & humanæ fragilitatis: ut legitur, & nota. ſupra de ſacra. matri.

c Proficiet. Scilicet quoad remiſſionem peccatorũ ſecundum Abb. in cap. inter opera. de ſponſ. Sed an hoc intelligendũ ſit de remiſſione omniũ peccatorũ: quidã quòd ſic cũ ſit hic indefinita locutio quæ uniuerſali æquipollet. c. ut circa. de elect. in vj. & hæc eſt materia fauorabilis, & extendenda. c. odia. de re. iu. in vj. Alij contra: quia cum Papa indulget remiſſionem omnium peccatorũ ſolet apponere plenam uel pleniſſimam, quod hic non ponitur: ut not. Io. And. in c. ad liberãdum. de iudæ. & not. in Cle. ij. de pœni. & remiſ. & pro hac fac. litera hic in uerb. proficiat. ſecundum Abb. in d. c. inter opera.

d Reuocare. Eſt enim hoc unum ex tribus generibus eleemoſynæ. cap. tria ſunt genera. diſtin. xlv. hoc tamen crimen meretricij ſub diſſimulatione pertranſit eccleſia.

Ei qui ſcienter ducit in uxorem publicam meretricem, peccata remittuntur. h. d.

Quin potius qui ſcientes & prudentes, [a] mulieres publicas [b] de lupanari extraxerint, & in uxores duxerint, quod agent in remiſſionẽ proficiet [c] peccatorum. Cum inter opa charitatis nõ minimum ſit errãtem ab erroris ſemita reuocare. [d]

Qualis ſit error perſonæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis hoc dicit.

Solum igitur [e] perſonæ, & cõditionis error obſtat matrimonio, qualitatis uerò & fortunæ non obſtat. Eſt autem error perſonæ, cum hic qui eſt Ioannes, Paulus putatur. Conditionis, cum is qui ſeruus eſt, liber creditur. Fortunæ, ut cum is qui pauper eſt diues exiſtimatur, uel contra. Qualitatis, cũ is reputatur bonus, q; tamen eſt malus. Sunt & alij [f] plures modi, quibus matrimonia impediuntur, utputà conditio appoſita, & non impleta, ſecundũ ea quæ ſupra [g] diximus de ſponſalibus.

Sacer ordo, & uotum ſolẽne impediunt matrimonium contrahendum, & contractũ dirimunt: uotum autem ſimplex ſolum impedit contrahẽdum, & pro uoto ſimplici facto imponenda eſt pœnitentia. hoc dicit.

Item uoti ſolennis [h] emiſſio, & ſacri ordinis ſuſceptio, [i] tã matrimoniũ impedit cõtrahendum, quàm poſteà contractum dirimit. Secus uerò ſtatuitur in uoto ſimplici, [k] quanquam enim cõ

e Igitur. De hoc dic ut not. ſupra eo. in prin. Sed an in caſibus in quibus error nõ inualidat matrimonium, ſi minor contrahat poſſit petere reſtitutionẽ in integrum, ſi fuerit ſeductus? reſp. negatiuè, & de hoc per Abb. in ca. ex parte. de reſt. ſpo.

f Alij plures. De quibus. infra eo latè.

g Supra. Vt ſupra de ſponſal. §. ſub conditione. & c. ſuper eo. de condi. app. & per tot. & capit. de illis. de ſponſal.

h Solennis. Dicitur autem uotũ ſolenne in propoſito, quod eſt ſuſceptione ſacri ordinis, uel profeſſione tacitã uel expreſſa munitũ. ca. uni. de uot. in vj. & ſupra de reg. §. illud quæri. & concord. cum hoc. c. meminimus. cum ſeq. extr. qui cler. uel uouen.

i Suſceptio. Ex hac æquiparatione ſuſceptionis ſacrorum ordinum & ingreſſus in religionem, quidã tenebant ꝙ per ſuſceptionem ſacri ordinis ſoluerentur ſponſalia contracta per uerba de præſenti, uelut & per monachationẽ. c. ex publico. de conuerſ. coniug. ſed contrarium eſt uerum: ut not. in c. j. de uoto in vj. & ſ. de ſpon. §. item ex contrario.

k Simplici. Quia fortius matrimonij uinculum ſuperueniens tollit primum debilius. ſ. uotum ſimplex. c. j. de uoto in vj. licet ante matrimonium contractum ſit quis cõpellendus uotum

trahendum impediat, non tamen contractū diſſoluit. Sic & religionis habitus ſine ꝓfeſsione ſuſceptus [a] ne contrahantur impedit, ſed iam contractas nuptias nequaquam tollit. [b] Huic tamē qui nubendo uotum ſimplex fecit irritum quãto illud manifeſtius [c] emiſerit, tãto propter plurium ſcandalum, erit durior imponenda pœnitentia.

Chriſtiani non debent nubere infidelibus, & ſi nubant, ſunt excommunicandi. h. d.

Cultus quoque diſparitas matrimoniū, & contrahendum impedit, & contractum interdum dirimit, ſi quis enim Iudeæ coniugali [d] ſocietate iungi uoluerit, ſiue Chriſtiana Iudæo, uel aliàs infideli, ſiue Iudæa uel aliàs īfidelis Chriſtiano carnali conſortio miſceatur, quicunque eorum id cōmiſiſſe depræhenditur, à Chriſtiano cętu & Eccleſiæ communione protinus ſegregandus erit.

Si unus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, et alter uolit ſibi cohabitare, uel non ſine peccato mortali, ſoluitur coniugium, & conuerſus cum alia contrahere poterit, & proles communis conuerſo aſsignabitur. h. d.

Item ſi alter [e] infidelium coniugum ad fidem catholicam cōuertatur, & alter qui in infidelitate remanſit, uel nullo pacto, uel non ſine blaſphemia [f] diuini nōis, uel ut catholicū ad mor-

tum implere: ut c. ex parte de cenſib. c. porrectum. de regu. c. rurſus qui cle. uel uouen.

a Suſceptus. Ab eo qui incorporandi religioni poteſtatem non habet. c. conſuluit. ubi Ab. qui cle. uel uouen.

b Tollit. Arg. c. quemadmodū. de iureiur. & l. patre. ff. de his qui ſunt ſui uel ali. iu. Sed cōtra c. ſuper eo. de reg. & c. uidua. q cle. uel uo. Quidam ꝙ hic & in c. conſuluit. qui cle. uel uo. loquitur de habitu probationis, in cōtrarijs đ habitu profeſsionis. tu dic aliter ut per Abb. in d. cap. conſuluit.

c Manifeſtius. Sic ca. j. de uot. & uo. redemp. in vj. unde ſumitur. no. ergo ꝙ ex manifeſtatiōe grauius fit peccatum ad hoc. ſupra de pœnit. §. j. & §. ij. & not. in cap. nemo. xxij. q. iiij. & ca. clericus ſolus. diſtin. lxxxj. & c. de homine. de celeb. miſſa.

d Coniugali ſocietate. Circa hāc materiam dicas ꝙ ſi Chriſtianus uel Chriſtiana miſcuerit ſe cum hebræo, uel hebræa, ſi quidem in figura matrimonij & ignoranter, tunc nulla eos manet pœna cum darent operam rei licitæ, & ignorantia facti legitimã præſtet illis excuſationem: ut per Abb. & alios in c. in nonnullis. de iudæ. ita tamen quòd poſt quàm habuerint notitiam de tali impedimento ſtatim ſe ſeparent: aliàs ſecus. l. qui contra, ubi latè traditur. C. de inceſt. nup. Aut ſciēter, & tunc pęna eſt diſſolutio matrimonij, & excōmunicatio, ut hic. xxviij. q. j. c. caue. cum ſeq. & in d. c. nonnullis. & in foro pœnitentiali pœna ſeptem annorum pęnitentię. e. hoc ipſum. xxiiij. q. ij. Hebræus uero quo puniat ſunt opi. ut dicetur ſtatim. Si uerò ſe cognouerūt in actu fornicationis & ſciēter, quidam dicunt hebrēū morte mulctandum. ij. q. vij. c. nos ſi incompetenter. §. ſed notãdum. verſ. Nathã. & §. his ita. uerſic. multa enim. & xxiij. q. v. c. reos. §. Nathan. & tenet q dam in d. c. in nō nullis. Quidã mitius ſentiunt ſecū dum Ol. Petru. de Peruſ. & Roma. ſcilicet ꝙ ſit pœna uel pecuniaria, uel temporalis iudicis arb. & refert Ol. cōſ. cccxxxiij. ꝙ in caſu iſto uidit hebræo amputari uirilia. Tertij melius ꝙ habēda eſt diligens cōſideratio ſingularum qualitatum, ſi mulier ſit honeſta & nobilis, an meretricula & uilis, an iudæus ſemel coierit, an ſæpius, an iuuenis ſit, an maior natu, num unam cognouerit an plures, & pro uarietate caſuum uariè ſtatuēdum: ut per Paul. Ghirl. in tract. de pœnis omniſa. coitus illi. q. xij. Et quòd dicitur de hebræis idem erit de turcis, moris, ſaracenis & ſimi. ut in hac litera.

e Si alter. Not. hic caſum in quo conſtat matrimonium inter fidelem & infidelem, ſcilicet ſi infidelis cohabitare uellet cū fideli ſine peccato, hoc ideò, quia matrimonium ab initio tenuit: argu. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. c. quemadmodum. de iureiur. aliàs non teneret, ut ſupra eo §. proxi.

f Blaſphemia. Puta aſtringendo coniugē ad aliquem iudaicum ritū, uel paganicum, uel idolatriam,

latriam, & in hac materia habes hoc uerſus.

Deſere ſpernentē, uel blaſphemare uolētē,
Vel te credētē ſcelus ad mortale trahentē.
Nam ſunt abſque mora ſic uincula rupta priora.

a Quaſi. Fortè ppterea adiecta eſt nota ī proprietatis: quia non poteſt omnino dici diſſolutum matrimonium, cum poſſit infidelem pœnitere, ut ſtatim ſubdit.

b Poterit. cap. quanto. & c gaudemus. de diuort. Ex hoc habes caſum quotidianum in iudæis qui ueniunt ad fidem uxoribus remanentibus in iudaiſmo. poſſunt n. cū alijs mulieribus de nouo contrahere ex cauſis hic poſitis. Sed contra uidetur: nam inter infideles matrimonium eſt uerum. d. ca. quanto. & ī. de ſacram. matri. §. j. unde uidetur ꝙ non poſſint ſeparari ob defectum baptiſmi. Nam Chriſtus interrogatus à iudæis qui non habebant baptiſmum, reſpondit quos Deus coniunxit homo non ſeparet. ca. de infidelibus. de conſang. & affi. Item matrimonium fuit inſtitutum longè ante baptiſmum: ſcilicet in ſtatu innocentiæ in paradiſo, & ibi recepit indiſſolubilitatem ſuam, cum fuit dictum, & erunt duo in carne una: ut habetur in cap. j de uoto in vj. & in cap. fraternitatis. xxxv. q. x. Sol. ſecundum Ab. in d. cap. quanto. quòd ideò conſideratur baptiſmus pro indiſſolubilitate: quia ubi non eſt fides Chriſtiana, matrimonium non habet ſuā ſignificationem, matrimonium enim conſumatum denotat unionem & conformitatem quæ eſt inter Deū & eccleſiam per aſſumptionem carnis humanæ. ut in cap. debitum. de bigam. & ſupra de ſacramē. matrim. §. j. Vnde ſicut figuratum eſt indiſſolubile: quia carnem quam Deus aſſumpſit nunquam dimiſit, ita & matrimonium illud figurans debet eſſe indiſſolubile, ſicut figuratum. facit quod not. in cap. quia propter. xxvij. quæſt. ij. Matrimonium autem inter infideles non habet hoc ſignificatum: quia negant carnis aſſumptionem. & ſic matrimonium inter eos non eſt ita firmum: quia ceſſat ratio indiſſolubilitatis.

tale peccatum protrahat, ei cohabitare uoluerit, conuerſus quaſi [a] priore matrimonio diſſoluto licitè ad ſecunda uota conuolare poterit, [b] & communis proles ipſi conuerſo aſsignabitur. [c]

Si alter infidelium coniugum conuertatur, & antequam alij legitimè coniunctus fuerit, alius quoque conuertatur, debent ſe inuicem recipere. h. d.

Quòd ſi cōuerſum ad fidē & uxor cōuerſa ſequatˢ, antequā pp cauſas [d] prædictas legitimam maritus ducat uxorem, eam recipere compelletur, [e]

c Aſſignabitur. Scilicet poſt triennium: nam ante indiſtinctè remanet apud matrem ſiue conuerſa ſit ſiue non. capitu. fin. de conuerſ. infideli.

d Cauſas prædictas. Scilicet uel quia infidelis nolit cohabitare cū marito, uel id nolit facere ſine creatoris contumelia, ut ſupra. §. proxi.

e Compelletur. cap. gaudemus. de diuor. Videtur ergo quòd contumelia creatoris non ſoluat matrimonium. ipſo iure. nec enim ſi fuiſſet ſolutum prius conuerſus compelleretur poſtea conuerſam recipere, Io. dicit quòd licet ea nolente uiro cohabitare matrimonium ſit ipſo iure ſolutum, reſtituitur tamen quaſi iure poſtliminij: argument. capitu. cum per Bellicam. trigeſimaquarta quæſtione ſecunda. Sicut hæretico reuerſo reſtituuntur alia bona. Authen. de Neſtorianis. C. de hæretic. & licet non ſit matrimonium inter eos, tamen eam recipere compellitur ex conſequentia prioris matrimonij in fauorem fidei. Alij dicunt quòd matrimonium ipſo iure non ſoluitur, ſed ſoluitur ius matrimonij, id eſt, ius debitum exigendi. pro qua opin. uidetur capitulū quanto. de diuorti. ibi, contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij. uerè autem tunc matrimonium ſoluitur cùm contrahit cum ſecunda, & non ante: quia ſi eſſet ex toto ſolutum non compelleretur eam recipere. Item ſi ex toto eſſet matrimonium ſolutum, ſuperfluum eſſet meminiſſe de quauis fornicatione præcedenti, de qua hic, & in dicto capitulo gaudemus. in fine. & capitulo quemadmodum. de iureiur. Sed nunquid conuerſus poſſet intrare religionem ea inuita anteaquam cum alia contrahat? reſpond. affirmatiue, cùm iudicio eccleſiæ ſeparati fuerint, cap. fin. in fin. de conuer. coniug. & not. in dicto capit. gaudemus.

nec quicquam cõuerſo proderit, quòd iã ſecundum ritum ſuũ eãdem repudiauerit, cum repudiũ ipſum ueritas Euangelica repudiauerit, [a] ſed nec fornicationem dimiſſor dimiſſę poterit obijcere, propterea quòd alij poſt repudium nupſerit, [b] niſi alias fornicata fuerit. [c]

Si paganus prius plures uxores habeat, poſt fidem ſuſceptã adherebit primæ. h.d.

Quia uerò pagani in plures ſimul fœminas affectum cõiugalem diuidunt, utrum poſt conuerſionẽ omnes, uel quam ex omnibus conuerſus retinere ualeat, non immeritò dubitari poterit. Et cum nulli unquam [d] licuerit plures habere ſimul uxores, niſi cui diuina fuit reuelatione [e] conceſſum, nec cuiquã uxore etiam ob fornicationem dimiſſa, aliã liceat ſuperinducere, euidẽter apparet, pluralitatem in utroque ſexu, (cum inter coniuges ſeruanda ſit æqualitas [f]) circa matrimonium reprobãdam, & de pluribus primam tantum retinendam. [g]

Matrimonium non ſoluitur altero coniugum fidelium in hæreſim lapſo. h.d.

Alia ſanè cauſa eſt eorum coniugũ, quorum alter uel in hæreſim labitur, uel ad infidelium tranſit errorem, neque.n. hoc caſu, qui relinquitur, ad ſecundas nuptias deſcendere poterit.

a Repudiauerit. Nota ergo quòd lex diuina etiam infideles cõprehendit. Vnde infert Ab. in c.gaudemus.de diuort. quòd tales infideles delinquentes contra legem diuinam poſſunt puniri: ſecus ſi delinquerent contra legem Canonicã diſponẽtẽ ſuper ſpiritualib. fac.not.per Inno. in cap. ſuper his. de uoto.

b Nupſerit. Quia intelligitur legitimè contraxiſſe q̃ authoritate legis contraxit. xxiij.q. iiij.ca.qui peccat. fac.ca.fraternitatis.de frig. & maleſ. & l.Gracchus. C. de adulte. & l. iuſte. ff. de acqui. poſ. Sed contra facit: quia iuris diuini ignorantia neminẽ excuſat. ca. q̃a. ea.d. xxxviij. Sed iure diuino non eſt licitum repudium: ergo repudiata alteri nubendo committit adulterium? reſp. repudium erat approbatũ lege antiqua, qua lege utentes excuſantur ab adulterio, q̃d non committitur ſine dolo: ut xxxiiij.q.ij.ca.i lectũ. & l.pen. de adult. & ita ſol. Abb. in c.gaudemus.de adulter.

c Fuerit. Sed cum omne peccatum & ſequela peccati in baptiſmo deleatur. xxvj. diſtinct.c.deinde.& xxxij. q.j. cap. quod autem. & dona baptiſmi ſint ſine omni luctu. cap. ij.& cap. ſine pœnitentia. de conſec. diſtinct. iiij. qualiter reuertenti ad fidem poterit fornicatio ante baptiſmum commiſſa obiici? Dicas quòd in baptiſmo tollitur omne crimen & peccatum quo ad Deum: ſed quatenus peccatum reſpiceret intereſſe tertij, uel reip. non tollitur, & ſic marito ius excipiendi ſaluum remanet. Simile eſt in ſacramento pęnitentiæ per quam tollitur crimen fornicationis quo ad Deum, & tamen poſt quancunque pęnitentiam poteſt maritus illam accuſare. xxxiij.q.ij.c. admonere, nec eam etiam poſt pęnitentiam recipere compellitur: ut ca.gaudemus. de diuort. An autem & quãdo per baptiſmũ tollatur irregularitas ante contracta, uide per Abb. in d.c.gaudemus.

d Nulli unquã. Vnde etiam lex plura coniugia ꝓhibet iudæis. l. nemo iudæorũ. C. de iudęi. & l.ij. C. de inceſt. nupt.

e Reuelatione. Vt legitur de Iacob. & dę alijs antiq̃s patriarchis: ut i c. gaudemus. de diuort.

f Aequalitas. Nota quòd matrimonium nõ debet claudicare, ut hic, & in cap. quãto. de diuort. quãdoque tamẽ claudicat quoad debitum reddendũ, cap. quædam. de conuerſ. cõiug. uel quo ad obligationem expectandi alterum. ca. de illis. de deſponſ. impub. & ſupra. de ſponſ. §. de illis.

g Retinendam. Hoc expreſſè non dicitur in cap. gaudemus. de diuort. unde ſumitur. ſed non poteſt aliter hæc materia intelligi, ut apparet ex his quæ ibi dicunt omnes Docto. Sed quid dicemus ſi fidelis dicat pluribus mulieribus duco uos in uxores, & illæ pariter reſpondeant & nos te in maritum, quæ iſtarum erit uxor? reſpond. nulla, etiam ſi una tantum ſit

ſit apta matrimonio: quia iſte uir non habuit præciſè animum obligandi ſe uni: ut per Ab. in d.cap. gaudemus.

Nam etſi [a] matrimonium uerum inter infideles ſit, non tamē [b] eſt ratum, inter fideles autem, & uerũ & ratum exiſtit, quia ſacramentũ fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nũquàm amittitur, [c] ſed ratum efficit coniugij ſacramētum, ut ipſum in coniugibus, ipſo durāte perduret

Per dationem inſtantiæ ſoluitur argumentum. h.d.

Nec refert quod à quibuſdã forſan obijci poſſet, quòd fidelis relictus, nō debeat Iure ſuo ſine [d] culpa priuari, cũ idem multis caſibus [e] contingat, ut ſi alter coniugũ incidaẽ. [f] Ex hoc quoque quorundam malitiæ occurritur, qui odio coniugum ſimularent [g] hæreſim, ut poſtmodum nubētibus coniugibus ab ipſa reſilirent. Quinimò qui in fide permanſerit, ad eum qui ab hęreſi, uel infidelitate ad eccleſiam reuertitur, uel inuitus redire cogendus [h] erit, niſi ad religionem [i] tranſire maluerit.

Coniugiorum aliud eſt legitimum, & non ratum, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimũ hoc dicit.

Ex his apparet [k] coniugium aliud eſſe

a Nam etſi. Occurrit tacitè obiectioni: nam potuiſſet dici quòd quando unus ex duobus infidelibus ad fidem conuertitur, ſi remanēs in infidelitate nolit cohabitare cũ conuerſo, uel non ſine cōtumelia creatoris, permittitur ecōuerſo aliã ducere. Idem uidebatur altero delabente in hæreſim quòd remanens catholicus poſſet aliam ducere. huic obiectioni reſpondetur ut hic habes.

b Non tamen eſt ratũ. quia poteſt diſſolui, ut hic, & c. quanto. & capitulo gaudemus. de diuor. & xxviij. q ij. ca. item illud.

c Amittitur. xxxij. q.vij.c.j.& ca.ij. & j.q.j. cap. quod quidam.

d Sine culpa. Licet nemo ſine culpa ſuo iure regulariter priuari debeat. c. quãto. de diuor. xvj. q.ſi.c. inuẽtum. & diſ.lvj.c. ſatis peruerſum, & de eo qui cogn. cōſang. uxo. ſuæ. c. diſcretionem. & c.ſi.& c.ij. de conſtit. quandoque tamen ex cauſa priuatur etiam ſine culpa. ca. quoniam. §.ij. ut lit. non conteſt. & c. antiqua. de priuil. & diſt. xxij. c. renouantes.

e Caſibus. fac. xiiij. q.vj. ca. comperimus. & diſt. liiij. c. frequens. & xxxiiij. c. ſi cuius. & xvj. q.vij. decernimus. & diſt. lxx. cap. neminem. & xviij. q.ij. c. diffinimus. & c. tua. de cler. ægrot.

f Incidatur. xxxij. q.vij. cap. illi.

g Simularent. Hæc eſt cauſa quare priuatur quis iure ſuo ſine culpa, ſimile xxxij. q.j. cap. dixit dominus.

h Cogendus erit. Sed contra in cap. gaudemus. de diuor. ubi ſeparatã ob fornicationẽ nō cogiẽ quis recipere, licet emendatã. Sol. illud in carnali fornicatione, hic ſumus ĩ ſpirituali. Sed quæ eſt diuerſitatis ratio? Rñ. in ſpirituali fornicatione ſola anima polluiẽ, in carnali anima & corpus, & uir magis ſcãdalizaẽ de eo quod ſit in corpore, q̃ ex eo quod ſit in anima: & ita cauſa maioris ſcãdali illati uiro ſit. ut poſt carnalem fornicationẽ etiã emendatam recipere non compellatur: quæ ratio nō militat in ſimplici ſpirituali. Ita not. in c. ſi. de conuerſ. coniug. uel dic ut no. infra de diuort. §. multum autem.

i Ad religionẽ. Vt c. ſi. de cōuerſ. cōiug. Quæri ſolet ſi uxor ſeparata ob fornicationem à uiro commiſſam, poſtea & ipſa adulterium committat, nunquid marito reuerſo poſſit intrare religionem, & nō uidetur, cum paria delicta mutua compenſatione tollatur. l. uiro. ff. ſol. matrim. Tu dic ut per Ab. in d.c.ſi. Et quod dicitur de religionis ingreſſu altero coniugũ inuito faciendo in caſu ſpiritualis fornicationis, intellige cùm interuenit ſeparatio facta iudicio eccleſiæ: ut habetur in d.c.ſi. Vel licet non præceſſerit talis ſeparatio, res tamen non eſt integra. & amplia quod hic dicitur ut habeat locum etiam in fornicatione carnali: ut ſcilicet innocens poſsit peccante inuito religionem intrare. fac. xxvij. quæſtione ſecunda. capitulo agathoſa. & cap. ueniens. de conuerſ. coniug. & per Abb. in dict. cap. ſi

k Ex his apparet. Rectè hoc infertur ex ſuperioribus. & ſumitur ex c.ſi. xxviij. q j.

legitimum,& non ratum, aliud legitimū, & ratum, quoddā uerò, quod ratum quidē eſt, ſed non legitimū. Legitimum,& non ratum coniugium eſt, quod legali inſtitutione, uel prouinciæ moribus contrahitur, hoc inter infideles ratū nō eſt, quia [a] diſſolui poteſt dato libello repudij, lege fori, & non lege poli, quam nō ſequuntur. Inter fideles uerò ſemper ratum eſt coniugium, cum coniugia ſemel inter eos contracta [b] nunquam ſolui poſsint. Horum uerò quædam ſunt etiā legitima, ueluti cum ſeruatis nuptialibus ritibus, uxor ſponſo traditur. [c] Illorū uerò coniugia, qui contemptis legitimis ſolennitatibus, ſolo affectu aliquam ſibi deligunt in coniugem non legitima, ſed rata tantummodo eſſe creduntur: quanquā [d] enim ſpretis ritibus eccleſiæ, matrimonium contrahi nō debeat, non tamen ob id ſolum ſacramentū coniugij diſſolui debet. Quin potius ſi tale matrimonium fuerit ab eccleſia poſtmodum comprobatum, filij generati, & legitimi iudicandi erunt. & heredes, aliqua tamē illis erit imponenda pœnitentia, [e] qui contemptis eccleſiæ præceptionibus matrimonium contraxerunt.

Iuſtus metus niſi purgatus fuerit impedit matrimoniū. hoc dicit.

Coactio [f] quoque & iuſtus uiolētiæ metus [g] matrimoniū impediunt. [h] Cū enim ſolo conſenſu coniugiū contrahatur, plena debet [i] ille ſecuritate [k] gaudere, cuius eſt animus indagandus, nē metu impulſus dicat, ſibi placere quod odit. Plane quę inuita probat ſe ſpon

a Quia.&c. Iſta ratio à quibuſdam non probatur: ut not xxviij.q.j. c.ſi poſſet fortè alia ratio adduci, ſcilicet, quia ſi alter fiat chriſtianus & infidelis nolit cohabitare, diſſoluetur matrimonium: ut ſupra eo. §.item ſi alter. & in c. quāto. & ca. gaudemus. de diuort.

b Contracta. & cōſumata.

c Traditur. xxx. q.v.c.aliter.

d Quanquā enim. &c. De tota iſta materia uide p Glo. Ab. & cæteros in c.qđ nobis.qui fil. ſint legit. & ca.ij.& per tot. de matrim. contract. contra interdict. eccleſ. & in ca.non oportet. xxxiiij.q.iiij. & c.pen.de fer. & nouiſsimè p Cōcilium Tridentinum.ſeſſio.xxiiij. in decretis reformationis, quod fortè ex parte corrigit quod hic dicitur, ſcilicet reſpectu matrimonij clandeſtini.

e Pœnitentia. c.j.de matrimon. cont. contra. interd.eccle.

f Coactio. Eſt autem coactio cū uiolentia corporali uel captura, metus uerò eſt præter aliquā uiolentiam & captionem.

g Metus. Iuſtus autem metus dicitū qui poteſt cadere in cōſtantem uirū. fac.l.ſi quis ab alio.ff. de re iudi.& l.metū.ff.quod me.cauſa.& quod not.in c.de muliere.de ſponſ.uel in conſtantē mulierē, cū ob ſexus imbecillitatē minor metus in muliere ſufficiat ad impediendum, q̄ in uiro.arg.c.indignamur.xxxij.q.vj. & ca.ſicut dignū.de homic.& per Ab.in c.cauſam.de offi.deleg.

h Impediūt. Et qdē ipſo iure, ut in c.cū locum.de ſpon.ſed cōtra uidetur: qa regulariter metus actū ipſo iure non infringit, ſed ope dūtaxat exceptionis. ff de eo qđ me. cau. p tot. & hoc quidā admittunt. ut Cardi. cōiter tñ contra de ratione uide p Ab.in d.c. cū locum. Et nota ꝙ ſi ambigať de metus interuētu magis creditur duobus teſtib. deponētibus de metu, q̄ mile deponētibus de ſpontanea uolūtate: ut p Ab. in c.j.de his, quę ui.met.cauſ.

i Debet. Neceſſitatē importat, non honeſtatem. & hoc eſt regulare ubi materia eſt indifferens. not. in Cle.attendentes. de ſta.regul.& p Ab. poſt Gloſ. in c.ſi uir. de adulter. quandoque ſolam honeſtatem. c.j. ubi not. de deſponſ. impube.

k Securitate. Et ſic in materia matrimonij uolūtas coacta non habetur pro uoluntate.c.de muliere.ubi Ab.not.de ſponſal.

Sponte.

ſalia contraxiſſe, ſi cō periatur poſtmodum ſponte [a] cognita, ad matrimonij diſſolutionem proclamare, & metum cauſari nō poterit. [b]

Furor impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum, h.d.

Furor quoque quia conſenſum impedit, nuptias contrahi prohibet, [c] contractas autem non dirimit. [d]

Frigiditas & coeundi impotentia matrimonium impediunt. h.d.

Item frigiditas, & coeūdi impotentia [e] legitimum matrimonijs impedimētum afferunt. Sicut enim [f] puer qui debitum reddere non poteſt, non eſt aptus coniugio, ſic qui ita ſunt natura [g] impotentes, ut nec ope medicorum [h] ſine mortis periculo iuuari poſsint, apti ad contrahenda matrimonia minimè putantur. Ea igitͫ quæ adeò eſt arcta, ut mulier fieri, & alteri carnaliter commiſceri non poſſit, niſi per inciſionē, ad matrimonium cōtrahendum nō debet idonea iudicari. [i]

Leproſi poſſunt matrimonium contrahere. h.d.

Alia eſt cauſa leproſorum, nam ſi mulierem inuenerint quæ ſibi uelit nubere, uel mulier leproſa uirū, liberum erit illis coniugali uinculo [k] colligari.

Publica honeſtatis iuſtitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h.d.

Publicæ quoq; honeſtatis iuſtitia, tā matrimoniū contrahen-

a Sponte. Aliud ſi inuita. c.conſultationi. ubi per Ab. & in cap. inſuper. qui ma. accu. poſ. & per aliquos in cap. pen. de probation.

b Poterit. Ex quo enim carnali copulæ conſenſit, omnis uiolentia ſublata intelligitur: & matrimonium tenét. cap. illis. de deſponſ. impub. & c.ij. de eo qui duxit uxo. quam per adult. pol. & ita ratihabitio ualidat quod nō ualebat à princ. c. eum uirum. de regula. de hoc per Concil. Trid. ſeſſione. xxiiij. c. ix.

c Prohibet. Interueniens, ſcilicet tempore contracti matrimonij. xxxij. q vij. c. neque furioſus. ſimile in c. ſicut. de regula.

d Dirimit. c. neque. xxxij. q. vij. fac. l. qui furere. ff. de ſta. homi. l. patre. ff. de his q ſunt ſui, uel aliæ. iur. Sed pone ꝙ mulier contraxit cū furioſo, & eo reuerſo ad ſanam mētem perduret in eodem conſenſu, nunquid erit matrimoniū? Reſpō. uariè de hoc per Doct. traditur in capitulo dilectus. eod.

e Impotentia. Argum. quòd licet allegare impotentiam ſine expreſſione generis ipſius impotentiæ: ut not. per Abb. in cap. quòd ſedem. de frigid. & malefi. unde ſumitur.

f Sicut enim, &c. Nota quòd idem operatur impotentia corporalis quoad tempus, quod perpetua in perpetuum, fac. cap. à nobis. & cap. puberes. de deſponſ. impub. & ſupra de ſponſ. §. qui ſint puberes.

g Natura. Sed an ſenes qui calore naturali ſunt deſtituti poſſint matrimonium contrahere? Reſpon. affirmatiuè, l. ſancimus. C. de nupt. c. nuptiarum. xvij. q. prima. & ſenibus matrimonium dicitur eſſe legis obſequium, & humanitatis ſolatium. xxxj. q. j. ca. aperiant. & cap. quid ſi dormierit. & ſenex quandoque habet habitum reducibile ad exercitium. ſicut dicimus de ſpadone habente unum teſticulū. l. ſi ſerua. §. ſpadonem. ff. de iu. dot. & per Ab. in cap. qď ſedē. de frig. & malefi. ubi habetur. & de eo q habet uirgam erectam ſed non poteſt ſemen emittere, quòd contrahere non poteſt, iuſta not. in cap. hi qui. xxxij. q. ſecunda.

h Ope medicorum. Ita ut, tale adiumentum nō ſit ſine mortis periculo. c. fraternitatis. de frig. & malefi. & not. in c. ex literis, eod. tit. & ſtatim ſubditur in hac litera. modicam autē uexationē & moleſtiam debent coniuges ſuſtinere, ut matrimonium ſortiatur effectum: ut habetur in dictis locis.

i Iudicari. De hoc in c. fraternitatis, eod. in fi. de frig. & malefi.

k Vinculo. Vt c. ij. & per tot. de coniug. leproſ. & ſic nota quòd infirmitas quantumcunque grauis non impedit matrimonium contrahendum, immo & in articulo mortis poteſt quis contrahere matrimonium, adeò ꝙ filij

filij etiam ante geniti legitimātur: ut not.in c.tāta. qui filiſint legi.& per Io.And.in c.cul pa.de re.iu.í vj.& fac.pro hoc ꝗ edictū de matrimonio prohibitoriū eſt certarū perſonarum.c.cum apud.de ſponſalib.

dum impedit, q̄ contractum irritat. [a] Eſt autem publicæ honeſtatis Iuſtitia, quæ ex legitimis ſpõſalibus [b] oritur mulieris, quæ ll. coniuncta [c] eſt cū qua nūc uir matrimonium contrahere deſiderat, ut ecce cū Berta ſponſalia contraxi, nolo nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis uinculo eſt coniuncta, matrimonium contrahere, publica honeſtate impedior. Inhoneſtum enim ac turpiſsimi uiſum eſt exempli, ut ei quis nubere ualeat, cuius coniunctā ſponſalia frangendo decceperit, ne in eandem eius nubendo coniunctæ, quaſi iniuriam cumulet.

Sponſalia pura, & certa ex conſenſu ualida, licèt aliàs nulla inducunt publicæ honeſtatis Iuſtitiam, quæ ſequentia ſponſalia dirimit, nō præterita. hoc dicit.

Vſque adeò autem ex puris [d] & certis [e] ſponſalibus, impedimentum Iuſtitiæ publicæ honeſtatis exoritur, ut etiam ſi illa conſanguinitatis, [f] affinitatis, [g] frigiditatis, [h] religionis, [i] aut alia [k] quauis ratione nulla ſint, dū tamē nō ſint nulla ex defectu cõſenſus [l] nihil-

a Irritat. Huius autē publicæ honeſtatis iuſtitiæ plures ſunt ſpecies: ut not. in c. non debet. de conſangui.& affini.

b Sponſalibus. De futuro, & multo magis de præſenti: & ſic nota ꝙ tam ex ſponſalibus de futuro, q̄ ex matrimonio de præſenti oritur publica honeſtas inter ſpõſum ſeu maritatam & conſanguineos ſpõſi ſeu mariti. Superueniente uerò inter eos carnis copula oritur aliud uinculum, ſcilicet affinitatis. Vnde oēs conſanguinei uiri ſunt affines uxoris, & ecõtra. c ſuper his. de cõſang.& affini.& durāt hæc uincula etiā poſt mortem alterius. ca. fraternitatis. xxv.q.x.& c.j. de ſponſ. in vj. Oritur ergo quandoq; publica honeſtas ſine affinitate, quandoque affinitas cum iuſtitia publicæ honeſtatis, quandoque oritur affinitas ſine honeſtate publica, ut ſi quis citra ſponſalia ſeu matrimonium cognoſcat mulierem, nam inter eum & conſanguineos mulieris oritur affinitas, & econtra. ca. diſcretionem. de ſponſal. & de eo qui cogn. conſangu. uxo. ſuæ. per totum. nec oritur hoc caſu publica honeſtas. Et fac. hæc ad q. illam an ſufficiat in diſpenſatione facere mentionem de affinitate tantum, an etiam debeat, & de publica honeſtate, de qua per Abb. in capitulo nō debet. de conſang.& affin.

c Coniuncta. Non tamen quocunque gradu uſque in infinitum, ſed uſque ad quartū: cap. non debet. de conſang.& affini.& per Ab. in capitulo ſponſam. de ſponſal. hodie tamen Concil. Trident. ſeſſion. xxiiij. capitulo tertio. in reformationibus matrimonij ualde reſtrinxit huius impedimenti efficaciam, noluit excedere primū gradum quod puto rectiſſimè factū.

d Puris. Conditionalia enim nō inducūt publicæ honeſtatis iuſtitiam: ut in c.j. in fi. de ſponſ. in vj.

e Certis. Vt ſi promiſit ducere Bertam filiam Titij, incerta uerò ſunt quando promiſit ducere unā ex filiabus Titij. fac. c. ex literis. ij. de ſponſ.

f Cõſanguinitatis. Scilicet intra quartū gradū de iure decretalū, c. nō debet. de cõſang.& affi. uel uſq; ad primū ſecundum Concil. Tridē. ſeſſ. xxiiij. in decretis reformationis matrimonij. c. iij. p quod uidetur quaſi in totum tolli, & corrigi qđ ponitur in hoc §. cum diſponat quòd quacunque ratione ſponſalia nulla ſint, nullam inducant publicæ honeſtatis iuſtitiam.

g Affinitatis. Scilicet præcedentis in primo gñe & uſq; ad quartū gradū iure decretalū, c non debet. de conſan.& affin. facit c. deſcriptionem. de eo, qui cogn. conſan. uxo. ſuæ. ſecus nouiſsime per Concil. Triden. in loco allegato in ſuperiori notula.

h Frigiditatis. Vt de frigid.& male. per tot.

i Religionis. Scilicet præcedētis & approbatæ: ut not. in c.j de ſponſ. in vj. in princ.

k Alia. Puta ex cognatione ſpirituali & legali.

l Ex defectu cõſenſus. Puta: quia cõtracta ab

lominus, & impedire, & dirimere ſequentia ſponſalia, uel matrimonia dignoſcantur, licet præcedentia diſſoluere non ualeant. Quare, qui ſponſalia purè, ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem fecit, [a] ex priorũ ſponſaliorum uigore, ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus. [b]

Filij nati ex matrimonio, cui obſiſtit publicæ honeſtatis iuſtitia, non ſuccedunt patri ſcienter contrahenti. hoc dicit.

Filij quoque nati ex matrimonio, quod publicæ honeſtatis iuſtitia impediente contractum fuit, cum nec Eccleſiæ permiſſionem, [c] nec patris allegare poſsint ignorantiam [d] ad ſucceſſionem bonorum paternorum minimè admittentur.

DE TRIPLICI COGNATIONE. XIIII

Cognatio eſt triplex, ſpiritualis, legalis, & naturalis, & ſpiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. h. d.

infante, uel furioſo. c. dilectus. de ſponſal. & ſupra eo. c. literas. & c. acceſsit. de deſpon. impu. ſed nouiſsimè per Concil. Triden. non eſt diſtinctio quæ ex capite nullitas procedat.

a Idem fecit. Quia contraxit per uerba de futuro, ſed ſi contraxit cum primo per uerba de futuro, & poſt cà cum ſecũda primæ cõſanguinea, eodẽ modo in gradu prohibito cõtraxit & ſecundã cognouit, nec primam habere poterit ob affinitatem ſuperuenientem, quæ ſoluit ſponſalia de futuro. capitulo ueniẽs. el primo. de eo qui cogn. conſang. uxo. ſuæ. & capitulo ex literis. eod. tit. ſecundam habere non poteſt: quia publicæ honeſtatis iuſtitia impedit, ut hic, & cap. j. de ſponſ. in vj. & ibi not.

b Obligatus. Secus ſi cum alia non ipſius conſanguinea contraheret per uerba de præſenti. cap. ſi inter. de ſponſal. Et ex hoc quod hic dicitur nota quòd licet ſuperueniens affinitas diſſoluat ſponſalia de futuro, tamen iuſtitia publicæ honeſtatis ipſa non diſſoluit, & meritò. ſecunda enim ſponſalia tolluntur per publicæ honeſtatis iuſtitiam ex primis inductam, non ergo ex ſecundis poteſt eſſe honeſtas quæ tollat primã. ſimile. c. ſi quis. diſt. lvij.

c Permiſsionẽ. Id eſt, diſpenſationem. poteſt enim Papa diſpenſare ſuper impedimento publicæ honeſtatis. nam illud impedimentum nõ eſt à iure diuino ſed humano, circa qđ Papa põt diſpenſare. c. propoſuit. de conceſſ. præb. & diſpẽſando Papa ſuper matrimonio, in conſequentiam diſpenſat ſuper legitimitate filiorum, etiam reſpectu hæreditatum & ſucceſsionum, de quo in c. per uenerabilẽ. & in c. referente. qui fil. ſint legit. & in c. quia circa. de conſangui. & affinit. & xxxv. q. viij. c. j. & ex hoc quod hic dicitur, ampliatur diſpoſitio. c. ſponſam. de ſponſal.

d Ignorantiam. Nota quòd ignorantia prodeſt, & interdum ualidat actum, l. & liberi. & lege liberi. ff. de contrah. emp. concor. c. ij. & ca. referente. & c. ex tenore. qui fil. ſint legit. Sed an quælibet ignorantia excuſet? & certè ignorantia facti probabilis excuſabit, fortius ignorantia iuris & facti. Quid autem de ignorantia iuris tantum? Reſpond. ut not. per Abbatem in dicto capitulo referente. hodie tamen paterna ignorantia non excuſat filios ob ommiſſam ſolennitatem. capitulo cum inhibitio. de clandeſt. deſponſ. Et hæc impedimenta matrimonij quæ colliguntur tam ex ſupradictis, quàm ex his, quæ habẽtur infra & ſparſim per alia loca concluduntur his uerſibus.

Error, Conditio, Votũ, Cognatio, Crimen.
Cultus diſparitas, uis, ordo, ligamen, honeſtas.
Si ſis affinis uel ſi coire nequibis.
Hæc ſocianda uetant Connubia iuncta retractant.

Quorum uerſuum declaratio & ſenſus patet ex his quæ ſupra & infra dicuntur & perioſè declarantur per Ioan. Andr. in ſumma quarti Libri Decretalium.

DE TRIPLICI COGNATIONE.

Multo

Vlto magis [a] cognatio matrimonio interdum eſt impedimento. Eſt autē cognatio triplex, ſpiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis [b] cognatio eſt attinentia quædam proueniens ex ſacramenti [c] collatione, uel ad ſacramentum detentione. Non ſolum igitur inter baptizantem, & illum qui eum de baptiſmo ſuſcepit [d], item inter baptizatū [e] & ſuſcipiētis filios, & uxorē [f] ante ſuſceptionem, à ſuſcipiēte carnaliter cognitā. [g] Verū etiā inter

a Vlto magis. Bene multo magis cū cognationis uinculum fortius ſit, quàm iuſtitia publicę honeſtatis.

b Spiritualis. Hanc diffinitionem ſiue deſcriptionem ponit Gloſſ. in cap. j. de cogna. ſpiri. in vj. Abb. in Rubrica. eod. eādem ponit, ſed latioribus uerbis ut ibi per eum. & ſua deſcriptio eſt quædam declaratio ſiue paraphraſis eius quæ hic ponitur.

c Sacramenti. Non cuiuslibet, ſed baptiſmi tantum & chriſmatis, ut infra dicitur. quod ideò eſt ſecundum Ab. in Rubrica. eod. quia hæc ſpiritualis cognatio imittatur naturalem in quantum poteſt. Vnde ſicut cognatio naturalis oritur per natiuitatē carnis, ſic ſpiritualis per natiuitatem quæ conſiſtit in ſpiritu. & in ſacramēto baptiſmi dicitur quis renaſci, id eſt, iterum naſci: quia iam quis natus eſt ſemel carnaliter. Vnde illud euangeli j. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto &c. ex confirmatione autem oritur hæc cognatio quatenus habet connexitatem cum baptiſmo.

d Suſcepit. Nota quòd patrinus dicitur baptizatum ſuſcipere de ſacro fonte, alibi quòd eum tenet. c. contracto. de cogna. ſpiri. & alibi quòd leuat. c. ueniens. eo. tit. quandoq; ꝙ proprijs manibus ſuſtinet uel tenet. xxx. q. j. ca. de his. & c. ad limina. Quæ loquendi formulæ cùm denotent actum proprium & perſonalē. fac. pro ea opi. quòd non poſsit hæc cognatio contrahi per procuratorem, quam multi tenuerunt: ut per Abb. & alios in capitulo ueniens. eod. & per Legiſtas in l. Gallus. §. forſitan. ff. de lib. & poſthum. Conſuetudo tamen præcipue in magnis uiris contrarium approbauit: ut per Peruſin. in capitulo uni. de cogn. ſpir. in ſexto. Abb. ante factum putat negatiuam tenēdam poſt factum affirmatiuam. Sed nunquid per uniuerſitatem poſſit hæc cognatio contrahi? & non putat Federi. de Sen. cum uniuerſitas non ſit baptizata. capitulo baptiſmate. de conſecra. diſtinct. quarta. capitulo Romana. §. uniuerſitatem. & cap. ſi ſententia. de ſenten. excommun. in ſexto. Abb. contrarium tentat ſi per ſyndicum contrahat: quia diſpoſitio concepta in uniuerſitatem reſoluitur ut concernat perſonas ſingulares de uniuerſitate, ſi actus non cadit in uniuerſitatem, ne res effectu careat, dicto capitulo ſi ſententia. facit. quod no. in dicto §. in uniuerſitatem. & capitulo nouerit. & cap. graue de ſententia excommunic. prima uidetur receptior in dicto §. forſitam. hodie cum uno tantum patrino poteſt hæc cognatio contrahi, ita diſponente Cōcilio Tridentino ſeſſione uigeſimaquarta, in decretis reformationum matrimonij. cap. ſecundo.

e Baptizatum. De perſonis quas innectit hæc ſpiritualis cognatio, dic ut nouiſſimè per Concilium Tridentinum. ſeſſio. xxiiij. in decretis reformationum matrimonij. cap. ij & contrahitur, uidelicet inter patrinum ac baptizatum, & illius patrem ac matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem ac matrem, & non inter alios. unde ſublatæ ſunt multæ diſputationes inter filios patrinorum & alias perſonas, de quibus per Doct. in capitulo Martinus. eo.

f Vxorem. Idem uidetur & de concubina. c. contracto. de ſpi. cognatio. comm. contra ut habetur in cap. j. & c. Martinus. eod. nec enim conuenit ut ſpiritualis cognatio extendatur ad coitum illicitum, uir ergo & coniunx ſibi communicant actiones ſpirituales. xxx. q. iiij. c. ſi quis unus. & d. c. Martinus. licet non paſſiones, unde ſi filius alterius tantum leuetur de ſacro fonte, leuans alteri cuius filius non eſt compater non eſt. d. c. j. & d. c. Martinus.

g Cognitam. Secus ſi poſt fiat uxor, uel etiā ſi prius erat uxor, ſed non cognita: quia per unionem carnis ſequentem nō pōt tranſire in unionem ſpiritus præcedentem. xxx. q. iiij.

ſuſcipientem [a] parentesq́; baptizati cognatio ſpiritualis contrahitur, quæ & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſteà contractum. Et quæ de ſuſcipiente dicta ſunt, eadem etiam de baptizāte ſunt intelligēda.

Excepto baptiſmate,& confirmatione,non oritur ex ſacramentis cognatio impeditiua matrimonij.h.d.

Eiſdem modis [b] ex confirmatione ſpiritualis cognatio contrahitur, matrimonia ſimiliter impediens, contrahenda, & poſteà contracta dirimens. Ex datione uerò aliorum ſacramentorum [c] cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, uel diſſoluat.

Cognatio ſpiritualis per Catheciſmum contracta impedit matrimonium cōtrahendum,ſed non dirimit contractum.h.d.

Per Catheciſmum [d] an ſpiritualis cognatio contrahatur, dubitatum eſt, & conſtitutum eſt contrahi quidem illam, ſed nō tantam: licet enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur, poſt eam tamen contractum minimè diſſoluetur. [e]

Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium anteà contractum.h.d.

Diximus autem huiuſmodi cognationē matrimonia contracta dirimere non ſimpliciter, [f] ſed poſteà contracta, nam ſi uir, uel mulier ex ignorantia, [g] uel dolo proprium [h] filium de ſacro fonte ſuſceperit, propter hoc ſeparari non debent, nec alter alteri debitum ſubtrahere, [i] niſi ad continentiā ſeruandam poſſint induci, quia ſi ex ignorantia [k] id fa-

c.poſt uxoris. & latius per Ab. in c.Martinus. eod poſt.Gloſſ.ibid.

a Suſcipientem. Supple & uxorē eius prius carnaliter cognitam,ut hic,& c.Martinus.eo. xxx.q.iiij.ca.ſi unus.

b Eiſdem modis. Id eſt, inter eaſdem perſonas ut not.ſupra proxim.in prin. & in ca.j. §.j. de cogn. ſpiri. in vj. Ex quibus elicitur quòd cōpaternitas ſpiritualis pertinet ad paternitatem & filiationem, & fraternitatem. ſecundum iura decretalium, auos uerò uel nepotes ſpirituales non habemus: ut not.in d. ca.j.§.j.immo hodie ſecūdum Concilium Tridentinum, nec fratres habemus ſpirituales, ut in locis ſupra annotatis.

c Sacramentorum. De ratione not. in principio. in uerbo ſacramenti.

d Per catheciſmum. Catheciſmus eſt illa inſtructio quæ fit ante baptiſmum. Nam cathecizzare dicitur eſſe idem, quod inſtruere,& habet locum maximè in adultis & capacibus,de conſec.diſt.iiij. c.ante uigeſimum. hodie fit ante fores eccleſiæ, & in infantibus antequam baptizentur: ut per Abb.in Rubrica de cogna.ſpirit.

e Diſſoluetur. Vt in cap.contracto. de cog. ſpiri.& c.ij.eod.tit.in vj.

f Simpliciter.Id eſt, non purè & ſine aliqua diſtinctione, cum enim cum diſtinctione uel aliquo addito quid affirmatur non dicitur ſimpliciter affirmari,ut per Ant.de Butr.in c.j. de ſerut.in ord.fa.& de hoc uerbo uide per Imolam & Doct. in l.j.§.ſi quis ſimpliciter. & per Bart. & Legiſtas in l.j. in prin.ff de uulg. & pub. & in alijs ſexcentis locis.

g Ignorātia.Nota igitur quòd quo ad compaternitatem requiritur animus & certa ſcientia: Arg.ꝙ ſi quis credens tenere filium unius tenuit filium alterius,non efficitur pater ſpiritualis baptizati, ſaltem ad dirimendū matrimonium poſtea contractum. de quo uide per Ab.in c.ij.& in c. ueniens. de ſpir. cognat.

h Proprium filium.Nota hic ꝙ parentes non debent proprios filios de ſacro fonte leuare. alius enim eſſe debet pater ſpiritualis, alius carnalis, inſtante neceſsitate licitè baptizant proprios filios. xxx. q j.c.ad limina. nec oritur inter eos aliquod impedimentum. Abb.in cap.ij.de cog.ſpi.

i Subtrahere. Sed nunquid poſſit exigere? Reſpon.ut latè not. in capitulo ſecundo. de cognat.ſpiri.

k Ex ignorantia.Scilicet probabili:aliàs non excuſaretur

ctum eſt, eos ignorantia excuſare uidetur, ſi ex malitia, eis proprius dolus patrocinari [a] non debet. Quinimò pro tali auſu matrimonio ſua firmitate durãte pœnitẽtia [b] imponẽda erit.

Filij pro quorum neutrum uentum eſt ad compaternitatem copulari poſſunt, niſi mos regionis aliud inducat. hoc dicit.

De filijs [c] quoque per quorum neutrum ad compaternitatem uentum eſt, an copulari poſsint quæſitum eſt, & ſanè niſi conſuetudo [d] eccleſiæ, ubi de contrahendis nuptijs agit, uel aliarum [e] uicinarum aliter ſe habeat, tali coniugio minimè obſiſtendum [f] erit.

Licet plures non debeant eſſe patrini, ſi plures tamen fuerint eum omnibus ſpiritualis cognatio contrahitur.

De eo quoque [g] ad monẽdi ſumus, quòd licet nõ plures quàm unus [h] uir uel una mulier [i] ad ſuſcipiendũ de ſacro fonte infantem accedere debeãt, ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis co-

excuſaretur à peccato. ca.j.in fi.de eo qui re. eptat.& c.apoſtolicæ. de cle.excom.mini. c.ij. de cogni.ſpi.

a Patrocinari.c.j. de eo qui duxit in mat.& c.audiuimus.de colluſ.& xxx.q.j. c.dictum.& c.ſedes.de reſcri. cap.ij. de cog.ſpi.

b Pœnitentia. Facit c.cõtracto. de cogn.ſpi.& no. hic quòd pœnitentia imponitur ob ſolam delinquẽdi affectionẽ, licet intentio nõ habuerit effectũ. fac.c.ſicui.& cap. ſi propterea. de pœni. diſtin.j.l.ſi quis nõ dicam rapere. C.de epiſ.& cleri.

c De filijs. Eſt hodie huiuſmodi dubitatio ſuperflua, cum inter filios indiſtinctè huiuſmodi cognatio non contrahatur,ut per Concil. Trident. ſeſſ. xxiiij. in decretis reformationum matrimonij. c.ij.habetur tamen de hoc in c.ſuper eo.de cogna. ſpiri.& in c.ex literis.& utrobique Abb.in d.tit.

d Conſuetudo. Conſuetudo ergo perſonas alioqui legitimas ad contrahendum reddit illegitimas. c.j.& c.ſuper eo.de cognat. ſpirit. c.cum olim.de cle.coniug. & intelligo de tali conſuetudine quæ nõ obſeruata ſcandalum generaret: ut dicitur in dd.locis. & facit,quia cum ex prohibitione talis matrimonij nullũ reſultet peccatum:ergo ſi ſcandalum eſt quòd huiuſmodi perſonæ coniungant̃,propter ſcandalum ſunt prohibẽdi,& uidetur rationabilis iſta conſuetudo ex quadam affinitate contracta ex compaternitate unius filiorum: ut etiã alij coniugi non poſsit, uel ex nouiſsima diſpoſitione Concil.Trident. ex affinitate contracta cum parentibus: argum. d.cap.primi. & xxx.q.iij.cap.poſt ſuſceptum. Vnde fortè ſimili modo poſſet dici ſi in aliquo loco eſſet magnum ſcandalum, ſi quis contraheret in quinto gradu, non enim deberet contrahi, non obſtante eo quod diſponitur in capitulo non debet.de conſangui.& affin. quia ob ſcandalum multa alioqui permiſſa omittuntur: ut not. in d.c. ſuper eo. quod multum commendat ibi Abb.

e Vel aliarum. Not. ergo quòd cõſuetudo unius loci põt extẽdi ad alia loca, quod quando, & quomodo procedat, latè per Anto. de Butri. in c. fin.de offi.Archid.

f Obſiſtendum erit. Si ergo conſuetudo obſiſtat aliud dicendũ erit, ut ſupra proxi.not. quod quidem quò ad matrimonium contrahendum non habet magnũ dubium. Sed an matrimonium contractũ cõtra conſuetudinẽ teneat, & non uidetur.c.fi.de cõſue. tu dicut latiſsimè per Abb.in ca.ſuper eo.de cognat.ſpiritua.

g De eo quoq;.&c. Quod hic dicit̃ eſt hodie correctũ ꝑ Concil.Trid.ſeſſ.xxiiij.in decretis reformationum matrimonij.c.ij.ubi ſtatuitur ꝙ huiuſmodi cognatio non contrahitur niſi quoad unum & ad ſummum unum & unam.

h Vnus.c.nõ plures.de cõſec.di.iiij. Sed an unus poſſit eſſe patrinus in catheciſmo,baptiſmo,& confirmatione? Rñ. poteſt ſi neceſſitas urgeat:ut not.in c.fi.de cogna. ſpi. Sed conſuetudo Romana hoc non recipit.

i Mulier. Ex hoc nota unã differentiã inter cognationẽ ſpiritualẽ & legalẽ: quia ſpiritulẽ põt fœmina cõtrahere,ut hic,& c.fi.de cogn. ſpi.& ꝑ Cõcil.Trid.in loco allegato in ſupraſcriptis notulis,legalem aũt non põt.§.fœminæ.inſtit.de adop.de ratione diuerſitatis. uide per Abb.in cap.ueniens.de ſpirit.cognat.

gnatio æquè quo ad omnes inde contrahitur,[a] tam matrimonia contrahenda impediens, quàm etiam poſtcà contracta diſſoluens. Circa quod idem [b] ſtatuitur,& de confirmatione.

Legalis cognatio modo affert temporale impedimentum matrimonÿs, modo perpetuum,hoc dicit.

Legalis[c] cognatio eſt proximitas per adoptionẽ proueniẽs.[d] eius autem duæ ſũt ſpecies. Vna quæ temporalem impediendi matrimonij cauſã cõtinet. Alia quæ perpetuam. Temporalem cauſam impedimenti continet ea, quæ inter te & eam quæ tibi per adoptionẽ ſoror eſſe cœperit ĩtercedit. Nã per adoptionem quæſita fraternitas,eouſq; nuptias impedit, donec[e] manet.perpetuã prohibitionis cauſam continet, ut puta quæ inter adoptantem & adoptatum. Item inter adoptantem,uxoremq; adoptati, & inter adoptatum, uxoremque adoptantis[f] intercedit. Nam & per emancipationem, diſſoluta adoptione matrimoniũ impeditur.

Quid ſit naturalis cognatio,quid conſanguinitas, quid affinitas.h.d.

Naturalis[g] cognatio eſt, quæ medio cõſanguinitatis, uel affinitatis contracta reperitur. Eſt autem conſanguinitas[h] attinentia perſonarum ex eo proueniens,quòd una deſcendit ab altera, uel ambo ab eadem, uel cõſanguinitas eſt uinculum perſonarũ ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur conſanguinitas, quaſi ſanguinis unitas, quia ſcilicet conſanguinei de cõmuni ſanguine de-

a Contrahitur. Scilicet cùm omnibus iure decretalium:quia multa impediuntur &c. cap. quemadmodum. de iureiur. l. patre.ff. de his qui ſunt ſui uel ali.iur.

b Idem. Scilicet ut plures in confirmatione tenere nõ debeãt, tamen ſi teneant omnes ſint cõpatres,& compatrini iure decretaliũ.

c Legalis. Hic ſecunda pars principalis huius tit.

d Proueniens. Hæc diffinitio ſiue deſcriptio eſt Hoſt.in tit.de lega. cogna. Sed in Rubrica eiuſdem tituli dicit quòd eſt quædam propinquitas à lege inducta per quàm efficitur quis filius,uel nepos,uel deinceps. ſeu frater uel affinis, qui non eſt naturam imitans,allegat.l. adoptiones. ff. de adopt. Et not. ſecundum eundem ibi quòd lex ciuilis ex qua emanauit hæc cognatio. quandoque inducit impedimentũ habile ad uetandum & dirimẽdũ matrimoniũ. Sed tamen uerius id non procedit in uirtute diſpoſitionis iuris ciuilis. Sed ex approbatione legis canonicæ expreſſa,unde licet ius ciuile prohibeat matrimonium inter tutores & pupillam, rectorem prouincie & ſubditam,nihilominus inter iſtos coniugium teneret,cum lex canonica ſpecificè has diſpoſitiones non approbet.faci. not. xxx. q.iij.c.j. & per Abb.& alios in d.Rubrica.

e Donec manet.Sic.ca. uni. de leg. cogn. & cap. per adoptionem. & cap. ita diligere.xxx. q.iij.& l. per adoptionem.ff. de rit. nupt. ceſſante ergo cauſa ceſſat effectus. ca. poſt tranſlationem. de renuntiat. Sed nunquid adoptiui poſſint inter ſe contrahere? quidam quòd ſic:ut not.in d.c.uni. Item nunquid diſſoluatur matrimonium ob impedimẽtum legalis cognationis? quidam quòd non,cùm ſit impedimẽtum temporale,ut hic. alij contra,quod uidetur uerius: ut per Abb.in d.ca. unico. & intellige hæc omnia de adoptione ſolenniter facta,& in forma:ut per Abb.in d.c.uni.

f Vxoremq; adoptantis. Ex eo quod hic inculcat de uxore uidetur innui quòd ſacerdotes non poſſint adoptare: argum. not.per Iacob.Butri. in l. mancipia.C.de ſer. fug. per quo uidet. §.illud.inſt. de adop. Communiter cõtra,ut per Abb.in c.uni. de leg. cogna. & traditur in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthu.fac.l.ſi pater.ff de adopt.

g Naturalis.Tertia pars principalis tituli.

h Conſanguinitas. De hac diffinitione uide quæ not.xxxv.q.v.per Glo.in arbore affinitatis, & per Hoſt.in ſum.de conſang.& affinita.

Affinitas.

ſcendunt. Affinitas [a] eſt quædam perſonarũ proximitas ex coitu proueniẽns, ex eo dicta, [b] quaſi duorũ ſit ad unum finem unitas. Cum enim duæ cognationes diuerſè per aliquorum copulam coniunguntur, alter ad alterius cognationis quaſi quoſdam fines accedere uidet̃.

Affinitas & conſanguinitas cõtrahitur etiam ex damnato coitu, h.d.

Nec intererit quòd ad cõſanguinitatem, uel affinitatem cõtrahendam, ex iuſtis nuptijs aliqui, an ex damnato [c] coitu inuicem copulati fuerint.

Hodie matrimonia uſque ad quartum gradum incluſiuè ſunt prohibita, & de facto contracta temporis curſu non ualidantur. h.d.

Conſtitutum igitur erat olim, [d] ut quicunque uel ſeptimo conſanguinitatis, ſiue affinitatis gradu ſeſe inuicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non poſſent, quod ipſum non ſolũ in primo, uerum etiã in ſecundo, & tertio affinitatis genere [e]

a Affinitas. Hanc deſcriptionem ponit Hoſtien. in ſumma de affini. ſed addit hæc uerba omni carens parentela. & dicitur ſimpliciter ex coitu non ex matrimonio uel nuptijs: quia hic ponitur deſcriptio non modo legitimæ affinitatis, uerum etiam illegitimæ, & uerbnm coitus, eſt aptus comprehendere utranque ſpeciem affinitatis, licet quidam dicerent ex iniuſto coitu non contrahi affinitatem, ſed publicæ honeſtatis iuſtitiam: ut per Hoſt. loco ſupra citato.

b Ex eo dicta. l. non facile. §. affines. ff. de grad. affini. & per Abb. in cap. quod ſuper. de conſangui. & affinitat.

c Ex damnato coitu. cap. primo. & cap. deſcriptionem. de eo qui cognouit conſanguin. uxor. ſuæ, etiam ſi ignoranter fuerit talis coitus habitus. d. capit. primo. eſt tamen nouiſſimè hoc affinitatis ex illicito coitu prouenientis impedimentũ contractum, nec enim excedit ſecundum gradum: ut per Concilium Tridentinum ſeſſion. xxiiij. in decretis ſuper reformationibus matrimonij. cap. iiij.

d Olim. Vt cap. j. & cap. nullum. & per tot. xxxv. q. ij.

e Genere. Vt melius intelligatur hæc litera, uidendum eſt quod ſit primum genus affinitatis. quod ſecundum, quod tertium, de quibus ſecundum Io. And in c. non debet. de conſan. & affi. dic ſic, & ſume hanc regulã. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus attinentiæ & non gradum. Verbi gratia, ego & frater meus ſumus conſanguinei in primo gradu conſanguinitatis, frater meus ducit uxorẽ, illa eſt perſona addita perſonæ per carnis copulam, illa mutat genus attinentiæ, id eſt, alio genere attinentiæ attinet mihi quàm frater meus; quia ille eſt mihi conſanguineus, & illa eſt affinis: ſed non mutat gradum: quia ſicut frater eſt mihi cõſanguineus in primo gradu, ſic & illa mediante fratre meo eſt mihi affinis ĩ primo gradu primæ affinitatis. Ergo ſi uis habere primum genus affinitatis adde per carnis copulam alicui de tua conſanguinitate aliquam perſonam, & illa perſona eſt affinis omnibus conſanguineis uiri ſui in primo genere affinitatis, & ſolum hoc genus hodie prohibitionem habet, ut hic & capitu. non debet. de conſangui. & affin. unde mortuo uiro illius mulieris, illa non poteſt habere aliquem de conſanguinitate uiri ſui. Ergo patet quòd omnes conſanguinei & conſanguineæ uxoris meæ ſunt mihi affines primo genere affinitatis, & econtrà. Si uis habere ſecundum genus affinitatis adde perſonam per carnis copulam primo generi hoc modo. Vxor fratris mei eſt mihi in primo genere affinitatis, mortuo fratre meo, adde illi alium uirum, & ille erit mihi affinis in ſecundo genere affinitatis, & ille ſecundum antiqua iura mortua illa non poterat accipere aliquam de conſanguinitate prioris mariti uſque ad quartum gradum, & de iſto ſecundo genere habes. xxxv. q. iij. c. de propinquis. ſed hodie non prohibetur: ut hic dicitur. & in d. cap. non debet. Si uis habere tertium genus adde perſonam perſonę per carnis copulam ſecundo generi, & ſic habebis tertium genus, uerbi gratia, Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta maritus eius qui eſt tibi in ſecundo genere accepit aliam, illa eſt tibi in tertio genere, & illa olim mortuo uiro ſuo nõ poterat

ſibi locum uēdicabat, nec ſoboles ex ſecundo matrimonio ſuſcepta, cognationi præmortui uiri copulari poterat. Sed cum huiuſmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerēt, & aliquando periculum parerent animarum, euidenti utilitate ſuadente, huiuſmodi conſtitutiones abrogatæ fuerunt, ſancitumq́; ut prohibitio copulæ coniugalis quartum [a] conſanguinitatis gradum primi duntaxat generis non excedat. Vir igitur qui à ſtipite quarto gradu, & mulier quæ ex alio latere diſtat quinto, licitè coniungi poterunt. Aliàs ſi propriore gradu ſeſe inuicem contingant, temerè contractum matrimoniū adeò erit irritū, quòd nullo poterit annorū numero [b] defendi.

Infideles intra quartū gradum coniuncti ſi conuertantur, non ſunt ſeparandi, & eorum proles eſt legitima. h. d.

Si tamen infideles, qui ſecundum ueteris, uel propriæ legis inſtituta, circa gradus conſanguinitatis, uel affinitatis à canonibus notatos, [c] coniuncti ſunt, Domino inſpirante conuerſi fuerint matrimoniū anteà contractum non erit poſt baptiſmi lauacrum irritandum. Cum per ſacramentū baptiſmi non ſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur. [d] Vnde & proles inde nata legitima [e] cenſebitur.

Propinquitas uiri reputatur uxoris, & propinquitas uxoris reputatur uiri. h. d.

Admonendi etiam ſumus perinde uirum à conſanguineis & ꝓpinquis uxoris abſtinere debere, & uxorē à propinquis uiri, atque à proprijs. [f] Hu

poterat copulari alicui de cōſanguinitate tua, cum illa eſſet tibi, & conſanguineis fatris tui in tertio genere uſque ad ſecundum gradum. de hoc genere habes xxxv.q.iij.c. porro.& primum genus contrahitur tantum ex una parte, ſecundum, & tertium genus quandoque ex una parte, ut in prædictis exemplis, quandoque ex utraque parte, ut in uxoribus duorum fratrum, quæ ſunt inter ſe in ſecundo genere ex utraque parte appoſitum, altero fratre mortuo ſi illa copulatur alteri ille erit in tertio genere uxoris alterius fratris. Primum genus dicitur: quia primo emanat de conſanguinitate, uel, quia una perſona mediante cōtrahitur. Secundū dicitur, quia ſecundo loco emanat poſt primum, uel, quia duabus perſonis mediantibus cōtrahitur. Tertium, quia in tertio loco, uel quia tribus perſonis mediātibus emanat.

a Quartum. Vt cap. non debet. & cap.fin. de conſangui.& affini.uidetur ergo ꝙ aſcendentes poſt quartum gradum poſſint contrahere cum deſcendentibus, & contra, quod admittit Goffr. ob generalitatem.d. c.non debet. Tene contrarium cum Io.Andr. Hoſt.& Abb.d.loco,& de hoc eſt tex. in l.nuptiæ.ff.de ri.nup.ubi not. quòd ſi Adam hodie uiueret non reperiret uxorem, quæ lex cum nō reperiatur correcta ſpecialiter, non debemus per generalem iuris Canonici diſpoſitionē dicere contrarium:ar.c.ij.de deſpon.impub.hoc tamen propter breuem hominum uitā uix poſſet in facto contingere.

b Numero. Et ita nulla præſcriptio currit contra matrimoniū, quēadmodum nec cōtra uotum.c.quod Deo.33.q.v.& ca. ſicut nobis. de regular. immo diuturnitas temporis auget peccatū. ca. quanto. & c. ſi.de conſue.& c.non ſatis.& c.ſeq.ꝺ ſim.

c Notatos. Vt xxxv.q.ij.c. contradicimus, cum alijs.& q.v.c.ad ſedem.& c. non debet.& c.fi.de conſan.& aff. Et no.ꝙ circa ſacramenta & ſpiritualia aīam cōcernentia iudei nō aſtringuntur lege canonica, unde licitè contrahunt matrimonia in caſibus humana tantum lege prohibitis. fa. c.gaudemus. de diuor.& latè ꝑ Doct.in ca.iudæi. ij.de iudæis.

d Dimittantur. xxvj.diſ.c.deinde. & c.gaudemus. de diuor. etiā quo ad pęnā, ita ꝙ ſi baptizatus ſtatim moreretur non ſentiret aliquam pœnā purgatorij ſecundum Aug.in c.ſi.de pę.diſt.vj.& per Ab. in d.cap.gaudemus.

e Legitima.c.ſi. qui fil. ſint legit.

f Proprijs.Vt cap.j. de conſangui. & affin.&

xxxv.

xxxv. quæſt. ij. cap. æqualiter. cum ſequen.

a Manifeſta ratio. Vt xxxv. q. v. c. porro. c. de bitum. de bigamis.

b Impediri. Vt c. quod ſuper. de conſang. & affi. & quemadmodum non oritur affinitas inter cōſanguineos uiri & conſanguineos uxoris, ita nec inter maritū, & uxorem, ſunt enim ipſi affinitatis cauſa, & una caro, ideoque uir cōmunicat conſanguineos ſuos uxori, & uxor communicat uiro ſuos. Et fac. hoc ad q. an ſi ſtatutū faciat mētionem de affinibus comprehendat uirum & uxorē, de qua per Do&ctо. in l. non ideò. C. de hære. inſtit. & in l. affinitatis. C. com. de ſucceſ. & in l. j. C. unde uir. & uxor.

c Si quis autē. Viſum eſt hucuſque qualiter ſpiritualis & legalis cognatio īpediat matrimoniū. Item ēt carnalis, & qualiter īpediat affinitas legitima, nunc qualiter illegitima, quę in ſumma hoc tātum poteſt quòd dirimit ſpōſalia de futuro uſque ad quartū gradum iure decretalium, uſque ad ſecundum. per Concil. Triden. ſeſſio. xxiiij. in decretis reformationum matrimonij. c. iiij. non autem de præſenti. Item priuat facultate amplius matrimonium contrahendi, & poteſtate debitum exigendi, ut hic apparet, & per totum titulum

ius autem rei manifeſta [a] ratio illa eſt, quia ſi ſecundum diuinam ſententiam ego, & uxor mea una caro ſumus, profectò mihi & illi, mea ſuaq; cognatio una propinquitas efficitur. Quocirca ego & ſoror meæ uxoris in uno, & primo gradu erimus, filius uerò eius in ſecundo gradu erit à me. Nepos tertio, & ſic deinceps. Vxorem uerò propinqui cuiuſcunque gradus ſit, ita me oportet attendere, quēadmodum eiuſdē gradus fœmina propriæ propinquitatis exiſtat, quod nimirū & uxori meæ de propinquitate mea, in cunctis cognationis gradib. conuenit obſeruare.

Coniuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cū cōiunctis uiri, h. d.

Quanquàm autem omnes conſanguinei uiri, uxoris ſint affines: inter conſanguineos tamen uxoris, & uiri, nulla intelligitur eſſe affinitas contracta, propter quam inter eos matrimoniū debeat impediri. [b] Pater igitur, & filius, cū matre & filia. Itē duo cognati cum duobus cognatis licitè contrahere poterunt.

Qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ, non poteſt debitum petere, licet reddere teneatur, & uxori ſuperſtes, carebit ſpe coniugij. h. d.

Si quis [c] autem cōtracto matrimonio, cōſanguineam uxoris ſuæ cognouerit, [d] ut putà ſi uitricus priuignam, uel maritus ſororē propriæ uxoris adulterauerit, matrimonium quidem anteà contractum nō dirimitur. ſed qui ſe ità contra leges alteri cōmiſcuit, [e] à coniuge nunquam debitū petere poterit, [f] nec cū aliqua legitimas nu-

de eo qui cogno. conſangui. uxo. ſuæ.

d Cognouerit. Scilicet ſcienter. cap. j. de eo qui. cog. conſan. ignorantia tamen non impedit quin oriatur affinitas. ut in c. deſcriptione. eo. tit. Sed operatur quod ignorans non priuaretur iure exigendi debitū, nec inhabilitareī ad cōtrahendū ſi ſuperuiueret uxori, ut per Abb. in d. c. j.

e Commiſcuit. No. uerbum, quia aliud eſſet ſi ſe nō cōmiſcuiſſet, ſed tantum cognouiſſet mulierem circa fęmora & naturalia non intrando clauſtra pudoris: quia tunc non oriretur affinitas, licet emiſſio ſeminis interueniſſet. fac. c. diuinæ conſtitutionis. xxvij. q. ij. & c. extraordinaria pollutio. cum ibi no. xxxv. q. iij. Immo Innocentius tenet requiri emiſsionem ſeminis utriuſq;, & commiſtionem intra clauſtra pudoris, nec unius tātum ſufficere. Cōmuniter tamen tenetur ſufficere unius: ut per Ab. in ca. fraternitati. de eo qui cogno. conſangui. uxo. ſuæ.

f Petere poterit. Sed nunquid hoc erit uerum ſi alter cōiugum dederit cauſam huic illicito coitui, ut ſi ęgrotus mandet uxori ut patiatur ſe cognoſci à medico ſuo conſanguineo, uel carceratus mandet ut ſe patiatur cognoſci à iudice? reſpon. ut not. in c. de ſcriptionem. de eo qui cogn. conſang. uxo. ſuæ.

Contra-

quam nuptias contrahere,[a] licet propriæ uxori ſuperuixerit.

Vxor cuius conſanguinea à proprio uiro cognita eſt, monenda eſt non cogenda ad continentiam. h. d.

Vxor quoque cuius conſanguinea à ꝓprio marito fuit cognita, diligenter eſt commonenda, ut à cõmixtione uiri abſtineat, & in continentia maneat, donec uir uiã uniuerſę carnis ingreſſus fuerit. Quòd ſi fortè monitionibus parere recuſans, talis fuerit, ut de lapſu ipſius ꝓbabiliter timeri poſſit, uir eius & poterit & debebit debitum ſibi ſoluere[b] coniugale. Cum affinitas poſt matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat,[c] quę iniquitatis particeps nõ exiſtit.

Subſequens affinitas non dirimit matrimoniũ, ſed præcedens legitimè probata. h. d.

Ergo præcedens affinitas non ſubſequẽs dirimit[d] matrimonium. ſed nec id quidem indiſtinctè obtinet, nam etſi utriuſq; coniugum conſtet aſſertione,[e] acclamante etiam uicinia, quòd coniugatus ante contractum matrimoniũ uxoris ſuæ conſanguineã cognouerit, propterea coniuges ſeparari non debent, nec enim talis confeſſio momentũ habere debet,[f] cum alioqui facilè fieri poſſit, ut quicunque inter ſe contra matrimonium uelint colludere, ad confeſſionem inceſtus facilè proſiliant, ſi ſuæ aſſertioni Eccleſiæ iudicium acceſſurũ credant. Rumor autem uiciniæ non eſt adeò iudicandus ualidus,[g] ut niſi fide digniæ probationes accedãt, poſſit rite cõtractum matrimonium irritare.

DE CLANDESTINA[h] DEſponſatione.

XIV

DE CLANDESTINA[h] deſponſatione.

a Contrahere. Poterit tamen cum hoc Papa diſpenſare, cum hoc ſit impedimentum uiris poſitiui. c. propoſuit. de conceſ. præbendæ. Immo interdum & epiſcopus: ut not. per Abb. in c. j. & c. ij. de eo qui cogn. conſan, uxo. ſuæ.

b Soluere. Sed non exigere. c. j. & c. fi. de eo qui cogno. conſang. ux. ſuæ. c. inquiſitioni. de ſent. excom.

c Non debeat. Nota quòd affinitas ſuperueniens inter uirũ & uxorem priuat ſolum culpabilẽ iure exigendi debitum.

d Dirimit. Quia non ſolum uxor, & maritus efficiũtur una caro per copulam, ſed etiã fornicarius, & fornicaria. cap. de illo. de eo qui cogno. conſanguin. uxo. ſuæ. ubi Ab. & clarius. xxxij. q. iiij. per tot.

e Aſſertione. nota ergo quòd ad confeſſionem cõiugum non debet fieri ſeparatio: qa matrimonium habet dependẽtiam nõ ab homine ſed ab ipſo Deo recipit indiſſolubilitatem. xxxiij. quęſt. ij. cap. quos Deus. & xxxv. quæſt. x. capit j.

f Habere debet. Immo uidetur ꝙ debeat cum confeſſus habeaẽ ꝓ iudicato. l. j. ff. & C. de confeſſ. Sed dic quòd in caſu iſto non ſtatur confeſſioni contra matrimonium propter rationem quæ hic ſubijcitur: & quia non poteſt quis pro ſe teſtificari, ut xliij. quæſt. ij. §. j. & ff. de interrog. act. l. de ætate. §. j. & in caſu noſtro conſiderata ratione tex. quilibet diceretur teſtificari uel confiteri pro ſe, & non cõtra, cum uterque appetat diſſolutionem, & ſic iure communi nõ prodeſt ei talis cõfeſſio. de hoc tamen latè per Abba. & reliquos in capit. primo. & in capitu. ſuper eod. de eo qui cogno. conſanguin. uxor. ſuæ. & in cap. per tuas. qui fil. ſint legitimi.

g Validus. Immo contra capit. illud. & capit. tertio loco. de præſumptio. Solu. ibi de contrahendo matrimonio, hic de contracto. facit cap. ſuper eod. de conſanguinita. & affinitat. uel ibi fama, hic rumor, qui minor eſt quã fama, ut per Docto. in capit. qualiter, & quando. de accuſatio. & in capitul. ſuper eo. de eo qui cogno. conſanguin. uxor. ſuæ. & per Archidia. xxxv. quęſtio. v. cap. ſi duo. Legiſtæ. in l. de minore. § plurimum. ff. de quæſtio. & in l. iij. §. eiſdem. ff. de teſtib. & in l. fin. ff. de hære. inſtituend. Alciat. in parergis libr. primo. cap. ſexto.

De

Prohibentur matrimonia contrahi clandeſtinè, ne poſteà oporteat illa diſſoluere. hoc dicit.

NE tamen poſt ſecutã copulã, & ſuſceptam prolem de tectis quibuſdam impedimentis, non ſine graui ſcandalo contracta matrimonia, retractari [a] oporteat, neue ſi alter coniugum, qui clam contraxerint, cõiugium negauerit legitimis ꝓbationibus deficiendibus, Iudicis ſentẽtia ritè fuerit abſolutus, uterque alijs nubendo reatum incurrat [b] adulterij, conſultiſsimè conſtitutũ eſt, ut nullus fidelium occultè nuptias [c] cõtrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint, per presbyterum proponantur [d] publicè cõpetenti termino præſinito, intra quẽ qui uoluerit, [e] & ualuerit legitimũ impedimẽtum opponat, & ut ipſe quoq; preſbyter per ſe inueſtiget, utrum aliquod futuro matrimonio obſiſtat impedimentum.

Suſpenditur contractus matrimonij, donec extat præſumptio quòd non poſſit contrahi. hoc dicit.

Cuius ſi apparuerit probabilis [f] coniectura, contractus expreſſè interdicetur, donec quid fieri debeat manifeſtis conſtiterit documentis.

Nati ex clandeſtinis, et interdictis matrimonijs nõ ſunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Eccleſiæ ante ſententiam diuortij ſint legitimi, niſi uterque coniugum nouerit impedimentum. h.d.

DE clandeſtina. Clandeſtinum dicitur tribus modis. Primo cum non habentur teſtes iuſta tenorẽ. ca.ij. eo. Secundo cum non ſit cum ſolẽnitate. c. aliter. xxx. q.v. Tertio quod ſit contra tenorem c.ſi. eod. unde ſumitur hic tit. qui nouiſſimè per Concil. Trid. corrigitur ſeſſio. xxiiij. in decretis reformationũ matrimonij. c.j.

a Retractari. facit ſupra qui ꝓmou. non poſſ. in princ. cum ibi allegatis.

b Incurrat. Vt cap. fin. xxx. quæſ. v. & eſſet adulterium ſi quis cum alia contraheret: qa huiuſmodi matrimonium ualet coram Deo & militante eccleſia iure decretalium, quanquàm peccent clandeſtinè contrahentes. ca. aliter. xxx. quæſt. v. ubi not. hoc tamen eſt nouiſſimè immutatũ in Concilio Tridentino ſeſſione xxiiij. in decretis reformationum matrimonij. cap. j. ubi ſtatuitur matrimonia contracta ſine ſolennitatibus poſitis hic. & in cap. fin. eod. unde ſumitur, & in d. cap. primo. ſeſſionis xxiiij. eſſe irrita & inania. ſed loquendo de iure decretalium ſimile eſt in clandeſtina collatione quæ quanquàm non careat ſuſpitione, tenet tamen ſi de ea quoquomodo fides fieri poteſt. c uni. ut eccle. beneſi. &cæ. licet ſecus ſit in electione quæ facta clam non ualet, ut traditur in cap. quia propter. de electio. & in c. fin. eod. titu. in ſexto. & per Abb. in c. j. eo.

c Nuptias. Et ſic loquitur de matrimonio. Sed nunquid quod hic dicitur habeat locum etiam in ſponſalibus de futuro; communiter tenetur habere locũ propter identitatẽ rationis. fac. l. oſo. ff. de ſponſa. Vnde Ab. in c. fin. eo. not. ꝙ contrahẽtes clandeſtina ſponſalia peccant, & iudex põt illa ĩterdicer̃.

d Proponantur. Sed cũ in multis locis quod hic dicitur non ſeruer̃, quæri poteſt, nunquid ex hoc matrimonium dicatur clãdeſtinum, & per Ab. in c. ſi. eo. poſt alios antiquos determinat̃ non eſſe matrimonium clãdeſtinũ, dũmodo illud ſit cõtractum coram fideliũ collectione, quę eccleſia appellari poteſt. ca. eccleſia. de conſecra. diſtin. j. quod forte hodie non procederet ſtante Concilio Triden. quod expreſſè irritat huiuſmodi matrimonia.

e Voluerit. Cũ ergo quilibet admittat quaſi publicũ crimen uſ. immo quilibet tenet̃ ſaltem denunciare c. tua. de cogna. ſpi. & c. cum in tua. de ſpon. Sed quid ſi unus agit contra huiuſmodi matrimonium & ſuccubuit, an alius debeat audiri præpõnens idem impedimentum? quidam ꝙ non: quia actio popularis conſumitur uno agente. l. cum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. tu dic melius ut not per Abb. in cap. fin. eod.

f Probabilis. Not. ergo quòd probabilis cau

ſa

Quicunque uerò huiuſmodi clandeſtina,[a] & interdicta[b] cõiugia inire auſus fuerit, etiam ignoranter, proles ex huiuſmodi cõiunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſebitur, nec de parentum ignorãtia ullum eſt habitura ſubſidiũ, cum ſic cótrahentes, uel nõ expertes ſcientiæ, uel ſaltem aſſectatores[c] ignorantiæ uideantur, licet alioqui ſi ignorantes in faciẽ Eccleſiæ cõtraxerint ante latam ſentẽtiam diuortij nati, & legitimi habeantur,[d] & in bona paterna hæreditario Iure ſuccedant. Idem Iuris[e] erit, ſi in conſpectu quidem Eccleſiæ contraxerint, ſed impedimentũ ambo[f] nouerint.

Sacerdos contemnens conſtitutiones Eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia ſi publicentur recipit Eccleſia. h.d.

Sane ſi parochialis ſacerdos tales[g] coniunctiones prohibere cõtempſerit, per triennium ab officio ſuſpẽdendus erit, grauius etiam puniẽdus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit.[h] Verum (ut ſupra indicauimus) ſi cótrahẽtes clãdeſtina matrimonia publicare uoluerint, niſi alia cauſa[i] impediat, ab Eccleſia recipienda ſunt, tã quàm à principio[k] in Eccleſiæ cõſpectu cótracta.

QVI MATRIMONIŨ ACCUſare poſſunt, uel cótra illud teſtificari.[l] XV

Non admittitur ad accuſandum matrimonium qui tẽpore denuntiationis ſiluit, niſi

ſa impedit matrimonium contrahendum, facit c. præterea. de ſponſali. & c. cum in tua. & cap. ſuper eo. de conſangui. & affini.

a Clandeſtina. Scilicet non præmiſſa denunciatione.

b Interdicta. Poſt probabilem cauſam allegatam nec finitam.

c Affectatores ignorantiæ. Quia præſumitur malè agere qui clandeſtinè contrahendo fugit lucem. & facit, quia paria ſunt ſcire impedimentum & ſcire poſſe l. Iulianus. ff. ad Macedonia.

d Legitimi habeantur. c. cum inter. ubi etiam no. qui fil. ſint legiti. immo & ſi unus tãtum ignoret, c. ex tenore. eod. tit.

e Idem iuris. Scilicet quòd proles erit illegitima.

f Ambo. Et ideò non ꝓdeſt opinio eccleſiæ ſi ambo parẽtes ſciant impedimentũ qn filij ſint illegitimi. Sed qd ſi unus ſcit & alter neſcit, dicunt Bar. & Laur. quod quãtũ ad ſcientem ſunt illegitimi, quãtũ ad ignorantem legitimi: argum. C. de inceſt. nupt. qui contra, tu dic quòd ſunt abſolutè legitimi: ut in capit. ex tenore. qui fil. ſint legi, monſtrum autem eſſet ſi quis eſſet partim legitimus & partim illegitimus, ſicut ſi aliquis eſſet partim ſeruus & partim liber. l. ſi duobus. ff. de ſtatu homi. & ita not. in cap. fi. eod.

g Tales. Scilicet poſt allegatũ impedimẽtũ.

h Poſtulauerit. c. fi. §. fi. eod. unde ſumitur.

i Cauſa. Puta conſanguinitas, xxxij. q. v. cap. horrendus. & xxxv. q. iij. capit. contradicimus. uel affinitas, uel aliud, capit. ſuper eo. de eo qui cogn. conſ. ux. ſuæ. facit capit. ij eod. unde ſumitur.

k A principio. Arg. quòd id qđ à principio nõ ualebat, tractu tamẽ temporis conualeſcit, ca. quod ſicut §. ſi autẽ. de elect. argum. contra. de elect. c. dudũ. primo. ubi de hoc not. & c. ſcientes. de cenſi. Sed in caſu noſtro iure decretalium matrimonium etiam à principio ualebat quo ad Deum, licet non quo ad eccleſiam, ſed ſolũ cum primum declarat, ſic de frig. & malefi. c. fraternitatis. in fi. & ff. ſi ſer. uendicetur. l. ſicut. §. ſed ſi quæritur. & ff. de acq. rer. domi. l. adeò. §. cum quis. in fine. hodie autẽ poteſt habere dubitationem qđ hic dicitur, ꝑ ea quæ ſtatuit Concilium Tridẽtinum in ſeſſione xxiiij. in decretis reformationum matrimonij cap. j.

QVI MATRIMONIVM ACCVſare poſſunt, uel contra illud teſtificari. l

TEſtificari. Quoniam factis denunciationibus de quibus in titulo præcedenti, interdum comparent qui matrimonium accuſant, & teſtes qui contra matrimonium teſtificantur, ideò poſt titulũ præcedente m

cedentem congruè ponitur hic tit.

a Tempore. Et ita qui intra tempus conſtitutum non proponit ius ſuum, poſtea repellitur & ab accuſatione, & à teſtimonio: arg. capit. fi. de cland. deſponſ. & c. licet. de probat. & l. diffamari. C. de ingenuis. Sed nunquid ſaltem admittuntur ad denunciandum? uidetur q; ſic, cùm iuramentum ei non obſtaret c. quemadmodum. de iureiur. & i ca. tua. de cogna. ſpir. Dicas, q; non eſt admittẽdus cũ ſit ſuſpectus, ut in c. fi. eo. & ſuſpectæ perſonæ remoueãtur à denunciatione ſicut ab accuſatione, c. cum dilectus filius. infra. de accuſat. & ca. cum in tua. de ſimo. & cui una uia aliqđ prohibetur. & c. c. cum quid. de re. iu. in vj. & ca. tuæ. de procu. cũ concor. ibi alleg. & ita not. in d. c. fi.

b Concedendum erit. Nam exiſtẽs in diœceſi, præſumitur habere notitiam eorum quę palam fiunt in ciuitate. facit c. qđ dicitis. d. xv. & xij. q. ij. c. qui & humanis. & d. lxxxij. ca. propoſuiſti. & nota quòd ualet citatio generalis per edicta, quando neſcitur quis ſpecialiter ſit citandus, l. j. cum Aur. quæ ſequitur. C. ſi minor ab hære. ſe abſti. quod facit pro conſuetudine ſcholarium uolentium à ſtudio diſcedere, qui faciunt fieri edicta & proclamata in ſtudijs, de quo uide per Ab. in c. fi. eod.

c Iuramento. Sic. de teſti. c. præſentium. & c. paſtoralis. de except. & capit. fi. eo. ex quo nota quòd plus ualet iuramentum unius quàm præſumptio iuris, quia per iſtius iuramentum eliditur præſumptio iuris, xxxv. q. iij. c. extraordinaria. & not. in d. c. fi.

d Aditus. Hic habes quòd aliquis admittitur ad accuſandũ cuius author repellitur: ſecus eſt in teſtibus, c. licet. de teſti. c. fraternitatis. de hæretic. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Reſpõdeo ad dictum accuſatoris nulla fit condemnatio niſi adſint legitimi teſtes, ſed ad dictum teſtis quis condemnatur, & ideò debet eſſe ta les authores ut ipſorum dicta ſufficiant, ad hoc ut illi admittãtur qui habent cauſam ab eis: arg. l. uitia. C. de acquire. poſſ.

e Idẽ iuris. No. tres caſus in quibus præſumitur ignorantia eorum quæ fiunt in ciuitate.

f Commorabatur. Facit quòd ſtatutum pœnale nõ comprehendat abſentes.

g Feruore. xv. q. j. c. illa. & xvij. q. j. c. Gonſaldus. & c. ſicut tenor. de reg.

h Tam teneris. Sed quæ erit talis ætas? quidam ut Inno. quòd quãdo quis eſt doli capax. Abb. quòd iudicantis id relinquendum arbitrio, qui diſcernet ætatem & diſcretionem pueri, an ſufficiat ad comprehendendum hoc factum.

i Cauſa. Vt, quia tempore denunciationis factæ erat excommunicatus, & ſic non poterat matrimonium contrahendum denunciare, ſecundum

iuret de calumnia, & quòd poſt denunciationẽ nouit quæ obiecturus eſt, & negligentia authoris mei non intelligitur eſſe mea. h. d.

Non tamẽ quandoq; aut indiſtinctè omnes ad matrimonium impugnandum admittendi erũt. Nam ſi quis tempore [a] factæ à ſacerdote denunciationis in ipſa diœceſi conſtitutus, nihil contra matrimonium dixerit, eidem mox coniunctos impetere minimè concedendum [b] erit. Niſi proprio firmauerit iuramẽto [c] quòd ea quę obiecturus eſt, poſteą didicerit, quodque ad accuſandum, dolo nõ pſiliat, quo caſu etiã ſi qđ obiecturus eſt, ab illis didiciſſet qui denunciationis tempore ſiluerunt, claudi non debet ei accuſandi aditus, [d] quoniam etſi ab impetitione huiuſmodi, culpa ex tali ſilentio contracta, authores excludat, iſte tamẽ qui culpa caret amoueri non debet.

Ex cauſa etiam poſt denunciationem poteſt quis matrimonium accuſare. h. d.

Idem Iuris [e] erit, ſi tempore denunciationis, uel extra diœceſim commorabatur, [f] uel aliàs denunciatio ad eius notitiam peruenire non potuit, ut putã ſi nimiæ infirmitatis feruore [g] laborans, mentis non erat compos, uel in annis tã teneris [h] cõſtitutus erat, ut ad talium rerũ perceptionẽ, eius ętas ſufficere nõ ualeret, ſi ue alia legitima cauſa [i] fuerit impeditus.

Ad accuſandum matrimonium non ex cauſa delicti, ſoli coniuges admittuntur hoc dicit.

Sed nec omnes ad accuſationẽ, teſtimonjumue dicendum admitti debent, nam [a] ſi de tali impedimento agendum ſit, quòd neque cõiugum in ſe delictum contineat, nec ob id matrimonium diſſolui cuiuſquam interſit, præterquàm ipſorum coniugum, utputà ſi erratum in cõditione ſtatus [b] fuerit, uel ſi mulier ità ſit arcta, ut cognoſci nõ poſsit, uel uir ità frigidus, ut coire nequeat, ſoli ipſi coniuges admittentur.

Ad accuſandum matrimonium ex cauſa delicti, omnes admittuntur, ſed potiſſimum coniunctiores, antiquiores, & honeſtiores. h. d.

Quòd ſi delictum contineat ut quia aliqui in gradu uetito, uel contraxiſſe, uel cõtrahere uelle dicãtur. Tunc quilibet [c] quidem ad accuſandum recipitur. Sed omniũ maximè parentes, [d] & ſi ij deſint proximiores, id eſt, ſoror, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, eorumq́ue deſcendentes. Quòd ſi ꝓgenies tota defecerit, ab antiquioribus, [e] & honeſtioribus, quibus eadẽ propinquitas nota uериſimiliter eſſe debeat, accuſatio [f] teſtimoniumue [g] recipi poterit. Ideò autem omnium maximè parentes, & coniunctiorès admittuntur, quoniã unuſquiſque ſuam genealogiam [h] cum te-

ſecundum utrũque Abb. facit cap. quia diuerſitatem. de conceſ. præben.

a Nam ſi de tali. Diſtinctio quæ hic ponitur an impedimentum matrimonij concernat delictum uel non, uerificatᷓ ex his quæ poſt Innono. Ab. Rub. eo. & Hoſt. ĩ ſum. Quis admittatᷓ ad accuſationẽ matrimonij ubi uidendum.

b Status. Vt puta: quia credebatur alter coniugũ liber, cum tñ eſſet ſeruus. & fac. ſ. de ſpõſ. §. illud. & §. ſi quis tamen. & ſupra. quæ matri. imped. poſ. in princ.

c Quilibet quidem. Vt ſupra tit. j. in prin. ubi not. ſ uerbo uoluerit.

d Parẽtes. xxxv. q. vj. c. vr̃ & c. vr̃. eo. & ex hac litera not. regulã quòd in cauſa matrimoniali ſunt idonei teſtes & parentes, & cæteri coniuncti, ſi agatur de coniungendo uel ſeparando matrimonio ratione de qua hic. uidendi tamẽ ſunt de hoc Doct. in dicto capitulo uidetur, ubi Abb. in fi. dicit quòd ĩ hac materia non poteſt dari certa regula.

e Antiquioribus. Nota quòd teſtes ſeniores præferuntur iunioribus, de quo in l. uinum. ff. ſi cer. pe. fac. l. ſi chorus. ff. de leg. iij. & per Ab. in c. quoties. de teſt.

f Accuſatio. Inpropriè ſecundum quoſdam: arg. l. parentibus. ff. de in offi. teſta. ubi accuſare ponitur pro agere. Matrimonialis enim cauſa nec criminalis eſt, nec ciuilis. ſed mixta, capit. tuæ. de procurat. & not. xxxv. q. vj. cap. conſan-

guineis. unde ſumitur, & per Abb. in capit. ij. ut li. pendente.

g Teſtimoniumue. Ex hac litera, & ex c. conſanguineos. xxxv. q. vj. unde ſumitur, uidetur ſumi poſſe argum. quòd idem poſſit eſſe teſtis & accuſator in cauſa matrimoniali, quod quidam admittunt, dicentes eſſe hoc ſpeciale in cauſa matrimonij, in qua ſunt etiã alia ſpecialia, cum non iuretur de calumnia cap. literas. de iuram. calum. admittuntur conſanguinei, ut hic. non ſeruatur ordo iudiciarius per omnia, c. ad hoc deus. ut lit. non conteſta. ualet teſtimonium de auditu xxxv. q. vj. ca. de parẽtela. ĩducunẽ teſtes poſt publicationẽ, c. ſeries. & ca. licet. de teſt. & not. in d. c. conſanguineos. & hoc tenuit Inno. & Io. And. Sed ſpecul. quẽ refert Ab. in Rubrica eod. dicit ſe nõ poſſe cõcipere quòd accuſator qui tenetur ſaltem ad expenſas ſi ſuccubuit, ſit idoneus teſtis, ſed ipſe Ab. in d. Rubrica & in cap. curauit. de probat. ſaluat Inno. duobus caſibus. primo quando officialis publicus denunciauit uel accuſauit c. præterea. de teſtibus. cogend. ſecundo quando quis ductus cõſcientia denunciauit impedimentum iudici, & iudex ipſe ex officio inquirit quod nota.

h Genealogiam c. uidetur. eo. & ca. vr̃ xxxv. q. vj. & ex hac præſumptione infert Ab. in d. c. uidetur. ꝙ allegans ignorantiam conſanguinitatis non eſt de facili audiendus.

ſtibus & chartis, tum uerò ex recitatione maiorum ſcire laborat. Nulli igitur decentius admitti debent, quàm qui melius ſciunt.[a]

Speciale eſt in cauſa matrimonij quòd pater admittitur in cauſa filij, & econtra. Et teſtimonium parentum interdiò non debet admitti, ubi eſt diſparitas inter coniuges. h.d.

Quod autem legitur,[b] pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis, & contractibus ſibi locum uendicat. In matrimonio uerò coniungendo[c] & impediendo, ex ipſius cõiugij prærogatiua, & q̃a fauorabilis res eſt, cógruè admittuntur. Vbi tamẽ alter coniugum diuitijs,[d] honore,[e] nobilitate,[f] & potentia[g] ſuperior eſſet, teſtimonium illius qui parens eſſet inferioris, adeò ſuſpectũ redditur, ut illud nullo modo[h] ſit admittẽdum. Cum parentes filiorum[i] incrementũ, & honorẽ affectare ꝓcul dubio cõperiant.

Quales eſſe, & qualiter iurare debent teſtes ſuper conſanguinitate. h.d.

Quoties ergo aliqui propter cognationẽ ꝓpinquitatis[k] ſeparari petunt, duobus[l]

a Sciunt. Scilicet ipſam conſanguinitatem. ná de conſenſu ita bene poſſet teſtificari extraneus ſicut ſuus: ut not. in c. uidetur. eod.

b Legitur. l. teſtis idoneus. ff. de teſt. & iiij. q. iij. §. item teſtis idoneus. fac. c. uidetur. eod.

c Coniungendo. Ex hoc uidetur quòd ad probãdnm matrimonium eſſe cótractum admittãtur parẽtes, & ad hoc à pluribus allegatur. c. ſuper eo. de teſti. unde hic ſumitur. contra tamen not. in c. uidet. eo. ubi Bern. intelligit illum tex. quando ageretur de conſanguinitate. Hoſt. tamen & Abb. & magis commun. tenent quòd ſuper omni articulo, & indiſtinctè poſsint eſſe teſtes cum moderamine tamen quod ſtatim hic ſequit, & de quo ꝑ Doct. in dict. cap. uidetur. & in d. cap. ſuper eo. & per Anton. de Butr. in c. j. de fil. presbytero.

d Diuitijs. Nota quòd diuitiæ exaltant hominem quæſitæ tamen bonis artibus. fac. c. in hoc ſcripſimus. d. xxx. & ca. habebant. xij. q. j. & not. in cap. clericus. eadem cauſa & q. ſi tamen affluant non eſt cor apponẽdum, ſecundũ Solomonem. Et an requirantur ad eſſentiam nobilitatis? arg. hic quòd non, cum ponantur tanquam diuerſa, dic tamen ut per Bart. in l. prima. C. de digni. lib. xij.

e Honore. Puta quòd ſit doctor. Nam doctoratus eſt honor, & põt dici dignitas, Bart. in l. fi. C. de iudæ, & in l. j. C. de no. Cod. comp. & per Ab. in c. quanto. de magiſt.

f Nobilitate. Nobilitas ergo etiam ſecundũ canones eſſe debet in conſideratione. fac. ca. de multa. & cap. pé. de præben. & cap. quæ contra pacem. & quod ibi not. xxiiij. quæſt. j. eſt tamen nobilitas multiplex: ut per Bart. in l. j. C. de digni. lib. xij. & contra nobilitatem generis pro nobilitate uirtutum uide tex. in capitulo nunquam. diſtinctione. lvj. & in capitulo quoniam uetus. xxiiij. quæſt. j.

g Potentia. Puta amicorum copia: ut cap. conſtitutus ij. & quod ibi not. de appell. facit ca. officij. de elect.

h Nullo modo. Licet uerbũ hoc ſit ualde præciſum, debet tamen intelligi cum temperamento. nam Doct. i c. ſuper eo. de teſti. unde hic ſumitur dicũt hãc rem multum pendere ab arbitrio iudicis, ut per Abba. in dict. capitu. ſuper eo. ſuper Gloſ. prima.

i Filiorum. Et propter magnam communionẽ uiri & uxoris id quod eſt unius, cenſetur quodammodo eſſe alterius; facit l. fina. Cod. de incolis libro decimo l. fœminæ. ff. de ſenat. capitulũ licet. §. mulier. de ſepult. in ſexto. Et quod hic dicitur de matrimonio, habet multo magis locum in ſponſalibus, ſcilicet quòd circa ea idoneum ſit parentum teſtimonium: ut per Abb. in capitulo ſuper eo. de teſti. Sed an ſuper matrimonio ſpirituali? Reſpondeo ut not. per Ab. in d. cap. ſuper eo.

k Propinquitatis. Accipe intranſitiuè, id eſt, propter cognationem quæ eſt propinquitas, xxxv. q. iij. c. j. & c. ij.

l Duobus. Nota quòd etiam in actibus, qui ſunt grauiſsimi præiudicij, duo teſtes faciunt plenam fidem, & probationem. Separatio

enim

uel tribus eiuſdem cõſanguinitatis teſtibus adhibitis, uel totidem ſenioribus, & melioribus eiuſdẽ loci id debet legitimè comprobari. Teſtium autem examinatio in hac cauſa duplicis [a] interuentu iuramenti fieri debet. Vt iurent, ſcilicet & ſe non priuato [b] odio, neque amicitia, nec alicuius proprij commodi intuitu, ad hoc iurandum inductos; & ſicut ipſi dicunt, rei ueritatẽ à maioribus accepiſſe; & ſe credere [c] ita eſſe.

Probatio matrimonialis impedimenti non poteſt reprobari. h. d.

Præſtitis autẽ iuramentis, & impedimento matrimonij legitimè ꝓbato, ſi quis contra præcedentem probationem, partibus publicatam quaſi matrimonium impediri Iure non ualeat, probare uelit, audiendus nõ erit, [d] ſed priori ſtandum erit probationi.

enim matrimonij eſt res grauiſsima; capitulo licet ex quadam. in fi. de teſti. capitulo debitum. de bigamis. Idem etiam numerus ſufficit contra Papam: ut not. in capitulo præſul. ij. quæſtione iiij. quod reputat ualde not. Ab. in cap. quoties. & capit. ſuper eo. de teſtit. & in rep. ca. cum eſſet. de teſta. Nec ſecundum eſt dẽ. interrerit utrũ iſti duo teſtes ſint mares an fœminæ: nam d. c. ſuper eo. uidetur probare de fœminis, immo quod plus eſt, ſufficit quòd deponant de auditu. debent tamen eſſe rogati no. xxx. quæſtione prima cap. proſtratos.

a Duplicis. Id eſt, in tali iuramento duo articuli continentur.

b Priuato odio. Ergo non omne odium repellit; ſed priuatum tantum: nam publicum, puta, ſi quis aliquem proſequeretur odio tanquam peccatorem, hoc nõ eleuaret dictum teſtificantis, ſecundum Abbat. in capitulo quoties. de teſti. facit capitulũ odio. diſtinct. lxxxvj. & xxiiij. quæſtione iij. capitulũ duo iſta nomina. & idem dici poteſt de amicitia: ut latè per Abbat. in d. capitulo quoties.

c Credere. Nota caſum in quo ualet teſtimonium de credulitate. facit c. licet. de teſtibus & capitulũ literis. de præſumptio. de quo an, & quando, & quõ procedat, latiſſimè per Abbat. in cap. quoties. de teſtibus.

d Audiendus non erit. c. iurauit. de probat. unde ſumitur. Sed contra uidetur capitulũ ſeries. de teſtibus. Doctor. tam in d. capitulo iurauit, quàm in contrario multum pro ſolutione laborant, & uarias conciliationes afferunt, ea uerò uidetur eſſe præcipua quòd contrarium loquatur quando impedimentum eſt probatum ad ſeparandum matrimonium iam contractum, tunc enim in fauorem matrimonij etiam poſt publicationem admittuntur teſtes ad probandum contrarium, ob maximum periculum quod eſt in ſeparando matrimonio legitimè contracto cap. licet ex quadam. in fi. de teſti. hic uerò & in capitulo iurauit, loquitur ꝓbato impedimento circa ſponſalia de futuro, quo caſum nullum ſub eſt periculum ſi non contrahant, ideò debet ſeruari regula ordinaria de non examinando poſt publicationem, ſed hæc non omnino placet Hoſti. & Abb. qui in d. cap. iurauit. deducit eãdem interdum eſſe in ſpõſalibus rationem quæ eſt ĩ matrimonio. Vnde inquit quòd ubicunque in cauſa matrimoniali ſiue agatur occaſione ſponſalium ſiue matrimonij ſententia tranſit in rem iudicatam, ibi obſtabit publicatio atteſtationum, ſi uerò talis ſententia non tranſit in rem iudicatam, tunc nec publicatio atteſtationum impediet nouas probationes. Sed quando eſt quòd ſententia in cauſa matrimoniali tranſit in rem iudicatam? Reſpondeo ubicunque uitium ſententiæ eſt per partes, contra quas fertur remiſſibile, ubicũque uerò tale uitium non eſt per partes remiſſibile, tunc non tranſit, id autem accidit ubicũque ueritate non manifeſta imminet peccatum, hoc igitur caſu nũquam afficit publicatio, nec habebit locum quod hic dicitur, & in d. c. iurauit. ubi Ab. clarè exemplificat omnia ſupradicta. in caſibus tamen in quibus non obſtabit huiuſmodi publicatio examini faciendo ſuper iiſdem, uel directo contrarijs, non debet iudex admittere nouas probationes, niſi cum æqua cauſæ cognitione, ad euitandam igitur teſtium ſubornationem examinabit quare prius non produxit

xit teſtes quos intendit nũc producere,& quales ſint,& ſi uiderit legitimam cauſam admittet; & non aliàs. & ita etiam accidit in d.cap. ſeries, ubi ſuberat legitima cauſa producendi de nouo,& ita Ab.in d.c.iurauit.

DE DIVORTIIS. a XVI

Diuortium eſt diſſolutio matrimonij. Et ſeparatio thori poteſt appellari diuortium hoc dicit.

Diuortium eſt diſſolutio matrimonij, quæ utroque uiuente [b] coniuge cõtingit. [c] Sed & ſimplicem thori ſeparationem diuortium non malè [d] appellamus.

Matrimonium regulariter diſſolui non poteſt, & niſi ſequuta ſit copula, ſoluitur per ingreſſum monaſterij, ita ut remanens in ſeculo poſſit alteri liberè nubere. h.d.

Sciẽdum eſt igitur legittimè contractum matrimonium diſſolui non poſſe, quippè à Deo coniuncti ab homine ſeparari nec debent, nec ualent: [e] ſi tamen alter coniugũ, qui per uerba contraxit de præſenti, copula non ſecuta, [f] ſeſe ad obſeruantiam regularem uoluerit aſtringere, poterit id alterò etiam inconſulto, efficere,& ei, qui in ſeculo remanere uoluerit, alteri ſe iungere permittendum erit, nec cauſari poterit religionem ingreſſus, ſe falſa [g] ad id cauſa inductũ, putà quòd coniugem lepra percuſſam credi derit,& ob id eius abominatus cõplexus fuerit, cum & ſine [h] cauſa,id ipſum facere potuerit.

DE DIVORTIIS. a

De diuortijs. Quia ex accuſatione matrimoniorũ deuenitur ad diuortia & repudia, congruè poſt titulum præcedentem & ĩ calce huius tractatus ponitur de diuortijs,& ſic de materia quæ concernit nouiſſima matrimonij excepta morte.

Diuortium eſt diſſolutio.

b Viuẽte. Quia ſi per mortem diſſoluatur matrimonium, non eſt diuortium,& differt diuortium à repudio qđ hoc reſpectu matrimonij iã contracti illud reſpectu ſponſaliũ, ff. de uerb. ſigni.l. inter ſtuprum.§. diuortium.ſed tamen ſæpe his uocabulis promiſcuè utimur: ut not.xxxij.quæſtio.ſeptima capitu.j.

c Contingit. Vt perpetuò duret, cap.diuortium.de pœnit.diſt.j.

d Non malè. Vt xxxij.q vij.cap.interueniente.& per Ab.in Rub.eod.& ſeparatio thori alia eſt perpetua, alia temporalis: ut not.in d.cap. interueniente.

e Nec ualent.cap.quos Deus.xxxiij. q.ij.& l. eius.& l.nihil, ff.de reg.iu.

f Non ſecuta. Nam ſi copula ſecuta fuiſſet, etiam de conſenſu uxoris non poſſet ingredi. capit. ex parte.primo. de conuerſ. coniug.& de quo tamen dicut in cap. cum ſis & in capit.ad Apoſtolicam. & cap.uxoratus. eod.titulo de conuerſ.coniug.

g Falſa &c. Sic dicimus falſam cauſam non uitiare legatum, l.ij. C. de falſ. cã adie. & l. falſã. ff. de cond.& demo. Facit quòd mendacium ſe obligantis obligationem non impedit ca.ueniens.de cõuerſ. coniug.l.j.& l. ſi rem alienam. l.de pigno. actio. Item nõ uitiat diſpẽſationem, cap. quia circa. & ibi Ab. de cõſangui. & affi. & facit pro hac litera l.uni.in pri. C.de rei uxo. actione. Sed contra capit. ex parte Aſtenſis.de cõceſ. pręb. nã ubicũq; quis põt agere actũ uno iure.ſi explicat alio iure in cõpetenti, non ualet actus, cũ in pẽdẽtibus à uoluntate magis cõſideretur opinio, q̃ ueritas,d.ca.ex parte? Reſp.quidã ꝙ falſa cã nõ uitiat in ſpũalibus,ſicut nec dolus. ſed hæc nõ bona cũ ſit contra d.c.ex parte.Vnde alij melius ꝙ falſa cauſa nõ fuit expreſſa. ſed in mente retenta. facit l.ſi repetendi.C.de cond.ob cauſ.Vel dic tertio ꝙ hic,& in d.c.ex parte. unde ſumiſ, cã falſa erat potius impulſiua, quàm finalis, finalis enim credi debet,ut quis ſeruiat Deo, ideoq; ingrediatur religionem, ceſſante igitur cauſa impulſiua, non ceſſat uotũ & diſpoſitio. facit l.j.§.ſexum.ff.de poſtul.& §.affinitatis.inſtit.de nupt.& quæ no.Inno.in cap. in præſentia. de renuntiatio.

h Cũ & ſine.Fac.l.uni.ĩ pri.C.de rei uxo.act.

O Tempus.

Dicenti ſe uelle ingredi religionem, eſt certum tempus præfigendum, intra quod uel ingrediatur, uel ad uxorem redeat. h. d.

Ei autem qui ſe ad religionẽ tranſire uelle dictitat, certũ eſt præfigẽdum tempus, [a] intra quod [b] legitimè caueat, [c] q̃ aut ad religionem ſe transferet, [d] uel redibit ad coniugem.

Reddit rationem cur non ſecuta copula per religionis ingreſſum matrimonium diſſoluitur. h. d.

Neque mirum [e] uideri debet, quod poſt legitimum de præſenti præſtitum conſenſum, carnis non ſecuta commiſtione, alter coniugum etiam altero inuito ad uitam regularem tranſitum facere ualeat, quia cum nõdum una caro [f] effecti ſint, ſatis probabiliter, uno ad Deum tranſeunte, alter in ſeculo remanere [g] poterit.

Per ſacri ordinis ſuſceptionem non diſſoluitur matrimonium, etiam non conſummatum hoc dicit.

Diuerſum [h] ſtatuitur ſi quis poſthabito canonico religionis ingreſſu, poſt aliquam per uerba de præſenti deſponſatam, ſacros ordines ſuſceperit, q̃quàm enim uotũ per ſacri ſuſceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum ac dirimendũ poſteà cõtractum, habeatur efficax, ad diſſoluen-

a Tempus. Quod à iure taxatur duorũ menſium, cap. ex publico. unde ſumitur, de cõuerſ. coniug. ſed dicas quòd iſtud remittendum eſt arbitrio iudicis, ut ibidem latè per Gloſſ. & Abb. licet iudex à dicto termino non debeat temerè & ſine cauſa recedere.

b Intra quod. Videt ergo quòd lapſo tempore nõ poſſit is cui eſt præfixum tempus amplius intrare religionem. Sed cõtrarium ẽ uerius: quia ſemper licebit igredi ante ſecutam copulam: ut not. in c. ex publico. de conuerſ. coniug. & iſte terminus datur non ſolum ad ingrediendum monaſterium, ſed etiam ad profitendum, ut ibidem per Abb. aliàs nõ eſſet ſufficiẽter prouiſum ſponſo, cũ non poſſit ad ſecũdas nuptias trãſire niſi altero profitente.

c Caueat. Datis pignoribus & fideiuſſoribus, ſic enim intelligitur legitima cautio l. ſi mandato. §. ſi. ff. mãdati. Vel hoc quoq; iudicis arbitrio relinquetur, adeò q̃ ſi quis non poſſet præſtare aliam, quàm iuratoriam cautionem, deberet iudex eſſe contentus, cap. per tuas. de dona. inter uir. & uxo. Aut. generaliter. C. de epiſco. & cleri. Abb. in cap. ex publico. de conuer. coniugato. facit c. quãquam. diſt. xxiiij.

d Transferet. An autem ſit audiendus alter coniugum ſi dicat ſe uelle ſeruare religionem, ſed remanere in propria domo, habetur in d. capit. ex publico. de conuer. coniug. & caſu quo tranſeat fiet hinc inde reſtitutio acceptorum. d. cap. ex publico.

e Neq; mirum. cap. ij. unde ſumitur de conuer. coniuga.

f Vna caro. Nota unum effectum ſecutæ copulæ: quia ſcilicet præcludit facultatem monaſteriũ ingrediendi. Alios plures effectus ponit Abb. in capit. ij. de conuerſ. coniugat. Sed quid ſi hæc copula fuit uiolenta? puta ſponſus uiolenter cognouit ſpõſam, an poſſit ingredi monaſterium inuito ſpõſo? & quidã, ut Bart. Brix. hoc tenuerunt ne delinquens ſit melioris conditionis, quàm ſapiens: argum. capit. cum qui. de præbend. in vj. Item quæ inuita fuit cognita non uidetur cõmunicaſſe corpus ſuum, xxxij. quæſtione quinta. §. j. cum cap. ſequen. alij contra, uide per Ioan. And. in capitulo ea quæ contra. de regu. iu. in vj. in Mercu. per Bald. & Moder. in capit. pen. de probat. & per Abb. remiſſiuè in d. cap. ij.

g Remanere. Et cum alia contrahere, capitulo ex publico. de conuerſ. infid. Et dicunt quidam quòd nihilominus remanet uinculum prioris matrimonij, ſed prorſus inefficax propter ingreſſum: alij quòd penitus ſoluitur per matrimonium: & hoc eſt receptius: ut plenè not. in capit. ij. de conuerſ. coniuga.

h Diuerſum et cætera. Sumitur hic §. ex extrauag. Ioan. xxij. quæ incipit Antiquæ. ubi copiosè ſcribitur per Gloſſatores ſuper ratione diuerſitatis, licet autem matrimonium non ſoluatur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum,

dum tamen prius contractũ etiam non conſummatum, inualidũ cenſetur. Ideoque talium ordinum nó obſtante ſuſceptione, ſi ad profitendam probatam religionem induci non ualeat, & ſponſa eius inſtiterit contractum matrimonium conſumare, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendus erit.

Cultus diſparitas, & creatoris cõtumelia ſunt iuſta cauſa dirimendi, & quod facit Papa Deus cenſetur facere hoc dicit.

Sed & ſi inter infideles matrimonio có tracto ſequuta copula fuerit, ſi alter qui in infidelitate permanſerit, uelit à fideli diſiungi, aut non niſi cum contumelia creatoris, cum altero cõmorari, licebit Chriſtiano non modo matrimonium diſſoluere, ſed etiam (ut ſuprà diximus [a]) alteri ſe matrimonio iungere. Quibus caſibus [b] cum authoritate ſedis Apoſtolicæ, & Roma. Pontificis [c] matrimonium diſtrahatur, non iam humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium diſſolutum intelligitur.

Ob ueram coeundi impotentiam, non ob putatiuam diſſoluitur matrimoniũ.h.d.

Item ſi quis ignarus [d] uirginem in uxorẽ duxerit, quæ adeò arcta ſit, ut mulier [e] fieri non poſsit, uel ſimile uitium à natura [f] contraxerit, ut ope

dinum, tamẽ matrimonium non impedit quo minus character imprimatur: ſed ſolum ordinis executio: ut in d.extrauag. Antiquæ. & ſic eſt caſus in quo ſacerdos etiam apud latinos poteſt habere uxorem, quod procederet etiá ſi matrimonium eſſet cóſummatũ: quia nihilominus imprimeretẽ character. fac. not. ꝑ Innoc. & Abb. in cap.placet.de cõuer. coniug. & in cap.ij.eo.tit.

a Diximus.§.pe. de ſpóſ.§.ſi tamẽ. ſupra.de tripl.cogn.§.item ſi alter. ſupra quæ matri. impedi.poſſ.

b Quibus caſibus. Reſpondet tacitæ obiectioni q̃ poterat fieri. de c. quos Deus.xxxiij. q.ij.

c Pontificis. Et ſic nota quòd dicitur fieri authoritate Dei quod fit authoritate Papæ, quod eſt uerum ſi iuſta cauſa faciat.xxiiij.q. j.capit. quodcunque. & quæſtione iij. cap. ſi quis nó recto iudicio.& facit cap. inter corporalia. de tranſlat. Sed cum diuerſum ſit de eo qui cum ſit Chriſtianus labitur in hæreſim, uel in alium errorem gentilitatis: quia tunc non diſſoluitur matrimonium, nec poteſt remanens in fide alteri nubere, capit. quanto. & capit. gaudemus.eo.& §. item ſi alter. ſupra. quæ ma. imped. poſſ. Quæritur an Papa & eccleſia poſſit hodie conſtituere ut altero fidelium in hæreſim labente, poſſit fidelis ad alia uota tranſire? Hoſt. quòd ſic exemplo infidelium, inter quos etiam eſt uerum matrimonium.capit. de infidelibus. de conſanguin.& affinit. eodem modo uidetur quod poſſit ſtatuere inter fideles: nam ratificatio matrimonij quæ eſt inter fideles cauſatur ex ſacramento baptiſmi d. capit. quanto: ergo poteſt eccleſia aliter ſtatuere, ſed de hoc ualde dubitat Abbas in capitulo ex parte. ſecundo. de conuerſ. coniug. uide ibi per eum.

d Ignarus. Videtur ergo innuere hæc litera ꝙ impedimẽtum dirimens matrimonium debeat ſub eſſe tempore contracti matrimonij. Sed ſi tale impedimẽtum accideret poſt contractum matrimonium, licet nondum cõſummatum, non tribueret facultatem dirimendi. putat tamen Abb.in cap. ex literis. de frig. & malefic. quòd eſſet cauſa legitima ob quã Papa poſſet illud ſeparare ſi multum timeatur de incontinentia ſani.

e Mulier fieri. Id eſt, cognoſci: nam uirgo prędicatur de fœmina non cognita, mulier de cognita, licet interdum uirginis appellatione intelligamus de ea quæ non eſt nupta, licet ſit impudica, inſtitution. de public. iudic. §. item lex Iulia. iuncta Gloſſa in uerbo uidua. & poeta.

Ah uirgo infęlix quæ te dementia cępit

f A natura. Idem ſi ab accidenti, dummodo matrimonium pręcedat, ca. quod ſedem.e. conſultationi, & c.ex literis.ubi not. per Gloſ. & Doct.de frigi.& malefici.

O 2 Ope

medicorum.[a] nō poſſit adiuuari. Aut mulier uirum acceperit, qui adeò frigidę ſit naturæ, ut eidem carnaliter commiſceri non poſſit, poterunt inuicem ſeparari, [b] & qui matrimonio aptus erit ad ſecūdas nuptias liberè tranſitum facere. Si quis tamē coeundi impotentiam cauſatus poſt ſeparationem aliam acceperit, aut ea quæ arcta putabatur aliquem inuenerit, qui ſibi ſeras reſeraret, utroque caſu poſt peractam pœnitentiam, ad priora cōiugia redire [c] compellendi [d] erunt.

Quam quis duxit uel retinuit ſciens copulæ non idoneā, habebit ut ſororem, ſi non poteſt habere uelut uxorem. h.d.

Plane ſi ſcienter qs cum ea, quæ maribus impotēs eſt commiſceri, matrimonium contraxerit, uel alterius cōperta poſtmodum impotētia, ſimul morari conſenſerint, his caſibus Eccleſia [e] iudicare conſueuit, ut quas uiri tanquā uxores habere non poſſunt habeant ut ſorores. [f]

Ob fornicationem carnalem, uel ſpiritualem non ſoluitur matrimonium, ſed fit ſeparatio thori h.d.

Sæpius [g] tamen accidit, ut matrimonij remanente ſacramēto thori [h] tantū fiat ſeparatio, [i] ut putā ſi alter

a Ope medicorum. De hoc dic ut ſupra. quæ matri. imped. Gloſ. §. item frigiditas, & in ca. ex literis. de frig. & maleſi.

b Separari. Et poteſt ſeparationem petere etiam is à quo impedimētum prouenit: ut per Doct. in cap. j. de fri. & maleſi. Sed intra quātum temporis ſeparatio peti poterit? Reſpōdeo ut not. p Ab. in cap. j. & c. laudabile. de frig. & maleſi.

c Redire. c. fraternitatis. de frig. & maleſi. & intellige hoc quando eſſet à primo cognoſcibilis, nam ſi primus eſſet adeo mentuloſus, & inſtrumentum genitale haberet ita groſſum quòd nunquā poſſet deflorare mulierem ſine periculo mortis. Secundus autem ob ſuam gracilitatē poſſet eā cognoſcere, tunc nō eſſet reſtituenda primo, licet p frequentem uſum cū ſecundo habitum ſit apta reddita primo, ita uterq; Abb. in capitulo fraternitatis. de frig. & maleſi.

d Compellendi erunt. Quia cognita ab uno pręſumitᷓ cognoſcibilis ab alio, ſecundū Doct. in c. fraternitatis. de frig. & maleſi.

e Eccleſia. Ergo & nos ſic iudicare debemus: ut cap. in cauſis. de re iud. de quo dic ut habetur in capitulo conſultationi. de frig. & maleſ. unde ſumitur.

f Vt ſorores. Id eſt, ſecum caſtè uiuent uelut cum ſororibus. nam ſicut ueri coniuges poſſunt promittere continentiam ſimul morando, xxxiij. q. v. cap. quod Deo. ita & iſti morari ſimul poterunt in continentia. facit c. omnino xxxj. diſt. ubi coniuges cum quibus Apoſtoli nō exercebāt carnale comercium appellantur ſorores. Et no. ꝙ cū huiuſmodi impotentibus non pōt conſiſtere uerum matrimonium. nam deſinunt cauſæ inſtitutionis matrimonij: nam nec ob ſpem ſobolis, nec ut uitetur fornicatio, poteſt tale matrimonium prodeſſe. unde ſi hi qui contraxit cū impotente cum alia poſt contrahat, tenet matrimonium cum ſecunda. Simile in eo qui cōtraxit cum minore: nam licet ſit obligatus ad expectandum, capitulo de illis. de ſponſal. tamen ſi cum alia contrahat, tenet matrimonium, teneretur tamen primæ tribuere alimenta & alia neceſſaria: ut per Abba. in capitulo conſultationi. de frig. & maleſi. facit capitulū laudabilem. eod. titulo & capitulum ij. eo.

g Sæpius. Cum dupliciter ſumatur diuortium, ut ſupra. eo. in princ. huc uſque dixit de diuort. iuſta primam acceptionem, id eſt, quatenus eſt ſeparatio matrimonij. nunc iuſta ſecundam, id eſt, quatenus eſt thori ſeparatio, & concor. cum hoc capitulū ij. capitulū ex literis, eo. & capitulum interueniente. xxxij. quæſtione vij. & quod ibi not.

h Thori tantum. Contra eos qui dicebant innocentem non eſſe ſolutum obligatione reddendi debitum: not. Ab. in c. ij. eo.

i Separatio. Quæ interdum eſt perpetua, interdum temporalis, ut not. in cap. interueniente. xxxij. q. vij.

cōiugum carnaliter; [a] uel ſpiritualiter fornicatus fuerit, quibus caſibus matrimoniū minimè aboletur, ſed ſibi ſunt inuicem coniuges, [b] etiam ſeparati. [c]

Pendente iudicio ſuper adulterio, non habet locum ſeparatio thori. d.

Sed & ſeparatio nō, inſtituta ſtatim de crimine accuſatione, facienda erit: ſed probata & peracta. [d] Interim enim pendente iudicio, coniugum alteruter, iure, quod habet in altero, priuari non poterit. [e]

Facta ſeparatione thori ob fornicationem carnalem, poſt emendationem non compelluntur coniuges ſe reſumere, ſecus ſi ob ſpiritualem, niſi alter uelit monaſteriu ingredi h.d.

Multum autem intereſt [f] utrum ob carnalem, an uerò ob ſpiritualem fornicationem thori ſit facta ſeparatio. Primo enim caſu maritus adulterā uxorem etiam emendatam, niſi [g] & ipſe ſimili fornicatione pollutus fuerit, recipere non cōpellitur, [h] ſed fornicatrix ī clauſtris cum religioſis mulieribus, ad perpetuam agendam pœnitētiam erit collocanda. Secūdo uerò, ſi fornicatus ſpiritualiter, ab infidelitate reuertatur,

a Carnaliter. Sed an ob uitium ſodomiticum poſſit fieri talis ſeparatio? Reſp. ut latè p Innoc. & Abb. in capit. j. & in cap. maritus. de adult. & not. in cap. omnes. xxxij. q. vij.

b Coniuges. Quia uinculum coniugij ſemel contractum & habitum nunquā amittitur uiuentibus coniugibus, xxxij. q. ij. ca. ij. & c. iij. Sicut nec baptiſma, nec ordo j. q. j. c. quod quidam. uerſ. cum uideamus. & facit hoc ad q. an Lazarus & alij reſuſcitati recuperēt uxores & liberos, de qua per Ab. in ca. fraternitatis. de frig. & malefi. & ī locis ibi per eum & alios allegatis.

c Separati. No. tamen quòd ſi lata ſententia alter coniugum qui eſt innocens nō poſſet continere, deberet matrimonium redintegrari. ſecundum plurium opin. ut not. xxxij. q. vij. c. Apoſtolus. & per Ab. & alios in ca. ex literis. eo. licet quidam contra.

d Peracta. Id eſt, finita per cōdemnationem rei Moder. in l. tranſacta. ff. de uerb. ſign. & ſic nota quòd nō ſufficeret probatio ſentētia non lata, qđ tenēt Ala. Io. And, & Ab. in c. ij. ut li. pend. unde ſumitur, Ant. de Butr. & Sicul. tenēt quòd & poſt cōcluſionē in cā, cum tunc inducatur notoriū, quod ſententiæ æquiparaſ. facit c. cū olim. de uerb. ſign. fac. no. in c. ſignificauerunt. de reſt. & per Inno. in c. paſtoralis. de cau. poſſ. & prop. & not. in cap. cum dilectus. de fide inſtrum. dic ut in d. cap. ij.

e Non poterit. Sed contra c. tenor. de re iud. & c. ueniens. de regul. ubi lite pendente interdicitur carnale comercium. Sol. in contrarijs contractum fuit matrimonium lite pendente: & ſic poſſeſſio non erat iure approbata, hic lis reperit coniuges in quieta poſſeſſione, ita per Ab. in c. ij. ut lit. pend. Item contra de ca. literas. de reſti. ſpol. & in c. inquiſitioni. de ſenten. excom. Sol. hic in iudice, in contrarijs in parte: ut per Abb. in d. cap. ij.

f Intereſt. Habes his unā differentiā inter ſpiritualem & carnalē fornicationē, de alijs uide p Ant. de Butr. in c. fi. de conu. coniug. fac. c. propoſito. & qđ ibi no. xxvij. q. j.

g Niſi. Paria. n. delicta mutua cō penſatione tolluntur. xxxij. q. vj. ca. nihil. c. pe. & c. fi. ubi late tradiſ. de adul. l. uiro. ff. ſol. ma. cū allegatis ī c. ſignificaſti. eod. & amplia hoc etiā ſi delicta eēnt differētis qualitatis: puta. q adulteriū uxoris eſſet notoriū, & uiri eſſet occultum, Ab. in d. c. ſignificaſti, hoc tñ non procedit quo ad uindictā publicā: ut p Ab. in ca. j. de in iur. & p eūdē in c. cū olim. in fi. de reſti. ſpolia.

h Non compellitur. Etiam ſi ei occaſionem adulterium committendi maritus dediſſet, capit. ex literis, eo. Nec enim prætextu paupertatis uel alterius incommodi turpiter agere debuit l. palam. §. non eſt. ff. de ri. nup. imo potius debuit omnia mala pati, xxxij. q. v. cap. ita ne, niſi maritus fuiſſet cauſa immediata: puta: quia duxerit eam ad committendum adulterium, & præceperit: ut per Abbat. in capit. ſignificaſti. eo, & per eundem in capitulo diſcretionem. de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ. Et amplia ſupradicta alio modo, ut procedant etiam ſi adulterium eſſet cōmiſſum in figura matrimonij, capit. conſtitutus. de conuer. coniug.

cogetur [a] quæ in fide remanſit illũ reſumere, [b] niſi & ipſa ad religionem trãſitum facere uoluerit, quod etiam nolente [c] uiro ad fidem reuerſo, exequi liberè poterit.

Regulariter uxor & uir non poſſunt diſiungi, ut alter ſumat ſacros ordines, aut monaſterium ingrediatur, fallit hoc in caſibus præcedentibus & ſequentibus. h.d.

His exceptis [d] caſibus alter coniugum, altera in ſeculo remanente, nec ad ſacros [e] ordines, nec ad regularem ſuſcipiẽdus eſt obſeruantiã, niſi fortè remanẽs eius ſit ætatis, ut ſine ſuſpicione incõtinentiæ [f] ualeat in ſeculo remanere, aut ipſam cõtinentiam uouere uoluerit.

Alioqui quãquam de uxoris licentia [g] monaſterium quis ingreſſus fuerit, & profeſſionem [h] fecerit, non uxor ad continentiã cogi, ſed uir ad uxoris thorum euocari poterit, niſi poſt coniugis ingreſſum fornicata [i] fuerit. Aut ſe inuicem continentiam promittendo abſoluerint. [k]

Qui inuita uxore ingreſſus eſt monaſterium ab eadẽ uxore coactus, ea mortua, nõ cogitur rurſus in monaſteriũ reuerti, ſed non poterit amplius uxorem ducere. Quòd ſi uxore non contradicente fuerit ingreſſus; illa mortua nõ poterit exire, præſertim ſi fuerit profeſſus conſentiente uxore. h.d.

Quæſitum tamen eſt, ſi quis uxore inuita monaſteriũ intra-

a Cogetur. An autem ſedes Apoſtolica poſſit hoc immutare dando licẽtiam quòd ei qui remanſit in fide poſsit ad alia uota conuolare per Abb. & alios in cap ex parte. ij. de conuer. coniug.

b Reſumere. c. quãto. & c. gaudemus. eo. Sed quę eſt diuerſitatis ratio inter carnalẽ & ſpirituale fornicationem? Reſpond. ut not. ſupra quę matri. impe. poſſ. §. nec refert. Vel dic quòd ſpiritualis fornicatio per regreſſum ad gremium eccleſiæ penitus aboletur: ſed fornicatio carnalis nullo pacto poteſt aboleri ſemel commiſſa. l. j. C. de rapt. uirg. & xxxij. q. v. c. ſi Paulus. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & poſtli. reuer.

c Nolente uiro. ca. fi. de conuerſ. coniug.

d His exceptis. Huius §. materia ſolet reputari ualde intricata, pro cuius elucidatiõe uide latè per Ab. in c. j. de conuer. coniug. & per eundem in ca. tua nos. ij. de iureiu.

e Ad ſacros. Sed nunquid ad minores? & uidetur arg. l. cum prætor. ff. de iud. & diſt. xxv. c. qualis. contrarium uidetur uerius cũ coniugati promoueri nõ debeãt. c. diuerſis fallacijs. de cle. coniug. & promoti ſunt priuandi beneficijs, ut c. j. eod. tit. fac. c. fi. de temp. ord. ubi põnitur pœna ordinãtis cõiugatũ. Sed quid ſi inuita uel ignorante uxore fuit promotus ad ſacros ordines, nunquid illa defuncta contineri teneatur? Goffr. quòd non. Hoſt. Ioan. And. Abb. & magis communiter contra, in tantum quòd ſi iterum nuberet non teneret matrimonium: argum contra in cap. placet. de conuer. coniug. & in §. ſequen. Sol. ut per Abb. in dicto capitulo placet.

f Incontinentiæ. Sed quid ſi non ſit ſuſpecta incõtinentiæ, ſed de alijs malis moribus: puta ꝙ fiet incantatrix, malefica, aut uſuraria, nũquid hoc caſu maritus poſſit ingredi religionem uxore uouẽte continentiam? Ioan. And. negat, licet fateatur tenere ingreſſum ſi contra hat, ut per Abb. in c. ad apoſtolicam. de conuerſ. coniug.

g Licentia. Et ſic nota quòd nõ ſufficit ſola licentia niſi concurrat & uotum continentiæ. c. j. & c. cũ ſis. & c. ad apoſtolicam. de cõuer. coniu. Sed cõtra uidetur. cap. Agathoſa. xxvij. q. ij. Sol. ſecundum Inno. quòd id quod hic dicitur fallit in caſu illius canonis, ſcilicet qñ uxor cõmiſit adulterium, tunc enim cum maritus ſolutus ſit à ſeruitute uxoris, quæ non poteſt debitum exigere, liberè poteſt ingredi religionem, ſequitur Abb in d. c. cum ſis.

h Profeſſionem fecerit. c. accedens. de conuerſ. coniug. an autem iſte qui non ſeruatis ſeruandis perfeſſus eſt, poſſit egredi propria authoritate, uide per Doct. in dicto capitulo accedens. & in capitulo quidam. eodem titulo.

i Fornicata. c. ueniens. de conuerſ. coniug.

k Abſoluerint. c. dudum. de conuerſ. coniug. quo caſu ſi ſe reintegrauerint maximè

propria

propria authoritate, proles nata eſt illegitima: ut not. in c. miniſtri. diſt. lxxxj. & p Inno. in c. dudum. de cõuerſ. coniug. & per Ab. in c. tua nos. ij. de iureiurando.

in materia uoti ualet illa regula; ſi quod agò non ualet ut ago, ualet ut ualere poteſt.

uerit, & repetitus ad eam redire coactus [a] fuerit, an eadem mortua, cogendus ſit ad monaſterium reuerti, an uerò aliam poſsit in uxorem ducere. Et in hac ſpecie reſponſum eſt, uotum quidẽ non tenuiſſe, & proptereà ad monaſteriũ redire minimè illum teneri. [b] Sed cum ingrediendo monaſterium, debitum ſe non exacturum promiſiſſe uideatur, ulterius uxorem ducere non poterit. [c] Cum id uouere in ſua poſitũ uolũtate [d] fuerit. Quòd ſi quis [e] ſciente uxore, nec contradicente [f] uitam profeſſus fuerit monachalem, uxore poſtmodũ defuncta, nec habitum quẽ ſemel aſſumpſit, abijcere, nec aliquã ſibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temerè contractũ dirimendũ [g] erit, quod in eo, qui conſentiente [h] uxore ꝓfeſſus fuerit

a Coactus. Nota quòd quoad quid uxor habet in poteſtate maritum, cũ habeat maiorẽ poteſtatẽ corporis mariti, quam ipſemet. c. non debet. de cõſangui. & affi. & ſic uxor non eſt ſimpliciter in poteſtate uiri. ad hoc. l. ſi uxorem. C. de cond. inſert. ubi not. plus tamen obligatur uxor marito, quàm contra, cũ reſpectu ſeruitiorum ſit quaſi famula mariti. xxxiij. q. v. c. hæc imago. & c. mulierem. & per Ab. & alios in ca. iij. de conuer. coniug.

b Teneri. Scilicet taliter ut poſsit ab eccleſia compelli ſecundum quoſdam, peccat tamen ipſe ſi nõ perficit quod uouit, ex quo impedimentum ceſſauit: argu. xvij. q. ij. c. nos nouimus. Sed Abb. contra, quòd immo nullo modo peccat: quia tale uotum reſpectu ingreſſus monaſterij fuit nullum, cum tunc non haberet conſenſum habilem ad ſe obligandũ, & uenire contra factum proprium licet, quando tale factum non tenuit ex defectu poteſtatis: ut per Abb. in capitulo noſti. de electio. unde requiritur conſenſus de nouo. fac. quod in ſimili not. in cap. propoſuit. de coniug. ſeruo. & eſt hoc quod hic habetur mirabile, ſecundum Ab. in cap. iij. de conuerſ. coniug. ſcilicet quòd ubi uotum impeditur aliquo facto intrinſeco, uotum non obligat ad implendum etiam ceſſante impedimento. Et fac. hoc ad q. utrum filiusfamil. teneatur exequi uotum, poſtquam fuit à patria poteſtate liberatus, ſi eſt tale quòd non potuit ſine conſenſu patris emitti, de quo uide in capitulo ſcripturæ. de uoto. Item nota ex hac litera quòd etiã

c Non poterit. Sed quid ſi duxerit an tenebit matrimonium: quidam, ut Ant. dicunt tutius eſſe tenere quòd matrimonium non ualeat: quia licet hoc uotum uideatur ſimplex, tamen quantum ad continentiam ſeruandam cum fuerit determinatum ad certam religionem approbatam uidetur ſolennizatum. Sed hoc non placet Abb. in cap. iij. de conuer. coniuga. quia c. uni. de uoto in vj. requirit quòd uotum ſolennizeẽ per profeſsionem tacitã uel expreſſam, & ſic quòd iſte uouens ſit effectus religioſus, quod non eſt in caſu noſtro: cum paria ſint non profiteri, uel inualidè profiteri. arg. c. ij. de transla. prælat. unde tenet ualere matrimonium, quod ſatis admitti poteſt, maximè cum declaratione. Gloſ. ibi, ſcilicet quòd ipſe debitum ab uxore non poſsit exigere, licet cogatur reddere: arg. c. literas. de reſti. ſpol. & c. inquiſitioni. de ſent excom.

d Voluntate. Vnde non poterit contra factum proprium à ſe dependente amplius uenire: arg. not. per Abb. in cap. noſti. de elect. & cap. quòd ſemel. de regu. iur. in vj. cum ibi congeſtis.

e Quòd ſi quis. Hic uerſiculus ſumptus eſt ex. c. conſuluit. de cõuerſ. coniug. ſecundũ communem intellectũ, ut declarant adiectio quorumdam uerborum.

f Sciente nec contradicente. Ita communiter intelligitur tex. in c. conſuluit. de conuerſ. coniug. licet dentur & duo alij intellectus qui uidentur prorſus diuinatiui.

g. Dirimendum. c. iij. & c. ex parte. j. de conuer. coniug.

h Conſentiẽte. & cõſequenter etiã continen-

etiam uouente, ſi fuit certiorata de iuris communis diſpoſitione. ſecundũ Ab.in c.j.de con uerſ.coniug. & not.in capitulo ex parte j. ubi Abb.eo.ti.

a Quid ſtatuemus. Dixit ſupra de altero coniugum conſentiente. Item de inuito. Item de ſciente & diſſimulante,nũc de errante. fac.c.placet. de conuerſ. coniuga.

b Conſultius. c.placet. de conuer.coniug. & nota quod lex conſulit, ut not.in l. legis. ff.de legibus.

c Nõ erit Quia uotũ emiſſum tẽpore inhabili nõ obligat tempore habili: quia paria ſunt nullum & minus efficax. ca.ij. de transla.præ. & tangitur ſupra.§. proximo.in notu la ſuper uerbo teneri.

d Licet autem. Cum hæc litera ſumpta fuerit de c. ex multa. §.in tanta.de uoto, & not. redempt. & ut ibi not. continet ſpecialiſsimum caſum in quo uir poteſt emittere uotum præter licentiam uxoris. contra.c.quod Deo.xxxiij.q.v.& xxvij.q.ij.c.ſi tu abſtines.& fortè poſſet tẽtari ꝙ hodie non ſit uerũ quod hic dicitur:quia tempore quo fuit promulgata decretalis. illa ex multa, Terra ſancta erat in poteſtate Chriſtianorum,licet multum ob ſideretur ab infidelibus. Vnde ad ſubſidium ferendum in illa magna neceſsitate indulſit ſummus Pontifex ut uiri poſſent uouere peregrinationem ad Terram ſanctam præter uxorum licentiam, ut apertiſsimè colligitur ex dicto §.in tanta quoque neceſſitate & per totam illam decretalem. Vnde ille §.debet capere interpretationẽ à præcedentibus etiã ſequentibus.l.ſi ſeruus plurium.& lege qui filiabus.ff.de lega.primo. & à præfationibus. l.ſi. ff. de hæredi.inſtit. quæ ratio ceſſat hodie, cum Terra ſancta abſolutè ſit in manibus infidelium, nec eò uadant Chriſtiani gratia alicuius ſubſidij ferendi: ſed ſolum ex deuotione, unde ceſſante cauſa & ratione & c.capitulo cum ceſſante.de appella.Sed hac ratione non obſt. tene quòd etiam hodie habet locum quod hic dicitur, & in dicto §.in tanta. & ita declarat cõſuetudo quæ eſt certa legum interpres. l.ſi de interpretatione. cũ ſequen.ff.de legibus, & fortè ſupradicta ratio nõ fuit finalis ſed impulſiua, quæ non facit ceſſare effectum. l.j. §. ſexũ. ff.de poſtul.

Quæ credens uirũ eſſe mortuum, religionem eſt ingreſſa à uiro educta, ſi uir moriatur, non cogitur reuerti ad monaſterium, licet id ſibi expediat.h.d.

Quid ſtatuemus [a] de ea quæ credens maritum mortuum, habitũ religionis aſſumpſit, an ſi eo reuerſo, de monaſterio educta fuerit, poſt obitũ uiri ſit ad regularem obſeruãtiam compellenda? Et quidẽ huic conſultius [b] ad ſalutem fuerit, ſi ad monaſterium redeat, ſed ſi ad hoc perduci non poterit, cogenda non erit. [c]

Etiam altero coniugũ inuito poteſt quis uouere peregrinationem.h.d.

Licet [d] autem alter coniugum altero inuito religionis uotũ non poſsit aſſumere. Viri tamen etiam præter uxorum [e] aſſenſum peregrinationis ad terram ſanctã propoſitum uouere, & implere [f] liberè ualent.

Vxor non plenè certificata de morte uiri contrahere nõ poteſt, quamuis continere nequeat.h.d.in ſumma.

Et quãuis illi diutiſsimè in peregrinatione commorentur uel etiam ab hoſtibus capti [g] nuncientur, donec certum [h] nuncium ... rit, multo magis obtinebit, quanquàm monaſterium nunquàm ingreſſus fuerit.

e Præter uxorum. Sed an monachi præter conſenſum Abbatis? dic ut traditur in c.ſi.de uoto & uo.redempt.

f Et implere. Non tamen uxores tenentur uiros ſuos ſequi. Ab. in capitulo ex multa.de uoto, & in capitulo de illis.de ſponſ.

g Capti. Nota quòd de iure canonico per captiuitatem non ſoluitur matrimonium, licet aliud ſit de iure ciuili. concor. capitulũ in præſentia.de ſponſ. unde ſumitur. & capitulũ dominus. de ſecund.nupt. l.non ſicut. ff.de capt.aliud in ſponſalibus.capitulo de illis de ſponſali.

h Certum nuncium. Videtur ergo quòd per unum teſtem probari poſſit mors, quod ſatis admitti poteſt, quando non agitur de magno.

gno præiudicio. alioqui quomodo ſit mors probanda, dic ut per Bart. in l. ſi quidem. C. ſolut. matrim. & in l. ij §. ſi dubitetur. ff. quem ad. teſt. ape. & per Abb. in c. in præſentia. de ſponſal. & c. quoniam frequenter. §. j. in fi. ut lit. non conteſta. circa quod licet multa & uaria per Doct. dicantur in uarijs locis. Abb. tamen in d. cap. in præſentia, putat arbitrio iudicis remittẽdum, quando dicatur mors probata.

a Non poterũt. Si tamen non bene certioratus uel certiorata cõtraxerit matrimoniũ non debet propterea illico ſecundam dimittere uel ſecundum: ſed debet debitũ reddere, non autem exigere: ut per Abb. in cap. dominus. de ſecund. nupt. quod intellige ubi ueriſimiliter dubitat de morte prioris.

cium de uirorũ morte uxores non recepe rint, ad aliorum coniugium conuolare nõ poterunt, [a] quãuis ut certiorarẽtur magnã adhibuerint diligentiam [b] & eius ætatis ſint, & fragilitatis ut continere [c] nequeant. .

Agenti petitorio ad coniugem obſtat conſanguinitatis exceptio, ſecus ſi poſſeſſorio: quia antequàm de exceptione cognoſcatur plenaria reſtitutio eſt facienda, niſi conuentus excipiens iuret de malitia, & probationes habeat in promptu, quo caſu fiet reſtitutio quo ad alia, non quo ad copulam. h. d.

Ergo [d] niſi legitima ſubſit exceptio, coniugibus temerè diſiunctis, alterum alterius repetẽdi ſemper integrũ ius manet. [e] Erit autem legitima exceptio, cum aliquis conſanguinitatis [f] gradus obijcitur, quo quidem caſu, licet ſi petitorio iudicio actum ſit, anteà de ipſa exceptione [g] cognoſci debeat. Si tamẽ poſſeſſorio quis experiatur, antequàm de conſanguinitate diſcutiatur, plenaria erit facienda reſtitutio, [h] niſi is quĩ cõuenitur, & de malitia iuret, & ſuper conſanguinitatem:

b Diligentiam. Nota ergo quòd non præſumitur quis mortuus etiam ſi magna adhibita diligentia ignoretur ubi ſit, & ita amplia quod habetur in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. Sed an in adhibenda hac diligentia, ſeruandus ſit tenor Aut. hodie. C. de repud. Reſpõ. ut habetur per Abbatem, & alios in c. in præſentia. de ſponſal.

c Continere nequeant. Nota quòd potius tolerandum eſt periculum quòd lædatur matrimonium non in figura matrimonij, quàm ſub ſpecie matrimonij. fac. quod habetur in capitulo nuper. de bigam. & ſupra qui promo. non poſſ. §. aliud, ubi grauius peccant clerici qui fornicantur in figura matrimonij, quàm qui non ſub tali figura fornicantur.

d Ergo. Inceptiuè & reaſſumptiuè.

e Ius manet. Sed nunquid iſtud erit uerum etiam ſi uir à ſe repulerit uxorem? & non uidetur, cum ſe ipſum hoc caſu ſpoliarit: argu. xxvij. quæſtione ſecunda. c. Agathoſa. & hoc tenuit magiſter Abbatis antiqui. Communiter contra. Nec obſt. quòd expellens animo amittendi poſſeſſionem perdit eam, etiam ſi habeat animum recuperãdi. l. ſi quis ui. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſ. quia ſecũdum Hoſtien. in hoc eſt priuilegiata poſſeſſio de qua agimus. Vel ſecũdum Butr. hoc caſu poſſ. eſt con iũcta pprietati nõ abdicabili nuda uolũtate. ſapit ergo hæc poſſeſſio naturam proprietatis, ut non perdatur ſaltem irreuocabiliter: ut p Abb. in c. literas. de reſti. ſpol.

f Conſanguinitatis. Quod procedit etiam ſi à principio opponens ſciuiſſet con ſanguinitatem: quia licet alleget turpitudinem ſuam, excuſatur tamen & admittitur ad hanc allegationem ratione peccati uitandi, & declinandi periculum animæ. c. lator. de re. iudi. c. conſanguinei. & c. tenor. & c. præterea. de ſponſal. & per Abb. in capitulo literas. de reſtitu. ſpolia.

g Exceptione. Tanquàm peremptoria, ut habetur in c. j. de ord. cogni.

h Reſtitutio. c. ex cõqueſtione. de reſt. ſpol.

i Iuret. Hoc eſt not. quòd licet in cauſa matrimonij & alijs cauſis ſpiritualibus de calumnia ſiue malitia non iuretur, iuratur tamen de calũnia ſuper exceptionibus poſteà emergentibus, ſi tamen per eas alterius ius aliquo pacto impugnetur. c. cum dilecti. de elect. cap. ſi. qui ma. accuſ. poſſ. cap. præſentium. de teſti. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infect. de quo

quo dic ut per Gloſſ.& Ab.& Doct. in c.literas.de reſti.ſpol.unde ſumitur.

a Promptas probationes. Ideſt, intra breue tempus.nec enim mora modici temporis excluditur.c.exhibita.de iud. l.quod dicimus.& l. ratum. ff. de ſolut l.ſi debitori. ff.de iudi. nec requiritur quòd quis habeat probationes quaſi in ſinu:ut per Ab in c.literas. de reſt. ſpol.

b Reſtitutio. Nota ergo ſpoliatũ reſtituendum, nõ obſtante ꝙ reus offerat probationes incontinenti ſuper iure ſuo, & licet hic non fiat reſtitutio ad copulã, hoc fit gratia peccatum uitandi, quo reſpectu & alia ſpecialia admittũt. Sed contra de le.iij.§. ibidem. ff.ad exhib. Sol.ibi ĩ poſſeſſorio adipiſcẽdę.hic recupandę de hoc tamen latiſſimè per Legiſtas. in l.naturaliter. §.nihil. commune.ff.de acquir.poſſeſ.

c Idonea cautio. Scilicet mediãtibus pignoribus & fideiuſſoribus.l.ſi mãdato.§.ſi.ff.mãd. l.ergo.§.adijci.ff.de fideicõ.libert. nuda uerò cautio & ſimplex erit interuẽtu ſtipulationis. l.ſancimus.ubi de hoc tradit̃. C.de uerb.ſign. ad hoc quod not.in c. qua fronte. de appel.& in c.j.de ſeq.poſſ.& fruct.& quod not. in c.de benedicto.xxxiij.q.j.fac.c.literas. in fi.& c.ex tranſmiſſa.de reſtit.ſpolia.

d Reſtitutæ.Etiã ꝙ reſtituta propria culpa receſſerit à uiro ſuo: puta:quia cõmiſit adulteriũ: quia adhuc nõ eſt reſtituenda ſine idonea cautione:ut p Ab.in c.literas.& in c.ex tranſmiſſa,de reſti.ſpol.hæc enim cautio præſtatur ex noua cauſa, hoc eſt ob ſęuitiã quæ timetur. fac.c.de benedicto.cum ibi not.xxxiij.q.j.

pione promptas probationes [a] offerat. Quo caſu excepta carnali cõmixtione, tantum quo ad reliqua reſtitutio [b] facienda erit.

Si mulier reſtituenda timeat ſeu tiam uiri, debet ab eo præſtari cautio, & ſi ea non putetur ſufficiens, dum cauſa plenè cognoſcitur, uxor eſt deponenda in loco honeſto & tuto.h.d.

Præſtanda tamen erit idonea cautio, [c] quòd nullam reſtitutæ, [d] uiolẽtiam [e] uir inferet, quòd ſi tanta ſit uiri ſæuitia aut odio, tam capitali [f] uxorem proſequatur, ut trepidãti mulieri [g] ſufficiens [h] ſecuritas prouideri nequeat, uſque ad cauſæ deciſionem alicui probæ & honeſtæ mulieri ſtudioſius cuſtodienda committetur, [i] in loco ubi uir, uel eius cõiuncti mulieri, nullam poſsint iniuriam inferre.

Ob ſolam traductionem mulieris ad domum nullum ius oritur impeditiuũ ſequentis matrimonij.h.d.

Et hęc quidem obtinent, ſecuto inter uiros & mulieres matrimonio. [k] Cæterũ ſi nullis præcedentibus ſpõſalibus, uel legiti-

e Violentiam. Nota hoc uerbum: quia cautione non obſtante poterit maritus uxorem leuiter caſtigare, ſicut & prius poterat, iuxta ea quæ habentur in cap.quemadmodum. de iureiur. quia tunc non diceretur inferre uiolentiam, cum id iure permittente faciat: argum. xxxiij.q.ij. c.placuit.& xxij.q.iiij. c.qui peccat. & l. Gracchus. C. de adult.

f Capitali. Vt qa oderit ad mortem, quàm fortè aliquando fuit cõminatus, de quo in cap. cum oporteat.de accuſat.in c.bonæ.j. de elec. per Bal.in cap. ueniens. de iureiu. per Abb. in cap. accedens. ut lit. non conteſt. per Legiſtas in l.iij. ff. de teſtib. & in l.iij.§.fi. ff.de adimen. lega. in l.licet.ff.de arbitris.

g Mulieri. Quid dicemus per contrarium ſi maritus uxorẽ timeat, an uxor cauebit, item quid ſi maritus timeat uxorem inſidiantẽ uitæ ſuę? an poſſit illam dimittere? Reſpon. affirmatiuè: ut per Ab.in c.j.eo.

h Sufficiens. Cautio enim ſaluiconductus eſt ſatis fragilis.c.accedens.ubi Abb.ut lit.nõ conteſt. & cap.literas.de reſtit.ſpol.& ſatiſdatio non mutat animum maleuolum. inſtit.de ſuſpect.tuto.§.nouiſſi mè.

i Committetur. Nota caſum in quo libera perſona quodammodo ſequeſtratur, & hoc ob ſæuitiam, immo uxor iniuſtè à uiro uerberata debet aufugere, & petere ſe ali extra domum. Bal.in l.prima. C.de legibus.& aliqui in capitulo ex tranſmiſſa. de reſtitut. ſpoli.

k Matrimonio. Et per copulam cõſumato: ut not.in c.ex tranſmiſſa.de reſti.ſpol.

Reſtitutio

mo conſenſu mulier ad uiri domum iã traducta, poſteà abſcedens alij fortè nubere uoluerit, nulla facienda erit reſtitutio. [a]

Qui uiuente uxore etiam ab eo ſeparata quo ad thorum ſecundam conſciam duxit uxorem, etiam prima mortua ſeparabitur à ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit. h.d.

Fornicationis [b] quoque repetenti obſtat exceptio, thorique ob eam cauſam ſequuta ſeparatione, ſeparata uiuente aliam [c] uſque adeò ſuper inducere quis prohibetur, ut ſi de facto duxerit exq; eã filios ſuſceperit ẽt mortua adultera eandem retinere non poſſit, ꝙ ipſum & priore uxore minimè cognita ſibi locum uendicat, [d] licet aliam ducere minimè prohibeatur. [e]

Si mulier matrimoniũ contraxerit cum eo quem ignorabat coniugatum, uxore prima mortua erit in eius poteſtate uirum retinere. h.d.

Hoc tamen de ea intelligi oportet, quã quis non ignaram aliam uiuere, & fortè [f] aliquid in mortem alterius machinatam, in uxorem duxit, nam ſi qua præcedentis matrimonij penitus inſcia alicui nupſerit, priore mortua, niſi mulier diuortium petat, ad petitionem uiri [g] non ſunt ſeparandi. [h] Nec enim ſuſtinendum eſt, ut uir qui ſcienter in legem commiſit, de proprio dolo commodum reportet. [i]

Cum ea, quam quis uxore uiuente cognouit, non ſub ſpecie matrimonij defuncta uxore poteſt quis contrahere, ſi neuter ipſorum machinatus eſt in mortem prædefunctæ uxoris. h.d.

a Reſtitutio. Quia petens reſtitutionem debet probare poſſeſſionem. c. conſultationibus. de iu. patrona. c. olim. iij. de reſti. ſpol. nec iſta traductio operatur aliquam poſſeſſionem. ca. ex parte. ubi latè de reſti. ſpol. immo etiam ſi ligaueris liberum hominem adhuc non poſſides. l. cũ hæredes. ff. de acqui. poſſeſſ.

b Fornicationis. c. ex tuarum. de eo qui dux. in matri. quam per adul. pol. Sed an contra repetentẽ poſſit opponi exceptio excommunicationis? reſpõ. ut per Abb in ca. inter alia. ante ſi. de ſentẽtia excõ.

c Aliam. Quæ ſit conſcia quòd uir aliam habebat uxorem: aliàs non noceret ductæ. c. j. & cap. ueniens. de eo qui dux. in matri, quã per adult. pol. & §. ſeq.

d Vindicat. Vt in ca. ij. de eo qui dux. in uxo. quam per adult. pollu.

e Prohibeatur. De hoc concludẽdo dicas ſecundũ Abb. in c. j. de eo qui duxit quam per adult. poll. Aut ſolummodo præceſſit adulterium, & non impedit matrimonium ſequens, unde alio non interueniente quis poteſt ducere in uxorem quam polluit per adulterium. c. ſignificaſti. eo. tit. & xxxj. q. j. c. ſi uiuente. Aut quis contraxit cum muliere ſuperſtite ꝓpria uxore, nec adulteriora fuit proceſſum, & ſolus contractus matrimonij non impedit matrimonium contrahi mortua uxore, multo magis ſi de præſenti nõ cõtraxiſſet, ſed ſolũ fidẽ dediſſet: ut in c. ſi. eo. ti. Aut contractui matrimonij fuit admixtũ adulteriũ, & tunc ſi cõtractũ fuit cũ ignorante põt inter eos eſſe matrimonium poſt mortẽ coniugis. c. j. eo. ti. & §. ſeq. quod intellige ſi ſupinducta ignorauit toto tẽpore añ mortẽ primæ uxoris, ſin ât certiorata de uita primæ uxoris ꝑmiſit ſe cognoſci ab illo uiro, non põt amplius habere eũ in maritũ. c. ſi. eo. tit.

f Fortè. Imò hoc requirit̃ ſine dubio, qñ ĩ mr̃imonio nõ fuit mixtũ adulteriũ, ſecũdũ Io. An. à quo non abhorret ab. ĩ c. j. de eo q dux. & c. fac. c. ueniẽs & c. ſignificaſti. & c. ſup hoc e. ti. & §. ſeq.

g Viri. Sed bñ ad petitionẽ uxoris. c. j. de eo q duxit. & c. & ſimile ĩ c. ij. de adul. arg. ꝙ cõtractus ꝓ parte tenet, & ꝓ pte nõ. fac. c. d̃ illis. de deſpõ ĩpub. cũ multis alleg. ĩ d. c. j. licet aliàs uir & uxor ad ĩparia iudicari nõ debeât. c. tua nos. d̃ ſpõ. ſed hoc facit culpa uiri. ut hic dicitur.

h Separãdi. Si uxor de nouo cõſentiat, nec. n primus ille cõſẽſus ſufficeret. c. ueniẽs. ubi not. de eo q dux. in uxo. & c. ſufficit tñ ꝙ iſte cõſẽſus ſit tacitus, immo nõ ſolũ ñ sũt ſeparãdi, imo filij de tali matrimonio legitimi sũt cẽſẽdi c. ex tenore. & c. cũ ĩter. qui fil. ſint legi. ꝑ bonã fidem uxoris.

i Reportet. Simile in l. itaq; fullo. ff. de furt. & c. j. de eo qui dux. in uxo. quam, & c.

Cum ea [a] aũt, quã qs uxore uiuente non prætextu matrimonij cognouit, ſi nihil in perniciem olim uiuẽtis uxoris. Vir aut mulier cognita, machinati [b] fuerint, nec fidem de cõtrahendo ſibi inuicem dederint, [c] cõtractæ poſteà nuptiæ, legitimæ reputãdæ erunt. Sed etſi fidem quidem ſibi inuicẽ dederint, uel etiam de facto cõtraxerint, ſi nec ante, nec poſt legitima coniuge ſuperſtite, carnalis interceſsit copula, [d] quanuis uterque grauiter deliquerit, & proptereà etiam ſit imponenda pœnitentia. Matrimonium tamen contractum poſt uxoris obitum, minimè diſſoluetur.

Bonum aliquod ſubſecutũ præcedens delictum, & eius pœnam non ablet. h. d.

Vſque adeò autem machinatio in alterius coniugum obitum adhibita inter ſuperſtites machinatores matrimonij ſpem excludit. Vt ſi infidelis cum Chriſtiana cõmunicato [e] conſilio eiuſdem maritum de medio ſuſtulerit, licet poſteà per ſtudium ſuperſtitis uxoris ad fidem Chriſtianam trãſlatus fuerit, non tamẽ propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim huiuſmodi lucro, [f] tam deteſtandum damnũ Eccleſia [g] reſarciri patit.

Animus & propoſitum diſtinguunt maleficia. h.d.

Diuerſa ratio eſt eorum, qui ad fidem

a Cum ea. concor. c. ſignificaſti. ca. ſuper eo. de eo qui dux. in uxo. &c.

b Machinati. Sed an ſola machinatio ſine effectu ſufficiat? & hoc quidam admittunt cum lex de machinatione tantum loquatur. l. proſpexit. ff. qui & à quib. Tu dic contra, cú uerba ſint intelligenda cum effectu. capitu. ſi quis uiuente xxxj. quæſt. j. fac. l. j. ff. quod quiſq; iur. c. relatum. de cle. non re. cap. fin de ſponſ facit ſecundum Abba. ratio. nam hoc eſt impedimẽtum iuris poſitiui unde non debet ita taxari ut reſtringatur facultas cõtrahẽdi matrimonium cõtra diſpoſitionem iuris diuini: ar. cap. licet ex quadam. de teſti. Sed quid ſi interuenit effectus mortis ſine machinatione cú propoſito contrahendi cum coniuge ſuperſtite, nunquid poterit cum ſuperſtite coniuge cõtrahi ꝑ eum qui interfecit? reſpon. affirmatiuè. cap. laudabilem. de conuerſ. infid. Immo ſecundum Abba. in capi. ſuper eo. de eo qui dux. quam &cæ. & in capit. primo. de conuerſ. infidelium, etiam ſi quis aliquem eo propoſito interfecerit ut uxorem ducat, idem erit dicendum: quia machinatio unius tantum ſine adulterio non ſufficit ad impediendum. not. in §. fornicationis. ſupra eod. quanquàm Inno. aliter ſentiat. Et facit contra eum quod legitur de Dauide & Berſabe, ut nota. in cap. olim. ij. de offi. deleg. ubi Dauid machinatus fuit in mortem Vriæ, & tamen habuit eius uxorem in coniugem, ſed fortè hoc ex permiſſione diuina & in figura: arg. c. gaudemus. eo.

c Dederint. Quæ tamen datio non ualet: quia inducit uotú captandæ mortis. Simile de promiſſione beneficij uacaturi, & ſic de matrimonio ſpirituali. ca. ij. de conceſſ. præbend.

d Copula. Et, ſic not. quòd non ſecuto effectu, affectus nõ punitur. facit. capit. fin. de ſponſ. & quod no. ſupra in uerſi. machinati. & in cap. fin. de eo qui dux. quam &c. unde ſumitur.

e Communicato conſilio. Secus non communicato: quia unius tantú machinatio nõ ſufficit, ut ſupra. §. proximo in notula ſuper uerbo machinati.

f Lucro. Nota ergo quòd non debet quis delictum committere propter bonum ſpirituale qđ inde ſequitur. fac. c. quod ait. & quod ibi nota. diſt. xiiij. & ca. nõ magno. ne cle. uel monach. & xxxiij. q. v. cap. ſi dicat. & j. q. j. c. non eſt putanda. & c. ſuper eo. de uſur. & xxij. q. ij. c. ne quis arbitretur.

g Eccleſia. Nota magnam poteſtatem quam habet eccleſia, poteſt enim ratione delicti inducere nouum impedimentum habile ad impediendum, & dirimendum matrimonium poſtea contractum. Simile in cap. fi. de eo qui dux in matri. &c.

conuerſi, illorum ſibi matrimonio iunxerũt uxores quos in belli certamine [a] occiderunt: eorumq́; qui cõuerſas duxerunt, quarum infideles maritos ſimili modo interfecerunt, nam cum tales uirorum defunctorũ interitũ ſpecialiter nõ quæſiuerint, [b] & matrimonium inter huiuſmodi perſonas licitè poteſt contrahi, & ſic cõiuncti diuortiũ poſtulare nequeunt.

Punitur affectus, licet non ſequatur effectus. h.d.

Sed etſi machinationem adhibitam in necem cõiugis effectus conſequutus non fuerit, [c] ſi inſidiator alteri ſuperuixerit, ſpe cõiugij perpetuo deſtitutus, ad ſecundas nuptias nunquàm aſpirare poterit, [d] ſicut & in ijs accidit, qui inceſtum admiſerunt, [e] ſacerdotem interfecerunt, [f] & alijs pluribus [g] caſibus.

Secundæ nuptiæ abſque timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari, ſed non debent benedici quocunque tẽpore contrahantur. h.d.

Illud quoque admonendi ſumus, quibus caſibus ſecundarum nuptiarum permiſſa eſt celebratio, minimè uerendum eſſe nupturis, ne ſi intra annum luctus ad ſecũda uota tranſeant, aliqua notent infamia. [h] Cum enim ſecundũ Apoſtolum [i] mulier uiro mortuo ſit ab eius lege ſoluta, eiuſdẽ ſententia, & authoritate, omnis legalis infamia cenſetur abolita, [k] cum in his præſertim ſeculares leges

a Certamine. Puta dum certant pro patria, & ſic dant operam rei licitæ. nam uſque adeò pro patria pugnare licet ut pater in filium, filius in patrem inſurgere debeat. l. minimè. ff. de relig. & ſump. fune. & maritus in uxorem xxviij. q. j. ca. uxor. in fi. quod facit ad q. an filius poſſit occidere patrem bannitum, ſtante ſtatuto de bannitis impunè offendendis, de qua per Abb. in c. j. de conuer. inſid. poſt Bartho. in d. l. minimè. & in l. amiſſione. ff. de cap. dimi.

b Quæſiuerint. Nã ad hoc ut matrimonium impediatur duo requirũtur copulatiuè, ſcilicet affectus cũ opere ſubſecuto. facit. l. ij. in fi. ff. de cond. & dem. Sed quid ſi ratum habuerit eos interfectos? idem uidetur: quia in maleficijs ratihabitio retrotrahitur, & mãdato comparatur. l. j. §. ſed & ſi cum quis. ff. de ui & ui arma. Communiter contra. Nam edictum de matrimonio eſt prohibitorium. ca. cum apud. de ſponſ. & ratihabitio non retrotrahitur niſi concurrentibus extremo à quo, & ad quod habilibus, quod non eſt hic. ut declarat Abb. in cap. j. de conuerſ. infideli.

c Non fuerit. Punitur ergo affectus licet effectus non fuerit ſecutus: quia licet non perfecerit quis ſufficit perueniſſe ad actum propinquũ nec per eum ſtetiſſe quin delictum perfecerit, de quo plenè per Doct. in c. j. de eo qui mit. in poſſ. & in c. j. de præſumpt.

d Poterit. cap. j. eod.

e Admiſerunt. ca. j. & per tot. de eo qui cog. conſang. qui tamen ſi contrahant ualet matrimonium, ut habetur in c. tranſmiſſæ. d. tit.

f Interfecerunt. c. ij. de pœnit.

g Pluribus. De quibus habes. no. in ca. ij. de pœnit. an autẽ inter hos ſint pœnitentes. nota. in cap. hoc ipſum. xxxiij. q. j.

h Infamia. Quã ei lex ciuilis infligit, qui intra annum luctus nubit. l. conſenſu. §. ſi uerò. C. de repud. l. liberorum. §. j. ff. de his qui not. infam. & per Ab. in c. eccleſia. S. Mariæ. de conſtit.

i Apoſtolum. Nota quòd dicta Apoſtoli ſunt præferẽda legibus ciuilibus etiã in deciſionibus cauſarum, quod ſatis procedit in ſpiritualibus. faciũt no. per Docto. in c. eccleſia. San. Mariæ. de conſtit.

k Abolita. Etiã in foro ciuili ex quo per eccleſiã, & ex licentia Apoſtoli remiſſa eſt: argu. c. per uenerabilem. & ij. q. iij. §. hinc colligitur, & ampliabat quod hic dicitur Io. And. dicens extendi ad omnes leges ciuiles quæ ex aliqua cauſa prohibent matrimonium, & propterea correctum eſſe hodie quod diſponitur. C. de interdict. matri. inter pupil. & tut. eius, & C. ſi rector prouinciæ. & c quod eſt cõmuniter receptum. Sed cum lege ciuili præter infamiam multæ aliæ pœnæ infligantur tranſeuntibus ad ſecundas nuptias, ut apparet ex l. j. & ex l. ij. & in l. fœminæ. & in l. hac edictali.

&

& l.fi.& Auth.iiſdem pœnis. C. de ſecun.nupt. & in Auth.de teſti.& ca quæ parit,& in Auth. de nuptijs.§.quia uerò hactenus.& in l. omnẽ. C.ad Tertul.quæri poteſt utrum omnes hodie ſint ſublatæ per c.pe.& fi.de ſecund. nup.unde hic ſumitur. Abb. in d.c.fi. tenet affirmatiuam, quod quidã admiſerũt, quando ex ſecundis nuptijs oritur incertitudo ꝓlis. Sed Bartho.in l. j. C.de ſecund.nup. & in l.liberorum. ff. de his qui not. infam. diſtinguit inter pęnas q̃ ſunt impoſitæ in odiũ ſecundi matrimonij,ſeu propter nubentis feſtinationem,& eas q̃ ſunt inductæ fauore filiorum, & primas quidẽ dicit ſublatas, ſecundas autẽ non , & hæc receptior.

a Imitari.c.j.de no.ope. nunc.c.fi. de ſecund. nup.cũ ibi not.Sic contra in cauſa eccleſiaſtica poſſumus uti legibus ſecularibus. ut habetur in c.j.de no.ope.nũ.

b Bigamiã.Nota quòd non ſolũ uir, ſed etiam mulier dicitur tranſire ad bigamiam.

c Benedicti.Sed quomodo benedicti cũ poſ ſit eſſe quòd alter tantum fuerit benedictus? reſpon.quia cõiux aliàs benedictus in primo matrimonio communicat ſuam benedictionẽ ſecundo coniugi:ar.c.quòd in dubijs.de conſec. eccle.uel alta.Sed hæc non uidetur bona ratio cum maritus communicet uxori ſolas actiones ſpirituales,non paſſiones,ut not. in c.j.de cogna.ſpi.in vj.& in c.Martinus.eo.tit.in antiquis. Vnde poteſt dici quòd hæc pluralitas reſoluitur in ſingularitates: ar.not.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.& l.falſa.§.fi. ff.de cond. & demon.

d Iterari . Qua autem ratione prohibeatur iterari.not.in c.ſi uir.de ſecun.nupt.& hoc intellige niſi ſit conſuetudo in contrarium, & Papa tolleret,licet cõtra ſit, quod not. in c.leges.diſt.iiij. ſed illud non procedit in ſacramentalibus ſecundum Abba.in d.c.ſi uir.

non dedignentur ſacros canones imitari. a Vir tamẽ & mulier ad bigamiam b tranſiens,nõ debet à preſbytero benedici,quia cum ſemel benedicti c fuerint , huiuſmodi benedictio iterari d non debet.

DE REBVS SACRIS, SANctis,& religioſis. XVII

Titulus ſequens ſolum ſub ordinat ſequentia ad præcedentia.h.d.

Sacramentorũ breuiter explicato tractatu, illorumq; ſectione, ac natura cognitis, tranſeamus e iã ad res ſacras & ſanctas, quales f ſunt Eccleſiæ,Altaria,Sanctorum in his conditæ reliquiæ, uaſa,ueſtes,& ſimilia ad diuinũ cultũ principaliter comparata . Paulò mox & de religioſis dicturi, ut ſunt g religioſæ domus,Zenodochia,cœmiteria, & ſepulturæ.

DE CONSTRVENDIS, CONSEcrandis, & reparandis Eccleſijs,& Altaribus. XVIII

Non licet celebrare, niſi in templis conſecratis,niſi ex priuilegio, uel ex cauſa neceſſitatis.hoc dicit.

Eccleſiam hoc loco accipimꝰ non tam Chriſtianorum multitudinem,fideliumque congregationẽ,quàm manufactũ ipſum tẽplum h Dei,& orationis domum, ab eo qđ continetur eius quod

DE REBVS SACRIS, Sanctis, & religioſis.

e Tranſeamus iam. Iuſta ordinẽ ꝓmiſſum in principio libri.

f Quales. Nota quæ res dicãtur ſacræ & ſanctæ.

g Vt ſunt.Nota quæ dicantur res religioſæ.

DE CONSTRVendis,conſecrandis, & reparandis eccleſijs, uel altaribus.

h Templũ Dei . Eſt igitur Eccleſiæ nomen ęquiuocum,núc dicitur congregatio malignantium.Vnde pſalm.in eccleſiam malignantium non introibo , nunc fidelium collectio,ut hic , & in cap.eccleſia . de conſecr.diſtin.j.nunc corpus Chriſti.j. quæſt. j.in eccleſia.& xxvij.q.ij.cap. ſed illud . Item prælatura ipſius eccleſiæ.cap.quoniam.ne præla.uices ſuas. Item obuentiones eccleſiaſticæ, ut cap.fin.ubi de hoc not.eod.tit. Item murorum ambitus.cap.de fabrica.& cap.eccleſia.de conſec.diſtin.j.

continet ſumota denominatione.[a] Sicut [b] ergo non alij quàm ſacrati Deo ſacerdotes ſacramenta miniſtrare debent, ſic non in alijs quàm in Domino conſecratis locis, cum ſuis altaribus, uaſis, ueſtibus, & reliquis ad diuinū cultū explendum utēſilibus, itidem conſecratis, ſacrificia offere licet. [c] Niſi quis ſuper hoc ſpeciali ſit priuilegio munitus, uel ſumma coegerit neceſsitas, utpote, quia cōbuſta ſit Eccleſia, quo caſu donec illa reſtauretur, in capellis [d] cum ſacrata tabula celebrari poterit.

Conſtitutis in itinere, licet celebrare ſub Dio, & celebrans in priuatis domibus eſt deponendus. h. d.

In itinere quoque cōſtitutis Eccleſia nō reperta ſub Dio, [e] ſiue in tentorijs, ſi tabula altaris, cæteraque ſacra miniſteria adfuerint, miſſarum ſolennia celebrari permittendum erit, alioqui ſi quis in oratorijs intra priuatas domos cōſtitutis, ſine conſenſu Epiſcopi hoc facere auſus fuerit, deponendus erit. [f]

Epiſcopus excreſcentibus fidelibus, nouam Eccleſiam cōſtruere poteſt, et unam in plures diuidere. hoc dicit.

Conſtruuntur autem Eccleſiæ, uel ob incrementum populi, uel ob commoditatē plebiū, uel certæ uniuerſitatis intuitu, aut in paſtoralis dignitatis priuilegium. Ob incrementū populi tūc noua conſtituēda eſt Eccleſia, cū certis in regionibus adeò multitudo [g] fidelium excreuit, ut illorum curæ unica ſit impar Eccleſia. Sicut enim ex ratione unus Epiſcopatus in duos Antiſtitis accedente uoluntate diuidi poteſt. Sic etiā Epiſcopus de baptiſmalibus, & parochialibus Eccleſijs Rectorum accedente cōſenſu facerē pōt, quod cum factum fuerit, illa pars populi, quę nouis Eccleſijs ſupponitur à iure prioris Eccleſiæ abſoluetur. [h]

Plures baptiſmales Eccleſiæ non debent fieri ſub una terminatione, & terminationis controuerſia dirimēda eſt iudicio plebiū, uel ſorte. h. d.

Plures tamen baptiſmales Eccleſias in una terminatione [i] facere non poterit. Quòd ſi determinatione duarū ma-

a Denominatione. fac. l. ius pluribus. in fi. de iuſti. & iur. l. uoluit. §. quod ait. ff. de inter. actio.

b Sicut ergo. j. q. j. cap. ſicut. cum ſequent.

c Licet. c. tabernaculum. & c. miſſarum. de conſec. diſt. j. Contra c. eccleſiæ. de immun. eccle. ubi celebratur etiam in eccleſia non conſecrata. Sol. ibi erat de proximo conſecranda, hic de locis in quibus nulla ſpes conſecrationis. fac. l. pe. ff. de mili. teſta. & l. ligni. ff. de leg. iij. Vel poteſt celebrari in baſilica de licentia epiſcopi, & non aliter. cap. nullus. c. unicuiq;. c. clericos. de conſecr. diſt. j. ſecundum Abb. in d. c. eccleſiæ.

d In capellis. Id eſt, in oratorijs nō conſecratis: ut nota in cap. concedimus. de conſecra. diſt. j. in quibus ſine permiſſione epiſcopi celebrare non licet. ca. unicuique. & c. miſſarum. d. diſtin. j. Et hæc nomina oratorium, baſilica, & eccleſia, interdum ſunt æquiuoca, ut per Abb. in c. fi. de eccle. ædifi. Sed quid opus eſt hac conceſſione? forte tempore d. c. concedimus. unde hic ſumitur capellæ non erant conſacratæ. ut ibi nota.

e Sub Dio. Id eſt, ſub aperto aere: ut not. in c. concedimus. de conſec. diſt. j.

f Erit. ca. clericos. de conſec. diſtin. j.

g Multitudo. xvj. q. j. c. præcipimus. & c. nulli. diſti. xcix. & hoc de cōſenſu epiſcopi, ſi regio ī qua multitudo fideliū creſcit ſpectat ad aliquem epiſcopum: ut in c. multis. xvj. q. j. & not. in d. c. præcipimus. & c. quoniam Ioannes. de decim.

h Abſoluetur. xvj. q. j. c. præcipimus. fac. l. j. C. de metro. Bery. li. xj.

i In una terminatione. Id eſt, intra eoſdem limites, puta quòd intra eoſdem terminos ſint duę eccleſiæ baptiſmales, in quibus promiſcuè populus baptizari poſſit. fac. xiij. q. j. unus enim tātum debet eſſe princeps. vij. q. j. c.

tricum Eccleſiarum contentio fuerit, plebes, [a] utrarumque diſcernent, [b] quòd ſi nō conuenerint, Dei iudicio [c] controuerſia diſcernetur.

Non eſt periurus Epiſcopus fabricans Eccleſiam, licet iurauerit non alienare Eccleſiaſtica.h.d.

Nec quicquam Epiſcopo obſtiterit, ꝙ de rebus Eccleſiæ nō alienandis iurauerit: [d] nam, & tali non obſtante iuramēto, [e] populo indigenti [f] ſuper baſilicarum inſtitutione ſalubriter prouidere poterit, & debebit. [g]

Ob commoditatem plebiū noua Eccleſia ædificari poteſt, quæ tamen matrici honorem exhibere debet.h.d.

Plebium commoditas tunc nouam ædificare ſuadet Eccleſiam, cū parochianorum pars adeò diſtat à ueteri, ut certis temporibus non ſine magna difficultate, [h] & periculo illam adire, & ibi congruis tēporibus diuinis intereſſe & ſacramenta percipere poſsint, quo quidē caſu maximè [i] ſi miniſtro cōmodè pro ſub

q.j.c.in apibus.& c quoniam.de offi.ordi. Ar. contra in l.uni.C.de metropol.Bery.ubi in ea dē prouincia ſunt duæ metropoles ciuitates. Sed dic. aut dignitas additur rei, & procedit contrarium.aut perſonæ,& procedit quod hic dicit̃.Sed hęc non uidetur bona ſolutio, cum hic prohibeatur addi dignitas, uel qualitas etiam rei. unde poſſes dicer̃ ꝙ ſicut Imperator i eadem prouincia facit duas metropoles,ſic Papa poteſt duas baptiſmales eccleſias facere ſub una terminatione: aliàs autē & nemo pōt facere plures metropolitanas ciuitates in eadē prouincia,nec plures baptiſmales eccleſias in eadem terminatione.

a Plebes. Quaſi melius informatę ſa.c.uidetur. qui. mat.accuſ. poſ. & §.j.eo.tit.& c.ueniens.de teſt.in fi.& l.conſenſu.C.de repud.

b. Diſcernēt. Vel per arbitrium:uel per amicabilem compoſitionem,ſuperioris tamen authoritas eſt neceſſaria.c.de cætero.& c.ſtatuimus.de tranſac.& c.per tuas.de arbit.aliàs laicus non poſſet eſſe iudex in ſpiritualibus. & c. decernimus.cum c.ſeq.de iudi. & eſt hic, & in c.plures.xvj.q. j. unde ſumitur arg. quòd ſpiritualis cauſa laico poteſt committi.diſti. xxiij. §.uerum.

c Iudicio. Id eſt,ſortibus, quibus Dei uoluntas oſtenditur.xxvj.q.ij.§.j.& c.ſors. facit.l.fi. C.com de leg.& l.ſi quæ cautiones. & l.hæredes.§. ſi incerto. ff. famil. erciſ. & l. ſed cum ambo.ff.de iudi.& per Abb.in c. fin. de ſortil. & per Moder.in c. capitulum. de reſcript.

d Iurauerit. De cuius iuramenti forma per Abb.in c.j.eodem.

e Iuramento. Quod eſt reſtringêdum ad alienationem illicitam, nō aūt trahendū ad neceſſariā:ut per Doct.in c.fi.eo.& in c.ut ſuper. de reb.eccl.non alie.& in c.extirpādæ. §.quia uerò.de ꝑbē. Idē eſſet dicendū in alienatione quæ fieret ad utilitatem eccleſiæ: nam neceſſitas, & utilitas in hoc æquiparātur. xij q.xj.c.ſine exceptione. fac. qđ in ſimili not. Inn. & alij in c.cū omnes.đ cōſt.reſtringit ergo iuramentum ad limites iuris:ut latè per Ab. ī d.c.fi Sed an idē ſit đ iuramēto qđ præſtatur hodie à pręlatis de nō alienando Ro. Pōt.inconſulto?quidā ꝙ ſic.Cōmu.contra, ꝓ quibus eſt illa rō ꝙ recipiens talē iuramentum uſ ſibi reſeruare cōſiliū,ut patet ex forma & ui uerborū. Sed aſtrictus ad petēdum conſilium ſup aliqua re, non poteſt etiam licitè de illa re diſponere conſilio non petito.c.cū in ueteri.de ele.& c.cum olim. de arbi. & in c. nouit.de his quæ fi.à præl.& not. in c.ſi pro debilitate.de offi.deleg. Sed ꝑdicta uera, niſi neceſſitas immineret,uel eſſet modica res:ut per Abb.in d.c.fi.& in c.olim.de reſtit.ſpolia.& dicetur.j.de reb.eccl.non alien.in.§.terrulas.

f Indigenti. Ex qua cauſa indigentię pōt conſtitui eccl.etiā in præiudicium alterius.fa.c.iij. & c.fi.eo.& xvj.q.j.c.ꝑcipimus.& q.vij.c.eccl.

g Debebit. Etiam conſtituta dote ſecundum unum intellectum.c.fi.ut ibi per utrunq; Abb.

h Difficultate. Difficultas ergo aliquid interdum inducit,quòd regulariter prohibetur. fac.c.ad audientiā.j.eo.& diſt. lxiij. c.cū lōgè. & diſt.xciij.c.iſta.cū alleg.in d. c. ad audiētiā.

i Maximè. Hoc ideò dicit:quia ſi immineret periculum animarum,etiam quòd à ueteri eccleſia non poſſent miniſtro neceſſaria ſubminiſtrari, nihilominus deberet noua eccleſia cōſtrui

ſtrui,ſecundū Hoſt. & dicet infra §.quacūq;.

a Matrici. Cathedrali ut per Abb.in c.fi.de offi.Archipresby. uel baptiſmali. ca.ex tranſmiſſa,ubi not.de renun.uel intellige de eccleſia à qua nouē ſubminiſtrantur neceſſaria:nam hoc uerbū ſumitur ſecundum ſubiectam materiā: ut not.Abb. in c. uenerabili. de uerbor.ſignifica.

b Honor.Sed in quo conſiſtet huius honoris exhibitio ? quidam in eo qđ antiquior eccleſia efficitur patrona , & clericum inſtituendū præſentabit in noua , quod ſatis admitti poſset, ſi ſolum in quo ædificata eſt noua eccleſia eſſet in dominio ueteris, licet laicus ædificet proprijs ſumptibus : quia tunc ambo erunt patroni , & ambo præſentabunt : ut not.in c. ad audiētiam.eo. & in ca. piæ mētis.xvj.q vij.ſecus ſi nihil cōferret , licet noua eccleſia ſit intra ſuos limites. Idē putandum ſi rector conſtruxit capellam uel eccleſiam in ſolo quidem alieno , ſed de reditibus eccleſiæ: quia ius patronatus acquiritur eccleſiæ non ſibi & conſanguineis. Sed non uidetur quòd iſte intellectus poſsit accommodari huic literæ propter illa uerba. *Pro facultate loci.* ideò exponē qđ debeat aliquid præſtari annuatim in ſignum ſubiectionis : argu. c.omnis anima.de cenſib.moderandum arbitrio epiſcopi , uel aliter : ut per Abb.in d.ca. ad audientiam.

c Plures.Puta decē.x.q.iij.c.unico. uel etiā plures dummodo uelint eccleſiā dotare:argu. c.nemo.de conſec.diſt.j.& infra eo. §.quacunque.Immo unus leproſus permittetur ſi uellet dotare ſecundū Ab.in c.ij.eod.Sed tūc non diceretur cōſtructa eccleſia gratia uniuerſitatis. argu.hic quòd tales leproſi faciunt collegium licitum,de quo per Abb.in d.c.ij.

cōmodè pro ſubſtentatione ſua prouideri poſsit , noua quidem erit Eccleſia cōſtruenda,ſed à filiali matrici [a] Eccleſiæ , pro facultate loci competens honor [b] exhibendus erit.

Vniuerſitatis intuitu poteſt noua eccleſia ædificari, utputa pro leproſis.h.d.

Vniuerſitatis intuitu noua Eccleſia ædificari permittitur,ueluti cū plures [c] ſimul leproſi ſub communi uita congregati fuerint.Ijs enim quòd eccleſia cum cœmeterio, [d] & quod proprio gaudere ualeant priuilegio, permittendum erit. Cauebūt tamē hi,ut iniurioſi ueteribus [e] eccleſijs de Iure parochiali nequaquā exiſtant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur ad aliorum [f] iniuriā flecti conuenit.

Epiſcopo conceditur pro ſepultura propria eccleſiam ædificare,aut nouum monaſterium conſtruere.h.d.

Epiſcopo quoque in ſua [g] parochia [h] nouam Eccleſiā ædificare pmittitur, [i] ſed multum intererit eccleſiam monaſticis informandam regulis conſtruat, an uerò ex

d Cœmeterio.Arg. ꝙ tales leproſi non debeant cū alijs ſepeliri:quia aliàs iſta cōceſſio non haberet cauſam rationabilē. habetur in c.ſacris. de ſepult.

e Veteribus. Veteres enim eccleſiæ propter nouas lædi non debent, xvj. q.j. c.quicunque. modicū tamen dānum reſpectu decimarū ex rationabili cauſa ſubſtinere debēt: arg. §.prox.ſupra eod. & ca.ad audientiam.j.eo.

f Aliorum.Priuilegiū enim eſt ſtrictè intelligendum,quatenus eō cernit præiudiciū tertij,etiam ꝙ ſit conceſſum cauſa pietatis, quod nota. fac. xxij. q.ij. primū.l.nā hac natura.ff.de cōd.indeb. l. nec auus . C.de emāc.lib.& l.ij.§.ſi quis à principe. ff.ne quid in loco publi. cum alleg.in c.ij eod.

g In ſua Secus ergo ſi quis uellet uti hoc priuilegio extra ſuā diœceſim . Sed quid ſi uellet magnificare eccleſiam in ſua quidem diœceſi conſtitutam ſed exemptam. Reſp. ſecundum Anto.quòd permittitur, licet enim nō ſit de diœceſi,eſt tamen in diœceſi , c.pe.de offi.ordina ſequitur Abb.in c.penul.de donat.

h Parochia. Id eſt , diœceſi. ut in c.pen. de donat.ubi Abb.& in c.pen.de rapt.

i Permittitur. Sed an hæc permiſſio debet intelligi accedēte cōſenſu capituli ? & non uidcē hoc neceſſariū. ſufficit enim hoc à iure ſemel cōceſſum fuiſſe:arg.l.j. C.de theſau.lib.x. & l.quæ ſub conditione.§.ſi ff.de cond inſtit. de hoc ut pleuè habetur in c.pen.de donat. & xij.q.ij.c.bonæ. & in c.paſtoralis. de his quæ

alia cauſa;& fortè pro proprijs exigere uelit ſepulturis. [a] Cum primo caſu eandem ex rebus Eccleſiæ [b] cui pſſidet uſque ad quinquageſimam [c] tantũ partem dotare debeat. Secundo uerò non amplius, quàm cẽteſimã conferre [d] licebit; ea quoque adhibita cautela, & unam tantum modo ex his duabus, remunerationem eligat. [e]

b. Quæ ſeruari debent in conſtruenda Eccleſia, uel conſecrãda, et quòd Eccleſia indotata conſecrari non debet. h.d.

Quacunque tamen ex cauſa noua extruẽda ſit Eccleſia, obſeruandum eſt in primis ut ciuitatis Epiſcopus, ſine cuius aſſenſu id inchoari non debet [f] ad locũ ueniat, in quo crucem [g] ipſe figet, & publice atriũ deſignabit, nec illam anteà patietur ædificari, aut munus impendet conſecrationis, quam dotem [h] baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartula cõfirmatam accipiat, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiã, & cuſtodum ſtipẽdia, ſufficere ualeat. [i]

Conſtruenti nouam Eccleſiam, poteſt nouum opus nunciari. h.d.

Sed ſi quis dum noua conſtruitur Eccleſia, aut proprium Ius imminui, aut ſibi quoquo modo noceri exiſtimet, noui operis nũciatione [k] cõſulere ſibi poterit, poſt quam ſi legitima non ſit impetrata remiſsio, [l] quidquid ædificatum

ſi. à præl. quibus locis magis cõmuniter cõcluditur, quòd à principio epiſcopus non poteſt de nouo conſtruere monaſterium, nec eccleſiã ſecularem iam cõſtructam monaſticis regulis informare, ſine conſenſu capituli. & ita procedit. xij. q. ij. cap. ſi eps. Sed poſtquàm hæc acta ſunt ſine conſenſu capituli, poteſt ſolus hanc donationem facere; quando tamen eſt neceſſaria. d. c. pe. quod declarat hunc. §.

a Sepulturis. Poteſt enim eps ſepeliri etiam extra cathedralem eccleſiam: ut per Ab. in c. pe. de dona. Et ẽ hic arg. ꝙ impenſa funeralis epiſcopi eſt faciẽda ſumptibus eccleſiæ, & nõ de proprio patrimonio, de quo uide per Ab. in c. ut pteritæ. de ele.

b Rebus eccleſiæ. Vel etiam de rebus menſæ ſuæ: ut in c. pe. ubi declarat Ab. d don.

c Quinquageſimam tantum. Sed d quibus rebus dabitur iſta quinquageſima? Hugo. in c. bonæ. xij. q. ij. ꝙ de fructibus annuis. Sed communiter tenetur quòd etiã de proprietatibus poſſit dari, immo ſecundum Abb. in c. pen. de dona. hoc erit cathedrali eccleſiæ expedientius. Sed an aliquod ius retinebit eccleſia cathedralis in iſta quinquageſima uel centeſima? reſp. ſecundum Goff. directum dominium, quod tamen ſecundum Io. And. & Ab. non uidetur iure probari.

d Conferre. Scilicet donatione inter uiuos, non autem teſtamento, ſecundum Archi. in c. quia Ioannes. xij. q. v. & Abb. in c. pe. de dona. ubi diffuſè de ratione differentiæ.

e Eligat. ut c. bonæ. in ſi. xij. q. ij.

f Non debet. Fac. c. paſtoralis. de priuil. ſi tamen nollet conſentire poſſet recurri ad ſuperiorẽ. ar. c. nullus. de iu. patro. & per Ab. c. ij. eo. in ſi. & fac. j. q. ij. cap. placuit. de conſe. diſ. j. c. nemo. xvj. q. ulti. c. piæ. & c. Frigẽtius. c. cum ſicut. d conſe. eccl. uel alt. Auth. ut de termi. ſit cleri. numerus.

g Crucem. Aut. de mona §. illud. & orationes eps dicet. Auth. de eccle. titulis §. ſiquis autem uoluerit.

h Dotem. Vt ſ. de iu. pat. poſt prĩci. Sed quid ſi dotis cõſtitutio fuit omiſſa ĩ fundatione? reſ. debet conſtitui in conſecratione. Sed quid ſi & in conſecratione fuit omiſſa dotis conſtitutio? reſp. quidam ꝙ cogẽdus eſt qui conſecrauit. ſed ſecũdũ Abb. in c. cũ ſicut. de conſe. eccl. uel alt. ẽ prius ex qua ſi contractu cõueniẽdus & cogẽdus is, qui cõſecrari fecit, & obligatio trãſibit in hæredes ut ibi not.

i Valeat. Niſi ex neceſſitate conſtrueret, quo caſu poſſet cõſtrui ſine dote: ut not. ſ. eo. §. plebium. & hoc caſu inſtitueretur in ea ſacerdos q ſibi uictum manibus & induſtria, & eleemoſynis quæreret: arg. c. clericus uictum. diſt. xcj. & tenet Abb. in c. ad audientiam. j. eod.

k Nunciatione. c. j. & c. ij. de no. oper. nunci.

l Remiſſio. Vel niſi notorium ſit de non iure nunciãtis. ut per Abb. in c. j. de no. ope. nunc. & hæc

hæc remiſſio quandoq; fit expreſsè, quandoq; tacitè, puta morte nunciantis ut ff. de no. ope. nunc. l. non ſolum. §. ſciendum. Sed quid ſi denunciator non uult remittere nunciationem? reſp. ut not. in c. ij. de no. ope. nunc.

a Iniuria. l. ij. & l. prætor. §. ait prætor. ff. de no. oper. núc. & c. j. ubi not. de no. ope. nunc. & eſt ſimile in excõicatione quę ſemp tenet, ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta. xj. q. iij. capit. j.

b Deſtruendum erit. Sed immo cõtra, nam attentata poſt appellationẽ extraiudicialẽ nõ ueniunt irritanda niſi ſint cõtra ipsã appellationẽ, & niſi prius iuſtificeẽ appellatio. c. cum nobis. & quod ibi not. de ele. & in c. bonæ. de appel. & c. nõ ſolum. de appel. in vj. ergo cũ nũciatio ſic hmõi, deberet expectari finis denũciationis ante, q̃ deueniri deberet ad deſtructionẽ. Sol. Ab. in c. j. de no. ope. nũc. ꝙ ſpeciale eſt hoc in hac nũciatione ob rixas euitãdas, & quia tractatur đ modico præiudicio: nam intra tres menſes nũcians probare debet de iure ſuo. l. j. C. de no. ope. nunc. & ob neglectum iudicis, quæ rationes nõ militant in appellatione extraiudiciali.

c Legum & canonum. Nota duo ex hac litera. Primũ ꝙ in cauſa eccleſiaſtica poſſumus leges ſeculares allegare, & ꝙ põt utriuſque iuris diſpoſitio allegari, de quo latè habetur in c. j. đ no. ope. nũc. & in c. cũ eccleſia S. Mariæ. de cõſ.

d Non erit. Et hoc probat Ab. multis iuribus in c. j. in fi. de no. oper. nun. quidquid ibi dicat Glo. & uidetur tex. in c. cũ olim. ij. de priuile.

e Neglectũ. Accipe actiuè, id eſt, quia neglexit. & fac. c. cum olim. ij. ubi Abb. de priuil.

fuerit, ſiue illud Iure, ſiue iniuria, [a] omninò ædificantium impenſis deſtruendum [b] erit, negotiumque ipſum ſecundum legũ, [c] & canonum ſtatuta terminabitur.

Qui præter Epiſcopi cõſenſum Eccleſiam conſtruit, facit iacturã iuris patronatus. h. d.

Diuerſum ſtatuetur in ea, quæ præter Epiſcopi conſenſum conſtructa fuerit: hæc enim ſi nemini nocet, deſtruenda quidẽ nõ erit, [d] ſed ob ſuperioris neglectum [e] excluſo Iure patronatus cũ dotibus [f] ſuis Epiſcopalibus Iuribus [g] applicabitur.

Eccleſia debet quanto poteſt citius conſecrari. h. d.

Baſilica igitur legitimè extructa non antè ſacris eſt deputãda miſterijs, quàm munus conſecrationis acceperit, [h] qđ, ne qua diuino cultui afferaẽ mora quanto poterit citius [i] conficiendum erit.

Eccleſia conſecranda eſt ab Epiſcopo, qui prius baptizauit incolas regionis, ubi conſtructa eſt. h. d.

Et ſi dubiteẽ à quo dedicanda ſit, illud exquiri oportebit, cuius ciuitatis Epiſcopus antequam fundaretur, incolas baptizauerit, [k] & ad cuius conſignationẽ ſub annua đuotione cõcurrerit, [l]

f Dotibus ſuis. Quas nõ poterunt ædificatores retrocedere, & ad ipſorum utilitatẽ conuertere, ſecundum Abb. in c. cum olim. ij. de priui.

g Iuribus. Non ut eṗs diſponat ad utilitatẽ propriam, ſed ſicut de alijs eccleſijs, quia habebit ipſe collationem, & alia iura epiſcopalia. x. q. j. c. regenda.

h Acceperit. Nã ſi tamen eṗs permiſerit. c. miſſarũ. de conſe. diſt. j. ne ſit contra id quod habetur. j. de immu. eccle. §. ſed & conuiuia. in fine.

i Citius. c. fi. de cõſe. eccle. uel alt.

k Baptizauerit. Quod officiũ pertinet ad epiſcopũ alio. non apparente. facit. capit. j. de relig. dom. & nota quòd per exercitiũ unius iuris ſeu articuli cõprehenſi ſub uniuerſo, infertur ad poſſeſſionem iuris uniuerſalis. Sed contra uidetur. c. auditis. & c. olim. de præſcri. ubi exercens certa iura epiſcopalia ſolum præſcribit in illis quæ exercuit. faci. not. per Bald. in l. j. §. ſi quis. ff. de itin. actuque priua. fac. cap. cùm contingat. de decim. & c. cum conſuetudinis. cum ibi not. de cõſue. Sol. ex mente Innocen. & Abb. quòd hoc quod dicitur hic procedit, ubi per ius commune nõ fundatur intentio alterius: quia tunc per poſſeſſionẽ unius articuli probatur poſſeſſio uniuerſalis: quia non apparebat ꝙ hic locus eſſet alterius: ſed ſi alius aduerſarius haberet fundatam intentionem in iure communi: quia eſſet clarũ ꝙ eſſet poſſeſſum ab alio ius aliquid in ſua diœceſi, tunc procedunt contraria, & ad hoc uide Inno. in c. cum dilectus. de cappel. monacho.

l Concurrerint. Id eſt, Chriſmati fuerint, & ſic nota ꝙ epiſcopus quolibet anno debet tene

re chriſma: ut per Abb. in c.j.de relig. domi. Sed an iſta duo copulatiuè requirãtur ad hoc, ut id quod hic dicitur habeat locum? an ſufficiat alterum? reſp. alterum ſufficit, ſecundum Inno. & Abb. in d.c.j. licet quidam contra. Quid ſi nullus epiſcoporũ exercuit aliquam iuriſdictionem? reſp. ſuperior ipſorum litem dirimet, & cui voluerit id ius cõcedere poterit, uel etiam pro ſe retinere, ſecundũ Hoſti. & Abb. in d.c.j. arg. c. quoniam. de decim.

atque is etiam ad conſecrationem uocandus erit.

Eccleſia ſemel conſecrata non debet amplius conſecrari, nec dicitur iteratum quod ignoratur ſemel factum h.d.

Eccleſiæ autem uel altari ſemel Deo conſecratis, non debet iterum conſecratio adhiberi, quia uelut infans à ſacerdote ritè baptizatus non debet iterum baptizari,[a] ita nec locus ſemel Deo dicatus, iterum cõſecrari. Planè ſi de Eccleſiarũ, uel altariũ conſecratione dubitetur, nec de ea, aut ſcriptura[b] appareat, aut teſtes[c] exiſtant, ſine ulla dubitatione erũt cõſecrãda. Nec talis trepidatio iterationẽ facit, quia iteratum dici non poteſt, quod ſemel eſſe factum ignoratur.[d]

Eccleſia polluta debet reconciliari. h.d.

Sed ſi Eccleſia[e] aut ab igne exuſta,[f] aut fuſiõe ſanguinis,[g] uel ſeminis,[h] uel excõmunicati humatiõe[i] polluta[k] fuerit, ẽt ſi-

a Baptizari. di. lxviij. c. ſicut. & xxxij q.vij.c. quẽ admodum. & de conſecr.d.j.c. eccleſijs.

b Scriptura. Arg. quòd id qđ ſcriptura uel teſtibus probari non poteſt, pro ĩfecto haberi debet. l. ſi maior. C.com. diuid.

c Teſtes Sed an ſufficiat unus teſtis. reſp. ſic, uelut & in baptiſmo c.paruulos. de conſecrat. d.iiij.niſi eſſemus in cõtradictorio: ut not. in c.ſolennitates. de conſecr.d.j.etiã quòd eſſet teſtis de auditu. Item ſufficeret liber eccleſiæ uel lapis inciſus. xxiiij.q ij.c.ſanè ij.ubi no.& not.in d.c.ſolennitates.& per Abb.in c. propoſuiſti.de conſecra.eccle.uel alta.

d Ignoratur. Sic c.ſolennitates.de conſecra. d.j.unde ſumitur, & in c.ij.de baptiſ. Arg.contra clericum qui non recordatur utrum dixerit aliquã horã quod debeat illã dicere de nouo in dubio.fac.l.in lege.ff.de contra. emptio.

e Sed ſi &c.not.in hoc.§.caſus in quibus eccleſia debet recõſecrari uel reconciliari, & de materia in c.eccleſię.de conſecra.d.j.& not.in c.ꝓpoſuiſti.de conſecr.eccle.uel alta.& in hoc differt res inanimata ab animata, quę nunquã reconſecratur: ut per Abb. in c.j.eod. ubi de ratione diuerſitatis.

f Exuſta. pro maiori parte.aliàs ſecus:ut not. in c.eccleſijs.de cõſecr.d.j.quod intellige ut ꝑ Abb.in c.ꝓpoſuiſti.de cõſecra. eccle. uel alta.

g Sanguinis. Humani & iniurioſi.fac. c.tuarum.in princ. de priuil.unde ſi ibi ſanguis humanus caſu effundatur, puta, quòd quis minorationem faciat, uel ſi occidatur canis, eccleſia non eſt recõcilianda; ut not. in c.uni, de conſecr.eccle.uel altar. in.vj. & per Abb. in c.propoſuiſti.eod. ti. Sed qđ ſi uulneratus extra eccleſiã in eccleſiam fugiẽs ſanguinẽ ibi ſpargat? reſp. non eſt reconcilianda; ut not.in d.c.j.ſecus econtrà. Quid ſi homo occidatur in tecto. puta ſagitta, ſcđm Hug. non facienda reconciliatio; quia id uidetur factum extra eccleſiam. Eadẽ rõe, ſi in cella, uel ſpelunca fuerit facta effuſio. Sed quid ſi ſanctus ibi occidat? uẽ eccleſia ſanctificata nõ polluta. dic ꝙ eſt recõcilianda, licet nõ lauanda: ut not.in d c.j. Qđ ſi fuerit cõmiſſum homicidiũ ſine ſanguinis emiſſione puta: qa fuit qs ſuſpenſus? reſp. adhuc debet reconciliari, ut c. ꝓpoſuiſti.de cõſe.eccle. uel alta.& not.in c.j. eo.in vj.ubi de hoc latè. Itẽ intellige ſi homicidiũ fuit uiolentũ: ſecus ſi caſuale, Abb.in d. c.propoſuiſti.& intellige quod hic dr̃, non habere locũ i modica ſanguinis effuſione, qđ ſuadet uerbũ effuſio, ſcđm Ab. in d.c. ꝓpoſuiſti.

h Seminis. humani, nõ canũ, & quidã hoc intelligunt de ſemine fornicario; ſecus ſi uir cognoſceret uxorẽ, quod tñ à pluribus nõ ꝓbat: ut not.in c.j.de conſecra.eccle.uel alta.in vj.

i Humatione c.conſuluiſti.de conſecr. eccl. uel alta.ubi: Abb.addit alium caſum, uidelicet ſi eccleſia fuiſſet conſecrata ab eo qui eſſet notoriè excommunicatus.

k Polluta. Immo eccleſia non põt pollui.c. ueſtra. de cohabit. mul. & clerico. Sol. uerum

eſt

ſemel anteà conſecrata appareat, nihilominus diligentiſsimè expurgata iteratò conſecranda, [a] uel reconcilianda [b] erit.

Propter detrimentum altaris ipſum altare non Eccleſia eſt iterum cōſecrāda.h.d.

De eo dubitari [c] cōtigit, ſi altare motū [d] fuerit, aut lapis ſuper poſitus, qui ſigillum [e] continet cófractus, [f] aut diminutus, an Eccleſia debeat iterū cōſecrari? Et reſponſum eſt, ob id Eccleſiæ nó eſſe conſecrationē iterandam, ſed ipſum ſolum altare denuò conſecrandum. [g]

Quibuſcunque diebus poteſt Eccleſia conſecrari, ſed ſolum ab Epiſcopis, qui ea quæ ſunt iuriſdictionis poſſunt demandare inferioribus, ſecus quæ ſunt ordinis. hoc dicit.

Confici autem poterit Eccleſiarum. Altariumq́ue conſecratio quibuſcunque [h] diebus tam dominicis, quàm priuatis, ſed non à quocunque: licet enim aqua per Epiſcopum benedicta, per alium Epiſcopū, qui aquæ benedictionem non impenderit Eccleſia reconciliari poſsit: idem tamen per ſacerdotes ſimplices fieri non poterit, quia ea quidem quæ iuriſdictionis [i] ſunt, etiam inferioribus Epiſcopus demandare poteſt, ſed quæ ordinis [k] ſunt, inferioris gradus clericis committere non poteſt. [l]

Non debet conſecrari Eccleſia ubi ſepulta ſunt corpora infidelium, niſi ſeruata forma huius § h.d.

eſt quòd eccleſia quæ non poteſt peccare, non poteſt etiam pollui à peccatis hominum, ſed iſta reconciliatio fit ad terrorem, ut homines inde intelligant, quòd ex facto atroci etiā ſancta polluantur, ita ut inducantur ad cogitandū quātum ſit elaborandum pro expiatione proprij peccati. Vnde infertur per Doct. quòd ubi iſta fierent occultè non eſt opus reconciliatione. fac. not. in c.unico eod. in vj.ubi etiā an polluto cęmiterio ſit polluta eccleſia, & econtrà.

a Conſecrāda. Referas ad caſum totalis exuſtiōis, uel pro maxima parte; uel deſtructionis, nam his tribus caſibus eccleſia reconſecratur, Abb.in c.propoſuiſti. eo.

b Reconcilianda. Differunt autem hæc reconſecrare & reconciliare, licet interdum confundantur:ut not. in ca.ſi motum. de conſecr.diſt.j. & hoc uerbū referas ad omnes alios caſus exceptis tribus de quibus in notula proxima ſuperiori.

c Dubitari.c.j.c.quod in dubiis.c.ligneis.eo.

d Motum.Ita quòd formam primam amiſerit:ut not.in c.ſi motum.de conſecra.d.j.

e Sigillum.Qui ſit lapis iſte per Ab.in c.j.eo.

f Confractus. Enormiter:ſecus ſi fuerit paſſus modicam rupturā ut ꝑ Ab. in c.ligneis.eo.

g Conſecrandum.Immo ēt eccleſia tota.c.ſi motum.de conſecra.d.j.reſp.ibi, uerbū conſecretur, exponendū eſt.i.reconcilietur.Sed hæc expoſitio non tollit ex toto cōtrarium. Vnde potes dicere, ꝙ hodie non ſtamus illi textui ꝑ c.j.eod. quod uidetur illum corrigere. uel dic in d.c.j.& de hoc uide ꝑ Ab in c.propoſuiſti. eo. ubi plenè proſequitur omnes caſus.

h Quibuſcunq; diebus.ca.ij.eod. ímo regulariter contra.xxj.q.j.c.deuotis.& c.j.de tēp.ord.& ſ̄.cómu.tā ma.cō.q̄ mi.or.§.igit.reſ. hic ſumus in cōſecratione rei inanimatæ, quæ eſt minus digna, in cōtrarijs in cóſecratione rei animatæ, q́ eſt magis digna, & magis firma: ut per Abb.in d.c.ij.

i Iuriſdictionis Puta iudicare, cognoſcere, inſtituere, cóferre, excóicare, c. tranſmiſſam. ubi not. de electio.& ī ca. pe.eod.fac. quod not.in ca. peruenit.diſt.xcv.

k Ordinis. Puta clericos ordinare, uirgines cōſecrare, chriſma cóficere, & hmōi q́ miniſteriū cōſecrationis deſiderāt. vñ fac regulā generalē ꝙ ea q́ ſūt alicuius ordinis nó poſſunt delegari nó habēti illū ordinē, uñ Papa nō poſſet dare poteſtatē nó ſacerdoti cóficēdi corpus Chriſti, no.ī c.ꝑuenit.d.xcv.& ꝑ Ab.ī c.fi.de cle. ægro.& ī c.pe.eo.Sed an archiep̄s, qui nōdū ē cóſecratus ſed ſolū cōfirmatus, poſſit ſuffraganeorum cōſecrationem alteri demādare, & non uidetur, cū id per ſe nō poſſet ſi uellet facere. dic ut ꝑ Abb.& Doct.in c.ſuffraganeis.de electio.

l Nō pōt.Rō diuerſitatis not.in c.pen. eod.

Illud etiam animaduertere conſecrantem oportebit, ne baſilicā in qua infideliū ſepulta ſunt cadauera ſanctificet. [a] Sed ſi conſecrationi apta uidebitur, euulſis [b] inde corporibus,& raſis, [c] parietibus ,& tignis, conſecrari poterit.

Feſtæ Dedicationum Ecleſiarū debent celebrari: h.d.

Solennitates quoque dedicationum ipſarum Eccleſiarum ꝑ ſingulos annos erunt celebrādæ, [d] ipſo Domino exemplum dante, qui dum ad feſtum dedicationis tēpli celebrandum, cum reliquis populis acceſsit, omnibus idem faciendi formam tribuit. [e]

Reparatio Eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorē beneficij, & Epiſcopus debet de ſua tertia contribuere. h.d.

Hæc de ædificādis & conſecrandis Eccleſijs, uel altaribus delibaſſe ſufficiat, nam ſi reparandæ ſint, uel emendandæ, id oneris procul dubio ad eum, qui Eccleſiaſticū poſſidet beneficium [f] ꝑtinebit. [g] Sed & Epiſcopus tertiam partē [h] ſibi obtingentē impēdere debebit. Nūc de Eccleſiarum unionibus paucis deſpiciamus.

DE VNIONIBUS Eccleſiarum. XIX

Quid ſit unio, & quotuplex. hoc dicit.

VNio [i] nihil aliud eſt quàm duarum pluriumve Eccleſiarū

a Santificet. c. placuit. cū pluribus ſeq huius cōſtitutionis rō eſt: qa infideles uiui ab eccleſia repelluntur. xxj. diſt. c. cleros. & diſt. xxv. c. perlectis, ergo & mortui: quia quibus uiuentibus eccleſia non communicat, mortuis cōmunicari non poteſt. xxiiij. q. ij. c. j. Sed quid dicemus de muliere prægnante mortua, quidā q ſepelietur in eccleſia: quia fœtus eſt pars uentris l. j. §. j. ff. de uent. in ſpi. conſueuit tamen aperiri, & fœtus extrahi, & ſeorſum ſepelliri. fac. c. ſacris. de ſepult. & not. in c. eccleſia. j. de cōſe. diſ. j.

b Euulſis. Authoritate prīcipis uel epiſcopi tātum. l. oſſa. ff. de relig. ſa. de cōnſe. diſtin. j. c. corpora.

c Raſis. Id eſt, dealbatis. nā mutata forma, interimitur ſubſtantia rei. l. Iulianus. §. ſed etſi quis. ff. ad exhiben.

d Celebrandæ. c. ſolennitates. de conſec. diſt j. ſ. in ipſis eccleſijs dedicatis, quod ſeruatur in hac ciuitate noſtra Peruſina, in qua die quintadecima Menſis Iulij celebratur dedicatio eccleſiæ cathedralis Hieroſolymitanæ, quæ & cuius capitulum occupata Hieruſalē ab infidelibus fuit translatum in noſtrā ciuitatē in eccleſiam S. Lucæ, ut extant publica monumēta in dicta eccleſia, & meminit Bar. in l. j. ff. ad munici. & cū hæc ſcriberem erat feſtum dictæ dedicationis.

e Tribuit. Nam eius operatio noſtra eſt inſtructio. xj. q. j. c. Deus.

f Beneficium. Et ſic non ſolum rector parochialis eccleſiæ de quo in c. de his. eo. & xvj. q. j. c. ſi monachus. ſed etiam minores beneficiati in ipſa eccleſia. fac. c j. ubi Abb. eo. & c. ſi. de his quæ ſi. à ma. parte cap. & intellige deductis reditibus ꝓ neceſſitatib. bñſiciati. d. c. de his.

g Pertinebit. Niſi conſuetudo aliter diſponeret: ut puta: quia trāsfunderet onus fabricę in populū ut eſt Mediolani. ar. c. ad Apoſtolicam. de ſimo. Vel niſi aliqua diſpoſitio ſpecialis & localis aliter ordinaret. ꝓut uidemus hodie in multis locis, immo cōmuniter eccleſiæ habent prouentus diſtinctos pro fabrica: ut per Ab. in c. j. eo & no. q ſi qs de proprio patrimonio, & non de fructibus beneficij reficeret eccleſiā, poſſet repetere, & teſtari de erogatis Abb. in c. cum pro cauſa. de proc.

h Tertiam partem. x. q. iij. c priſcis. cū ſeq. & hæc portio modo tertia appellatur, ut hic, & d. c. priſcis, modo quarta, ut xij. q. ij. c. uobis. & c. Vulteranæ. & c. quatuor. & ca. cognouimus. Sed hodie prælati neq; tertiam, neque quartam ſoluunt, nec forte aliam portionem de conſuetudine, quæ cōſuetudo ualet, ſecundum Inn. in c. ſi. de his quæ ſi. à maio. part. cap. & ſecundum Abb. in c. j. eo. ubi ēt dicit q ſi aliter prouideri non poteſt, tenentur parochiani ex quo ibi percipiunt diuina: argu. ca. ſi epiſcopus. de offi. ordin. in vj.

DE VNIONIBUS ECCLESIA.

i VNio. In iure, uel apud Doct. antiquos nō repetitur diffinitio ſeu deſcriptio unionis. Primus oium Cacialupus

facta connexio, dicta ab uniẽdo ex eo quòd plures Eccleſiæ in unum coniungantur. Vnionum autem duæ ſunt ſpecies, [a] aut enim perpetuæ ſunt, aut temporales. Perpetuæ ſunt, quæ fiunt, ut ſine pręfinitione tẽporis perdurent. Tẽporales ſunt q̃ ad certum tempus, puta ad alicuius uitam [b] inſtituuntur.

Cauſæ uniendi ſunt, neceſſitas, & utilitas. h. d.

Velut ergo ex cauſa una Eccleſia, uel Epiſcopatus ĩ plures diuidi permittitur, [c] ſic etiam rebus ſuadentibus plures Eccleſię in unã coniũgi poſſunt. [d] Cauſæ [e] uerò unionum ſunt, aut urgens neceſſitas, aut euidẽs utilitas. Neceſſitas ueluti cum duæ Eccleſiæ adeò ſunt pauperes, ut impoſſibile ſit earum prouẽtus ad uictum duorũ ſacerdotum ſufficere, [f] Aut ſi altera hoſtium immanitate deſolata ſit. Vtilitas, ut cum locorũ oportunitas id expoſcit, uel tẽporis qualitas, [g] putà, quia in loco nunc Chriſtianorum dicatur immunitus numerus: aut quia ob fructuum tenuitatem, non perinde idonei ſacerdotes ad beneficium procurandũ inueniantur. [h] His igitur caſibus, ne quid detrimẽti diuinus cultus & animarum cura patiatur, debẽt plura beneficia, uel Eccleſię in unum coniungi.

Sicut unire Epiſcopatus pertinet ad Romanum Pontificem, ſic minores Eccleſias ad Epiſcopũ cui ſubſunt, inferiores uerò nõ poſſunt unire. h. d

Non tamen omnibus paſſim quaſcunque Eccleſias uniendi poteſtas indiſtinctè ꝑmittitur, ſed certis dũtaxat ſeruatis regulis. Et quidẽ ſicut unire Epiſcopatus, atq; poteſtati alienæ ſubijcerẽ

cialupus eam deſcripſit in ſuo tractatu de unionibus. ſed ſua deſcriptio longior eſt, quàm. §. Callimachus, quod ualde inconuenit. Aliã ponunt Moderni Galli in praxi beneficiaria ſub tit. de unionibus, quæ cum non multum diſtet ab ea quæ hic ponit, (eſt enim hæc breuior aliquanto & ſimplicior) inde mutuari poteris q̃ ad huius declarationem ſunt neceſſaria, & communiter hæc uerificatur quod iuriſtis uidetur ſufficere. §. ſeruitus. inſti. de ſta. hom. & tenent Doct. in Rubr. de iudi. in antiq.

a Duæ ſunt ſpẽs. Hæc diuiſio licet explicitè non ponatur in iure, proculdubio tamẽ eſt ex mente iurium, ut apparet ex c. j. ne ſed. uacã. aliq. Inno. ibi, ne plus fauiſſe perſonæ, q̃ eccleſiæ, & in cap. quoniam abbas. de offi. deleg. & de tali diuiſione uide per Petrum de Peruſ. in ſuo tractatu de unionibus, & per Rebuff. in ſua proxi. in titu. de unionibus eccleſiarum. & Pariſ. conſil. v. uolu. iiij. Et quomodo cognoſcatur an unio ſit ꝑpetua uel temporalis, & qualis in dubio eſſe ꝑſumatur, uide per Petrum in d. loco fac. not. per Abb. in c. cum inter. de elect.

b Vitam. Immo unio ad uitam uidetur perpetua. l. j ff. pro ſocio. Solu. uerum hoc reſpectu perſonæ non actus qui geritur, & quo ad quid; non ſimpliciter. faci. not. per Abba. in cap. continebatur. de his quæ fiũ. à prælat. ſine conſenſ. capituli.

c Permittitur. c. ad audientiam. j. de eccleſi. ædifi. & ſupra eo. titu. §. plebium. & xvj. q. j. c. multis. & c. præcipimus.

d Poſſunt. Cum contrariorũ ſit eadem diſciplina. ut ſupra de iu. perſo. & ibi not.

e Cauſæ. cõcor. cap. expoſuiſti. de præbend. capit. ij. de relig. domib. & xvj. quæſt. j. capit. & temporis. & xxv. quæſt. ult. c. fi. & per Hoſtien. in ſumm. de religio. domi. uerſ. cui ſub eſt. & iſta duo frequenter diſpenſationem inducunt, ut j. quæſt. vij. ca. tali. & x. quæſt. iij. c. unio. & de ætat. & quali. c. eam te, & not. in d. cap. expoſuiſti.

f Sufficere. c. ex poſuiſti. de præb. & c. j. ne ſede uacãte. & ſuper hoc, uide prouiſionem nouiſſimè factam per Concili. Tridentinum. ſeſſio. xxiiij cap. xiij.

g Qualitas. c. & qualitas. & c. poſt quàm xvj. q. j.

h Inueniantur. fac. x. q. iij. c. unio. & Cle. j. §. adhæc, de ſtat. monacho. & quando dicatur eccleſia pauper, uide not. in c. clericus. xxj. q. j. fac. not. in Auth. præterea. C. unde uir. & uxor.

ad ſummum [a] Pontificem pertinere noſcitur, ſic ad Epiſcopum ſpectat Eccleſiarum ſuæ diœceſis unio atque ſubiectio. Ab Epiſcopo itaque inferiores [b] uniendi poteſtatem minimè ſibi uendicare poterunt. Ideoque ſi prior uel Abbas monaſterium monaſterio ſubiecerit, uel unierit, Epiſcopi conſenſu minimè requiſito, quod incõſulto præſule fecerit, nõ ſubſiſtet, nec ſubiectionem, uel unionẽ Metropolitani [c] conſenſus, uel confirmatio ſubſtinebit, cum is in diœceſi ſui ſuffraganei abſque ipſius aſſenſu non debeat aliquid contra conſtitutiones canonicas, attentare. [d]

Epiſcopus unire poteſt Eccleſiam alteri, uel loco religioſo donare, etiam non uocato Rectore, uel defenſoribus, ſed propriæ menſæ nõ poteſt. h. d.

Vſque adeò autem Epiſcopo in propria diœceſi facultas uniẽdi competit, ut ſi per eundem conſentiente capitulo, [e] Eccleſia, Eccleſiæ, dignitati, uel præbẽdæ uniatur, aut religioſo loco donetur, ex eo quòd Rector ipſius ad hoc uocatus, [f] uel ſi uacabat [g] defenſor [h] ei ſuper hoc datus nõ extitit, nequaquam impugnari ualeat. Aliud tamẽ obtinet ſi quam is Ec

a Ad ſummum Pont. Not. quòd multa ſedes Apoſtolica ita ſibi reſeruauit, ut ab alijs impunè præſumi non poſſint, ut plenè habetur in c. ſicut unire. de exceſſ. prælat. & inter alia eſt ꝙ hic dicitur, quòd ad ſolum Papam ſpectat unire uel diuidere epiſcopatus. fac. xvj. q. j. c. præcipimus. & cap. & temporis.

b Inferiores. ca. ſicut unire. de exceſ. prælat. niſi tamẽ inferiores ius uniendi præſcripſiſſent, hoc enim cum ſit iuriſdictionis, eſt præſcriptibile, ad no. in Clement. ne in agro. §. ad hæc de ſtat. monacho. & Cle. ij. de reb eccle. nõ alien. Idem ſi iſte inferior haberet poteſtatem in loco quaſi epiſcopalem.

c Metropolitani. Sed an legatus de latere poſſit unire? Sol. licet magna ſit dubitatio, cõmuniter tamen tenet quòd poſſit ut per Abb. in c. ſicut unire. de exceſ. prælat. & in c. ſi. de confir. util. uel in utili ubi Moderni deducunt eſſe com. opi. & tradunt Cacialupus & Petrus de Peruſ. in ſuis tractatibus.

d Attentare. Arg. quòd Archiepiſcopus nõ eſt iudex ordinarius totius prouinciæ. ſolum eſt enim ſuffraganeorum, non autem ſubditorum. c. paſtoralis. de offi. ordina. niſi in caſibus ibi not. fac. ix. q. iij. c. j. & c. ij. & c. archiepiſcopus. cum ſeq. & c. Romanã. de offi. ordin. & no. in c. ſicut unire. de exceſ. prælat. Item habes hic quòd epiſcopi in ſuis diœceſibus poſſunt unire eccleſias ſibi ſubiectas, quod eſt & per Concil. Trid. confirmatum, ut in ſeſſ. xxj. c. v. eſt tamen differẽtia in eo: quia Papa poteſt unire ſine cauſa, & ſine conſenſu capituli, uel cuiuſcunque, ſecus epiſcopi. fac. c. paſtoralis. de donat. & Cle. ſi. de re. eccle. non alien. Itẽ Papa unit ad tẽpus. Ab. in c. cum inter R. de elec.

e Conſentiente capitulo. Quod non requiritur in unione facienda à Papa ut eſt. not. in §. proxi. in fi. & hoc caſu nõ ſufficeret cõſilium petere, ſed exigitur cõſenſus ſpecificus: ut not. in Cle. fin. de reb. eccle. non alie. q d quid Hoſt. dixerit adeo ut nõ reputetur præſcriptibile ꝙ prælatus in caſu licito alienet ſine cõſenſu capituli: ut no. ĩ d. Cle. ſi.

f Vocatus. Rõ: q: nõ uocato nõ præiudicat. c. conſultationib. de donat. & not. in Cle. ſi. de reb. eccle. nõ alie. & de rectore loquitur nõ de ꝓlato cui eccleſia ſubeſſet.

g Vacabat. Sed cõtra uidetur. c. j. ne ſed. uac. Sol. illud in epalibus ſedibus, hic in inferioribus, uel illud ibi ſtatuit Papa ne argueretur de ſubita mutatione: ut not. in Cle. ſi. de reb. eccle. non alien. aliàs etiam mortuo altero epiſcopo unit epiſcopatus. ut xvj. q. j. cap. & temporis.

h Defenſor. Videbatur contrariũ: quia ſi res eccleſiæ uacantis ex cauſa dignitati donetur, oportet defenſorẽ dari. c. dudum. de reb. eccle. non alie. in vj. Eſt ergo hoc de caſibus in quibus minus prohibetur, ubi maius permittitur, pôt. n. eccleſia uacãs dari ſine defenſore, ut hic & Cle. ſi. de reb. eccl. nõ alie. Sed poſſeſſio, uel res eccleſiaſtica nõ, ut in d. c. dudum. Simile in c. nemo deinceps. de ele. in vj. & quod no. in c. cũ dilectus. in Glo. iiij. de conſue. & in c. fin. de tranſlat.

cleſiam menſæ [a] ſuæ, uel capitulo uniẽdam duxerit: id enim (& ſi capituli conſenſus acceſſerit, & loci conſuetudo ſuffragetur) irritum penitus erit. Cũ unientiũ utilitas [b] probabilem non rectè factæ unionis ſuſpicionem ingerat.

In unione facienda requiritur conſenſus non ſolum capituli ſed etiam eorum qui lędi poſſent h.d.

Nec ſolum capituli uniẽtis Epiſcopi in unione conſenſus exigitur, ſed etiam illorum, qui ex unione lædi poſſent. [c] Vnde ſi aut collegiata, aut patronata, aut alicuius ſuffraganei Eccleſia ſit unienda, collegij, patroni, & ſuffraganei aſſenſum interuenire oportebit.

Quis ſit unionis effectus hoc dicit.

Secuta uerò unione canonica, ſtatim is cuius Eccleſiæ alia ꝑ unionem eſt applicata, eandem in unitam nanciſcitur poteſtatẽ, & Ius quod ĩ eã olim habebat, cui ab initio præfuit, ſtatimq́; unitæ Eccleſiæ eadem priuilegia cõpetunt, quæ principali Eccleſię cõpetere cõperiuntur. [d]

Per unionem non præiudicatur Iuribus Epiſcopalibus hoc dicit.

Sed quæri poterit, ſi per Apoſtolicũ Eccleſia in certa diœceſi conſtituta, puta in Peruſina, Eccleſiæ alterius diœceſis, uelutì Tiphernatis unita fuerit, an Eccleſia per unionem alteri connexa, per hoc à iuriſdictione præſulis Peruſini cenſeatur exẽpta, & Tiphernati ſubiecta? Et reſponſum eſt à iuriſdictione prioris Epiſcopi unitam Eccleſiam non eximi. Cum Ro. Pontifex in huiuſmodi unionibus ſingulis Epiſcopis iura ſua inuiolata ſeruari uelit. [e]

translat. in Gloſ. pen. Sed contra uidetur c. paſtoralis. in princ. de offi. deleg. & l. quæ de tota. ff. de rei uend. Sol. ut not. in d. Cle. fi. poſt Hoſt. in Gloſſa ſuper uerbo defenſor.

a Menſę ſuę. Nec enim debet eṗs poſſe auctorizare in facto ꝑprio, ſicut nec œconomus, x. q. ij. c. hic uſus. ĩ fi. nec tutor l. j. & l. pupillus. ff. de autho. tutor. nec prælatus, ca. fi. de inſtit. Sed quæ bona dicentur de menſa eṗi uel capituli? reſpondeo quę ipſorum proprio & libero uſui deſeruiunt: ut per Ab. in c. ut ſuper. de rebus eccleſ. nõ alienand.

b Vtilitas. Nota quòd utilitas noſtra inducit præſumptionem contra nos.

c Ledi poſſent. Qui ſint iſti ultra eos qui hic enumerantur, uide latiſſimè per Cacialup. in ſuo tractatu de unionibus ĩ ſexto articulo. facit cap. rationis. & cap. monaſterium xvj. q. j.

d Comperiunť. Tractatur hic de effectu unionis, & quia contingit illã fieri uarijs modis, ut per Ab. in c. j. ne ſede uacante ali. inno. id qđ hic generaliter dicitur, uarias etiã declarationes recipit, & quia breuiter tractari nõ pōt, ſed multas chartas exigeret nõ eſt hic ponendum, uide per Ab. in c. ij. de reli. domi. & per Cacialu. in ſuo tractatu, in octauo articulo & per Butr. in c. eam te. de ætate & qualita.

e Velit. c. cum olim. de conſuet. cap. ex tuarũ. de aut. & uſu. pal. c. licet. de offi. ordin. l. ij. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. quia ſi unicuiq; eṗorum ſua iuriſdictio nõ ſeruaretur, eccleſiaſticus ordo conturbaretur, xj. q. j. c. peruenit. & ca. inter dilectos. de donat. Sed quæritur an eccle. unita collectanda ſit in diœceſi ubi ſita ẽ, an in diœceſi eccleſię cui eſt unita? reſpon. ut per Doct. in c. j. de im. eccle. in vj. Itẽ ſi immineat alienatio rei eccleſiæ unitæ, qs eṗorum authorizabitur in alienatione? reſp. ut per Inno. in c. paſtoralis. de priuil. & per Archi. in c. in uenditionibus. xviij. q. iiij. & per Bart. in l. j. C. de ſum. Trini. & fid. catholica. Verũ autem patronus principalis eccleſiæ efficiať patronus unitę. habetur ꝑ Speculatorem in titulo. de iu. patro. in fi. & remiſſiuè per Ab. in c. ij. de religi. domib. unde ſumitur. Sed omnes hæ & ſimiles difficultates ceſſabunt in poſterum in unionibus faciendis, ſi quidem Concilium Tridentinum ſeſſione xiiij. in decretis reformationum capit. ix. ſtatuit quòd eccleſia unius diœceſis eccleſiæ alterius diœceſis

ceſis uniri non poſſit, licet non tollat præcedentes ita factas uniones.

a Tempori lapſu. Vnde ſi fuerit facta ad uitam alicuius diſſoluetur illo mortuo.

b Ceſſantibus. Facit Cle. ne in agro. §. adhęc. de ſta. mona. unde bello ceſſante & ī frequentia populi ob quam fuit facta unio, ceſſabit etiam ipſa unio, cap. ij. de reli. domi. capit. fi. de parochia. capit. j. de uerb. ſign. in vj. facit l. j. in princ. C. de cad. tol. & xxv. q. fi. c. ultimo uer. ſed obijcitur. Idē quando unio reſultaret in præiudicium Eccleſiæ, & ruinam, capit. j. ne ſede uac. Sed an iſtis cauſis ceſſantibus unio diſſoluatur ipſo iure. Quidam quòd ſic, ut Archid. in cap. unio. x. q. iij. alij contra quòd, immo ſolum pręſtat iuſtā cauſam diſſolutionis, ut per Zenzel. ī Cle. fi. de rebus eccleſ. non alien. quod magis placet, & de hac materia plura per Cacialup in ſuo tractatu de unio. articulo nono. & p Modernos Gallos in ſua praxi iudiciaria in cap. de unionis reuocatione poſt Petrum de Peruſio in ſuo tract.

c Conceditur. l. is poteſt ff. de acqui. hære. & l. nihil tam naturale. ff. de re. iu. petere autem diſſolutionem is poterit, qui poterit impedire, id eſt, is cuius intereſt, ut ſupra. §. nec ſolum. & capitulo. j. ne ſede uaca.

d Vniri. Vt ſupra. eo. §. intantum. & Clem. fi. de. reb. eccleſ. non alienan.

e Poterit. Hoc intellige iuſta capit. j. ne ſede uacan. cum his quæ ibi traduntur & not. quòd non ſemper eadē eſt doctrina contrariorum.

Vnio diſſoluitur temporis lapſu, & cauſæ ceſſatione, & ab his qui habent ius uniendi hoc dicit.

Diſſoluetur autem unio, ſi temporalis ſit, temporis lapſu, a quod ſi ſit perpetua, ceſſantibus b eiſdem cauſis ex quibus facta fuerit, ab ijs itidem diſſolui poterit, quorum conſenſu & authoritate olim fuerit instituta: nihil eſt enim tam rationi cōſonum, quàm ut is deſtruēdi habeat poteſtatem, cui conſtruendi facultas conceditur. c

Licet uacans Eccleſia poſſit uniri, unio tamen Eccleſiarū uacantium diſſolui non poteſt hoc dicit.

Illud inter inſtituēdam, & diſſoluendam unionem intereſt, quod licet etiam uacans Eccleſia alteri poſſit uniri, d ſi tamen Eccleſias per unionem cōnexas uacare contigerit, unio interim uacantium Eccleſiarum diſſolui minimè poterit. e

DE IMMVNITATE f Eccleſiarū & ſubiectione. XX.

Immunitas in hoc titulo largè aſſumitur, & quid ſit immunitas. h.d.

Immunitas eſt à muneribus g indulta exēptio. h Sed hoc loco immunitatē largè accipimus pro quolibet Eccleſiarum fauore, indulgentia, rigoris remiſsione, & priuilegio.

Triplex eſt ſpecies immunitatis Eccleſiarū localis, perſonalis, & realis, & quòd immunitas localis eſt per quam profana in Eccleſiis, & nō conſecratis, uel oratorijs exerceri prohibentur. h.d.

Eſt autem Eccleſiarum immunitas triplex, i localis, perſo-

DE IMMVNITATE f eccleſiarum.

De immunitate &c. Dictum eſt ſupra de pluribus pertinentibus ad eccle. & cum ipſas contingat ī pluribus priuilegiari & immunes reddi, meritò uidendū erat etiā de immunitate ipſarum.

Immunitas eſt et cætera

g A muneribus. Multiplicem habet ſignificationē uerbum munus l. munus. & l. inter donū. ff. de uerb. ſignifi. & inter alia quandoque capitur pro officio, quādoq; pro onere, & ita capitur hic. ut per Abb. ī Rubrica eod. unde eccleſia dicitur habere immunitatem, ſcilicet à muneribus & officijs ſecularibus.

h Exemptio. Dicitur enim immunitas quaſi emunitas, id eſt, extra munia, uel munera: ut per Hoſtien. in ſumma eod. uerſ. & unde dicatur.

i Triplex. Licet hæc diuiſio explicitè non

reperiatur

nalis, & realis. Localis immunitas eſt, quæ ſacris ipſis domibus, aut aliquibus ſacrarũ ædium intuitu conceditur. Cum enim Eccleſia ſecundum Euangelicam ueritatem domus eſſe debeat orationis, [a] merito à profanis uſibus eſſe conuenit alienam.

Proceſſus facti & ſententia lata in Eccleſiis, uel cœmiterijs, ſunt nulli. h.d.

Seculares [b] igitur iudices cauſas, præcipuè ubi de ſanguinis agitur effuſione, & de pœna corporali tractatur, in Eccleſijs, uel earum cœmeterijs agere ſub anathematis interminatione ꝓhibentur. Abſurdum eſt enim ibi iudicium ſanguinis exerceri, ubi eſt tutela [c] conſtituta refugij. Proceſſus [d] quoque quos ibi legitima contempta prohibitione, & ſpreta ultione diuina faciendos duxerint, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ, omni firmitatis robore carebunt.

Conſilia publica, nundinæ & negocia ſecularia non debent tractari in Eccleſiis. h.d.

Publice quoq; quorũlibet ſocietatum, & uniuerſitatũ cõciones

reperiatur in iure, neque clarè ponatur etiam per Doctores, commodè tamen totam materiam complectitur. Sed quomodo una ſpecies ab alia ſecernetur? Reſpondeo inſpicienda erunt uerba: arg. l. iiij. § toties. ff. de dan. infecto, ſed tamen ſecundum Butr. in capit. quanto. de translat. magis erit attendenda natura materiæ quã uerborum. facit quod not. idem. in cap. j. eod. titulo & Bart. in l. pe. ff. de ſerui. leg. & quod not. in cap. cum ueniſſent. de inſtit.

a Orationis. Facit. cap. cum eccleſia. eod. & d. xlj c. per ſimoniam. & quod ibi not. & c. decet. §. nullus. eod. in vj.

b Seculares. Secus ergo quo ad iudicem eccleſiaſticum, ipſe enim licitè iudicium exercet in eccleſia, capit. præceptum. ij. quæſt. ij. & cap. qua fronte. ubi traditur. de appel. immo & Gloſ. & Abb. in capit. eccleſia. eo. tenent iudicium eccleſiaſticum de honeſtate exercendum in eccleſia & non alibi, ut propter loci reuerentiam caueant homines à periurijs & mendacijs, licet poſsit & in alijs locis, puta in palatio epiſcopali, d. capit. qua fronte. Sed quid ſi uni parti, uel etiam utrique eſt eccleſiæ ingreſſus interdictus. Quidam quòd nihilominus poſſunt intrare: quia interdictum non extenditur ad hunc caſum. Alij quòd iudicium debet exerceri extra eccleſiam, ſed hæc non placet Ab. quia non uidetur conueniens quòd ob delictum partium debeat mutari locus iudicij. tenet ergo quòd actor debet facere ſe abſolui: aliàs non debeat audiri: ſecus in reo qui uenit neceſſitatus: arg. cap. intelleximus. de iudi.

c Tutela. Facit hoc pro conſuetudine ruſticorum qui tempore hoſtilitatis habent refugium ad eccleſias cum bonis ſuis & ibi fortificantur. Facit optimè argumen. de perſonis ad locum, capit. ij. eod. Item quod hic habetur facit ad quæſt. an eccleſiæ debeant incaſtellari, quod ad alicuius offenſionẽ fieri non poteſt x. quæſtio. j. capit. ſanctorum. in fi. ſecus ad defenſionem Chriſtianorum & bonorum uirorum, ut per Abb. in capit. eccleſia. eod. Et facit quod legitur ĩ Ioſepho de bello iudaico ubi legitur quòd templũ Hieroſolomytanum erat muniſſimum.

d Proceſſus. Quid de contractibus initis & celebratis in eccleſia? dic quòd licet fieri non debeant, facti tamen tenent, nam cum hic ſimus in pœnalibus non erit facienda extenſio: ut nota. in capitulo ſecundo. eo. in ſexto. Ex quo nota quòd diſpoſitio odioſa concepta ſuper quaſi contractu, non extenditur ad purum & ſimplicem contractum, ſecundum Abb. in capitulo qua fronte. de appel. nam in iudicio quaſi contrahimus l. iij. ff. de pecul. Idem dicècontrà, ut per Abb. in capitulo cum eccleſia. eod. poſt Bart. in l. more. ff. de acquiren. hære. fac not. in l. apud Julia. ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. Sed iſta omnia procedunt quotieſcunque contractus & actus explicarentur per uiam uoluntariæ iuriſdictionis: quia tunc bene ualent, licet fieri non debeant, niſi concernant pietatem, puta quia ſit dandus tutor, ſit contrahendum matrimonium. Nec ob. capitulum decet. eod. in ſexto: quia loquitur in ſtrepitu iudiciorum,

rum, pro ut & in hac litera, & tenet Bart. in l. actus. C. de ferijs. Sed ſi explicaretur per uiam contentioſæ iuriſdictionis non ualeret, etiam ſi concerneret pietatem, debet enim iudex procedere in tribunali ſuo non in eccleſia: alter lex annullat indiſtinctè quoſcũque actus: ut per Abb. in d. cap. cum eccleſia, ſi tamen proceſſus fieret in domo eccleſiæ ualeret, ſecundum Abb. in capit. j. eo. ubi latè de materia.

& conſilia, [a] nundinarum, aliorumq; ſeculariũ tractationes, negotiorum [b] confabulationes, & profana colloquia [c] ab his penitus amoueri debent.

Conuiuia non debent fieri in Eccleſiis, niſi ex neceſſitate, et quod dicitur de Eccleſiis, intelligitur etiam de non conſecratis, & oratorijs. h. d.

Sed & conuiuia, & hoſpitia, licet illa deſpicere nõ oporteat, [d] in ſacris domibus celebrari, uel exerceri à laicis non poterunt, [e] nec etiam clericis, niſi fortè tranſeuntes ob hoſpiciorum neceſsitatẽ illic reficiantur, [f] quod & in oratorijs [g] obſeruari conueniet, ut nomini opera iugiter impenſa concordet, [h] & ne ubi peccatorum eſt uenia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio. [i] Idem ſtatuitur & de Eccleſia, [k] in qua diuina miſteria celebrantur, [l] licet adhuc conſecrata non fuerit, [m] quia cum obſequijs diuinis ſit dedicata, nullius temerarijs auſibus eſt profanãda. [n]

Qui inuitum abſtrahit à ſacris locis excommunicatur, & quaſi ſacrilegus punitur.

Sacrorum locorum intuitu illis conceditur immunitas, qui ad ipſam Eccleſiam

a Conſilia. Not. contra conſuetudinem populorũ Italiæ qui faciunt parlamenta in Eccleſijs.

b Negociorum. Nam dominus negociatores eiecit de templo, & mẽſas numulariorum euertit, j. quæſt. j. capi. ex multis. & diſtin. lxxxviij. ca pit. eiciens.

c Colloquia. Vnde malè uidentur facere cucullati qui publicãt cõcluſiones de rebus profanis, & eas in proprijs eccleſijs diſputant, & facit decretum Concilij Tridentin. de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſſæ. ſeſſ. xxij.

d Non oporteat. Diſt. xlij. per totam.

e Non poterunt. c. j. eo. cap. nulli. cum ſeq. d. xlij. niſi quis reſeruaſſet ſibi hoſpitiũ annuũ in eccleſia aliqua pro recognitione ſuorum beneficiorum. Idem in patrono, iuſta ea quę poſt Inno. & Io. And. tradit Ab. in d. c. j.

f Reficiantur. Diſt. xlij. cap. nulli. & ſic poſſunt clerici cauſa neceſſitatis comedere in tabernis, d. xliiij. c. clerici. & cap. clerici. de ui. & hon. cleri. Sed utrum ad prandium inuitatus, & non perductus agere poſſit, & qua actione contra inuitantem? & ſi uiator acceptauerit, & propterea itinerari illa die intermiſerit, uidetur dari poſſe actionem de dolo ad intereſſe ſecundum Ioan. And. licet aliàs ex nuda promiſſione non agatur, uide per Ab. in Rubrica proœm. de cre. uerſ. ſecundo quæritur de cauſa efficienti, & per Doctor. in c. ſi. de renunc. facit l. ſed hęc actio ff. ſi quis cautio.

g In oratorijs. capit. pe. & cap. ſi. diſt. xlij.

h Concordet. Id eſt, ut nomen ſit rei conſequẽs.

i Occaſio. Facit cap. immunitatẽ. eo, & cap. ij. eo. in vj. cap. qualiter, & quando. de accuſ. & Aut. ut li. ma. & auiæ. §. quia uerò ita, & l. meminerint. C. unde ui.

k De eccleſia. Nota quòd appellatione eccleſiæ: uenit etiam non conſecrata, capit. ſi. de conſec. eccle. uel alta. & not. in cap. ij. de relig. domi.

l Celebrantur. Vnde ſi in baſilica non dum eſſent celebrata diuina, non gauderet priuilegijs immunitatis: ut not. in capit. eccleſiæ. eod. per literam ibi, quæ eſt etiam hic, in qua &c. Communiter contra per rationem quæ ibi & hic redditur, quæ dictum ampliat, l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. & uerbum *celebrantur*, exponitur *celebrari poſſunt*. facit l. Iulianus. ff. ad S. C. Maced. Abb. latè in capit. eccleſiæ. eodem.

m Non fuerit. Sed quomodo celebratur in ea ſi non eſt conſecrata? Reſpondeo ut not. ſupra. de conſtruen. conſecra. & rep. eccleſ. in princ.

n Profananda. Domino enim conſecratum non debet redire ad humanos uſus. c. mãcipia. de rerum permuta.

Con-

confugiunt: [a] nam ſi eos qui ad ſtatuã Principis ſe proripiunt, ab omni uiolentia leges ſeculares [b] uindicant, quantò magis conuenit ad templum Domini confugientes loci ſancti reuerentia, & authoritate defendi? Quicunque igitur inde hominem [c] reluctantem, reclamantemque uiolenter abſtraxerit, [d] tam alijs pœnis pro ſacrilegio, quod admiſit, quàm Eccleſiaſticæ ſubiacebit excommunicationi.

Non poteſt quis inuitus abſtrahi à domo Epiſcopi, uel ab Eccleſiæ circuitu, intra triginta paſſus h.d.

Nec ab atrijs tantum Eccleſiæ quẽquã inuitũ abſtrahere non licebit, uerùm etiam nec à domo Epiſcopi, & ab Eccleſiæ circuitu intra triginta paſſus [e] ab oſtio, qđ ſpacium Eccleſiæ reuerentia defendi ſacri Canones uoluerũt. [f]

Liber homo non debet ab Eccleſia uiolẽter abſtrahi, niſi impetrata uita, & membrorum incolumitate. h.d.

Hæc tamen ſecuritas nõ omnibus æquè & indiſtinctè ſolet indulgeri, ſed ſtatus habetur ratio & cauſarum, quibus quis fugiendum ad Eccleſiã duxerit. Si liber igitur quis ſit quãtumuis [g] grauia perpetrauerit, non eſt uiolenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde ad mortem damnari debet, ſed Eccleſiarum Rectores uitam & mẽbra debent fugientibus obtinere, alijs etiã pœnis de eo, quod iniquè egerint puniendi erunt. [h]

a Confugiunt. Diſt. lxxxvij. cap. eos. xvij. q. iiij. cap. reum.

b Seculares leges. Vt C. de his qui ad ſtat. confug. per tot. & §. fin. de his qui ſunt ſui uel ali. iur.

c Hominẽ. Sed an hoc locum habeat & in iudæo. quidam admittunt, ſi modo abſque ſimulatione aſſerat ſe uelle fieri Chriſtianum, per l. j. C. de his, qui ad eccleſ. confug. quod tamen nõ admittit Gloſ. in d. l. j. etiam ſi eſſet ſimulatio, & reſpondet ad l. j. quatenus ponderat ſimulationẽ. ꝓ quo facit quod dici ſolet de Aut. caſſa & irrita. C. de ſacroſan. eccle. quatenus meminit de Italia, & quod not. Abb. in capit. fin. de iniur. poſt, princ. quam ſecundam opi. ſequitur Ab. in c. inter alia. eod. ea potiſſimum ratione, quòd illa præſumptio ſimulationis de qua in d. l. j. eſt præſumptio iuris & de iure, nec admittit probationem in contrarium, iuſta not. in cap. ferrum. diſt. 50. faci. not. in c. uni. de oblig. ad ratiocin. reddend. & in capit. is qui fidem. de ſponſal.

d Abſtraxerit. Concor. xvij. quæſt. iiij. cap. diffiniuit. & capit frater. & cap. ſicut. & cap. conſtituimus, & capit. ſi quis contumax, & per tot. & de materia plenè per Abb. in cap. inter alia. eod.

e Triginta paſſus. xvij. quæſtione vij. capit. quiſquis inuentus.

f Voluerunt. Sed quis interim prouidebit de expenſis his qui ſe menibus eccleſiæ & priuilegijs tuentur? Reſpondeo eccleſia. l. præſenti. in fi. C. de his qui ad eccleſ. confugiũt, & cuſtos carceris prouidet captiuis, l. ut iudices. C. de epiſco. audi. Sed an eccleſia poſteà ſumptus recuperabit? uidetur quòd ſic, niſi confugiens ſit pauper: quia tunc eccleſia etiam non confugientem teneretur alere, xij. quæſtione ij. c. aurum habet eccleſia.

g Quantumuis grauia. Hanc generalitatem intellige ut infra. §. ſequen.

h Puniendi erunt. Sed quænam erit iſta legitima punitio? quidam quòd pecuniaria, uel omnis alia præter eam quæ eſt corporis afflictiua, puta, fortè exilium, quod ſentit Gloſſ. in cap. inter alia. eo, & uidentur communiter ſequi Doctor. dicentes ꝙ cum iſto nunquam poſteà poterit criminaliter agi, uel accuſatio inſtitui, etiam proceſſu temporis. Sed hoc non placet Abbati in d. cap. inter alia. defendens etiam criminaliter procedi poſſe circũſcripta pœna corporis afflictiua, ubi ponit, & de modo & ordine executionis.

Latro-

Publici latrones, & qui, in ſacris locis immunitatis ſpe ducti delinquunt priuilegijs ſacrorum locorum non gaudent. h. d.

Hoc autem de publicis latronibus, [a] uel nocturnis agrorũ populatoribus, [b] uiarumq; obſeſſoribus intelligi non oportet. Hi enim ſecúdum canonicas ſanctiones nulla impunitate præſtita uiolenter, & aggreſsionis adhibitis inſidijs ab eccleſia extrahi poterunt. [c] Idẽ & de his ſtatuendum erit, qui impunitatẽ ſuorũ exceſſuum obtinere ſperantes, [d] homicidia, & mutilationes membrorum [e] in ipſis eccleſijs, [f] uel ipſarum cœmeterijs cõmittere nõ uerentur, quæ niſi per eccleſiã crederent ſe defendi, nullo pacto commiſſuri [g] fuerant, tales enim cum in eo, in quo quis deliquit, [h] puniri debeat, & fruſtra [i] legis inuocet

a Latronibus. Quales ſunt Piratæ uel hi, qui publicè ſtant in uijs uel habentes caſtrum uel arcem, qui ſpoliant tranſeuntes, & aufugiunt ad loca munita.

b Populatoribus. Id eſt, qui fructus & uineas de nocte uaſtant: ut not. in l. j. C. quãdo lic. unicuiq; ſine iudi. uendi. Vel ſecundum Innoc. qui ſegetes deſtruit dum in illis ſe, & rapta de nocte abſcondit.

c Poterunt. Immo uidetur quòd nõ ſolum qui hic enumerantur nõ debeant gaudere hoc priuilegio, uerum etiam adulteri, raptores uirginum, homicidæ §. quod ſi delinquentes. Aut. de mand. prin. Quidam quòd aliud iure ciuili, aliud iure canonico, & ſic ſecundum hos corrigitur. d. Aut. Ancha. dicit non recedendum à dicta Aut. pro cuius opi. eſt quòd quoties conſtitutio loquitur in materia iuris communis, & aliquos caſus excipit, non per hoc firmat regulam. in non enumeratis contra ius commune antiquum, immo in caſibus exceptis ſuppletur à iure communi. cap. ad audientiam. de cler. non reſid. cum ibi not. & faciunt quæ notantur per Legiſtas. in l. ſerui. ff. uſucap. fac. c. quoniam frequenter. in princ. & quòd ibi not. ut li. non conteſt. non recedas à prima opin. quam latè defendit Ab. in c. inter alia. eod. ubi & quare hi caſus magis quàm alij fuerunt excepti.

d Sperantes. Spe enim ueniæ peccantes fortius delinquunt, quàm alij. Vnde dicit ſcriptura maledictus homo qui peccat in ſpe. Vnde uoluerunt aliqui hoc eſſe peccatum in ſpiritum ſanctum. quòd tamen à Theologis non recipitur. fac. cap. illud. de cle. excom. miniſtr. & c. quando quis. de conſecra. diſt. iiij. & facilitas ueniæ incentiuum tribuit peccãdi. xxiiij. q. quarta. capitulo eſt iniuſta. & ca. ut clericorum. de uita & honeſta. cleric.

e Membrorum. Nunquid quod hic dicitur locum habeat etiam in alijs delictis minoribus his quæ hic enumerantur? & uidetur cum & in his rõnes hic allegatæ militent. & in contrarium fac. quia ſumus hic in odioſis, ſcilicet in adimendo beneficio ordinario iuris communis, dic ut per Abb. in ca. ſi. eod.

f Eccleſijs. Amplia hoc tribus modis. primo, ꝙ ſit idem in delinquente extra eccleſiam. ſed in loco prope eccleſiã animo confugiendi ad eccleſiam, aliàs non cõmiſſurus: ut per Hoſtien. in ſumma eod. §. in quantũ. uerſic. ſi uerò maleficium commiſerit. & per Domi. in cap. decet. eod. in vj. Secundo in eo qui ui abſtrahit exiſtentem in loco immuni, & extra offendit: ut per Ab. eod. c. ſi. in ſi. Tertio ſi exiſtẽs in loco immuni percutiat exiſtentem extra, puta ſagitta, uel miſſilibus, uel lapidibus: ut per Ab. in d. c. ſi. ubi & quid in mandante.

g Commiſſuri. Quid ſi nõ commiſit eo animo ut defenderetur immunitate loci? Reſp. idem erit ſecundum Hoſtien. & Abb. in cap. ſi. eod. & quia contra delinquẽtem eſt præſumptio iuris & de iure, & quia rationes quæ ponuntur hic, & in d. c. ſi. militant etiam iſto caſu, & licet una ceſſaret, uidelicet propoſitũ delinquentis, tamen non ceſſant aliæ. fac. §. affinitatis. inſtit. de nupt. & c. quia fruſtra. de uſuris. & c. cum olim. de offi. deleg. fac. quia qui fuerunt ſtulti in culpa fient ſapientes in pœna. di ſtinct. xxxviij. cap. ea.

h Deliquit. Fac. c. literas. de temp. ordin. & c. paſtoralis de iu. patro.

i Fruſtra c. quia fruſtra. de uſu. & de ſententia excommun. cap. in audientia. l. auxilium. ff. de minori.

Indignos.

auxilium, qui in ipſam legem committit, immunitatis priuilegio, quo ſe fecerunt indignos, [a] minimè gaudebunt.

Dominus præſtito iuramento de impunitate, poteſt ſeruum ſuum etiam inuitum ab Eccleſia abducere. h. d.

Quòd ſi ſeruus ſit qui ad Eccleſiam cõfugerit, poſtquàm de impunitate dominus clericis iuramẽtum [b] præſtiterit, ad ſeruitium Domini ſui redire compelletur, [c] alioqui ſi redire nolit à domino occupari [d] poterit: famuli enim qui dominos metuũt ſi ad Eccleſiæ ſepta confugerint interceſſionem debent quærere, nõ latebras, nec quenquam religionis reuerentia, proprio iure fraudati cõuenit.

Clerici & monachi deſeruientes Eccleſiæ ſunt exempti à muneribus perſonalibus. hoc dicit.

Perſonalis immunitas eſt quę perſonis eccleſiaſticis indulgetur. Cum enim in clericorũ miniſterio cõſtituti, non niſi altari, & ſacrificijs deſeruire debeant, [e] rectiſsimè cõſtitutũ eſt, ut Deo dicati ab oĩbus perſonalibus muneribus reddantur immunes. Perſonalia autem munera [f] ſunt, quæ cum corporis labore, & animi ſolicitudine, ac uigilantia principaliter ſubſtinentur. Generaliter igitur epiſcopi, præsbyteri, diaconi, ſubdiaconi, monachi, [g] immunitate omnis tutelæ, [h]

a Indignos. Fac. xvij. q. iiij. c. frater & c. coepiſcopus. & ſeq. c. gratum. de poſtul. prælato. & habetur plenè in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. etiam in cap. cum illorum. de ſent. excom.

b Iuramentum. Intellige quando non eſt tanta ſæuitia domini quin ſuo ſacramento poſsit credi: ut not. in c. de bñdicto. xxxij. q. j. fac. c. lr̃as. & c. ex trãſmiſſa. de reſt. ſpol. & ſ̃. de diuor. §. p̃ſtãda.

c Compelletur. c. ſi. eo. c. metuentes. & c. id conſtituimus. xvij. q. iiij. Qđ dicemus de eo qui de carcere fuit dimiſſus ut iret ad miſſam cũ iuramento de redeundo, iuit ad eccleſiam, & nõ uult redire, an teneat̃ redire, uel poſſit extrahi inuitus de eccleſia. Reſpon. ſi iniuſtè detinebat̃, uel à non habente poteſtatem, nõ tenetur redire. Cle. paſtoralis. de re iudi. in uerbo per uiolentiam. quod intelligit Abb. in d. c. ſi. quando ſub eſt timor mortis. ſecus ſi iuſtè, peccat enim tunc fugiendo de carcere. Bart. in l. relegati, ff. de pœnis, debet tamen ſibi idoneè caueri: quòd non patietur mortem uel membri mutilationem, etiam quòd iurauerit redire, quod nota.

d Occupari. Authoritate propria. arg. contra in l. iij. C. de his, qui ad eccle. confug. & l. extat. ff. quod met. cauſa. & cap. diffiniuit. in ſi. xvij. q. iiij.

e Debeant. Fac. ne cle. uel monach. per tot.

f Munera ſunt. Hæc ſunt uerba tex. in l. j. §. perſonalia. ff. de mun & honor. aliter tamen deſcribuntur munera perſonalia in l. ſi. ff. eod. titulo, uidelicet perſonalia munera ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento pertractantur. exempla ponuntur in d. l. j. & l. fin. & horum perſonalium eſt triplex ſpecies, quædam habent honorem annexum, quædã utilitatem ſed non honorem, quæ dicuntur ſordida. quædam nec honorem nec utilitatem, de quibus plenè per Abb. in cap. non minus. uerſicu. ueniamus nunc. eod.

g Monachi. Et cũ ſecundũ communem opin. perſonæ hic enumeratæ poſſint eſſe tutores legitimi ſi uelint, licet nõ cogantur, ut dicetur proximè de monacho, ſunt qui hoc non admittant: ut Arch. in c. p̃uenit. diſt. lxxxj. & Bal. in l. generaliter. C. de epi. & cler. tum, quia mortuus eſt mundo, tũ, quia ſi malè gereret non eſſet cautum pupillo. Idem dicit Gloſſ. de epiſcopo in d. l. generaliter. & tangit Gloſ. in cap. ſi. diſtinct. lxxxvj. per §. Deo amabiles. Aut. de ſanctiſ. epiſcopis, licet ſubdat quòd illa auth. ſit hodie correcta.

h Omnis tutelæ. Scilicet datiuæ, teſtamentariæ, & legitimæ xvj. quæſtione prima. cap. generaliter. & cap. fin. diſtinct. lxxxviij. Sed contra cap. fin. diſtinct. lxxxvj. Sol. commun. quòd tales perſonæ poſſunt legitimam tutelam ſuſcipere, ſed non coguntur, & ita not.

in

in d.c.fi.& in c. generaliter.xvj.q j.& per Ab. in c.ex parte.ij.de ſepul. Sed hæc cō. ſolu.hēt duplicem difficultatem, prima eſt, quia uidentur poſſe cogi ad legitimam per d.c.fi.ibi, *Ad tutelas & curationes inexcuſabiles attrahunt.* ponderando ultima duo uerba ex contrario. d.opi. uidetur contra generalitatem. d.c. generaliter. iūcta l. iam hoc iure.ff. de uulg.& pupil. cum ibi traditis. Fortè iura quæ dicunt quòd tales perſonæ poſſunt aut debent tutelā ſuſcipere, intelligi debēt largè, & impropriè ꝑ quadam protectione non pro cura, & tutela ſpecifica & formata minorū, & pupillorum, ad hoc pōderari poteſt. ca.j. diſtinct. lxxxviij. quatenus meminit uiduarum in quibus non cadit tutela, & cura propriè, & unum determinabile &c.l.precibus.& l.quanuis. C.de impub. & ali.ſub. fac. §. qui ſequitur immediatè, & quod licet clerici aduocare prohibeantur, tamen pro uiduis & orphanis non ſolum non prohibentur, ſed debent & gratis: ut per Ab. in cap.primo.ne clc.uel monachi. & §.poſtulandi, ubi etiam not.infra de procura.

& curæ ipſo iure [a] gaudebunt.

Miſerabilium perſonarū tutelam debent clerici ſuſcipere.h.d.

Viduarum autem & orphanorum curā ſuſcipere non ſolum non prohibentur clerici, [b] ſed etiam iubentur, cum ipſis cupiditatis [c] negotia nō pietatis interdicātur.

Ad murorum cuſtodiam etiam clerici tenentur, tempore neceſſitatis.h.d.

Excipitur etiam ab his muneribus [d] murorum cuſtodia, [e] à qua ſi magna immineat neceſsitas, neminem excuſari conſtitutum eſt, ut cunctis uigilātibus melius ualeat ciuitas cuſtodiri.

Perſonæ eccleſiaſticæ non poſſunt à ſecularibus poteſtatibus collectari.h.d.

Realis immunitas [f] eſt per quam res Eccleſiaſticæ à cēſu, uel collectis poteſtatum ſecularium liberæ redduntur. Si quidem tā profanis legibus [g] q̃

a Ipſo iure. Adeò quòd non eſt neceſſarium quòd ad ſe excuſandum compareant, ſecundum Bal.in l.generaliter. C.de epiſcop. & cle. in prima oppoſitione, & ſi quis daret clericū tutorem in ſuo teſtamento incurreret pœnā. cap.ſi.diſtin.lxxxviij.quia non poſſet pro eius omnia fieri aliqua oblatio uel oratio, quod eſt ualde ſeuerum, & notabile.

b Clerici. Scilicet in ſacris conſtituti. nam conſtituti in minoribus poſſunt eſſe tutores & curatores etiam teſtamētarj, etiā ꝗ nō ſubſit cauſa aliqua ſpecialis pietatis. Sed quis dabit tales in minoribus conſtitutos tutores: non epiſcopus: quia pupillus nō eſt ſibi ſubiectus.l. neque. ff.de tut.& cur.da. ab his.nō poteſtas: quia clericus futurus tutor non eſt ſibi ſubiectus, non uterq;: quia cum ſint in iuriſdictionibus ſeparatis & ſingularibus iungi non poſſunt.l.j.C.qui num.tutel. Vide per Bal.in l.generaliter. C. de epiſc. & cleric.

c Cupiditatis. Concor. c.j.diſt. lxxxviij. & c.fi.diſtin.lxxxvj. intelligitur autē ſemper id fieri cauſa cupiditatis, niſi neceſsitas probetur: arg.xij.q.j.c.j.& not.in c.ij.diſtinct. lxxxviij. quod not.etiā qđ hic dicitur de uiduis, intellige de minoribus, aut intellige de tutela & cura impropriè, ut in proximo §.fuit notatū.

d Muneribus, Scilicet perſonalibus.

e Murorū cuſtodia. Quilibet enim tenetur patriā defendere.fac.c.omni timore.& c.ſi nulla.xxiij.q.viij.& propter hoc excuſaē pater occidens filium,& cōtra.l.minimè.ubi traditur. ff.de relig.& ſumpt.fun. Sed contra eſt. c.reprehēſibile.xxiij. q.viij. Sol.quod hic dicitur & in cap.ij.eod.unde hæc litera ſumitur procedit tempore magnæ neceſſitatis, ut hic exprimitur contrarium regulariter, fac.l.nullus. C.de curſ.publi.lib.xij. & c.pe.de homic.

f Immunitas. Verificantur quæ in hoc §.dicunē ex c.in qualibet. & ex c.ſecundū.xxij.q. viij.& c.nō minus.& c.aduerſus.eo.& c.clericis.& c.quāq. eo.in vj & cle.uni.eod. in quibus iuribus diffuſiſſimè Pōtifices dilatauerunt hanc materiam,& nouiſſimè uel confirmauit uel adauxit Concil.Trident. ſeſſio.xxv. c.xx. & trahitur hæc immunitas etiam ad bona patrimonialia clericorum, ſecundum multos habetur de hoc in c.ſi diligenti. de præſcript.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.aliquid in c.ſi clericus.de fo.competenti.

g Legibus.l.ſancimus.C.de ſacroſ.ec leſ.

Excommu-

ſacris canonibus ſub excōmunicationis, [a] & interdicti [b] pœna conſtitutum eſt, ne quis eorum qui iuriſdictionem temporalem obtinent, poſsit tributa, collectas, ſeu quaſcunque [c] exactiones, ſub quouis titulo, uel colore imponere eccleſijs, uel perſonis eccleſiaſticis, pro domibus, prędijs, uel quibuſcūque poſſeſsionibus legitimè acquiſitis, etiam ſi ipſe eccleſiæ, uel perſonæ, uel res ſint intra illorum territoriū conſtitutæ.

Ob magnam neceſsitatem, uel utilitatem, conſulto Pontifice poſſunt clerici ſine tamen coactione laicis ſubuenire. h.d.

Si tanta tamen ſit in Republica neceſsitas, aut utilitas, [d] ut Epiſcopus cum clero ſuo laicorum nō ſuppetentibus facultatibus, communes [e] utilitates per ſubſidia eccleſiaſtica ſubleuādas ducant. Rom. prius conſulto Pontifice, omni penitus ceſſante coactione, poterūt aliquid in commune conferre, & laici humiliter, ac deuotè cū gratiarum actione ſuſcipere.

Eccleſiæ epiſcopo omnimodam ſubiectionem debēt. h.d.

Quemadmodum [f] autē ſacroſanctis domibus ſecularium poteſtatum intuitu omnimoda debetur immunitas tam locorū ratione, quàm perſonarum, & rerum, ſic eiſdem rationibus ab illis proprio epiſcopo omnimoda ſubiectio debet. Nā quantum ad ipſa loca pertinet (ut paulò ante diximus [g]) nemo eccleſiam in diœceſi ædificare poterit, aut conſecrare, præter ſui prę ſulis cōſcientiā. Quò ad perſonas eccleſiaſticas ipſi debetur canonica obedientia, [h] ſubiectio, [i] reuerentia, [k] ad eundem ſpe

a Excommunicationis. Scilicet contra particulares, & ſingulares perſonas, hoc tamen præcedente monitione, iuſta ea quæ tradit Ab. in c. non minus. eod.

b Interdicti. Contra uniuerſitates, quæ excōicari non poſſunt. ca. Romana. §. in uniuerſitatē. de ſententia excom. in vj. & cap. quanq̃. de cenſ. in ſexto.

c Quaſcunque. Iſtā generalitatem reſtringe, & intellige: ut non cōprehendat onera perpetua & annexa, ut quia fortè onus faciendi uel ſoluendi certum quid, & niſi fortè prædium eſſet feudale: nam ratione feudi eccleſia ſubijcit laico. c. ſolitæ. cum ibi not. de maio. & obe. ut per Ab. in c. j. de cenſi. in fi. & in c. fi. de ui. & honeſt. cler. & not. in c. tributū. xxiij. q. viij. & de materia latè per Abb. in c. non minus. eod.

d Vtilitas. No. neceſsitatē & utilitatem æquiparari. concor. c. nō minus. & c. aduerſus. eod.

e Communes. Id eſt, alicuius uniuerſitatis, etiam laicorum tātum, ſecūdum quoſdā, Abb. tamen in c. aduerſus. eod. unde ſumitur uerbum communes, intelligit laicorum, ſcilicet & clericorum, & ſentit nō procedere quod hic dicitur, quando uerteretur utilitas uel neceſſitas laicorum tātum. prima benignior, & fortè etiam uerior, cum dicat laicos debere ſuſcipere cum gratiarum actione quaſi beneficium ſolum laicorum, & cum exceptio debeat eſſe de regula, regula negatiua loquitur de laicis tantum, ut in ca. aduerſus.

f Quemadmodum. Huc uſque poſuit pertinentia ad primā partem Rubricę, quę ſequuntur pertinent ad ſecundā partem, & ſic ad ſubiectionem.

g Diximus. Supra de conſtrued. conſecr. & repar. eccleſ. per tot.

h Obedientia. cap. quāquàm. diſtinct. xxiij. & ad hanc non ſolum tenentur clerici, ſed etiam laici, quantūcunque potentes, in his quę concernunt animam, cap. omnes, principes. de maio. & obed.

i Subiectio. Quia eccleſiæ recognoſcunt epiſcopum, in dominum. fac. c. grauem. de exceſ. prę la. non tamen debēt ei ſeruire tanquam principi ſeculari, ſed tanq̃ filij ſuo patri, ca. cum Apoſtolus. de cenſi. & c. eſto ſubiectus. cum ibi not. diſtinct. xcv.

k Reuerentia. Inſtar eius quæ debetur patrono

ctat inſtitutio, [a] deſtitutio, [b] correctio, [c] reformatio [d] cauſarum omniū ad forum eccleſiaſticum de iure ſpectantium iuriſdictio, [e] eccleſiaſticarum cenſurarum [f] permulgatio, Sacramentorum exhibitio [g] Si res eccleſiaſticas ſpectes ipſi cenſus debetur, ipſi cathedraticum, [h] ſiue ſynodaticum, ipſi procuratio [i] annua ipſi mortuariorum, [k] & decimarū quarta.

Ad epiſcopum quædā pertinent iure ordinationis, quædam lege iurisdictionis, quædam lege diœceſana. h.d.

Sed hæc omnis paſtoralis poteſtas in tria principalia membra contrahitur, quædam enim ad epiſcopum ſpectant iure ordinis, ut clericorum ordinatio, uirginum benedictio, altarium, & eccleſiæ conſecratio: quædam lege iuriſdictionis, ut corrigendi, conferendi, excommunicandi, & inſtituēdi poteſtas: quædam lege [l] diœceſana, ut ius cenſus, & cathedraticum exigendi, decimam percipiendi, ius hoſpicij indicendi, & his ſimilia. Sed cum tam de locali, quam de perſonali ſubiectione, deq; his, quæ ad epiſcopos tàm iure ordinis, quàm lege iurisdictionis pertinent, ſupra locis congruis loquuti fuerimus, tranſeamus nunc ad eam ſubiectionem, quæ cognoſcitur ex ſolutione

mono à libertis.l.ſi.cum ibi not.ff.de obſeq. à lib.pa præſt.

a Inſtitutio. Xvj.q.vij. c.omnes. & c.ſi quis princeps.& c.decernimus.& c.piæ mētis.& de hæret.c.ex iniuncto.in ſi. Et de qua inſtitutione hæc litera intelligi debeat, habetur per Abb.in cap. cōquerente. de offi. ordi.unde ſumit. & de hoc uerbo not. ſupra in Rubrica de inſtitutio.

b Deſtitutio. Id eſt, poteſtas priuandi clericū beneficio: nā niſi aliud habeat cōſuetudo, ad epiſcopum pertinet deſtitutio omnium clericorum, licet alius habeat ius conferendi.c.j.de cappel. monach. & xvj.q.ij. c.uiſis. & quod ibi not.

c Correctio. Quia corrigit ſubditorum exceſſus & ea quæ deuiant.ca. irrefragabili. &.c.licet. de offi.ord.

d Reformatio. c.irrefragabili. & c.licet. de offi.ordi. Et ſunt hæc diuerſa corrigere & reformare, adeò quòd data alicui poteſtate reformandi, non uenit poteſtas corrigendi, ut per Ab.in d.c.irrefragabili. & cap. conquerente.de offi.ord.

e Iuriſdictio. Fac.c cum ab eccleſiarum. cū ibi not.de offic.ordin.& cap.conquerente.eodem titulo.

f Cenſurarum. Quæ ſint iſtæ cenſuræ eccleſiaſticæ; dic ut infra de eccle.cenſ.per tot.& c. quærenti.de uerb.ſignifi.

g Sacramentorū exhibitio. Poteſt hoc uerbum dupliciter intelligi. Primò de ſacramentis quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ut ordinis collatio: nam tenemur ordines recipere à proprio epiſcopo, non alieno, ix.q.ij.per tot.& c. nullus.de paroch. Item uirginum benedictio. cap. ueniens. de præſcript. Secundo poteſt intelligi de omnibus ſacramentis: nam quilibet de diœceſi debet pro ſacramentis recurrere ad proprium epiſcopum uel parochum. Epiſcopus enim concurrit cum quolibet presbytero parochiali unde omnes eccleſiæ diœceſis cēſentur ſub una eccleſia.c.pē. & ibi not.de pœni. & remiſſio.

h Cathedraticum. Cathedraticum ſiue ſynodaticum eſt penſio duorum ſolidorū aureorum uel argenteorum, ſecundum loci conſuetudinem quæ datur epiſcopo à qualibet eccleſia: ut declarat Abb. in capitulo conquerente. de offi. ordin. & eſt c.j.x. q.iij.

i Procuratio. De qua dicetur in tit.ſeq.

k Mortuariorum. Id eſt, de his quæ relinquunt eccleſijs occaſione funerum, ſecundum Ab.in c.conquerente, uel dic ut per Gloſſam in d.c.conquerente.& de hac,& de quarta decimarum dicitur in titulo de canonica portione, & de omnibus ſuperioribus iuribus habetur latè in cap. conquerente. de offic. ordina.

l Diœceſana. Iſta nomina & diuiſio non reperitur

reperitur explicitè in aliquo textu. Sed ad faciliorem traditionem ex mente & intentione iurium fuit à Doctoribus inuēta & uſu recepta, & uidetur ualde cōmoda, & de ea uide latè per Abbatem in cap.dilectus.de offic. ordina, ex quo etiam poteris mutuari quaquid ratione dicatur ptinere ad epiſcopū tam lege iuriſdictionis, quàm lege diœceſana, quàm iure ordinis.

DE CENSIbus exactionibus & procurationibus.

a Vel alteri iuris. Not. ergo ex hac litera quòd cenſus præſtatio & receptio. nō denotat de neceſſitate ſubiectionē. c.quanto. & ibi not.Ab.eo. & in c.quoniam. & c.recepimus.de priuil.& per Fely. in c.ad audientiā. de reſcr. poſt Ab. in ca. in cauſa. de cauſ.poſſ. & propri. ubi plura allegat.

b Nomine. Nō eſt nouū in iure, ut unum & idem nomen deſeruiat generi & ſpeciei, ut in adoptione. l.j. ff.de adopt.in iuriſdictione, ut in l.imperium.ff. de iuriſd.omn.iudic.iuncta Rubrica eiuſdem tituli cum ibi traditis.& quidam idem dicunt de teſtamento,

cenſus, & rerum quæ lege diœceſana ad ordinarium pertinent.

DE CENSIBUS EXACTIOnibus,& Procurationibus.

XXI

Cenſus generaliter ſumptus continet omnem penſionem, ſpecialiter uerò tantum cathedraticum. h.d.

Cenſus appellatio generalis eſt, ſumiturq; pro omni pēſione, quæ prælatis de ecclesiaſticis prouentibus ſingulis annis in ſignum ſubiectionis, uel alterius [a] iuris penditur. Speciali tamen nomine[b] cenſus qui epiſcopo ab eccleſijs in argumentum ſubiectionis tribuitur. *Cathedraticum* [c] appellatur, eo quòd ob honorē cathedræ perſoluatur.

Quibus temporibus, & quibus cauſis poteſt cēſus conſtitui in eccleſiis.h.d.

Conſtituitur [d] autem cenſus, aut fundationis tempore, aut conſecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Fundationis aut conſecrationis tēpore cenſus imponitur, quia ueluti præter Ordinarij conſenſum, nec fundari, nec dedicari [e] poteſt eccleſia: ita eodem tēpore certum cenſum epiſcopus, in ſubiectionis ſignum conſtituere [f] poterit. Sed nec illud inſolitum,[g] aut nouum haberi debet, ut cum epiſcopi eccleſias pijs locis ritè conceſſerint,[h] aut exemptas fecerint, [i] aliquid ſibi in eis penſionis nomine reſeruent. Sedes quoque Apoſtolica cū libertatis priuilegium, uel etiam quibuſdam eccleſijs ꝓtectionis indulget præſidiū, cenſum gratis oblatū ſuſcipit, & ī literis Apoſtolicis, ad futurorū Ponti. memoriam [k]

ut ordinariè traditur in Rubrica.de lega.j.

c Cathedraticum. De quo in cap primo.x. q.j.& in cap.conquerente. de offic.ordin. & ſupra titulo proxim §.pē. & per Hoſt. in ſum. eod.§.ex quibus.uerſic.cathedraticum autem.

d Conſtituitur. No. quatuor tempora cenſus conſtituēdi. & de his uide latè per Hoſtien. in ſumma eod. §.ſi quis cenſus.

e Nec dedicari. Vt ſupra de conſtruend.eccle. §.quācunq;. cum ibi no.

f Conſtituere. Habes de hoc. xviij. q.ſecunda. ca. Eleuterius.

g Inſolitum. No. præſumendum pro his quæ diu agitata ſunt in eccleſia Dei, patiente & tolerante ſuperiore. fac.l.fi.C.de conſtit.principum. & l.minimè. ff.de legibus. & cap.conſtitutus. de relig. domibus, unde ſumitur.

h Conceſſerint. ut in capitulo cōſtitutus. de relig. domibus.

i Fecerint. Quod poteſt, ſed non quoad omnia, ut per Abbatem in capitulo cum uenerabilis.eo.& dicetur infra eo. §. & in tantum,

k Memoriam. Non ad obligationem cum dicatur gratis offerri.fac.l.contrahitur.ff.de pigno.action.

quantitas cenſus exprimitur. Sed & patrono [a] fundationis tempore poterit epiſcopus[b] moderatos [c] ſumptus conſtituere.

Simplices ſacerdotes non poſſunt proprias eccleſias facere cenſuales, & qui de facto id fecerit, ab Eccleſia ipſa remouebitur.h.d.

Simplices [d] autem ſacerdotes, uel clerici non poſſunt eccleſias quibus præſunt propria authoritate, præſertim [e] poſt eorum deceſſum, cenſuales efficere. Ideoq; qui ab eiſdem quadã colluſione penſionẽ annuam de eccleſijs receperint, illis defunctis ſuper pẽſionis receptione audiendi nõ erunt, [f] ſi Rom. Pontificis, aut alterius qui de iure id facere potuerit [g] authoritatem ſuper hoc non interueniſſe conſtiterit. Quin potius ſi qui ꝑ colluſionem[h] talia facere comperti fuerint, ab ipſis Eccleſijs remouendi erunt.

Epiſcopus non poteſt nouum cenſum imponere, uel ueterem augere, præter cathedraticum.h d.

Sed nec epiſcopus [i] ipſe, aut quilibet [k] alius eccleſijs nouos cẽſus [l] imponere, aut

a Patrono.c.præterea de iur.patron.

b Epiſcopus. No.quòd epiſcopi authoritate eſt facienda hæc reſeruatio, propria enim authoritate patronus non poteſt aliquod ſeruitium uel temporale ſibi reſeruare in eccleſia.fac.c.cum dilectus. de conſuet. & per Inno. in c. quoniam, ne præ lat. uices ſuas. Et per hoc infert Abbas in cap.præterea.de iu. patron. quòd ſi quis mandauit in teſtamento eccleſiam conſtrui, & reſeruauerit aliquam annuam penſionem filijs ſoluendam, quòd niſi epiſcopus illud reſeruet per ſtatutum ſuum, filij non poterunt exigere, licet teſtator id diſpoſuerit.fac.not. in c.ſignificatum. de præbend.& iſta reſeruatio debet fieri ante conſecrationem nõ poſtea: ut not.in dicto capitulo præterea: argumen. l.perfecta. C.de donat. quæ ſub mo.

c Moderatos. Quando ſcilicet aliquid plus contulit eccleſiæ, quàm ſit dos neceſſaria. Abbas in capitulo primo.eod. & in capitulo præterea.de iur.patron. Neceſſaria autem illa dos dicetur ſine qua eccleſia in ſtatu debito & conuenienti ſubſtentari non debet: argumen.ca. j.tit.de inſtitu. & not.in capitulo cum ſicut. de conſecration.eccleſ.uel alta. alioqui ſi epiſcopus quãdo eccleſia nihil haberet ultra neceſſaria non ualeret reſeruatio, & epiſcopi authoritas nihil ſuffragaretur: ut per Abbatem in capitulo primo. eod.argum. cap.uides. diſtinction.x.Immo ſi reſeruatio eſſet legitimè facta à principio, inciperet autem ex poſt facto eſſe immoderata, poterit & debebit reduci ad moderationem: ut per Abbatem in dicto capitulo præterea. fac.c.j.de conſuet.

d Simplices. Id eſt, qui non habent aliquam prælaturam, cuius prætextu id poſsint facere.

e Præſertim. Implicat quòd nec etiam inuita. Alij exponunt pro, tantum, aſſerentes quòd quis poteſt ſe obligare ad ſoluendum cenſum in uita ſua. Sed hoc ꝓcedit ita demum ſi perſonaliter ſe ad ſoluendum cenſum obliget, non ſi eccleſiam: quia obligando eccleſiam diceretur alienare, quod non poteſt fieri niſi ſeruata iuris ſolennitate. xij.q.ſecunda. cap.ſine exceptione.

f Non erunt. Quia illa penſionis cõſtitutio ſucceſſores nõ ligat.

g Potuerit. Arg. quòd authoritate prælati poteſt poni nouus cenſus, de quo infra §. proxi.& c.prohibemus.eod.

h Per colluſionẽ. No.uerbũ quia aliud ſi non per colluſionẽ: qa tũc nõ militat pœna hic poſita, ſed arbitraria. Abb.in cap.cum clerici.& in capitulo grauis.eod.uerbum autem, colluſio, hic latè ſumitur, non ſolum pro colluſione quam contingeret fieri in iudicio, ſed etiam extra, ut per Doct.in d.cap. cum clerici.licet ibi aliter not.

i Epiſcopus. Concord.cap.ſcientes.capitu. prohibemus. cap.ſignificauit.cap.grauis.& ea. cum uenerabilis.eod.& cap. conſtitutus. de relig.domi.cap.ut noſtrum, ut eccleſ.beneſ. ſine dim.cõfer.

k Quilibet. Puta Abbas. fac. Clem. quam regulares.§. primo. de ſupplenda negligentia prælat.

l Nouos cenſus. Sed quem dicemus nouum cenſum? Reſpon. qui non eſt impoſitus infundatione

in fundatione ipſius eccleſiæ.xviij.quæſtione ſecunda.cap.Eleutherius, uel qui non eſt præſtitus tanto tempore, quod ad legitimam præſcriptionem ſufficiat, ut not in capitulo ſignificauit. eodem.

a Augere. Etiã quòd augerentur poſſeſsiones, qđ intellige in cenſu: ſecus in procuratione.c.quam to.eo. procuratio autem non dicitur propriè cenſus ſed penſio, quę uidetur poſſe augeri ex cauſa iuſta & ſine epiſcopi authoritate.c. præterea. eod. & not. in cap. prohibemus. ubi Abb. nòt. rationem diuerſitatis.eod.

b Prouentuum. Fac. c.ut noſtrũ. in fin. ut eccleſ. benef. ſine di. & Cle. quia regulares. §.j. de ſupp. negli.prælat.

c Iuramentum. De hoc habes in cap. ſignificauit, & in cap grauis. eod. Et idem dicas de fideiuſsiore pſtito, ut habet in d.c.grauis.& fac. quia potius periurium, quam iuramẽtum meretur hoc appellari.c.ſicut noſtris. de iureiur.

ueterem augere,[a] aut partem prouentuum[b] ſuis uſibus uendicare poterit, idq; adeo obtinet, ut etiam ſi iuramentum[c] de nouo cenſu pſoluẽdo quis ſuſceperit, non propterea ſoluere, ſed abſolui ab illicito iureiurãdo debeat. Nec quicquam profuerit, quod Epiſcopus, uel quilibet de nouo illas de manibus laicorum eripuerit,[d] nam nec eo caſu præter cathedraticum, & quæ cæteris imponuntur aliquid exigi poterit.[e]

Ex cauſa & non in propriam utilitatem poteſt epiſcopus nouum cenſum conſtituere, uel augere ueterem accedente conſenſu capituli hoc dicit.

d Eripuerit. Puta, quia de facto à laicis detinebantur, & uſufructabant ſibi iſtas eccleſias: uel quia laicus epiſcopo liberè remiſit ius patronatus uel fortè cenſus debebatur patrono laico à quo liberauit eccleſiã ſuo ingenio.

e Poterit. Videri tamen poterat contrariũ. prima facie, cũ quãdo quis liberat uel eximit eccleſiam poſsit nouum cenſum imponere.c. cõſtitutus.de relig.domi.& ſupra eo. § j.& idẽ quãdo fundať de nouo, quod & hic uideť interuenire, cũ capiens eccleſiã de manibus laici uideatur eã de nouo adducere in libertatẽ, & quaſi fundare. Sed contrariũ hic decidituř, & in c.eccleſijs.unde ſumitur.eod.quia epiſcopus tenebať ad hoc faciẽdũ à neceſsitate, quo caſu facięti aliqđ laudabile ex proprio tñ officio non debetuř aliqđ præmiũ. Vnde præmiũ pmiſſum capienti bannitum non debetur Bariſello & familiæ, qui ad hoc faciendũ tenentur ex officio.fac.l.cõgruit. ff.de offi. præſi. & in c.j.de offi.ord.

Prouin ia, & Eccleſiæ de nouo conuerſæ, in perſoluendo

Quod autem diximus[f] epiſcopũ, nec nouum poſſe cenſum imponere, nec augere ueterem, ità intelligi oportet, ſi in propriam[g] uelit utilitatem conuertere. Cæterum ſi nõ in ſuum, ſed in alterius ſibi ſubiectæ Eccleſiæ commodum, ex iuſta cauſa,[h] uel nouum cenſum conſtituere, uel ueterem augere, uel etiam minuere[i] uelit. Capituli accedente conſenſu,[k] id ſibi minimè interdicit.[l]

f Diximus. Pro declaratione & uerificatione huius §. ſunt uidenda quæ ponit Hoſtien. in ſumma eod.§.quis imponere poteſt.

g Propriam.ca. prohibemus. & ibi Ab.i j.not.eo.

h Ex iuſta cauſa. Collige hic quæ ſint neceſſaria ĩ impoſitione noui cẽſus. Primò authoritas epĩ. Secũdò cauſa iuſta. Tertiò cõſenſus capituli: arg.c.paſtoralis.& c.tua. de his, quæ fi.à præla. ſine cõſen.capi. Quartò conſenſus eccleſiæ, cui imponitur cenſus, ſi eſt collegiata: arg.c.j.de reb.eccleſ.nõ alie.& c.j.de re.perm. Ab.tamen in c.ſignificauit.eod. tenet quòd ſi cauſa impoſitionis eſſet urgens, & eccleſia collegiata nollet cõſentire, poſſet epiſcopus hoc facere cũ conſenſu capituli: arg.Cle.ſi.de reb. eccleſ.non alien.& c.j.eod.tit.in vj.

i Minuere. Vt in c.auaritiæ. cũ ibi traditis. de præbend.

k Conſenſu. Fac.c.paſtoralis.& c.tua.de his, quæ fi.à præl. ſine cõſen.cap. & c.pen.de don.

l Interdicitur. Hoc intellige quãdo detracta penſione eccleſia cui cenſus imponitur poteſt congruè uiuere: aliàs non debemus diſcoopperire unũ altare ut alius cooperiatur. c.cũ cauſam,

dis cenſibus ſernabunt conſuetudinem uicinarum.h.d.

Sed quis erit modus obſequiorũ Metropolitano exhibendorũ, ſi qua de nouo conuerſa prouincia, ad alicuius eccleſiæ iuriſdictionẽ acceſſerit?[a] & ex facto reſpõſum eſt, id obſeruari debere, quod in uicinis prouincijs [b] obſeruatum reperitur.[c]

Epiſcopis uiſitantibus debetur procuratio.h.d.

Vlterius p̃latis diœceſim uiſitantibus, ẽt procuratio debeẽ. Eſt aũt procuratio neceſſariorũ ſumptuũ exhibitio. Nã cũ Apoſtolico teſtimonio[d] ſuffragãte cõgruũ ſit, ut à quibus ſpiritualia recipimus, eiſdẽ etiam tpalia nr̃a cõicemus.[e] Rectiſsimè conſtitutũ [f] eſt, ut cũ prælati diœceſim pagrãdo [g] diuina nobis exhibẽt, illi etiam à nobis exhibeantur.[h]

Epiſcopus remittens Eccleſiæ ſeruitia, non cenſetur remittere procurationem, ſed illam dare detractantes poteſt excommunicare, & procurationi non pſcribitur.h.d.

Et adeò uiſitationi annexa eſt ꝓcuratio, ut ſi Ep̃s alicui eccleſiæ oĩa ſeruitia remiſerit, [i] eidẽ uiſitãti nihilominus moderatã debeẽ ꝓcuratio, [k] quã ſi uiſitati exhibere ne-

ſam, & c.extirpandæ.cũ ibi not.de præb. facit c.pen.de donat.

a Acceſſerit. Siue nũc primum, ſiue ꝙ occupata ab infidelibus, fuit à noſtris recuperata & ſic quodãmodo poſtliminio redijt, ſecundũ Hoſt.qđ Abb. putat, not.in quadã additione ſup ca.ſuper eo.eod.

b Prouincijs. c.ſup eo. cũ cõcor. ibi alleg. Sed contra. c.illa. & c.illud. diſt.xij. & c.utinã. diſt.lxxvj. & c. de trina. de conſecr. diſt. iiij. Sol.ibi apparebat de propria cõſuetudine loci: quæ pfertur cõſuetudini aliorũ locorũ, hic qñ nulla conſuetudo apparebat. de hoc latè per Io.And.& Butri.in Rubric. de conſuet.

c Reperiẽ. Hoc tamẽ non procedit, quãdo cõſuetudo uicini loci eſſet nimium oneroſa: quia negligentia unius loci nõ debet nocere alteri nõ negligenti, ſecundũ Inno.in c.fi.de offi.ordi.& ſequitur Ab.in c.ſuper eo.eod. Itẽ nõ procedit in ſacramentis eccleſiæ, uel articulis fidei: nã in his debet locus ad fidem ueniens tenere quod tenet eccleſia Rom. c.abolendæ.de hæret. cum his quæ allegat Abb. in dict.cap.ſuper eod.

d Teſtimonio. j.Corint.c.ix. fac.c.cũ ſecundum.de præben.c.inter cætera.de offi.ord.c.ſi ep̃s.de offi.ord.i vj.c.cũ uolũtate.de ſen.excõ.

e Cõicemus. Cum nõ ſit ferẽdus qui lucrũ amplectitur & onus recuſat.l.uni.§.pro ſecundo. C.de cad.tol.l.ſecundũ naturã. ff.de re.iu. c.qui ſentit.eo.tit. in vj.& Cle.j.ubi not.eod.

f Conſtitutũ eſt. c.cũ Apoſtolus. & c.cũ uenerabilis.p tot.eod.& eo.tit.in vj.& Clemẽtinis.

g Peragrando. Sed quid ſi eccleſia adeò ſit uicina ut nulla neceſſaria ſit peragratio? an exigetur procuratio? & nõ uidetur, cũ ceſſet ratio laboris, & ita quidam tenuerunt: ut not. in ca.cum ſit. de ſimon. Communiter contra per c.uenerabili.eod. Nec enim procuratio ſolius laboris intuitu exhibetur, ſed etiam in ſignum ſuperioritatis, & ut facilius prælati ad uiſitandum inducãtur, ut per Ab.in d.c.cũ ſit.

h Exhibeantur. Id eſt, alãtur.l.periculi. in fi.ff. de nautico fęno & c.cum Apoſtolus. eod.& hęc alluſio quædã ſiue agminatio ſicut ſupra eo. §.ſed nec ep̃s.

i Remiſerit. Qđ tamẽ facere non poterit, niſi faciat ex cauſa cum ſine cauſa & conſenſu capituli nõ poſſit epiſcopus alienare iura eccleſiæ ſuæ.c.paſtoralis.de donat. & xij.q.ij.c.ſine exceptiõe. & c.fi.cũ ibi not.xij.q.iij.

k Procuratio. In gñali enim remiſsione nõ ueniũt ea, quę in ſpãli nõ remittunẽ, ſicut in obligatiõe gñali l.obligatione.ff.de pig.& huius naturæ ſunt ẽt alia quę nõ ueniũt in remiſsione gñali, ſcilicet cathedraticũ.c.paſtoralis. de don.qđ nec ſpecialiter põt remitti, ſecundum com.opi.ut habetur in c.cũ uenerabilis. eo.licet Archi.cõtra in c.j.de præb.in vj. Itẽ nõ pt remittere charitatiuũ ſubſidiũ.c.cum Apoſtolus.eo.nec inſtitutionẽ authorizabilẽ quo ad curã populi: arg.c.cum ſatis. de offi.arch.c.ij. de cap.mon.in vj. Itẽ quo ad ea quæ ſunt ordinis ep̃alis, non enim põt ep̃s eximere ſubditũ, ut nõ teneaẽ ab eo recipere quæ ſunt ordinis ep̃alis. Dicas tñ ſecũdũ Io.And. ꝙ licet ep̃s nõ poſſit à ſe in totum eximere eccleſiam tñ per modũ cuiuſdã ppetuæ Vicariæ põt concedere

inferiori

gauerint, ſi quam in contumaces ritè tulerit ſententiam, [a] erit inuiolabiliter obſeruanda.[b] Cũ nec ullam aduerſus procurationem, quæ ratione uiſitationis [c] competit, præſcriptionem [d] currere dignoſcatur.

Qui uiſitare poßint, & quòd Archiepiſcopus poteſt uiſitare prouinciam, etiã quod ſuffraganei non ſint negligentes, hoc dicit.

Viſitandi uerò ſolicitudo non modo incumbit Epiſcopis, [e] uerum etiam Archiepiſcopis, Patriarchis, ſedis Apoſtolicæ legatis,[f] nuncijs, archidiaconis, & decanis: qui quidem ne nõ tàm diuina, quàm propria [g] quæſiſſe uideri poſſint, cautè proſpiciẽt, ut ea quæ tàm generali, [h] quàm Lateranenſi [i] Concilio continẽtur, & quæ Innocẽtiana[k] cõſtitutione, atq; alijs canonibus ſalubriter cõſtituta cõperiuntur, inuiolabiliter obſeruent. Quod autẽ diximus Archiepiſcopis uiſitare licer prouinciam, ac procurationes à locis recipere uiſitatis, tunc etiam ſibi locum uẽdicat, cum eius ſuffraga

inferiori prælato, etiam recipiẽti nomine ſuæ dignitatis, omnia prædicta iura tribus exceptis, ſcilicet cathedratico, reuerentia, & charitatiuo ſubſidio: ut per Abb. in d.c. cum uenerabilis. Per hanc tamen perpetui Vicarij conſtitutionem ex toto iura hæc non abdicanẽ ab epiſcopo: quia ſaltẽ illo neglígẽte poterit epiſcopus exercerẽ: arg. c. irrefragabili. §. exceſſus de offic. ordina.

a Sententiã. Sed an Viſitator habeat etiã poteſtatem priuãdi beneficijs? reſpõ. ut per Abb. in c. dilectus filius. de reſcript.

b Obſeruãda. c. cum nuper. eod.

c Viſitationis. Ideò dicit uiſitationis: quia in procuratione, quæ cõpetit ratione inſtitutionis, ſiue conſuetudinis, benè currit pſcriptio: ar. xviij. q. ij. c. Eleutherius, & c. ſeruitium. & not. in c. uenerabili. eo. habetur in c. cum ex officij. de præſcript.

d Præſcriptionem. c. uenerabili. & c. cum inſtantia. eo. & c. cum ex officij. de præſcrip. etiã longiſſimi temporis. d. c. cum inſtantia. poſſet tamen contra procurationem proficere priuilegium Apoſtolicum. Et ſic præſcriptio, & priuilegium Apoſtolicum non procedunt à pari. Vnde præſcriptio nõ reddit laicum capacem iuris ſpiritualis, ſed priuilegium Apoſtolicũ: ſic Ab. in d. c. cum inſtantia. poſt Io. And. in c. ij. de præb. in vj. in nouella: ar. cõtra. ſ. tit. px.

e Epiſcopis. Not. quæ ſint perſonæ quæ uiſitare poſſunt ſubditos. fac. c. cum Apoſtolus. & c. procurationes. eo. & in c. j. cum ſeq. eo. in vj. Et quod dicit de archidiaconis & decanis habet reſpectum ad conſuetudinem quorundam locorum, in quibus archidiaconi uiſitãt aut iure proprio aut uice epiſcopi, & põt in hac materia formari regula, quòd omnis prælatus habens iuriſdictionẽ poteſt uiſitare, pro hoc. c. in ſingulis. de ſta. mona. fac quod habeẽ per Federi. cõſ. cxlv. & conſi. cxj. & per Cald conſi. x. & per Old. cõſ. cciiij. & per Ab. cõſ. xxvj. Sed qd ſi plures ex illis concurrant in uiſitando? an unus impediat alium? reſ. ut p Ab. poſt Gl. in c. ſicut. de accu.

f Legatis. In c. cũ Apoſtolus. eo. unde hęc litera uidetur ſumi, fit mẽtio non delegatis, ſed de cardinalibus, quod in effectu in idẽ ui detur recidere, cum cardinales tantũ cre dantur eſſe de latere legati, ut not. ſupra. de collat. §. ex legationis, de quibus uideẽ hic intelligere, & eſt tex. in c. procurationes. eo. Sed unũ fac. dubium: quia in d. cap. cum Apoſtolus. habendo reſpectum ad numerum euectionũ, uẽ facere non ſolum Archiepſ ſed & ſimplices epiſcopos maiores Cardinalibus, qui ſi ſint Apoſtolicæ ſedis legati deberent eſſe multo ſuperiores, & maiore honorẽ digni, immo & ſi ſint ſimplices cardinales ſine ulla legatione, quo caſu non ſatis percipi põt, quo iure poſſint uiſitare, niſi fortè uiſitet proprium titulum. An autem epiſcopus ſit maior uel minor Cardinali nõ epõ diſputari ſolet, & not. in c. quanq. ij. q. vij. & per Hoſt. in c. eccleſia. ij. de ele. & remiſſiuẽ p Ab. in d. c. cũ Apoſ.

g Quam propria. Argu. contra concionatores & alias religioſas perſonas: quæ recipiunt munera, qui tamen ſi indigeant, poſſunt non modo recipere, ſed etiam ultro petere. fac. §. ulterius. cum concor. ibi alleg. ſupra. eod.

h Generali. c. ij. eo. in vj.

i Lateranenſi. c. cum Apoſtolus. eo.

k Innocentiana. c. j. eo. in vj.

a Non poſſunt.c.fi.eo. in vj.

b Poterunt. Poterunt etiam dum uiſitant audire cõfeſſiones ſubditorum ſuis ſuffraganeis, abſoluere, & pœnitentias iniungere, non obſtante quauis conſuetudine: ut in cap. fin.eod. in vj.

f Probabilis. Nota duo requiſita ad cauſam charitatiui ſubſidij indicendam, ſcilicet quòd ſit manifeſta, & quòd ſit rationabilis. fac. cap. cum Apoſtolus.§.j.eod.& de iſto ſubſidio charitatiuo habes amplum tractatum per Barth. Bellenzinum, ad quem erit recurrẽdum in caſibus, & q̃ſtionibus emergentibus.

niei argui negligentiæ nomine non poſſunt. a Nec enim propterea minus ſuam liberè uiſitare prouinciã poterunt. b

Ob oratorium non eſt exigenda procuratio, & ob urgẽtem neceſſitatem poteſt Epiſcopus exigere charitatiuum ſubſidium.h. d.

Poſtremò admonẽdi ſumus propter priuatum c oratorium, d in quo quis interdum celebrat procurationes, quæ uiſitationis ratione debentur, à quoquam exigi, uel extorqueri e non poſſe, ſed nec alijs exactionibus ſubditos ſuos Epiſcopi grauare debent, niſi quandoque eiſdem multæ ſuperueniant neceſſitates, quibus caſibus ſi manifeſta, ac probabilis f cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis poſtulare ſubſidiũ ſuſtinẽdi erũt. g

DE CAPELLIS monachorum. h

XXII

Omnes Eccleſiæ poſitæ in diœceſi ſubſunt Epiſcopo, etiã monaſteria, & monachorum capellæ, niſi defendantur priuilegio, uel præſcriptione. h.d.

Vſque adeò autẽ omnes baſilicæ i per diuerſa loca conſtructæ in Epiſcopi, in cuius territorio poſitæ ſunt, poteſtate conſiſtũt, ut ſi Eccleſia ubi monachi habitant, k populi curam habeat,

c Priuatum. ca. fin. eo. & dicit priuatum, quia poteſt eſſe etiam oratorium publicũ, puta ſi ſit conſtructum authoritate pontificis, quo caſu non eſſet priuatum: ut per Abba. in d.capit. fin.nec poſſet trãsferri ad uſus profanos, & priuatos.

d Oratoriũ. Sed qualiter cognoſcitur oratoriũ ab eccleſia? reſpon. eccleſia eſt illa, quæ principaliter deputatur ad celebrandum & orandum, ac etiam cõſecratur per epiſcopum, & ſibi pro miniſtris dos conſtituitur & diuino cultu.capi. nemo. de conſecra.diſti. j. ubi per Archid. & ſupra de conſtru.eccle.§. quacunque.oratorium uerò non conſecratur, non cõſtituitur ſibi dos, nec principaliter fit ut ibi celebretur, ſed ut oretur. unde ſine licentia epiſcopi non põt in oratorijs celebrari, ut in cap. unicuique. cum ſequen. de conſecr. diſt. j.nec poſſunt habere campanam publicam. cap. patentibus. & ibi Doctor. de priuileg. de quibus com.opi.eſt quòd non gaudeant priuil. eccleſ. uide per Dec.conſi. cxlviij

e Extorqueri. Poteſt tamen epiſcopus accedere ad uidendum an illud priuatum oratoriũ honeſtè tractetur, & an ſit rite conſtructum, & poteſt facere illud demoliri ſecundum Innoc. & Abb.in c.fi.eo.

g Subſtinendi. Loquitur de epiſcopis, ſed idem & multo magis habebit locũ in Papa: ut per Hoſtiẽ. in ſumma eod. §. ex quibus cauſis uerſic.& breuiter. & p Bellẽ. ĩ d. ſuo tract.in princ.

DE CAPELlis monachorum. h

Monachorũ. Ad titulũ de ſubiectione eccleſiarum ſubiecit p̃cedentem de cenſibus, qui pertinet ad ſubiectionem: ſed quia & monachorum cappellæ ſunt ſubiectæ, meritò poſt præcedẽtes ponit etiam iſtum titulum.

i Omnes baſilicæ.c.omnes.xvj.q.vij. & diſt. lxj.c.obitum.& x.q.j.c.iij.& x. q. ij. c. epiſcopus.& xviij.q.ij.c.monaſteria.& c.cum uenerabilis.& c.cum dilectus.de relig.domi. Niſi tamen ex ſpeciali priuilegio ſint exemptæ.c.cum & plantare.de priuileg. & de hoc uide latè per Hoſti.in ſumma eo.§. quid iuris habeant.

k Habitant. Secus ſi monachi ibi non cohabitarent.cap.quod Dei timorem. de ſtat.regula. Sed quæ eſt ratio quòd proprio monaſterio plebem habenti non poteſt proponi, cum magis proprio monaſterio obligetur, quàm eccleſiæ alienæ, & habeat nedum ſocium ſed

ſocios

cum per monachum plebs regi nõ debeat; Capellanus ad conſilium [a] monachorum ab Epiſcopo ſit inſtituendus: ita ut conſuetudine, [b] aut quouis ſtatuto contrario non obſtãte ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio eius, quàm depoſitio, [c] & totius uitæ pendeat conuerſatio. Nec id mirum uideri debet, cum monaſteria ipſa, & monachorum diſciplina, ſi nec priuilegio, nec legitima præſcriptionẽ doceantur exempta, [d] ad eum pertineant Epiſcopum, in cuius ſunt territorio conſtituta. [e]

ſocios & concurrat fauor eccleſiæ? unde uidetur magis idoneus ad explicandam curam imminentem proprio monaſterio, quàm eccleſiæ foris ſitæ. hæc eſt maxima difficultas, & Abb. in cap. primo. eod. unde ſumitur pro ſolutione multũ laborat, demum uidetur reſidere ut id quod hic dicitur, & in d. capitu. primo. habeat locum quoties eſſet copia clericorum ſecularium: alias in neceſſitate non procedere, ſed raro non procedet; cum ſemper fuerit copia clericorum. c. legimus. diſtin. xciij.

a Ad conſilium. Quod tamen epiſcopus nõ tenetur ſequi, nam hoc eſt generale ꝙ quoties quis teneť qd facere de conſilio alterius, teneť quidem conſilium requirere nõ ſequi: ut in capi. dilecti. de arbitris, & cap. cum in ueteri. de electio. nec ideo minus ab eius arbitrio actus pendere uidetur, de quo per Legiſtas in l. ſi conuenerit. ff. de re iudica.

b Conſuetudine. Hoc uerbum reſpicit inferiora, ſcilicet quòd non ualet conſuetudo ꝙ alius ab epiſcopo ordinet uel deſtituat, & eſt ſumptum de cap. j. eod. in vj. non autem reſpicit dictum ſuperius, uidelicet quòd non ualeat conſuetudo quòd monachus poſſit in eccleſia & monaſterio in quo inhabitat curam habere, nam contrarium uidemus ſeruari de conſuetudine, quæ eſt ualida, ſecundum Abb. in cap. primo. eod. in antiq. poſt Ioann. Andr. Laur. Ioan. de ligna, per tex. à contrario ſenſu. in Clemen. ne in agro. §. cæterum. de ſtat. regul. quid quid ibi ſentiat Gloſſ.

DE RELIGIOſis domibus. XXIII

Zenodochia, Orphanotrophia, & loca ſimilia Epiſcopis ſubſunt, qui prouidere debent, ne illorum res diſſipentur. hoc dicit.

ZEnodochia [f] quoq; Orphanotrophia, [g] Bethotrophia, [h] Noſocomia, [i] Gerontocomia, [k] aliaque ſimilia [l] loca, ad Epiſcoporum in quorũ ſunt diœceſi ſolicitudinem pertinent, [m] per eoſdemque ad eas utilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinãda, ac dirigẽda erunt, nec poſtquam huiuſmodi loca ad hoſpitalitatis uſum, & pauperum prouiſionẽ

c Depoſitio. Monachi enim ſi iſte delinqueret non poſſent remouere, ſed debet remoueri per epiſcopum ordine iudiciario, immo plures epiſcopi ſunt neceſſarij ad ueram depoſitionem. xv. q. vij. c. felix. & cap. ſi quis tumidus, licet hodie ſecus per Conciliũ Tridentinum:

d Exempla. cap. cum uenerabilis. cum capi. ſequen. & ca. conſtitutus. de relig. domi. ca. auditis. de præſcr.

e Conſtituta. c. monaſteria. xviij. q. ij.

DE RELIGIOſis domibus.

f ZEnodochia. Loca in quibus pauperes peregrini recipiuntur.

g Orphanotrophia. Vbi orphani id eſt, parentibus priuati nutriũtur.

h Bethotrophia. Vbi aluntur infantes pauperum.

i Noſocomia. Vbi ęgroti curantur.

k Gerótocomia. Vbi ſenes alũtur, & ſunt iſta, ſecundum Hoſt. in ſumma eo. religioſa nõ conſecrata: & de horum omnium uocabulorũ ſignificatione habes Hoſt. d. loco; & not. in c. in qualibet. xxiij q. viij. & in l. omnia. C. de epiſcop. & cle. & uulgo omnia iſta hoſpitalia appellãtur.

l Similia. Puta leproſarium, uel eleemoſynarium. Cle. ij. eo. eſt tamen dubium an leproſorum collegium ſit religioſum, ut apparet ex not. in d. Cle. ij. §. j.

m Pertinent. Si ſint conſtructa authoritate epiſcopi, & ſic religioſa: ut in c. quia monaſterium. eod. Sed ſi ſint ędificata ſine epiſcopi authoritate, epiſcopus non debet ſe de his impedire iure decretalium. Abb. in c. de Zenodochijs. eod. ſed patronus ad libitum diſponet,

ſecundum

Pontificis ordinatione deputata fuerint, ad profanos uſus conuerti poterunt. [a] Cũ ea [b] quę ad certum uſum largitione fideliũ ſunt deſtinata, ad aliũ [c] ſalua ſedis Apoſtolicæ [d] authoritate conuerti non ualeant.

Ordinarij loca pia, & religioſa poſſunt reformare authoritate Apoſtolica, ſi opus ſit reformatione. h.d.

Quinimò ſit alium locorũ Rectores exẽpti ſint, ſi tamen illorum cura poſtpoſita, bona & iura ipſorum ab uſurpatorum manibus uendicare [e] negligant, aut quoquo modo res illorum collabi ſinant, poterunt ordinarij authoritate Apoſtolica [f] ſibi ex Vienneſi Concilio pręſtita, loca ipſa ſalubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, ut in ſtatutum priſtinum redigantur, procurare: cõtradictoreſque quoſcunq; per cẽſuram Eccleſiaſticam, & alijs iuris remedijs [g] cõpeſcere, licet nullum per hoc exẽptionibus, ſeu priuilegijs, quo ad alia [h] præiudiciũ generari debeat.

Zenodochia, et loca ſimilia non poſſunt in beneficium conferri, niſi certis caſibus. h. d.

Eodem cauetur cõcilio, [i] ut nullus ex huiuſmodi locis ſecularibus clericis in beneficiũ [k] conferatur, etiam ſi conſuetudine id fuerit, aliàs obſeruatum, niſi in illorũ fundatione aliter conſtitutum fuerit, ſiue per electionẽ [l] ſit de Rectore huiuſmodi locis prouidendum. Sed ꝙ eorum gubernatio uiris prouidis, ac boni teſtimonij committatur, quos bona prędicta in alios uſus conuertere, præſumptio uerιſimilis nõ exiſtat.

Adminiſtratores hoſpitalium æquiperantur tutoribus. hoc dicit.

Vt autem hi demãdatæ ſibi curæ diligen-

ecundum Inno. & alios in c. inter dilectos. de donat. ſed hodie per Concil. Triden. ſeſſione xxij. c. viij. uidetur hoc immutatum. Si tamen patronus eſſet mortuus tunc proculdio ad curam epiſcopi pertinet quòd pia uoluntas defuncti mandet executioni: ut in Aut. de eccle. titulis. §. ſi quis autem pro redemptione. fac. c. ad hæc. & quod ibi not. eod.

a Poterunt. cap. nulli licet. xij. q. ij. & c. mancipia. de re. permut. c. ligna. & c. ueſtimenta. de conſec. diſt. j. & xix. q. iij. cap. quæ ſemel. & ff. de reli. & ſump. fun. l. ſi quis ſepulchrũ. Ar. contra. c. ex antiquis. & cap. frequens. diſtin. liiij. Sol. ut not. in d. c. ad hæc. eod.

b Cum ea & cæ. q. d. ſi deputata ad certum uſum piũ ſacrum aut religioſum, non poſſunt transferri ad alium uſum eiuſdem qualitatis & naturæ ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, licet ſit facilis tranſitus in habentibus ſymbolum, quanto minus ad uſum penitus profanum.

c Non ad aliũ. Etiam pium. faci. xxij. quæſt. ij. cap. is autem. & diſtin. xlv. cap. licet. ij. & cap. inter corporalia. de translat. & c. ad noſtram. ubi not. & cap. ſuggeſtum. de appel. arg. contra. c. quanuis. de pœn. in vj.

d Sedis Apoſtolicæ. Not. caſum reſeruatum ſedi Apoſtolicæ de quibus omnibus in c. quod translationem. de offic. leg. hodie tamen per Concilium Tridentinum hæc poteſtas uidetur communicata etiam ordinarijs: ut ſeſſion. xxij. in decretis reformationũ. ca. vj. quod eſt factũ cũ ipſis tãquàm ſedis Apoſtoli. legatis.

e Vẽdicare. Etiã in iudicio, & corã iudice eccleſiaſtico, quod poſſunt. c. cũ ſit. de fo. cõp.

f Apoſtolica. Concord. Cle. ij. eo. cap. irrefragabili. de offi. ordin. & c. ad abolendã. de hæret. & c. uni. de cle. ægro. in vj. cũ allegatis in Clemen. j. de ſupplẽ. neglig. prælato. & uide quæ in hac materia ſtatuũtur per Concil. Trid. in decretis reformationum. ſeſsio. vij. c. xv. & ſeſsio. xxij. c. vj. & c. viij. & c. ij. & ſeſsi. xxv. c. iiij. & c. viij.

g Remedijs. Etiã inuocando brachiũ ſeculare ſi expedierit. c. j. & ca. quoniã. de off. or.

h Alia. Sic Cle. ij. de ſta. monach.

i Cõcilio. Vt Cl. ij. §. j. eo. & ꝓ pleniſsima cognitione eius qđ hic dr̃, uidẽdus eſt Pet. đ Peruſ. in ſuo trac. de canonica ep̃ali & parochiali. §. ij. principaliter.

k Beneficium. Fac. Cle. per literas. de præb.

l Electionem. A ſuperiore confirmandam.

Tuto-

tius inſiſtant, inſtar tutorum [a] & curatorũ debent iuramentum præſtare, [b] ac de bonis inuentaria conficere, & ordinarijs, ſeu alijs, quibus loca huiuſmodi ſubſunt, uel deputandis, ab eis, ſingulis annis [c] de adminiſtratione ſua rationẽ reddere, quòd ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum, [d] prouiſio, ſeu ordinatio minimè ualebit.

Supra dicta non habent lócum in hoſpitalibus militariũ ordinum, aut religioſiorum. hoc dicit.

Prædicta uerò ad hoſpitalia militariũ [e] ordinum, uel aliorum religioſiorũ minimè extendũtur. Hi enim ſuorum ordinum inſtitutiones, & conſuetudines obſeruare cogendi erunt.

Hoſpitalibus circa ſacramentorum exhibitionem ſeruanda eſt antiqua conſuetudo. hoc dicit.

Sed & ſi qua ſint hoſpitalia, altaria, & cœmeterium ab antiquo habentia, [f] & præsbyteros celebrantes, & ſacramenta Eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, quo ad exercenda, & miniſtranda ſpiritualia prædicta, [g] antiquam conſuetudinem Viennenſe Concilium obſeruari uoluit.

DE SEPVLTVRIS. [h]

Cur in Eccleſijs et locis ſacris ſepulturæ conſtituantur. hoc dicit.

TRactemus nunc de ſepulturis, quæ quidẽ per fideles non niſi in ſacris, & reli-

a Tutorum. Iurando utilia facere, & inutilia prætermittere inuentarium faciendo, & adminiſtrationis ſuæ rationem tempore debito reddere & reſidua reddere promittendo & cætera de quibus in l. de creationibus. C. de epiſcop. audi. & in l. fi. C. d' curat. furi. & per Specul. in titulo d' tutoribus, ut not. in Cle. ij. §. j. eod.

b Præſtare. Sed an & ſatiſdare etiã teneãtur inſtar tutorum? reſpon. negatiuè, cum dentur ex inquiſitione. fac. l. orphanotrophos. in princ. C. de epiſc. & cler. & ita not. in Cle. ij. §. j. eo. niſi tamẽ hi ſuſpecti eſſent propter uxorẽ, & filios, ut in ca. de Siracuſanç. diſtin. xxviij. ſed tali ſuſpecto cõmitti nõ deberet, uidi tamen ſeruari quòd huiuſmodi perſonæ ſatiſdent.

c Singulis annis. Per huius tẽporis deſignationẽ uidetur quòd ẽt non petitam adminiſtrationis rationem teneantur reddere, de quo not. in Cle. ij. eo. Sed cõtra, l. orphanotrophos. C. de epiſcop. & cler. & in Authent. de eccleſ. titulis. §. penul. Sol. Aut quæris an teneantur reddere rationem pauperibus ipſis & orphanis, & non tenentur, & ita procedunt contraria. Aut de ratione reddenda epiſcopo, uel alijs ſuperioribus, & procedit quòd hic dicitur, & in. §. œconomos. Authent. de ſanctiſſ. epiſcop. Alij quòd contraria corriguntur, ſed prima uerior, ut not. in Cle. ij. §. j. eod.

d Attentatum. Reſpicit etiam præcedentem §. nedum iſtum.

e Militarium. Vt S. Io. Hieroſolymitani, & S. Mariæ Calaſtrenſium, & Cruciferorum, & ſimilium: ut in Cle. ij. §. præmiſſa. eod.

f Habentia. Sic Cle. ij. §. fi. eo. unde ſumitur.

g Prædicta. Cõcord. xxiiij. q. j. c. pudenda. & de electio. c. nihil eſt. in fine. & in Cle. j. d' priuil. in fine.

DE SEPVLturis. h

DE ſepulturis. Dictũ eſt ſupra de reli. domi. Sed qa ſepulturæ fiũt in locis religioſis, & faciũt ẽt locum religioſũ, toto tit. ff. de relig. & ſum. fun. meritò ſequitẽ & de ſepulturis ẽt uidere, q autẽ ſepultura faciat locũ religioſum fortè nõ pcedit iſto iure, ad not. in c. pe. eo. & in c. eccleſiaſtico. xiij. q. ij. ſumitur autẽ ſepultura pluribus modis, ut hr i d. c. pe. In pposito tñ noſtro ſepultura ẽ locus cõcauus in eccleſiaſtico &cę. ut p Ab. in Rub. eo. Sed quæritur utrum cum luctu & planctu ſint mortui ſepeliendi? reſ. non, ſed cum pſalmis & pſallentium uocibus. c. qui diuina. & c. q̃ prępoſterum. xiij. q. ij. ex officio tamẽ charitatis, uel cã pietatis & humanitatis ſi lachrymæ fundantur non eſt iure reprobatum. Nam de periſq; ſanctis legitur q lachrymas fuderunt, in exequijs carorum amicorum, dummodo nõ multum lugeatur: ut in cap. qui diuina. & in capit. ubicun-

gioſis locis, ideò conſtituuntur, [a] & quòd minus ibi ſpiritibus uexantur immundis, & quod ſanctorum illorum commendantur patrocinijs, quorum nomini Eccleſia, in qua còrpora conquieſcunt, eſt conſecrata. Accedit quòd defunctorum proximi ad ſacra loca uenientes, ſepulturamq́; cóſpicientes ſuorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. Vnde mortuorum ſepultura, & cæmeteria apud illas Eccleſias, & monaſteria [b] ex antiquo diſpoſita eſſe cōperiuntur, in quibus religioſorum cōuentus ſunt conſtituti, ubi orationes, & miſſarum ſolennia, tàm pro uiuis, quàm pro defunctis frequentius [c] celebrantur.

Vnuſquique habet liberã facultatem ſepulturam eligendi, & ſi quis non eligat, in parochiali Eccleſia, aut maiorum ſepulchris eſt ſepeliendus. h.d.

Regulariter [d] igitur in parochiali Eccleſia, aut ibi quis ſepeliendus erit, ubi maiorum [e] ſuorum ſepulchra conſtituta reperiuntur: nulli tamen propterea propriam, [f] ſi contemptus [g] abſit, negatur eligere ſepulturam, quod uſque adeò obtinet, ut antiqua dimiſſa, nouam poſsit quis etiam in loco minus religioſo ſibi deligere, nec propterea poterit hodie electio, talis impugnari, [h] licet antiqua iura ſuper hoc diuerſa eſſe uideantur.

Vxor non tenetur ſequi ſepulturam uiri, ſi uelit aliam eligere. h.d.

Nec ulla ſuper hoc inter uirum & mulierem facienda eſt diſtinctio, [i] quaſi [k] uxor capitis ſui, ſequi iudicium & ſepulturam ſit compellenda. Sed utrique æqualis [l] erit eligendi facultas, cum

ubicunque. xiij. quæſt. iij. & de hoc per Abb. in Rubrica eod.

Tractemus nunc.

a Conſtituuntur. Not. tres rationes ob quas fideles ſepeliuntur in locis ſacris. Prima quòd defunctorum corpora minus uexantur ſpiritibus immundis. Vnde in ſepulturis dicitur eſſe requies mortuorũ, xij. quæſt. ij capit. aurum. Secunda, quia ſunt muniti patrocinio illius ſancti cui dicata eſt eccleſia. xiij. quæſt. ij. cap. non extimemus. in fi. Tertia ut fideles uiuentes facilius mortuorũ recordentur: ut in capit. cum grauia. xiij. q. ij.

b Monaſteria. Sed quomodo apud monaſteria, cum illa non habeant cœmiterium niſi pro ſuis. xvj. quæſt. j. cap. j. Reſpondeo ſecundum Abb. in cap. fraternitatẽ eod. quòd hoc intelligendum eſt de his monaſterijs, quæ habẽt populum, uel habent cæmiterium ex priuilegio: ut ſunt hodie omnes regulares. Quis autẽ dare poſſit tale priuilegium, habes per Doct. in c. certificari. eo.

c Frequentius. capit. fraternitatẽ ubi Abb. eo. & in Clem. ij. §. huiuſmodi. eo. & xiij. quæſt. iij. cap. cum grauia.

d Regulariter. De hoc latiſſimè per Petrum de Vbald. in tractatu de cano. parochi. §. uenio ad nouum.

e Maiorum. Fac. xiij. q. ij. c. placuit. & c. j. eo. & c. is qui. & cap. licet, eo. in vj. Sed quid dicemus ſi auus & pauus & alij ab antiquo fuerũt ſepulti in alia eccleſia, pater uerò elegit ſepulturã in alia, filius decedẽs erit ne ſepeliendus ĩ ſepultura patris, an aliorũ maiorũ? Reſpond. uſ ꝙ æquè commodè poſſit ĩ utraq; eccleſia ſepeliri. de quo no. in cap. is qui, eod. in vj.

f Propriã. Quo ad poſſeſſionem, non quo ad dominium, nemo enim eſt ſepulturæ dominus: ut per Ab. poſt. Gloſ. in cap. quanto. de iudicijs.

g Contemptus. xiij. q. ij. cap. contemptus.

h Impugnari. c. ij. §. fi. eod. in vj. unde ſumitur.

i Diſtinctio. Immo iudicãdi ſunt ad paria cap. gaudemus. de diuort.

k Quaſi dubitãdi ratio.

l Aequalis. Arg. contra, xiij. quæſt. ij. cap. unaqueq;. & xxxiij. q. ij. cap. quos Deus, Sol. illud intelligitur ſecundum iſtud, uel iſtud locum habet cum mulier

huiuſmodi electio ad eum ſtatũ pertineat, quo mulier à lege uiri ſoluitur. [a]

Si uxor ſepulturam nõ eligat, tenetur ſequi ſepulturam ultimi uiri, ſi plures habuerit.h.d.

Si tamẽ ipſa ſibi ſepulturam non eligat, & plures fortè uiros habuerit, cum uiro ultimo, [b] cuius domicilium retinet, tumulanda erit.

Filius familiàs licet non poſſit aliquid relinquere pro anima, ſi careat caſtrenſi peculio, uel quaſi: tamen poteſt ſibi eligere ſepulturam, niſi ſit impubes, quo caſu poterit pater ſepelire illum ubi uoluerit, niſi ſit conſuetudo incontrarium.h.d.

De filio familiàs [c] an ſibi ſepulturam eligere ualeat dubitari poterit, & multum intereſt, an eius ætas intra pubertatis annos [d] contineatur, an uerò pubertatem exceſſerit: primo enim caſu ſepulturam eligere nõ poterit, [e] permittendum tamen erit patri, ſi id loci conſuetudo [f] patiatur, ubicunque uoluerit [g] illum ſepelire, quòd ſi conſuetudo id nõ habeat, cum ſuis maioribus, uel in parochiali Eccleſia tumulandus erit. Secundo uerò caſu, cùm pubertatem attigit, liberè abſque patris aſſenſu ſibi ſepulturam eligere poterit, [h] quãquam pro anima ſua

liér eligit ſibi ſepulturam, ſecus ſi non eligat: arg.l.mulieres C.de digni.lib.xij.& ff. ad municip.l.j.primo.reſponſ.& l. fi. & not. in c. de uxore:eo.unde ſumitur.

a Soluitur. Et ſic nota quòd paria ſunt aliquid diſponi tempore habili, uel tẽpore inhabili, dũmodo effectus cõferatur ad tẽpus habile. Sic contra ueluti nõ licet diſponere tempore inhabili, ita nec tempore habili, ſi effectus diſpoſitionis conferatur in tempus inhabile, facit l. qđ ſponſæ.C.de dona.inter ui. & uxo. & l. in tẽpus.ff.de hered.inſtit. quod limita.ut no. infra. eo.§.impuberi.

b Vltimo uiro. Sed pone quòd uxor prius decedit quàm maritus an debeat ſepeliri in ſepulcro maiorum mariti, an uerò maiorum patris ſui? hæc quæſtio eſt dubia, & egeret declaratione, ſecundum Ab. in c.de uxore.eodem. ubi tamen eſſet conſuetudo ſtaremus conſuetudini, ſi non extaret, tunc ſi appareret de uoluntate uiri uiuentis ꝙ uellet in aliquo loco ſepeliri, puta: quia præparaſſet uel aliter declaraſſet intentionem ſuam, tunc ſecundum eũ ſepelienda eſſet in loco deputato à marito. Sed contra hoc facit, quia ambulatoria eſt uoluntas hominis uſque ad mortem l.iiij.ff.de adi.leg. Aliàs in loco ſuorum maiorum ſepeliri deberet, niſi ipſa ſibi eligeret ſupulturam. Sed quid ſi uxor prædecedat electa ſepultura, utrum maritus poſtea moriens ſepultura non electa debeat ſepeliri cum eadem? Reſpondeo ut per Abb. in d.c.de uxore.

c De filiofamilias. Quid dicemus de patre familiàs impubere, an cum authoritate tutoris poſſit eligere ſepulturam? Reſpondeo non, nec enim tutoris authoritas poteſt ea perficere, quæ porriguntur poſt mortem pupilli, quo tẽpore tutela expirauit. Ita Petr. de Peruſ. in tractatu de Canonica Parochiali, ca. xj. & nota uerbũ, *filio familiàs*, quia ſi eſſet naturalis tantum, qui non poteſt dici filius fam. non poſſet ſe pater intromittere: ut per Petr. in dicto loco.

d Annos. Videlicet.xiiij. in maſculo xij. in fœmina.

e Non poterit. Sicut nec teſtari.

f Conſuetudo. Not.ꝙ conſuetudo dat ius eligendi ſepulturam, ſicut etiam dat iuriſdictionem, & ius eligendi prælatum: ut in capitulo cum contingat. de fo.com peten. capitulo cum Eccleſia. de cauſ.poſſ. & proprietatis, & poteſt conſuetudo dare hoc ius non ſolum patri, uerum etiam matri, & amicis: ut per Franc.in cap. licet.eod.in vj.

g Voluerit. Quid ſi impuberi uiuenti pater elegit ſepulturam permittente conſuetudine, & filius decedat factus pubes? Reſpondeo non tenetur ſequi iudicium patris, cum res deuenerit ad caſum à quo non potuit incipere. Ita Petrus de Peruſio in tractatu de Canonica epiſcopali cap.xj.

h Eligere poterit. Quia electio refertur ad id tempus quo ſolutus eſt à patria poteſtate. facit capit. de uxore. eod. & ſupra. eod. §.proximo.

præter patris aſſenſum aliquid iudicare nõ poſsit, niſi caſtrenſe, uel quaſi caſtrenſe peculium [a] habuerit.

Religioſi non poſſunt ſibi ſepulturam eligere. h.d.

Impuberi ſimiles religioſi habentur: hi enim cũ propriæ uoluntatis libertatẽ non habeant eligere ſibi ſepulturam nequeunt, [b] ſed apud propria monaſteria tumulãdi sũt, niſi adeò fortè ſint remoti, quòd ad ea cũ moriuntur, commodè [c] exportari nequeant. [d]

Non poteſt quis etiam iureiurando à ſeipſa abdicare liberam eligendæ ſepulturæ poteſtatem. h.d.

Aliàs autem ſepulturæ uſque adeò libera eſſe debet electio, ut Bonifaciana conſtitutione [e] cautum ſit, ne qui ad uouendum, iurandum, uel fide interpoſita, uel aliàs promittendum [f] aliquos inducant, [g] ut apud eorũ Eccleſias ſepulturã [h] eligant, uel iam electam, ulterius non immutent, & ſecus factum omnino infringit. [i]

a Peculium. Et quid mirum ꝙ de his bonis poſſit pro anima diſponere, quæ cunctis rebus eſt fauorabilior, ſi liberè poteſt de his teſtari ad quãcunque cauſam, & in utilitatem cuiuſcunque l. ſi. C. qui teſt. fa. poſ. & inſti. quibus non eſt permiſſ. fa. teſtam. in princ.

b Nequeũt. Immo uidetur quòd iſti religioſi poſſint eligere, cum iſta electio conferat effectum ſuũ in tempus habile, ſcilicet. quo ipſi ſunt ſoluti à lege ſuperioris: arg. c. de uxore. eo. & ſupra. eod. § nec ulla. & per hanc rationẽ Hoſt. olim tenuit quòd religioſi poſſent eligere, ut habetur in cap. nimis. primo de exceſ. prælat. Sed contrariũ reperitur determinatum i c. ſi. eo. in vj. Nec obſtat ratio Hoſt. quia nõ procedit quando ius prohibet aliquid non ſolum attento effectu, ſed etiam attento initio l. minor ff. de ſer. exportandis, & not. Abb. in dicto capit. de uxore. & Peruſ. in capitulo ſi. eod. in vj. Imol. in l. Gallus. ff. de lib. & poſt. Sed contra eſt capit. nimis. el primo de exceſſ. prælã. & in capit. ut priuilegia. de priuil. Sol. illa iura non loquũtur de ueris religioſis: ut not. in d. cap. ſi. eod. in vj. An autem hæc diſpoſitio comprehendat Abbatẽ. uide per Ab. in d. cap. de uxore.

c Commode Not. ratione incommoditatis id permitti quòd aliàs non permitteretur, ſic capitulum is qui. eod. in vj. & xij. quæſt. ij. cap. terrulas.

d Nequeant. Quo caſu ſecundum opi. plurium poterit monachus eligere ſepulturam, & ita ſubſtinetur opi. Hoſt. de quo per Ab. in c. nimis. el primo de exceſſ. prælat. & in cap. ut priuilegia. de priuilegijs, licet multi contra. Aliàs autem ſi nõ eligant ſepeliuntur in eccleſia parochiali loci in quo decedunt.

e Conſtitutione. c. j. eod. in vj.

f Promittendum. Nec enim Deus inter iſta facit differentiam, xxij. q. v. capit. iuramenti. & not. in capit. debitores. de iureiur. & per Doct. in capitulo ad aures, quod met cauſa, & i cap. peruenit. de arbitris. Vnde ueniens cõtra ſimplicem fidei præſtationẽ nulla neceſſitate compulſus, poteſt beneficio priuari, c. querelam. de iureiu. & per Peruſi. poſt alios in capitul. j. eod. in vj. Et ex eo quod dicitur hic de iuramento no. quòd Papa ex cauſa fac. interdum quòd iuramẽtum non liget. fac. ca. ij. de rebus eccle. non alie. in vj. & capit. ubi periculũ. § peu. de elect. eod. lib. Nec hoc mirum; quia ẽt ſi quis ſponte iuret non mutare ſepulturam. põt illam nihilominus mutare, ſecundum opi. quorũdam de quo plenè per Peruſi. in c. j. eod. in vj.

g Inducant. Si quis tamen eſſet inductus ad eligendum ſepulturam in certo loco, non uoto, iuramento, uel promiſſione ſimplici, non haberet locum quod hic dicitur, ſecundum Ioan. And. & Ioan. de ligna, & Peruſinum, in capitulo primo eodem in vj. argumen. l. j. & per tot. C. ſi quis ali. teſtari prohib.

h Sepulturam. Cum enim ſimus in ſpiritualibus pactio interuenire non debet, j. q. ij. cap. quàm pio. & cap. pactiones. de pact. hoc intellige inter ſepeliendos & ſepelituros, ſecus inter duas eccleſias. cap. j. de pact. in vj. & infra. de pact. § j.

i Infringit. c. j. eo. in vj. ubi prolixè ponuntur pœnæ contrafacientium.

Mortuus ruri qui ſepultu turam non elegit, ſi ſine periculo poßit exportari, uel in parochiali Eccleſia, uel in maiorum ſepultura, debet ſepeliri. h.d.

Illud tamen in dubium uenire poteſt, ſi quem dum animi, uel agri colendi cauſa ruſticatur, ruri inopino forſitan interitu, nec electa ſepultura contingat occumbere, an in Eccleſia ruri conſtituta, [a] an potius in alia ſepeliri debeat, & reſponſum eſt, ſi abſque periculo [b] defunctus inde ualeat exportari, non in Eccleſia ruri poſita, ſed in ſua parochiali, uel in qua maiorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit ſepeliendum [c] fore.

Quibus non communicamus uiuis, nec mortuis communicamus. h.d.

Non tamen [d] omnes qui fato functi fuerint Eccleſiaſticæ tradendi ſunt ſepulturæ, quibus enim nõ communicamus uiuis, nec defunctis communicare debemus. [e] Vnde carebunt Eccleſiaſtica ſepultura, qui prius erant ab Eccleſiaſtica unitate præciſi. [f] Igitur nec Paganus, [g] nec Iudæus, nec hæreticus, nec qui uſuras exercuit, [h] nec qui ſibi mortẽ conſciuerũt, [i] aut qui pſonis Eccleſiaſticis uiolentas manus iniecerunt, [k] nec homicidæ, nec incendiarij, aut Eccleſiarũ uiolatores, nec inceſtuoſi, nec blaſphemi, [l] nec ullus qui

a Ruri conſtituta. Quod uidebatur, quia ibi deceſſerat.

b Abſq; periculo. Simile c.fi.eod. in vj. & ſ. eod. §. impuberi. ergo periculum immutat ius cõe. facit c. ſi duo. §. ſanè. de procura. in vj. & de eccleſ. ædific. c. ad audientiam.

c Sepeliendũ fore. Si quis igitur habeat in loco domiciliũ & ſe ex cã limitata ad tẽpus in alium locum transferat, nõ cenſetur illuc trãſferre domicilium, & parochiã cõſtituere. Quod inducitᷣ ad ſcholares, ut ĩ dubio nõ ceſſeantᷣ tranſtuliſſe domicilium ad locum ſtudij, de quo plenè not. in c. quod clericis. & in c. ex parte. de foro cõpet. de quibus ubi debeant ſepeliri ꝑ Ab. in c. j. eod. Itẽ ex hoc infertur ꝙ eccleſia loci ĩ quo decedunt non debet habere parochialem, ex quo non habẽt ibi domicilium, & per conſequẽs nec parochiam, prout requiritur: ut per Doctor. in cap. ij. & ca. iij. eod. in vj. & per Hoſt. in cap. in noſtra, eo. in antiquis.

d Omnes. Habes hic qui ſint qui in ſacro ſepeliri nõ pñt, de hoc uide & Hoſt. ĩ ſumma eo. §. quibus interdicatᷣ, & per Petrum de Peruſia in tractatu de canonica ep̃ali cap. ultimo.

e Debemus. Sic in c. ſacris. unde ſumitur eod. & xxiiij q. j c. j. & cap. ij. niſi tamen uiuentes reconciliationem petierint, nec per eos ſteterit quo minus eccleſiæ reconciliati fuerint: quia tunc etiam poſt mortem ſunt abſoluendi, xvj. q. vj. c. qui recedunt. ca. à nobis. de ſent. excom. & per Abb. in cap. literas. de reſti. ſpoliat. Not. ergo ex hac regula, ꝙ & cum defunctis poteſt eſſe communio, ut lauando mortuum, ueſtiendo, ſepeliẽdo, aſſociando ad ſepulturam, & ſic communicans incidit minorem excommunicationem, ut ſi cũ uiuo communicaſſet, & ſic excommunicatio afficit nõ ſolum animã, ſed etiam corpus. Abb. in c. adhæc. de priuil. & in d. capit. ſacris, ubi & illud firmat lepro ſos nõ poſſe cum alijs in cœmiterio ſepeliri, cõtra opin. Hoſt. ꝙ licet poſſit admitti rationibus ibi ꝑ eũ redditis, ſi tamen quis cõtrarium faceret, non crederem illum incurrere pœnas d. c. ſacris. & Cle. j. eod. & §. ſeq. & hoc caſu ante factum tenerem opin. Abb. poſt factum uerò opi. Hoſt.

f Præciſi. No. regulam. & præciſi dicuntur excommunicati, ſuſpẽſi, & interdicti. fac. cap. is cui. de ſent. excommun. in vj. & Cle. eos. eod. & not. quòd eorum qui hic nominantur, quidam ſunt excommunicati ipſo iure, quidam ueniunt excommunicandi per ſententiam iudicis, de quibus dicere non eſt hic locus, not. aliquid in cap. fi. eo. & plenius in c. tua nos. de ſent. excom.

g Paganus. c. eccle. cũ c. ſeq. de cõſec. d. iiij.

h Exercuit. c. quia in omnibus. de uſuris.

i Cõſciuerũt. 23. q. v. c. placuit, & c. ex pte. eo.

k Iniecerunt. c. fi. eod ubi & de inceſtis, & de eccleſiarum uiolatoribus, & de homicidis.

l Blaſphemi. c. ſtatuimus. de maledi.

Pro

pro manifeſtis [a] condemnatus eſt exceſsibus, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi poterit.

Tumulati contra canones ſunt exhumandi, ſi illorũ corpora poſsint diſcerni à corporibus fidelium. h.d.

Et ſi contigerit aliquando horum corpora ĩ cœmeterio Eccleſiaſtico tumulari, ſi ab aliorũ corporibus diſcerni poterunt exhumari [b] debent, & ab Eccleſiaſtica ſepultura procul [c] iactari. Quòd ſi diſcerni non poterunt, cum excommunicatorum [d] oſsibus corpora fidelium extumulãda nõ erũt. [e] Cum licet non obſit iuſtis ſepultura nulla uel uilis, celebris tamen uel ſpecioſa non proſit improbis. [f]

Qui contemptis clauibus non humandos in locis ſacris humauerit excommunicationem incurrit, à qua nõ eſt abſoluendus antequam arbitrio Epiſcopi ſatisfecerit. h.d.

Si quis autem contemptis Eccleſiæ clauibus huiuſmodi perſonas, aut interdicti tẽpore [g] quoslibet, in Eccleſijs uel cœmeterijs ſepelire auſus fuerit, [h] ipſo facto, [i] excõmunicationis ſententiã incurret, à qua niſi prius ad arbitriũ diœceſani Epiſcopi eis quibus [k] iniuria irro-

a Pro manifeſtis. c. ſi. eod.

b Exhumari. Quod poterit facere epiſcopus ſua authoritate, etiam in locis exemptis, ut ꝑ Ab. in c. ſacris. in ſi. eod. aliàs effodientes ſepulturas incurrunt ſacrilegium, ut per Ab. in cap. adhæc. de auth. & uſu pal. & ſpoliãs cadauer, uel aliter ei iniuriam inferens, ultra aliàs pœnas, faciunt iacturam. legitimæ ſi ſint perſonę quibus legitima debeatur, & omniũ ſibi à defuncto relictorum, Roma. conſ. clxxxv. & ꝑ Ant. Franc. in d. cap. adhæc.

c Procul. In tanta diſtantia ꝙ uoces clericorum cãtantium non poſſint inde exaudiri: argumen. capit. quod ĩ te. de pęn. & remiſſ. & ꝑ Ab. in c. ſacris. eod.

d Excommunicatorum. Intellige etiam de excõmunicatis minori excommunicatione, ut habetur in Cle. j. eod. & per Inno. in ca. ſacris. eod. & commu. Doctor.

e Non erunt. Not. ꝙ ratione dubietatis aliquid admittitur, quod aliàs non admitteretur, xj. q. iij. cap. nolite. & xiij. q. ij. cap. ſi æſtimemus. & ff. de adim. leg. l. iij. §. ſi duobus. Idẽ contingit ratione connexitatis, xiiij. q. v. cap. denique. & d. lxxxj. cap. cum omnibus. & ff. de ſolu. l. ſi alieni. & ff. de mino. l. etiam. Idem ratione difficilis ſeparationis ff. de neg. geſt. l. cũ eum actum. & ff. de admi. tuto. l. tutorem qui tutelam. Idem ratione difficilis probationis, l. duo ſunt filij. ff. de teſtam. tutel. Arg. contra de pœnit. d. v. & ff. ad leg. Aquil. l. ita uulneratus, & l. cum ex pluribus. ff. de manu. teſtam. & not. in cap. ſacris. eod.

f Improbis. Si ergo non poteſt puniri malus quin etiam bonus puniatur, potius eſt tolerandus malus, quàm bonus puniẽdus. l. abſentem ff. de pęn. & xxiij. q. iiij. c. quã magnum. Et fac. hoc ad q. de fratribus habentibus domum cõmunem pro indiuiſo, quòd propter partem innocẽtis, pars delinquentis deſtrui nõ debeat. Sed contra facit c. ſed ecõtrario. de pęn. diſt. ij. ubi ob delictum Sodomitarum fuerunt cõbuſtæ quædam uicinæ ciuitates, de hoc uide quod ibidem not. & per Bart. ĩ l. Attheius. ff. de aqua plu. ar. & per Doct. in l. & ſi ſeuerior. C. de his qui not. in fam. & per Ab. & aliòs in ca. ſacris. eod. & quod hic & in d. cap. ſacris dicitur, quòd improbis ſpecioſa ſepultura non prodeſt, ſecundum Ab. ibi, dic quòd. immo nocet. & facit capit. quibus. cum ſequen. xiij. quæſt. ij.

g Tempore. Quo tempore eſt interdicta eccleſiaſtica ſepultura, capit. quod in te. de pęnit. & remiſſ. & cap. ut priuilegia. de priuileg.

h Auſus fuerit. Scilicet ſcienter, ut in Cle. j. de ſepult. cũ ibi alleg. Sed an quod hic dicitur militet in portãtibus ad ſepulturã, nõ tñ ſepelientibus, an in concomitantibus, an in fodientibus, fabricantibus, uel ſepulchrum aperientibus, an in prælatis, ſacerdotibus, & miniſtris qui id non prohibent, ſed patiuntur, an in his qui portant cereos, crucem, & ſimilia? Reſpondeo hæc dubia potius principis declarationem expoſcunt, quàm interpretantis opinionem, uide Gloſ. in Cle. j. eod.

i Ipſo facto. No. caſum in quo quis ipſo facto eſt excõmunicatus, alij no. i Cle. j. de ſent. exc.

k Eis quibus. Sed qui erunt hi? Reſp. ut not. in Cle. j. eod.

gata fuerit ſatisfactionem competētē exhibuerit, abſolui nō poterit, nec ullum circa præmiſſa cōtrafacientibus priuilegium ſuffragabitur.

Reconciliati, licet alioqui Eccleſiaſticæ ſepulturæ non eſſent tradendi, poſt reconciliationem tradi poterunt. h.d.

Sed hæc de illis intelligēda ſunt, qui impœnitētes deceſſerint, nec in articulo [a] ſaltem mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint. Nam ſi dum forſitan in extremis agerent, legitimè [b] abſoluti fuerint. Cœmeteriū his & alia [c] Eccleſiaſtica ſuffragia denegari nō debent: hæredes tamē [d] & propinqui ad quos ipſorum bona peruenerint, [e] ut pro eiſdem ſatisfaciant, ſi caſus exigat, Eccleſiaſtica ſunt cenſura cōpellendi. [f]

Cadauera punitorum pœnitentium ſunt tradenda ſepulturæ Eccleſiaſticæ. h.d.

Ex his apparet eorū cadauera, qui poſt confeſſionem [g] Deo peractam, pro ſceleribus ſuis ī patibulis ſuſpenduntur, ad Eccleſiam eſſe deferenda, & oblationes pro eis offerendas. Cum enim pro peccatis ſuis pœnam extremam ſoluerint, & dignè pœnituerint, non iudicat Deus bis idipſum. [h]

Deprehenſi in ſcelere, & uulnerati ſi confeſſi ex uulneribus mortui fuerint. itē improuiſo caſu oppreſſi, non priuantur Eccleſiaſtica ſepultura. h.d.

Quin etiam ſi dum in ſcelere comprehenduntur, uulnerati fuerint & ſacerdoti, poſt

a In articulo mortis. Quo tempore poterit per ſacerdotem à uinculo excōmunicationis, etiam in caſibus Papæ reſeruatis, Ab. & alij in cap. fi. eod.

b Legitimè. Secūdum formam c. ex tenore. & cap. cum deſideres. de ſent. excō.

c Et alia. Arg. ꝙ cui conceditur unum ſacramētū uel negatur, & alia intelligunt negata uel conceſſa. fac. c. ad eius. diſt. v. & ca. illud. diſt. xcv. & xiij. q. ij. c. fi. ſed cōtra de torneam. c. j. & de raptor. ca. ſuper eo. ubi licet concedatur pœnitentiæ ſacramentum & Euchariſtiæ, eccleſiaſtica tamen ſepultura denegatur: ſed illud fit ad terrorē aliorum: ut not. in c. fi. eo.

d Hæredes tamen. Nota limitationem ad cap. ex parte. primo de uerb. ſigni. ubi excommunicatus ꝑ manifeſta offenſa non debet abſolui niſi prius ſatiſfaciat: nam hoc non habet locum ſi quis ſit in extremis, ut hic, & cap. fi. eod. Idem putat Abb. ſi ſatisfactio longum exigat tractatum, capit. quæſtioni. de appell. ubi plenè per Abb. fac. cap. qui recedūt xxij. quæſt. vij. Item nota ex hoc § unam differētiam inter ius Canonicum & ius ciuile: quia de iure canonico hæres indiſtinctè tenetur pro delicto defuncti: ſecus de iure ciuili, quod tamen quomodo procedat latiſsimè per Ab. in d. cap fi.

e Bona peruenerint. Videtur ergo quòd hoc ſatisfaciendi onus ſit non tam heredis, quàm bonorum. fac. c. fi. unde ſumitur. quod forte poterit procedere quando bona quę deuenerunt ad manus hæredis non ſufficerent.

f Compellendi. Scilicet ſi deceſſit pœnitēs: aliàs ſi impœnitens, eccleſia ſe non impedit ſuper iſta ſatisfactione & defuncti exoneratione: ut per Ab. in c. à nobis. ij. de ſent. excōmu. in ultimo not. Et nota hic caſum generalem in quo eccle. exercet iuriſdictionē in laicos, uidelicet cōpellēdo hæredes ad ſatisfaciendum pro defuncto: ut ꝑ Ab. in d. c. a nobis, & in c. fi. eodem.

g Poſt cōfeſſionem. Et Euchariſtiā ſumptam: qa ſi petant nō eſt denegãda, Cle. j. de pœn. & remiſ. Sed Quæri conſueuit quare liberet ille qui fugit ad eccleſiam, & non ille q recipit corpus Chriſti, cum tamen Euchariſtia multū præſtet eccleſiæ? Reſpond. quia corpus Chriſti cibus eſt animæ nō corporis: ergo animam liberat non corpus. Vel dic ꝙ cum hoc ſit priuilegium eccleſię ad cōſequentiam trahi non debet: ut xvij. q. iiij. cap. ſicut. Vel dic quòd etiam corpus Chriſti aliquando liberat, puta ſi ductus ad patibulum fiat obuius ſacerdoti deferenti ſacramentum, ſecundum quoſdam.

h Bis id ipſum. Immo uidetur contra: quia delictum punitum in foro pœnitentiali punitur

in contentioſo, & econtrà: ut per Abb. in cap. ſi eo. Item punitus per iudicem Eccleſiaſticum punitur per ſecularem, Doct. in cap. j. & in cap. at ſi clerici. de iudi. & in cap. tuæ. de procurat. & per Abb. in cap. cum in cunctis. §. ſi. de elect. Sol. quòd hic bis puniretur in eodem foro, ſcilicet pœnitentiali & eccleſiaſtico. Vel ſol. ex his quæ ponuntur per Doct. in cap. cum ſit. de for. compet. & in alijs locis ſupra allegatis.

a Denegabitur. c. fures. cum capit. ſeq. xiij q. ij.

b Aliud. Fac. c. ex parte. ij eod. & xxiij. q. v. cap. de occidendis.

c Improuiſus. Not. quòd decedens ſine confeſſione exteriori in extremo uitæ facta, debet ſepeliri in cœmeterio eccleſiæ, ex quo confeſſionem non cōtempſit, ſed eſt morte præuētus, nec eſt præſumendum quòd deceſſerit ĩ peccato mortali, cum quilibet præſumatur bonus, niſi tamen per annum confeſſionem cōtempſiſſet, iuſta formā ca. omnis. de pœnit. & remiſ. & ſic not. ꝙ quis ſepeliendus eſt in cœmeterio ſine aliquo ſacramento. quod putat notandum Ab. in c. ex parte. eo.

modum confeſsi, ex uulneribus acceptis deceſſerint, communio eis minimè denegabitur, [a] quāquàm ſi dum ſeipſos defendunt interfecti fuerint, aliud [b] ſit ſtatuēdum. Is autem quem caſus improuiſus [c] opprimit, ſi nihil aliud obſiſtat Eccleſiaſtica ſepultura nō arcebitur.

Pro ſepulturā non poſſunt clerici aliquid exigere, nec cōſuetudo in contrarium ualet, poſſunt tamen ſponte oblatū accipere. h. d.

Illud etiam atque [d] etiam admonēdi ſumus ſacris Canonibus penitus interdici, ne quis terram pro ſepulchro [e] uēdere, aut pro hominibus ſepeliendis, quoquo modo munera exigere audeat, niſi fortè ſepeliendus Eccleſiæ in cuius atrio ſepelitur aliquid uiuens tradi iuſſerit; [f] aut poſt mortē ipſius parentes, proximi, uel hæredes pro luminaribus, uel eleemoſyna aliquid ultro dare uoluerint, quo caſu ſpontè oblatum, licitè recipi poterit, peti uerò uel aliquid exigi eſt omnino uetitum, ne aut uenalis dicatur Eccleſia, aut clerici hominum interitu gaudere uideantur, ſi ex illorum cadaueribus ſtudeāt habere compendium, [g] nec obtentu cuiuſquā conſuetudinis, [h] niſi

d Etiam atque etiam. Et ſæpe ac ſæpius, & utitur hac uerborum inculcatione: quia diſtrictiſſimè ac ſæpiſſimè quod hic dicitur à iure prohibetur, ut apparet xiij. q. ij. c. quæſta. cum pluribus ſeq in capit. abolendæ. eo. c. non ſatis. & capit. ad Apoſtolicam. de ſimo. & alibi ſæpe, licet tam multæ prohibitiones ob auiditatem ſacerdotum malè ſeruentur.

e Terram pro ſepulchro. Intellige ſecūdum Gloſſ. & Doct. in cap abolendæ. eod. de terra & loco iam religioſo & cœmeteriato, qui cū ſaltē largè accipiendo ſit ſacer. non eſt mirum, ſi pro eo nō pōt aliquid accipi, cęterū ſi ſit locus merè purus & priuatus, tunc procul dubio poterit uendi etiam quod ibi fiat cœmeterium, uel eccleſia. xij. q. ij. ca. aurum. nemo. n. de ſuo beneficiū facere cogitur, x. q. ij. c. ꝓcarie, eſt & alius caſus quādo locus eſt religioſus inſpecto ſolum iure ciuili illatione cadaueris, de quo latè ꝑ Doctor. in c. abolendæ. eo.

f Iuſſerit. c. abolendę. eo. Sed quæritur an forte intuitu huius præſtationis, uel ex ſimili cauſa, poſſit quis habere ſepulturam in eccleſia, hoc ē aliquod jus ĩ perſona ſua, ſuorūq; hæredum radicatum? Reſpondeo reſpectu proprietatis non eſt dubium, quòd nō cum locus ſit ſacer, uel religioſus, qui non eſt in comercio, Ab. in cap. quanto. de iudi. ſed bene ſecundum quoſdam habet ius ſepeliendi, adeò ut nemo poſſit ibi eo inuito ſepeliri, niſi in caſu neceſſitatis, ſecundum Vincent. ſed melior uidetur opinio quòd laici inuito epō non poſſit aliquid iuris acquirere, & pōt eps cōcedere ꝙ unus ſepeliatur in ſepulcro alterius, ut per Arch. in capit. præcipiendum. xiij. q. ij. & ſi alter uideatur ſe habere conſuetudo. ſed hoc eſt potius ex quadam tolerantia, ut per Ab. in c. j. & c. abolendæ. eod.

g Compendium. Sic xiij. q. ij. c quæſta.

h Conſuetudinis. Fac. c. abolendæ. eo. & cap. quando. & cap. dilectus. & cap. ad Apoſtolicā. & cap.

& capit. non ſatis. de ſimo. & de uiribus huius conſuetudinis latiſſimè per Ab. in d.c.ad Apoſtolicam.& in c.ſuam.de ſimo.

a Niſi pia & laudabilis. Quo caſu laici ab epiſcopo compelli poterunt illam ſeruare ut habetur in c abolendæ.eod.& in c. ad Apoſtolicã.de ſimon.& ſic nota aliũ caſum in hac materia in quo epiſcopus habet iuriſdictionẽ in laicos ultra caſum. §. ſed hęc de illis. ſupra eo. Sed quo poteſt hoc procedere, cum ex his quæ ſunt merę facultatis, uel ex datione annua gratis facta non inducatur aliqua conſuetudo uel præſcriptio, ut not. & legitur in l.j.C.de ſerui.& aqua. & p Bart. in l. cum de in rem uerſo.ff.de uſuris Io. And.in c Ioannes.de cle.coniug. Innoc. in cap. bonæ.ij. de poſtul. prælat. & latè per Ab.in cap.ſuam.de ſimo. Hoc putatur fortiſſimum contrarium,& tribus modis reſpondet Abb.in d.capit.ſuam.& demum uidetur in hoc reſidere, quòd contrarium non procedat fauore eccleſię. Sed cuius erit iudicium an hęc conſuetudo ſit laudabilis? Reſpondeo epiſcopi, Abb. in d.capit.ad Apoſtolicam. ubi rationem etiam aſſignat, & in tantum ſeruanda erit hæc laudabilis conſuetudo, ut non poſſit per contrarium ſtatutum laicorum tolli, ut per Abb.in d.cap.abolendæ. poſt Bart.in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccleſ. ex quo infertur quòd Senenſes non poſſunt per ſtatutum tollere quo minus fiat oblatio fieri ſolita in aſſumptione beatæ Mariæ.

pia & laudabilis [a] fuerit, reatum ſuum quis excuſare poterit.

DE CANONICA PORTIONE. [b] XXV

Quid ſit canonica portio; & quod eſt duplex parochialis, & Epiſcopalis, & quòd parochialis debetur curato de relictis factis Eccleſiæ, in qua quis poſthabita propria Eccleſia elegit ſepeliri. h.d.

Canonica portio [c] eſt, quæ de relictis, [d] & prouentibus Eccleſijs obuenientibus [e] detrahitur, & prælatis [f] debetur. Eſt autem duplex parochialis,& Epiſcopalis. Parochialis eſt, quæ parochiali Eccleſiæ, uel ipſius Curato, & Rectori debetur. Sciendum eſt enim ſi quis in alia Eccleſia, quàm in ea, in qua diuina audit officia,& Eccleſiaſtica ſacramenta percipit, ſepulturam ſibi elegerit. (Quod quibus caſibus fieri poſſit, proximè expoſui-

DE CANONICA PORTIONE. b

Portione. Dictum eſt ſupra de ſepulturis, quæ regulariter, & de iure communi debẽt fieri in parochialibus eccleſijs. ſed cum contingat ſæpe laicos poſthabita parochiali eccleſia in alia ſibi ſepulturam eligere, quo caſu parochialis detrahit quartam de relictis eccleſiæ in qua quis eligit ſepeliri, meritò poſt dictum de ſepulturis, uenit dicendum de portione canonica quæ detrahitur occaſione ſepulturę.& quia canonica parochialis eſt in multis ſimilis epiſcopali, ideò ĩ eodẽ titulo tractat de utraque.

Canonica portio eſt.

c Portio. Sed quota eſt hęc portio? videtur quòd ſit dimidia, ut x. q.j.cap. antiquos. & cap.ij.de ſepul. Immo uidetur tertia portio, ut in c. de his. & cap. decernimus. xiij.quæſt.j.& xvj.quæſt.j.cap conſtitutus. & d.cap.ij. Immo uidetur quarta, xij. quæſt.ij.cap. Vulterranæ. & cap. conquerente.de offi.ordina.& cap cum ſuper.de ſepult.& hoc magis communiter tenetur, ut per Abb. in cap.requiſiſti. de teſtamen. & per Petrum de Peru.in tractatu de canonica epiſcopali ca. ij. & in eodem tractatu cum tractat de parochiali, cap.v incipit uenio ad quintum. conſuetudo tamen poteſt illam augere, in cap.certificari. de ſepult.

d Relictis. Hoc uerbum reſpicit ea, quæ dantur per uiam ultimæ uoluntatis, l.j.in fi.ff. de tab.exhib.qui tex.mihi hoc nunquam probauit, cum ibi fiat uis in tempore præterito, non in qualitate & natura uerbi, unde forte non eſt uera. com. opi. de iſto uerbo per.l.hoc ſermone.ff.ſi lib.ingen eſſe dicatur.

e Obuentionibus. Etiam alia uia quàm ultimæ uoluntatis cap.de his. de ſepult. & infra eod.§.j.

f Prælatis. Accipe hoc uerbum largè ut cõprehendat etiam rectorem & curatum paro-

muſ)ne parochialium Eccleſiarum Rectores, quibus cura incũbit animarum, debitis fraudentur ſubſidijs, conſtitutum eſſe, ut Curatus de his rebus, quas defunctus [a] pro anima ſua in ultima diſpoſitione reliquit Eccleſiæ, in qua ſepeliri elegit, quartã partẽ [b] præcipiat, [c] aut aliam quã legitima cõſuetudo [d] præfixerit.

De his quæ quis uiuens, & ſanus contulit alicui Eccleſiæ Curato non debetur canonica portio ſecus ſi infirmus, & ex eadem infirmitate decedens. h.d.

Sed etſi nihil quidem teſtamento quis reliquerit, ſed in ægritudine conſtitutus [e] cum bonis ſuis ad loca religioſa ſe tranſtulerit, [f] Eccleſiæ parochiali, canonica portio debetur, ſi modo ille de eadem ægritudine deceſſerit. Quòd ſi ſanus ad ea loca ſe traſtulerit, de his quæ locis ipſis contulit, cogi non poterit [g] aliquid Eccleſiæ à qua diſceſſit impertiri, q̃a liberum eſt eis tunc bona ſua non ſolum religioſis, ſed etiam quibuslibet [h] priuatis conferre. [i]

Canonica portio ſoluitur Eccleſiæ, in qua quis diuina percipit, & ſi duo quis habeat domicilia, diuidetur inter Eccleſias duorum domiciliorum hoc dicit.

Dubitari tamẽ poteſt, ſi cuius maiores antiquitus in aliqua

chialis eccleſiæ iuſta ea quæ ponit Ab. in cap. de multa. de præbend. & in cap. requiſiſti. de teſtamen. & in c. ij. de iudi.

a Defunctus. Et ex hoc not. ſecundum utrunque Abb. in c. j. de ſepult. quòd uita laicorum eſt clericis paſſio, ſed mors eſt conſolatio: quia dum laici uiuunt debent eis ſacramenta exhibere, prædicare, orare, & alia diuina facere, unde de eis ſcribitur. Peccata populi mei comedent, id eſt, orando delebunt, cap. quẽ pœnitet. de pœnit. diſt. j. & j. q. j. cap. dictum. & cap. ipſi ſacerdotes. mors uerò dicitur ſolatium reſpectu perceptionis temporalium.

b Quartam. c. cũ ſuper. de ſepul. & not. ſupra eod. in princ.

c Precipiat. Sed quid ſi quis ĩ una eccleſia audit diuina, in alia uerò accipit ſacramenta, & iuridicè hoc facit, puta habet quis domum in confinio duarum parochiarum, uel habet duas domos contiguas quas utraſque inhabitat, ſed una eſt unius parochiæ alia alterius, quæ nam habebit canonicam? Reſpon. diuidenda erit, ut not. in cap. ij. de ſepult. in vj. & per Ab. eodem titulo cap. j. in antiq. fac. not. per Innoc. & per Io. And. in capit. ſuper eo. de parochia, & not. etiam in cap. de his. de ſepult. fac. infra. eo. §. dubitari.

d Conſuetudo. Vt ĩ cap. certificari. de ſepul. ubi de hoc Petrus de Vbal. qui fuit ante Abb. in ſuo tract. de canonica parochiali cap. v. incipit, uenio ad quintum, ultra conſuetudinem addit de præſcriptione tanquam à conſuetudine diuerſa, & eius dicta poſſent intelligi iuſta tradita per Abb. in d. cap. certificari.

e Conſtitutus. Not. quem ingredi poſſe religionem dum eſt in ægritudine, quia talis ingreſſus uel uotum de ingrediendo pendet à ſanitate mentis nõ corporis. fac. cap. porrectum. de teſtamẽ. & c. de his. de ſepult.

f Tranſtulerit. Hoc uerbum in c. de his. de ſepul. unde ſumitur, intelligitur duobus modis. primo. ut hæc trãslatio importet monachationem, & tunc ideò dari debebit canonica: quia p̃ profeſſionem & monachationem cẽſetur mortuus: ut per Ab. in c. ij. & c. de his. de ſepult. Innoc. uerò intelligit ſolum qñ quis ingreditur monaſterium ut uiuat cũ monachis, citra tñ profeſſionem, prima melior cũ uerbũ tranſtulerit, deſignet plenã trãslationẽ, xxj. q. ij. c. ſi quis trãslatus.

g Non poterit. No. ergo ꝙ de relictis uel traditis alicui eccleſiæ in uita nõ debet canonica portio, quod intellige nõ ſolũ de parochiali, ſed etiam de ep̃ali, ſcd̃m Ab. ĩ c. de his. de ſep. dic tñ ut p̃ eundẽ in c. requiſiſti. de teſtam.

h Quibuslibet. Honeſtis tamen, & non hæreticis, diſt. lxxxvj. c. donare, & l. ei qui, C. de apoſt. & c. ſi quis ep̃s, cum c. ſeq. de hæret.

i Conferre. Põt etiã bona ſua cõſumere niſi tñ faceret in fraudẽ filiorũ: q̃a tũc reuocaretur alienatio uſq; ad portionẽ filijs debitã, ut per Doct. in c. Raynutius. & in c. Raynald. de teſtã. & per Ab. in c. de his. de ſepul. & eſt hic arg. ꝙ quis põt in uita, quod non poteſt in morte.

Eccleſia ſepeliri conſueuerãt, ea dimiſſa [a] alibi ſepulturam elegerit, num dimiſſæ canonica portio debeatur, an parochiali, & ſtatutum eſt illi perſoluendã, in qua quis audire diuina, uel ſacramenta recipere debet. Quòd ſi is qui duo habet domicilia, [b] ſeque in utroq; collocat [c] æqualiter in loco tertio ſepulchrum eligat, [d] domiciliorũ Eccleſiæ inter ſe canonicam portionẽ diuident. [e]

Ponit de quibus rebus parochialis non detrahatur. h.d.

Sunt [f] tamen quædam relicta [g] ex quibus canonica portio detrahi non debet, ut puta ſi quid pro fabrica, pro luminarijs, ꝓ anniuerſario, pro eqs uel armis [h] contra infideles exercendis, uel aliàs ad perpetuũ cultum diuinum, uel particulari perſonæ legãtur, de quibus omnibus, niſi ea machinatione facta fuerint, ut parochialis Eccleſia fraudetur huiuſmodi portio detrahenda nõ erit.

Minores, & Prædicatores indiſtinctè de omnibus obuentionibus parochialem portionem ſoluere tenentur. h.d.

Sed iſtud [i] quidẽ ita demum obtinet, ſi neq; in Minorũ, neq; Prædicatorũ quis Eccleſijs ſepulturam ſibi elegerit: hoc enim caſu dictorũ ordinũ fratres de omnibus obuẽtionibus tã funeralibus, [k] quã quibuſcũque, & quomodocunque [l] relictis diſtinctè uel indiſtinctè, ad quoſcunq; certos uel determinatos uſus, ẽt de qbus canonica portio dari, ſiue exigi nõ cõſueuit, uel de iurẽ [m]

a Ea dimiſſa. Quid ſi non dimiſerit, ſed in ea ſepeliatur, & aliquid eidem relinquat? Reſpondeo adhuc parochialis habebit canonicam, ſecundum Lapum alleg. lx. in fi. quem ſequitur Peruſi. in cap. ij. de ſepult. in vj. unde ſumitur. Aliud enĩ eſt ius parochiale, aliud ius funerandi, ut patet in d.c.ij. ſecundum inductionem Peruſi. & tenet ibidẽ expreſsè Gloſ. per cap. j. de ſepult. eod. lib.

b Domicilia. Quod eſſe põt, c. dilectus. ij. de reſcript. not. in cap. ex parte. & in ca. fi. de fo. cõpet. fac. l. aſſumptio. ff. ad municip. poſſet etiam quis eſſe ſine domicilio ſi nauiget uel uagetur nondum conſtitutum habens quo loco ſe collocet, l. Labeo, & l. eius. ff. ad munic.

c Collocat. Secus ergo ſi in uno tãtum domicilio habitet: quia hic requiritur actualis habitatio ſecũdum Domi. & Peruſi. in ca. ij. de ſepult. in vj.

d Eligat. Idẽ ſi non eligat, ſed aliàs de iure in ea ueniat ſepeliendus, putà: quia in ea eſt ſepulchrum maiorum ſuorũ, ſecũdum Io. And. in c. in noſtra. de ſepulturis. ſequitur Peruſ. in c. ij. eo tit. in vj. Sed qualiter erit facienda diuiſio, ſi in altera earum ſepeliri elegerit? Reſp. ut per eundem in d.c.ij.

e Diuident. Facit hoc ad q. de pluribus ſimul caſtrum intrãtibus propoſito unico præmio, ꝙ debeant inter ſe diuidere. de quo Bart. in l. hoc articulo. ff. de hære. inſtit.

f Sunt tamẽ &c. De hac materia ultra ea quæ dicuntur pro Doct. in c. requiſiſti. & in cap. officij. & in capit. fi. de teſtam. uidendus eſt Petrus de Peruſia in ſuo tractatu de Canonica Epiſcopali ĩ prima parte, c. vij & in ſecunda parte c. iiij. uer. uenio ad quartum.

g Quædam relicta. Regulariter ergo de quibuſcũque. exceptio enĩ regulam firmat, l. nã quod liquidè. §. fi. ff. de pe. lega. & xxxij. q. vij. c. ſi dominus. & ca. ij. de cõiug. leproſo.

h Et armis. cap. in nr̃a. de ſepult.

i Sed iſtud. De hac materia latiſſimè per Petrũ de Peruſ. ĩ ſuo tract. de canonica ep̃ali & parochiali ĩ ſecunda parte cap. quoniam autẽ. & c. uenio ad quintum. ubi latè explicat materiam Cle. ij. § huiuſmodi. de ſepult.

k Funeralibus. Funeralia ſunt q̃ funeris occaſione erogantur, etiam candelæ quæ dantur ad manus: ut not. in Clem. ij. §. huiuſmodi. aliàs uerum.

l Quomodocunque. Ex iſta tam inculcata generalitate uidetur dicendum, ꝙ etiam de relictis pro dicendis miſſis ſit facienda iſta detractio: ut not. in d. Cle. ij. §. uerum. de ſepult.

m De iure. Vt ſupra. §. proxi. & capit. fin. de teſtamen. & ſic patet quòd hic ſumus in corre-

ctorijs, meritò non eſt hoc extendendum ad alios, quàm ad fratres minores, & prædicatores, iuſta not. in c. quæ à iure de re. iur. in vj. & not. in clemen. ij. §. uerum. de ſepult. Abb. tamen in dicto cap. fin. dicit quòd hoc hodie eſt prorogatũ ad fratres ſancti Auguſtini & Carmelitanos.

a Datis. Etiam ſi teſtator legatũ ſoluat ĩ uita: quia uidetur illud ſoluere ut legatum: ut not. in Cle. ij. §. uerum. in uerbo datis. de ſepult.

b Qualitercunque. Quid ſi nil relinquitur, ſed frater datur executor ad certam ſummam diſtribuendã arbitrio ſuo: uel ſibi quid legatꝰ diſtribuendum, quam ſummam, & quod ipſe executor uel legatarius diſtribuit in eoſdẽ? dic quòd ad huc debetur hæc quarta ob hanc uerborum generalitatẽ, & quia tunc accipitur à tali executore uel legatario, ut à miniſtro. l. ſi quis Titio ff. de leg. ij. l. diuus. ff. ſi cui plus quàm per leg. falcid. Idem eſt ſi decedens mandet alicui executori ut aliquid det uel promittat, ſicut & fideicommiſſum tacitum non capaci dimiſſum ſubiacet falcidæ. fac. l. tertia. §. ſi quis. & §. quando. ff. de iu. fiſci. & ff. de his quib. ut indig. l. in fraudem. & l. iij. C. ad leg. fal. & not. in Cle. ij. §. uerum. de ſepult.

c Deceſſerit. Et quòd petierit habitum in morte, immo etiam quòd fuerit profeſſus, ut habetur in c. de his. de ſepult. & not. ſupra eo. §. ſed & ſi nihil. in uerb. tranſtulerit.

d Indirectè. Puta quòd detur mandando ꝙ detur nõ facta de hoc mentione in teſtamẽto.

nõ debet, nec nõ de datis [a] uel qualitercunque [b] donatis in morte, ſeu mortis articulo, in infirmitate donantis uel dantis, de qua deceſſerit, [c] quomodocunque directè uel indirectè, [d] quartam partem parochialibus ſacerdotibus, & eccleſiarum Rectoribus integrè largiri [e] tenentur. [f]

Canonica epiſcopalis eſt quam detrahit epiſcopus de relictis pro anima, quam teſtator prohibere non poteſt, & ubi eadem ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. li. 4.

Canonica portio epiſcopalis eſt, quæ de relictis alicui eccleſię pro anima ab epiſcopo deducitur. Nã ueluti parochialis eccleſia pro labore, & cura quã geſſit animarum certam portionem detrahit de relictis alteri eccleſiæ in qua quis ſepulturam elegerit: ſic etiam [g] licebit ipſo epiſcopo, niſi ſibi quadragenaria obſtet pſcriptio, [h] curæ paſtoralis intuitu, quam diœceſi ſuperintendens ſuſcipit de relictis, & pro anima [i] cuiuslibet eccleſiæ [k] oblatis canonicam ſumere portionem, [l] etiam ſi teſtator expreſſerit quòd non epiſcopi uelit eſſe relictũ, ſed tantũ [m] eccleſiæ, cum priuata teſtatoris diſpoſi-

e Largiri. Videtur ergo quòd iſtam quartã debeat Curatus accipere de manu iſtorum fratrum non heredum. ſed dic quòd Curati hanc quartam uendicare poſſũt, & inhibere hæredibus uel per fideicommiſſũ grauatis, ne illam ſoluant fratribus; præcipuè cum illos ſuſpectos habere poſſunt ꝙ ſibi eandẽ non ſoluant; ad hoc. l. hæres. in fi. ff. ad Treb. & l. linea. ff. ad leg. falc.

f Teneantur. Hoc fuit inductũ in recompenſatiõnem damnorum, quæ ſuſtinent eccleſiæ parochiales propter priuilegia conceſſa dictis fratribus: ut in Cle. ij. §. uerũ. de ſepult: & per Abb. in c. fi. in fi. de teſtam.

g Sic etiam. Nã ſimilitudo cauſæ effectus ſimilitudinẽ arguere debet, & uidetur ualere argum. de canonica parochiali ad epiſcopalem & contra c. fi. de teſtamen.

h Præſcriptio. Vt habetur in c. de quarta. de præſcription.

i Pro anima. Quòd præſumitꝛ eo ipſo ꝙ relictum eſt eccleſiæ, ut per Ab. in c. requiſiſti. de teſt. & ꝑ Legiſtas in l. ciuibus. ff. de rebus dub.

k Eccleſiæ. Quid ſi pauperibus. Reſp. diſtinguendũ eſt utrũ relictũ ſit pauperibus certi loci, an ſimpliciter pauperibus, ut ꝑ Ab. in c. dudũ. de cõuerſ. cõiug. Quid ſi eccleſia cui relinquitꝛ ſit exẽpta? qd ſi ſit relictũ alicui hoſpitali? quid ſi iſtis fraternitatibus laicorum, dic ut per Abb. & alios in c. officij de teſtam.

l Portione. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. c. j. de ſepult.

m Tantum eccleſię. Sed quę eſt ratio diuerſitatis

ſitio generalem canonis conſtitutionem immutare nequeat. [a]

Eccleſiæ debetur canonica portio de relictis epiſcopo, quam tamen poteſt teſtator prohibere. h.d.

Item ex contrario, quemadmodum epiſcopo ſua portio cõpetit, ſi quid eccleſiæ relinquatur, ità ſi quid epiſcopo relictũ fuerit, eccleſia de illo canonicam petere portionem poterit, [b] ſed hoc caſu ſi teſtator exprimat quòd uelit illud epiſcopi tantum eſſe non eccleſiæ, teſtatoris erit ſeruanda diſpoſitio. [c]

Si quid ſimpliciter epiſcopo à coniuncto fuerit relictũ in dubio non debetur eccleſiæ canonica portio, ſecus ſi ab extraneo. h.d.

Sed in hac ſpecie multum intererit, qua legandi formula teſtator uſus fuerit. Nã ſi ſimpliciter dixerit, *Rem talem relinquo*, diſtinguendum eſt, epiſcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim caſu cũ non eccleſię relictum præſumatur intuitu, niſi fortè id probetur, [d] ſed perſonæ, de relicto in uita epiſcopi eccleſia petere nihil poterit. Contraria obtinet præſumptio & diſpoſitio, ſi ab extraneo quid epiſcopo relictum fuerit.

Si quid coniunctim legetur epiſcopo, & eccleſiæ fit inter ipſos diuiſio, etiam ſi teſtator hoc reliquerit epiſcopo, illud eccleſiæ niſi ſtare uelint teſtatoris uoluntati quod ob fauorem ultimæ uoluntatis conceditur. h.d.

Quòd ſi cõiunctim dictum fuerit. *Relinquo rem epiſcopo &*

ſitatis quòd quando eccleſiæ tantum relinquitur, nihilominus epiſcopus habet ſuam canonicam, ut hic. Sed quando relinquitur epiſcopo tantum eccleſia nihil habet, ut in §.ſeq. & in c. requiſiſti. de teſtam. cum tamẽ epiſcopus ſit in eccleſia, & eccleſia in epiſcopo, ut c. ſcire debes. vij. q. j. Reſp. quando relinquitur eccleſiæ quãuis apponatur taxatiua tantum, nihilominus epiſcopus non excluditur: quia continetur ĩ relicto: quia ipſe eſt caput eccleſiæ. c. nouit. de his quæ fi. à præl. ſine conſen. capituli, impoſſibile eſt ergo quòd ita legari poſſit eccleſiæ quòd non & epiſcopo qui eſt pars & potiſſima eccleſiæ: argu. l. cum in diuerſis. ff. de religio. & ſump. fun. At cũ relinquitur tantũ epiſcopo, quia intuitu perſonæ non dignitatis intelligitur, nõ magis eccleſiæ portio aliqua debebit, quàm ſi cuilibet priuato fuiſſet aliqd relictũ, & ita uidetur notari in d. c. requiſiſti. ubi etiam aliter reſpondetur: ſed tex. ibi uidetur dicere hoc eſſe iuris poſitiui, ut & hæc litera innuit ibi. *Cum priuata teſtatoris diſpoſitio.*

a Nequeat. Xij q. iij. c. pontifices. l. nemo. ff. de leg. primo. cap. requiſiſti. de teſtam.

b Poterit. Hoc de facto hodie non ſeruatur ſecundum Abbatem, in capitulo requiſiſti. de teſtamen. quia epiſcopi omnia ferè iura capitulorum præſcripſerunt.

c Diſpoſitio. Aliud eſt in caſu contrario, cum relinquitur eccleſiæ tantum, quo caſu epiſcopus habet quartam non obſtante taxatiua, ut ſupra §. proximo. ubi de ratione diuerſitaſitatis. fac. c. requiſiſti. de teſtamen. unde ſumitur.

d Probetur. Admittitur ergo probatio in contrarium, & ſic non eſt præſumptio iuris & de iure. tolletur autẽ hæc præſumptio, puta, ſi probetur magna dilectio relinquentis erga epiſcopum. xij. q. tertia. cap. ij. Item ex qualitate rei, ut ſi donauit epiſcopo Falconem, uel canem uenaticum, quibus ille delectabatur. Sic econtra, quando propinquus relinqueret epiſcopo, licet hoc caſu præſumatur reliquiſſe intuitu perſonæ non eccleſiæ. capitulo reliquiſti. de teſtamen. & capitulo primo. duodecima quæſtione ſecunda. & eo caſu nil eccleſiæ acquiratur. l. item ueniunt. §. item ueniunt. § item non ſolum. ff. de petition. hæred. Aliud tamen diceremus quando præſumptio eſſet in contrarium, puta quòd propinquus legaret epiſcopo calicem, aut ornamentum eccleſiæ: quia una præſumptio tollit aliam, ſi ſit uehementior. capitulo. literas. de præſumption. l. diuus. ff. de

Eccleſiæ, de ea inter ipſos canonica [a] diuiſio facienda erit. Si uerò iſtud Epiſcopo, & illud Eccleſiæ relinquatur, relicta inter Epm, & cathedralem eccleſiá ad canonicá diuiſionem ſunt redigenda, niſi ambo teſtatoris uelint eſſe diſpoſitione [b] contenti, quam propter ultimæ uoluntatis fauorem obſeruare eſt ſatis condecens, [c] ubi neque fraus interuenit, nec alteruter nimium [d] debita portione fraudatur.

Cum Eccleſiis inferioribus epiſcopus non diuidit ſibi relictum, ſed bene detrahit quartam de relictis dictis eccleſiis. h.d.

Secus autem eſt, ſi quid legetur Epiſcopo, & capellis, uel monaſterijs, aut alijs pijs locis, nam hoc caſu ꝙ Epiſcopo legatẽ eius præcipuum eſt, cum eccleſia cathedrali, & de illis quæ alijs locis legantur, portionem canonicam nihilominus obtinebit. [e] Et hæc ideò tam uariè, quia non tanta [f] inter monaſteria aut capellas eſt communio, quãta [g] inter Eccleſiã cathedralẽ & epiſcopum qui cathedrali ſpirituali copulatus eſt coniugio, unde & quæ acquirit Epiſcopus non illis, ſed iſti tantum acquirit. [h]

Si teſtator aliquid epiſcopo, aliquid eccleſiis, reliquit & iuſſit epiſcopum eſſe contẽtum ſuo relicto, poſthabita detractione quarta, ſeruanda eſt teſtatoris uoluntas, niſi ſit facta in fraudem. h.d.

Hoc autem tunc obtinere oportet ſi ſimpliciter [i] epiſcopo

reſt. in integ. Et no. quòd in hac materia non eſt in conſideratione utrum quis relinquẽdo uſus fuerit nomine proprio uel dignitatis, nã uidemus in c. requiſiſti. & hic quòd ſi epiſcopo relinquatur ſub nomine dignitatis, adhuc epiſcopo acquiritur & non eccleſiæ, de ratione ꝑ Ab. in d. c. requiſiſti. fac. not. in c. ij. de teſtam. in vj. & in l cum quid. ff. ſi cer pet.

a Canonica. Id eſt, æqualis. c. requiſiſti. de teſta.

b Diſpoſitione. Fauore ultimę uoluntatis. xiij. q. ij. c. ſi. & l. cum duobus. § idẽ reſpondit. ff. pro ſocio.

c Condecens. Sed non neceſſarium, decet enim ut quis pro modico non cõtendat. l. ſi merces. §. uis maior. ff. loca. & l. quintus. ff. mãd.

d Nimium. Secus ſi in modico fraudaretur, cum nõ ſit curandũ de modicis. l. ſcio. ff. de reſtit. in integr.

e Obtinebit. Nunquid autem idem ſit in Canonica parochiaſi, hoc eſt ꝙ presbyter parochialis poſſit capere relictum ſibi à teſtatore factum, & petere canonicam portionẽ de relictis factis eccleſijs, in quibus relinquẽs elegit ſepulturam? ardua eſt q. & de ea latè Imol. in Cle. dudum. de ſepult. & Ab. in c. officij. de teſta. qui demum reſidet in negatiua.

f Non tanta. Probatur ergo hic, & in c. requiſiſti. de teſtamen. ꝙ inter epiſcopum & eccleſias inferiores eſt communio, licet minor, quam ſit cum cathadrali. Inde infertur ꝙ d. inferiores eccleſiæ nõ poſſunt facere ſtatutum ſine conſenſu epiſcopi. c. cum conſuetudinis. de conſuet. qui tex. licet loquatur in cathedralibus. Doct. tamen extendunt, etiã ad inferiores: ut per Ab. in d. c. requiſiſti, quòd tamen intellige de ſtatutis cõcernentibus ſtatũ eccleſiæ. de quo plenè per Inno. in d. c. cum conſuetudinis. & not. in c. conſtitutionẽ. de uerb. ſig. in vj. Itẽ infertur quòd nõ poſſunt dictæ eccleſiæ inferiores locare bona eccleſiæ ad longum tẽpus ſine conſenſu epiſcopi: ſecus ad modicum tẽpus. fac. c. querelam. & quod ibi not. ne præl. uic. ſuas. & cle. j de reb. eccl. non alie. Item ob hãc communionẽ infertur quòd tales eccleſiæ non poſſunt ardua negocia explicare ſine conſenſu epiſcopi: arg. c. cauſam. de iudic. & xvij. q. iiij. c. in uẽditionibus. & per Ab. in d. c. requiſiſti.

g Quanta. Arg. ꝙ non dicitur de gremio eccleſiæ qui eligitur de minoribus eccleſijs, licet ſit eiuſdem ciuitatis.

h Acquirit. Xviij. q. j. c. j.

i Simpliciter. Sed contra hunc & præcedentem. §. opponitur. de l. ſi cum dotẽ. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. ubi relinquens creditori uidetur relinquere animo compenſandi: ergo cum hęc portio debeatur epiſcopo iuris diſpoſitione, legans licet ſimpliciter uidetur legare in recompenſationem eius quod illi debetur: argum. l. & magis. ff. de ſolution. Quidam

ſoluentes

legatum factum fuerit,cæterum ſi eã adiecerit conditionem [a] teſtator, ut epiſcopus ſuo ſit legato contentus, & ipſe legatum agnouit,quia per hoc alijs renũtiaſſe uidetur, de cæteris portionem [b] exigere nõ poterit, ſed ſi cõſtiterit, quòd eadẽ adiecta cõditione in fraudẽ modicum cõſtituit mortuarium,ut epiſcopus portione debita fraudetur in cæteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet, poterit is etiam ex alijs relictis exigere portionẽ à canone conſtitutam, ſaluis tñ indulgentijs, [c] quæ à Roma.Pontifice quibuſdam regularibus ſunt conceſſæ.

Relictum ei qui poteſt proprium poſſidere non habenti prælationem, uel adminiſtrationem à quocunque preſumitur relictum intuitu propriæ perſonæ non Eccleſiæ. hoc dicit.

Illud etiã generaliter obſeruandum eſt circa eũ qui propriũ poſſidere poteſt prælationem, uel adminiſtrationem eccleſiæ non habentem, [d] quòd ſi ei aliquid relinquatur ſpecialiter,non ſolum à propinquo, uerùm etiam ab extraneo, nõ intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ eſſe relictum intelligitur,[e] niſi probatio in contrariũ appareret, & idcirco de illo nec epiſcopus, nec eccleſia poteſt in uita [f] eius ſibi aliquid uendicare.

Epiſcopalis & parochialis pari paſſu ambulant. hoc dicit.

Item de quibus relictis parochialis portio nõ detrahitur, nec epiſcopalis detrahenda erit. [g]

ſoluentes diſtinguunt inter debitorem neceſſarium & uoluntarium:ut per Bart. in d.§.ſi pater. Sed tu dic, ſecundum Abb.in cap.officij. de teſtam.quòd teſtator in caſu noſtro nõ eſt debitor epiſcopi nec neceſſarius nec uoluntarius: quia portio datẽ epiſcopo non à teſtatore,ſed ab eccleſijs, quibus factum eſt relictum.c.requiſiſti. de teſtam.Vnde ſi teſtator aliquid ſimpliciter relinquit non poterit dici quod reliquerit animo compenſandi cum debito, cum ipſe nõ ſit debitor epiſcopi: oportet ergo quòd exprimat ſi uult compenſationem fieri, ſcilicet quòd uult epiſcopum contentum eſſe illa portione & relicto:ut in d. c. officij. & hic dicitur.

a Conditionẽ. Immo uidetur potius modus quàm cõditio illa adiectio, quòd ſit contentus &c. iuſta not. in c. uerum. de cond. appoſ.& in Rubrica de donat.quę ſub mod. & in l.quibus diebus.§.Termilius. ff.de cond.& demon.

b Portionẽ. Scilicet exigẽdo ſupplementũ:ut not. in c.officij.de teſtam.argu.l. ſi quando. §.generaliter. & l.omnimodo. C.de inoffic.teſtamen. & l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.ff.de adopt.

c Indulgentijs. cap.fin. de teſtamen. capitulo fin. de ſepul.

d Non habentem. Exemplum erit in canonicis. Canonici enim nec prælationẽ habent, nec adminiſtrationem in eccleſia, unde relinquendo canonico in dubio non uidetur teſtator habuiſſe reſpectum ad eccleſiã, nec enim eſt ueriſimile ꝙ reliquiſſet ĩtuitu eccleſię ei qui non habet adminiſtrationẽ eccleſiæ, niſi aliquo modo appareat contrarium, quo caſu non curatur de prælatione uel adminiſtratione: ut in capitulo requiſiſti. §.ſi. de teſtamen. Qui autem in hac materia ueniant prælatorum appellatiõe. not. ſupra eo. in principio.

e Intelligitur. Siue habeat beneficium eccleſiaſticum,ſiue non.

f In uita. Secus poſt mortem ſi inteſtatus decedat: argument. capituli cum dilectus de ſucceſsio. ab inteſta. ita tamen quòd nõ habeat propinquos. xij.q.ultima.cap. fin. & in Aut. de eccleſiaſt. titu. §. ſi quis autem. cũ allegatis in capitulo requiſiſti. de teſtamen. in ſi.

g Erit. Iſta æquiparatio probatur in ca.ſi de teſtamen.ibi, *ut ea epiſcopus ſeu parochialis eccleſia*, & quæ ſint eæ res, habetur in dicto capitulo finali. & ſupra eodem §. ſunt tamen quædam.

DE DECIMIS.

a [E]Vadam. Propterea dicit quadam, quod uerbum uidetur importare improprietaté: quia re uera multæ ſunt res de quibus ſupra tractatum fuit, quę quidem quantum ad ſui eſſentiam non ſunt ſpirituales, ſed ſolum certis reſpectibus, puta, religioſæ domus, ſepulturæ, & ſi qua ſunt ſimilia. mere uerò ſpiritualia de quibus ſupra tractatum fuit, ſolú uidentur eſſe ſacramenta, & illorum efficacia, & conſecrationes.

b Cenſentur. Numerantur, reputantur, ſunt in honore. ſimil. in ſt. de iu. na. gét. & ciuil.

c Quippe quòd. Declarat cur naturam mediam teneant decimæ.

d Spirituale ſit. Concord. c. ij. de iuram calum. ubi Abb. c. cum olim. de præſcrip. ca. fi. de re permut. & intellige de illo iure decimádi reſpectu Dei & eccleſijs eiuſdem in ſignum uniuerſalis dominij. c. tua. eod. & §. j. infra eod.

DE DECIMIS.

Ponit ſubordinationem tituli ad præcedentia, et ſequentia. h. d.

XXVI

[E]Xplicito Tractatu rerũ quæ ſpiritualitate quadam [a] continẽtur & cenſentur, [b] ſupereſt nunc ut de rebus eccleſiaſticis quidem: ſed temporalibus, illarumq; adminiſtratione dicamus. Sed cum decimę mediam quandam inter ſpirituales res, & temporales naturam obtineant, quippe [c] quòd ipſum decimandi ius ſpirituale ſit, [d] fructus [e] uerò ipſi decimarum temporales & profani, meritò de his quaſi in confinio [f] quodam tractatus habendus erit, & tàm præcedentibus, quàm ſubſequẽtibus annectendus. Quod eo etiam cõgruentius poſſe fieri uidetur ꝙ & proximè de ijs quę ſacerdotibus, & eccleſijs [g] parochialibus debentur, & ſimilem naturam habere uidentur [h] loquuti fuimus, & ipſarum quoque decimarũ ad parochiales eccleſias [i] iure communi ſpectat perceptio. [k]

Quid ſit decima: h. d.

Decima [l] eſt quota [m] bonorum mobilium portio Deo tàm diuina, [n] quàm humana [o] conſtitutione debita.

Decimarum aliæ perſonales, aliæ prediales. h. d.

Decimarũ duæ ſunt

e Fructus uero. c. noſtra. de locat. cap. ut ſuper. de reb. eccleſ. non alien. & per Abbatem. in cap. ij. de iuram. calum.

f Confinio. Sic. l. ſecunda. §. quod cœleſti. C. de iu. uet. enu.

g Eccleſijs parochialibus. Vt eſt canonica parochialis, de qua dictum eſt ſupra ti. prox.

h Habere uidentur. Quia & ipſum ius percipiendi. d. canonicam eſt ſpirituale, & ref perceptæ ſunt temporales.

i Ad parochiales eccleſias. q. d. cum non ſolum canonicæ portionis, ſed etiam decimarum perceptio pertineat ad parochiales eccleſias, meritò illarum coniungendus eſt tractatus.

k Perceptio. c. cum in tua. c. cum ſint. & c. cum contingat. eod.

l Decima eſt. Hoſtié. in ſumma eod. aliter diffinit, uidelicet, Decima eſt omniũ bonorum mobilium licitè quæſitorum pars decima Deo data, conſtitutione diuina debita, & in idem recidit cum ea quæ hic ponitur, licet ſit aliqua diuerſitas in uerbis.

m Quota. Non exprimit iſtã quotã, ut facit Hoſt. Vel, quia ipſum nomen decimę ſatis id per ſe oſtẽdit, nec idem uerbũ debet ſæpius in diffinitione inculcari. Vel, quia cum hodie conſuetudo attendatur in cognoſcendo quotam iſtã. c. ad apoſtolicæ. & c. in aliquibus. eod. nõ potuit id exprimi cũ conſuetudo ſit uaria & quid facti.

n Diuina. Vt xvj. q. j. c. j. & c. parochianos. & c. in aliquibus. & c. tua nobis. eod. licet autẽ decimæ diuina conſtitutione debeantur, poteſt tamen ſuper eis fieri compoſitio ut minus, uel certo modo ſoluantur: ſed hoc non niſi cum authoritate epiſcopi: ut per Abbatem, & alios in capitulo ſecundo. de tranſactionibus.

o Humana. Cõtra c. parochianos. ęp. R. ſ. originaliter

ſpecies, [a] perſonales, & prædiales. Perſonales [b] ſunt, quæ ex ijs prouentibus deducuntur, qui ex propria cuique ſolertia & induſtria obueniunt, utputa de negotiatione, artificio, & militia. Prædiales [c] ſunt, quæ ex fructibus prædiorum ſoluuntur, ut de uino, tritico, & his ſimilibus, [d] quas in ſignum uniuerſalis ſibi retenti dominij [e] reddi Deus præcipere uoluit.

Perſonales præbendæ debẽtur Eccleſiæ, in qua quis ſacramenta percipit, prædiales uerò Eccleſiæ in cuius finibus ſunt conſtituta prædia, niſi aliud inducat conſuetudo. h. d.

Inter perſonales autem, & prædiales decimas hoc intereſt, quod perſonales illi ſolum parochiæ debentur, in qua quis Eccleſiaſtica ſacramenta [f] percipit, tametſi lucrum alibi [g] contigerit. Prædiales uerò, ſi ex prædijs in aliena parochia conſtitutis, fructus collecti fuerint, ei debẽtur Eccleſiæ regulariter, in cuius territorio prædia ſunt conſtituta, [h] quanquam ſi conſuetudo aliud introduxerit ſeruanda [i] erit.

Perſonales decimæ quæ ſoluuntur ex rebus uenditis & paratis pecunia decimata ſoluuntur deductis impendijs, ſecus uerò prædiales, & fructus non niſi cum onere decimarũ alienari poſſunt. h. d.

Itẽ ſi perſonales, quæ de rebus acquiſitis uel factis ex pecunia decimata, [k] ſi uendan-

ſpiritualiter ab homine nõ ſunt inſtitutę, ſed ſunt approbatæ. Sed uidetur inconueniens quòd approbatio exeat à minore, niſi dicas ſunt approbatæ, id eſt, acceptatæ. Vel humana conſtitutio habet ſe circa decimas declarando & interpretãdo ius diuinum. Vel dic quod hoc uerbum, humana, reſpicit perſonales decimas quæ uidentur inductæ iure poſitiuo: ut per Doct. in cap. cauſam. de præſcrip. & in cã. de terris. eo.

a Species. Habes de his in c. ad Apoſtolicæ. eod. & in c. fi. de paroc. & alie. paroch.

b Perſonales sũt. De his habes in c. paſtoralis, eod. & xvj q. j. cap. decimæ.

c Prædiales sũt. De his habes in c. in aliquibus. & c. ad Apoſtolicæ. eod. & in c. fin. de paroch. & alie. parochi. Et nota quod & reges debẽt has decimas: ut per Abb. in c. omnes. de maior. & obedien.

d Similibus. De decimæ animalium perſonalibus an prædialibus annumerari debeant quæritur? & uidentur prædialibus annumerandæ, cum ſemper paſcantur in prædiis, & hoc tenet Gloſſ. in c. ad Apoſtolicæ. eod. Hoſti. in ſumma eod. §. quod ſint eius ſpecies. putat mixtas eſſe, quia partim capiunt à prædijs, ſcilicet paſcuis. c. commiſſum. eod. l. pecoris paſcendi. ff. de ſerui. ruſtic. prædior. partim à perſonis ob curam & cuſtodiam. quæ ſi deficiat diſperduntur animalia, ex hoc dubitabile uidetur eſſe, quod not. in dicto capitulo ad Apoſtolicæ, ſcilicet, quòd ubi continue paſcuntur animalia ibi ex his decimæ ſolui debent: argum. cap. commiſſum. eod. & d. l. pecoris. & l. ij. C. de uerb. ſigni. cũ ſecundum hoc nulla cuſtodiæ ratio habeatur & perſonalitatis.

e Dominij. cap. tua. eod. & §. infrà eod.

f Sacramenta percipit. Addo & diuina audit, ſecundum Abb. in cap. ad Apoſtolicæ. eod. quia hoc duplici reſpectu ſoluuntur perſonales decimæ. fac. c. ij. de ſepult. in vj. & habetur in c. fi. de paroch. & alien. paroch.

g Alibi. cap. ad Apoſtolicæ. eod. quem ita intelligit ibi Abb. & Innoc. in capitu. ij. eod.

h Conſtituta. c. fi. de paroch. & alie. paroch. & in cap. i ulo ad Apoſtolicæ. eod. & utrobique not.

i Seruanda erit. Concor. capit. ad Apoſtolicæ. & ca. in aliquibus. & c. cum ſint homines. eod. & in ca. fin. de paroch. & alien. paroch. maximè ſi ſit conſuetudo præſcripta, ut not. in locis ſupra allegatis, cum aliàs non deroget iuri communi capitulo cum dilectus. de conſuetudine. & intellige quòd ualet iſta conſuetudo reſpectu ipſarum eccleſiarum. ualet enim conſuetudo uni eccleſiæ adimens & alteri conferens: quia non magna eſt uis quæ eccleſia decimas habeat. Sed quo ad retentionem laicorum conſuetudo non ualeret: ut per Abb. & alios in cap. in aliquibus, & in capit. ad Apoſtolicæ.

k Decimata. Quid ſi empta res eſſet de pecunia non decimata? uerbi gratia aduocatus de ſuo

tur, ſoluendæ ſint, ut putà ſi uendatur domus,[a] ager, uinea, molendinum, grex, aut merces, quælibet expenſę prius quas quis in rebus parandis fecerit deduci debent,[b] & de reſiduo, quaſi de lucro [c] decimæ præſtabuntur. Expenſæ uerò etiam ſeminis [d] quæ fiũt pro percipiẽdis fructibus ex illis de quibus fructus perueniunt, etiã ſi decimatæ fuerint non deducentur, quoniã ſalua decima, fructus efficiuntur eorũ qui expenſas ipſas faciunt, ſed nec fructus ipſi niſi cum onere [e] decimarum alienari poterunt.

Non impenſæ factæ pro inſtaurãdis rebus, de quibus ſoluendæ ſunt decimæ tam perſonales, quàm reales. h.d.

Illud commune tamen eſt tam perſonalibus, quàm prædialibus, ꝙ expenſæ quæ factæ fuerint pro reſtaurando detrimento rerũ, ex quibus decimę perſoluuntur, ut ſi pars aliqua moriatur armenti, uinea fiat deterior, mercis deperea portio, de prouẽtibus decimandis minimè deduci debẽt.[f] Cuius rei illa eſt ra-

ſuo patrocinio lucratus eſt decem, de quibus poſteà emit domum, quam deinde uendidit debet ſolui decima de toto pretio: quia pecunia ex qua domus fuit empta non fuit decimata, ſi autem de pecunia ante emptionem ſoluiſſet decimã, & de nouem emerit domum, quam poſteà uẽdidit ꝑ uiginti, ſoluet decimã de lucro tantum, & ſic de undecim. Si autem quis ſibi retinet rẽ quam emit de pecunia non decimata, eccleſia habebit decimã partem illius domus: quia pro decima parte fuit empta de pecunia eccleſiæ, & ſic nota ꝙ res efficitur eccleſiæ non ſolũ quando tota emitur ex pecunia eccleſiæ, ut in c.j. de pecul. cler. uerum etiam quãdo ſolum pro parte emit de pecunia eccleſiæ. & idem dici poteſt in pecunia militis uel minoris. Sunt enim in hoc iſtæ perſonæ priuilegiatæ. l.ſi ut proponis. C. de rei uend. l. iij. C. arb. tute. & not. in c. inquirendum. de pecul. cler. & eſt hoc quotidianum in practica, ſecundum Abb. in d. c. paſtoralis.

a Domus, ager. Not. quòd negotiatio poteſt conſiſtere etiam circa bona immobilia. An autem iſta negotiatio ſit licita cum emitur res integra & integra uenditur pro maiori pretio? uide in c. eiciens. diſt. lxxxviij.

b Deduci debent. Sed quæ eſt ratio quòd expenſæ deducuntur de mercimonijs, & non de fructibus & reditibus aliarum rerum? reſpon. in negotiatione operatur manus hominis, ſed in alijs præcipuè operatur manus Dei: ar. c. naſci. diſt. lvj. & c. non eſt. & c. cum non ſit. eo. Aliam rationem ponit Gloſſ. in c. paſtoralis. in uerſi. deducuntur. in fi. quæ uidetur innuere ꝙ hæ decimæ non ſunt perſonales, quod non uidetur uerum, cum ſoluantur ex negotiatione, c. in aliquibus. eo. niſi fortè Glo. habuit alium intellectum, uel dic de ratione, ut per Abb. in cap. paſtoralis. eo.

c Quaſi de lucro. Ex hoc uidetur quòd de omni eo quod peruenit ad aliquem gratuito titulo decima ſit ſoluenda, & ſic hæres, legatarius, & donatarius de hæreditate, legato, & donato, ſoluẽt decimam, quod intellige de hęrede extraneo, ut latè not. in c. paſtoralis. eod.

d Seminis. Not. cõtra ruſticos qui fundos excolẽdos conducunt ꝓ certa quota: quia tenentur ponere ſemẽ de ſuo. nec poſſunt deducere antequàm partiãtur cum domino, niſi ſit conuentum in cõtrarium: ut per Inno. & Abb. in c. tua. ij. eo. fac. c. cum homines. eod.

e Cum onere. Regulariter enim res tranſit cum ſuo onere. xvj. q. j c. ſi quis laicus. c. cum non ſit. & c. paſtoralis. eo. c. ex literis. de pign. l. alienatio. ff. de contr. empt.

f Debent. Sed contra. l. fructus. ff. ſolu. matrimo. ubi fructus intelliguntur deductis expẽſis. quidam quòd hoc ſpeciale in decimis, ſed hoc non placet Abb. per c. tua. eo. Inno. dicebat ꝙ l. fructus. & omnia iura quæ dicunt fructum eſſe quod ſupereſt deductis expenſis, intelliguntur ex interpretatione ciuili non naturali: quia naturaliter quidquid percipimus ex re in fructu eſt & reditu, & ita accipimus in ſolutione decimæ. & hoc notandum eſt pro contrahẽtibus inter quos ſi fiat mẽtio fructuum, intelligetur expenſis non deductis: quia contrahẽtes & ruſtici capiunt uerba naturaliter. l. librorũ.

§ quod

tio, quod penes Dominum res inſtauratę remanent.

Cenſus & tributa de fructibus quibus decimæ ſoluendæ ſunt, non debẽt deduci. hoc dicit.

Sed nec cenſus, nec tributa de fructibus, de quibus decimæ ſoluendæ fuerint primitus deduci poterunt.[a] Cum enim in ſignũ uniuerſalis dominij quaſi quodam ſpeciali titulo decimas ſibi Dominus reſeruauerit, conſequens eſt ut in prærogatiuam[b] dicti generalis dominij decimarũ ſolutio cenſuum, & tributorum prçcedat exactionem, uel ſaltẽ hi ad quos cẽſus uel tributa peruenerint, quoniam res cum ſuo trãſit onere, decimas ſoluere p cẽſuram Eccleſiaſticam compellantur.

De omnibus prouentibus decimæ ſolui debent. h. d.

Eadem ratione cõſtitutum[c] eſt, ut non ſolum de uino & grano, fructibus arborũ, & hortorum decimæ perſolui debeant, ſed etiam de pecoribus,[d] de uenationibus,[e] negotiationibus, de ipſa etiam militia,[f] & denique de omnibus bonis, & prouẽtibus omnibus,[g] ita ut qui de his eas cum integritate ſoluerẽ neglexerint. Eccleſiaſtica diſtrictione percelli[h] debeant.

Omnes tenentur ſoluere decimas, tàm Chriſtiani; quàm Iudæi: Iudæi tantum prædiales tenentur ſoluere, Chriſtiani & prædiales, & perſonales. hoc dicit.

Illud etiam nullam recipit dubitationem ad ſolutionem earum quemlibet[i] teneri, niſi quis ſpeciali priuilegio ab ipſarum præſtatione doceatur exẽptus.[k] Vnde non ſolum Chriſtiani, ſed ẽt Iudæi tenebuntur: inter eos tamen illa eſt differentia, quod fideles ad perſonales & p̃diales præſtandas indiſtincte tenentur, Iudei uerò ad prædiales

§. quod tamen Caſſius. ff. de leg. iij. & per Ab. in c. paſtoralis. eod. Hoſt. dicebat aliter quòd ubi uerbum fructus, refertur ad partem quotá non deducuntur expenſæ. & ita eſt in ſolutione decimæ, & procedit. d. c. tua. ſecus ſi agatur de omnibus fructibus reſtituendis, & hanc tenet Abba. in d. ca. paſtoralis, reprobando Bar. in d. l. fructus.

a Poterunt. cap. cum non ſit. eo. unde ſumitur.

b Prærogatiuã. Quando ergo cõcurrunt duæ cauſæ quarum altera eſt potententior, illa p̃ponenda eſt, minus potenti. nã decima ſoluitur ĩ ſignum uniuerſalis dominij, tributum ſpecialis, cũ autem cauſa ſolutiõis decimarum ſit potentior, meritò p̃ponitur ſolutioni tributorũ. Ita not. Abb. in c. cum non ſit. eod.

c Conſtitutum eſt. c. peruenit. ca. nuncios. c. tua. ij. c. ex parte. c. non eſt. c. ex transmiſſa. eo. & xvj. q. vij. c. omnes.

d Pecoribus. De his dic ut not. ſupra. eo. §. decimarum. & per Doct. in c. ad Apoſtolicæ. eod.

e Venationibus. An aũt iſta d̃cima uenationis, & aucupij ſit prædialis uel perſonalis? Abba. & alij in c. non eſt. eod.

f Militia. Iuſta tamen: nam ſiquis ſtipẽdium acciperet in bello iniuſto cùm illicitè recipiat eccleſia non debet recipere decimas talium, de quo habes in c. ex tranſmiſſa. eod. Rex quoque de eo quod iuſtè acquireret in militia ſoluet decimam. Abb. in c. omnes. de maiori. & obed.

g Omnibus. Licitè tamen quæſitis, ut habetur in cap. ex tranſmiſſa. eo. concor. xvj. q. j. ca. decimæ. & q. vij. ca. quicunque. & c. omnes.

h Percelli. Et etiam eccleſiaſtica ſepultura priuari, qui decimas non reſtituit. c. prohibemus. eo. & not. in c. non eſt. eo. unde ſumitur.

i Quemlibet. Etiam reges, ut per Abb. in c. omnes. de maio. & ob. nulla obſtãte temporis præſcriptione. c. cauſam quæ. de præſcri. clerici uerò ut dicitur in c. nouum. eo. fac. c. à nobis. unde ſumit.

k Exẽptus. Sed cum decimæ tributum ſint egentium animarum, & eas in ſignũ uniuerſalis dominij ſibi Deus retinuerit. xvj. q j. c. decimę. & c. tua nobis. eo. & quæ debentur diuina conſtitutione. §. j. ſupra. eod. & c. tua. eod. quomodo poteſt Papa cõcedere priuilegium de non ſoluendis decimis

contra

contra præceptum diuinæ legis, contra quam diſpenſare non poteſt, immo uſque ad animã & ſanguinem debet defendere. xxv. q. j. ca. ſunt quidem. & d. v. in princ. & d. viij. c. quæ contra, Sol. Papa non dat alicui priuilegium de non dandis decimis, ſed concedit alicui adminiſtrationem decimarum, ut inde ſuſcipiat ſubſtentationem, & reſiduum conuertat in uſus pauperum, & tali modo concedi monachis, & poſſet ẽt laicis concedere. Vel dic quòd Papa contra ius naturale diſpenſare poteſt remittendo decimas alicui ſpecialiter, nõ tamen poſſet facere cõſtitutionẽ quæ omnino tolleret illud præceptum: quia ius naturale immutabile permanet. d. v. in prĩ. uerum eſt uniuerſaliter, ſed non in indiuiduis: ut nó. in c. à nobis, unde ſumitur.

a Tantum. c. de terris. ubi traditur eod. Idem intellige de alijs infidelibus. Dicunt tamen com. Doct. quòd quanuis hi non teneantur ſoluere has decimas aſtringuntur tamen ad ſatisfactionem eius quòd eccleſia fuiſſet perceptura ab alio Chriſtiano qui inhabitaſſet in eius parochia. cap. quanto. de uſur. & not. in ca. tua. eod. ut bene ponderauit Abb. in d. cap. de terris. Immo ſuppoſito quòd perſonales decimæ ſint de iure diuino (quod tamen non tenetur) defendit Abb. etiam iudæos ad eas eſſe obligatos, ut ibi per eum latè. Et not. ex hac litera quòd iure communi poſſunt infideles inter Chriſtianos habere bona immobilia, de quo pulchrè per Innoc. in cap. quod ſuper. de uoto, ſed nouiſſimorum pontificum cõ-

tantum. [a] quas si recusent soluere, ad ipsas possessiones renuntiandas [b] compellendi erunt, ne fortè hac occasione Ecclesiæ suo iure fraudari ualeant.

Monachi, regulares, & clerici communiter uiuentes soluunt prædiales decimas, & quod nouale eſt ager de nouo redactus ad culturam. h. d.

De monachis & regularibus, seu clericis communiter uiuentibus [c] uideamus, & sanè nulla sinit ratio, ut his de laboribus, [d] ac nutrimentis proprijs decimæ extorqueantur: ad prædiales tamen etiam de noualibus de quibus antea decimæ soluebantur, [e] tenebuntur. Est autẽ nouale [f] ager nũc primum præcisus & nuper ad culturam redactus, de quo ꝙ aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

Decimas ſoluere tenentur monachi, & alij communiter uiuentes etiam de prædijs de nouo acquiſitis, & proprijs manibus excultis, niſi obſtat aliquod priuilegium. h. d.

Sed & si ijsdẽ possessiones pia fidelium deuotiõe collatæ fuerint, aut pro monasterijs, de nouo fundandis [g] comparatæ, uel quo quo mõ recẽter acquisitæ, etiã si eas proprijs manibus aut sumptibus excolãt, nihilominus deci-

ſtitutionibus non poſſunt.

b Renuntiandas. Not. ergo ꝙ obligatus ratione oneris realis poteſt ſe exonerare rẽ oneratam relinquendo: ut per Abb. in c. de terris. eod. & ob hanc realitatem tolluntur contraria quæ poſſent fieri. Et quòd iudæi non percipiunt ſacramenta unde non arctandi ad decimas. Et quòd q̃ extra nos. nihil ad nos. c. gaudemus. de diuort. Et quòd eccleſia à facinoroſis & uſurarijs non recipit eleemoſynas, ut habet in c. plerique. de immu. eccleſ. & infra de ſent. excõ. §. mercatores. ibi not.

c Communiter uiuentibus. Habent ergo clerici communiter uiuentes priuilegiũ quod non haberent ſeparati, & ſinguli habent ẽt in abſolutione petenda aliud priuilegiũ cõe cũ monachis. c. quoniã. in fi. de ui. & ho. cler. & cap. j. qui cle. uel uouent. & not. xvj. q. j. c. decimas. unde ſumitur. concor. c. commiſſum. & c. pen. eo. & c. cunctis. §. j. xvj. q. j.

d Laboribus. De quibus qui uiuunt dicuntur pauperes. Abb. in ca. quod ſuper. per illum tex. de uoto. & per Legiſtas in. l. ſi conſtante. in princ. ff. ſolu. matr.

e Decimæ ſoluebãtur. Aliàs monachi eſſẽt imunes. c. cõmiſſũ. & c. pe. eo. fac. c. j. & c. quod per nouale. de uerb. ſig. & in ca. fin. de priuile.

f Nouale. Aliquando ſumitur pro quolibet agro, unde poeta, Impius hæc iam culta noualia miles habebit, aliàs ager nunc primum proſciſſus. c. j. de uerb. ſign.

g Fundandis. Concor. c. pe. eo. unde ſumitur

ubi

mas perſoluent Eccle
ſijs, quibus ratione ta-
lium prædiorum an-
teà ſoluebantur, niſi
ſuper hoc ſpeciali iu-
re, [a] uel priuilegio
muniti eſſe probētur.

Priuilegiũ tollitur re præ iudicata et præſcriptione. h. d.

Sed nec ſemper eis
priuilegium ſuffraga-
bitur, nam ſi res iudi-
cata obſiſtat, [b] uel pri
uilegio muniti, deci-
mas per quadraginta
[c] annorum ſpaciũ ſol
uerint, cum liberum
ſit unicuique iuri pro
prio renũtiare, [d] præ
ſtatione tanti tempo-
ris [e] proprio priuile-
gio detrahere uoluiſ-
ſe præſumuntur, & ea
propter ad decimarũ
prȩſtationem compel
li poterunt.

Priuilegia ſunt interpretanda, ut nemini indebitè dãnum inferant. h. d.

Item ſi poſt initam
inter aliquos [f] ſuper
decimis conuentio-
nẽ, [g] certi tenoris pri
uilegia obtenta fuȩ-
rint, niſi conuentioni
per ea derogetur [h] ex
preſsè, illis non obſtã
tibus erit inuiolabili-

ubi Abb. dicit eſſet tex. fere apertum, quòd e-
tiam de prædijs dotalibus eccleſiæ debet ſol-
ui decima illis eccleſijs, quibus prius ſolueban
tur. fac. pro hoc quòd not. in c. j. de cenſib. &
not. per Ab. in c. nouum genus. eod.
a Speciali iure.
Concor. c. j. §. cæ-
terum. & §. ſi. eod.
in vj. fac. Cle. j. eo.
b Obſiſtat. Et
ſic ualet ſententia
lata contra priui-
legium principis,
etiam ſi priuile-
gium fuerit in iu-
dicio exhibitum.
c. ſuborta. ubi ſcri
bentes. de re iudi.
licet de illius iuri
bus non fuerit di-
ſputatum. præſu-
mitur enim iudex
ex cauſa rationa-
bili reieciſſe, ut p
Ab. ĩ d. c. ſuborta.
c Quadraginta
ann. c. accedenti-
bus. de priuile. im
mo etiam trigin-
ta. c. ſi de terra. eo.
tit. ſed dic ſecundum Ab. in d. c. accedentibus,
quòd ille tex. corrigitur, licet quidam hoc nõ
admittant. c. cum expediat. de elec. in vj. potes
etiam dicere quòd licet hic dicatur de quadra
ginta. fac. quòd in maiori ſumma minor ineſt,
non ſufficit ergo una contrafactio uel contra
uentio, ut priuilegium etiã conceſſum ad non
faciendum tollatur, de quo tamen dic ut ple-
nè per Cano. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.
& per Legiſt in l. ſi. ff. de conſtit. princ. & intel
ligunt Io And & Hoſt. hoc procedere quando
ſolutio eſt facta ſponte non per ignorantiam,
quod non placet Abb. & miratur quòd Docto
res ſequantur hoc dictum, quod putat falſum
per c. uigilanti. cum ibi not. per eum. de præſc.
& per l. ſi. in ſi. de præſcrip. longi tempor.
d Renuntiare. Intellige quando non tangi-
tur ius ſuperioris uel tertij. Vnde priuilegio
exemptionis non poteſt priuilegiatus expreſ-
ſè renuntiare ſine licentia Papæ. c. cum tempo
re. de arbitr. & per Abb. in c. ſi de terra. de pri-
uil. tacendo tamen & patiendo præſcriptionẽ

currere præiudicat eccleſiæ, is tamen qui cum
poſſet impedire paſſus eſt contra eccleſiã præ
ſcriptionem currere poteſt per clericum con-
ueniri ad ſatisfactionem de omni damno. Ita
not. in c. placuit. xviij. q. iij. fac. quia prælatus
tenetur de ſuo ſi-
cut tutor, ſi quid
eccleſiæ potuit ac
quirere, & negle-
xit. ca. monemus.
xij. q. ij. l. quidq d.
C. arb. tutel. fac. l.
non ignotum. C. d
admi. tuto. ſequi-
tur Abb. in d. ca. ſi
de terra.
e Tanti tempo-
ris. Sicut ergo cõ
tra ius commune
non currit prȩſcri
ptio niſi. xl. anno.
c. ſi. de conſuet. ita
nec contra priui-
legia indulta ec-
cleſiæ. c. acceden-
tibus. de priuileg.
Nec etiam contra
alia bona compe-
tẽtia eccleſijs. ĩ c.
de quarta. de præ-
ſcript. Aut. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl.
f Inter aliquós. Scilicet clericos. c. ex multi-
plici. eo. ubi Abb.
g Conuentionem. Not. ergo quòd licet ſolu
tio decimarum ſit de iure diuino, ſuper eis ta-
men poteſt pactum & tranſactio fieri, maximè
cum ſuperioris authoritate. cap. ſtatuimus. ubi
Abb. de tranſact. immo & citra ſuperioris au-
thoritatem, ſi non excedat uitam componen-
tium. c. ueniens. de tranſact. ca. ex multiplici.
eod. & hoc in clericis, quid autem ſit in laicis
not. in c. ij. de trãſact. & in c. cum homines. eo.
h Derogetur. Poteſt ergo Papa derogare pa
cto & conuentioni priuatorum. c. ex multipli-
ci. eo. Sed contra ex conuentione oritur obliga
tio, quæ eſt de iure naturali. l. hoc iure. ff. de iu
ſti. & iure. ergo non poteſt tolli etiam per prin
cipem. Cle. paſtoralis. de re iudi. & per Inno.
in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Sol. Aut cõ
uentio ſit inter perſonas eccleſiaſticas ſuper iu
ribus eccleſiarum, & tũc Papa poteſt tali con
uẽtioni derogare: quia ſuper talibus habet ple
nitudinem

nitudinem poteſtatis, & ſua poteſtas in omnibus intelligitur excepta.c. uenientes.de iure iur.not.in c. conſtitutus. de reſcript. fac. Cle. dudum.§.nos.de ſepult. Aut conuentio fit ſuper iure priuato, & tunc procedunt contraria. Abb. in d. cap. ex multiplici. & per Inno.in c.inquiſitioni. de ſent. excommu.

a Obſeruanda. Quia priuilegium nunquàm refertur ad ſpecialem prouiſionē uel diſpoſitionē, niſi de ea fiat mentio expreſſe.cap. ueniens.de præſcrip. & ca.ex multiplici. eod.

b Inferre debeãt. De quo dic ut in c.de monachis.de præb.& xxj. q.j.c.j & fac.c.j. §. ubi autem. eod. in vj. unde ſumitur. Et ď pluribus caſibus in quibus non obſtãte priuilegio debēt ſolui decimæ. uide per Hoſti. in ſumma eo.§.à quibus.

c Ordinarios. No.caſum in quo epiſcopus cognoſcit ſuper rebus ex emptorũ, alios uide notatos in Cle. j.de ſent. excom.

d Aliaque onera. Puta procurationes legatorum & nunciorum ſedis Apoſtoli. collectarum & ſimilium.ad idem.c.j. de præb.in vj.fac. c.ſicut.de ſupp.neg.prælat.& c. de monachis. & c.auaritiæ.de præb.

e Prædijs.Sed contra.diſt. lxxxvj. c. perue-

ter obſeruanda, [a] ita enim huiuſmodi priuilegia ſunt accipienda, ut nemini læſionē præcipuè enormē inferre debeant. [b] Vnde ſi ꝑ huiuſmodi cõceſsiones parochiales Eccleſias adeò grauari cõtingat, ut Rectores de reditibus earũ congruè ſuſtentari, & Epiſcopo debita ꝑ ſoluere non poſsint, per locorum Ordinarios [c] ita prouidendũ erit, ut eiuſdē Rectoribus tãtum relinquatur, quòd & competētem ſuſtentationem habere, aliaque [d] onera debita ſupportare ualeant.

Priuilegiati ſuper decimis tenentur illas ſoluere de prædijs conductis: & priuilegiatus ſuper laboribus proprijs ſoluet decimas ſuper prædijs locatis. hoc dicit.

Super decimis quoque non ſoldendis priuilegiati, ſi aliena prædia conduxerint, priuilegio minimè obſtãte, de conductis prædijs [e] ſolicitas decimas parochijs ſuis integras perſoluent. [f] Idemque erit de locatis prædijs, ſi priuilegiatus ſuper laboribus quos proprijs, uel manibus, uel ſumptibus excoleret terras ſuas alijs locauerit. [g]

Laici & etiam Imperator non poſſunt concedere priuilegium ſuper decimis non ſoluendis. h. d.

Generaliter autem niſi huiuſmodi immunitatum priuilegia ab Apoſtolica poteſtate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam, [h] ideoque etiã Imperialis conceſsio quantuncunque concepta generaliter, cũ nulla ſit laicis [i] de ſpiritualibus diſponendi facultas, [k] à ſolutione decimarum neminem poterit eximere, imò ſacrilegij crimen incurrit, [l] qui de manu laicorum rem Eccleſiaſticam recipiet.

Laicus etiam de manu clericorum non poteſt decimas re

nit.& c.j.c.ij.& c.iij.ne cleri. uel mon. Sol. religioſi poſſunt conducere prædia quando propria non ſufficiunt, ut hic, & in c.dilecti. eo. alias ſecus, ut in cõtrarijs.

f Perſoluent. C.dilecti.eo. Nam priuilegium ſpecialiter conceſſum non eſt ita accipiendum ut alteri infligat enorme dãnum, immo tali caſu priuilegiũ non ſolum redigitur ad modificationem ſed tollitur etiam in totũ. c. ſuggeſtum.eod. ubi latè traditur, & in c.licet.eo.ti.

g Locauerit. Nota ꝙ in hac materia priuilegij qui per alium facit nõ uidetur facere per ſeipſum. Quid autē in delictis plenè per Abb. in ca. mulieres. de ſent. excom.& in cap.ſi quis ſuadente diabolo.xvij.q.iiij.& in c. licet. eo.

h Efficatiã. Concor. c.tua.el.j.cap. dudum.& c.prohibemus.eo. & c.cũ & plantare. de priuileg.& c.ij.de rebus eccle.nõ alie.

i Laicis. Not. ꝙ Imperator & Rex etiam poſt coronationē & unctionem, ſunt meri laici, nec ullũ eccleſiaſticũ ordinē recipiunt, & non ſolum non dant immunitatem, ſed etiam ipſi debēt decimas ſoluere. Ab. in c. omnes.de ma.& obed.

k Facultas. c.ij.de reb. eccle. non alienan.

l Incurrit. c.dudum.eo.& non excuſatur iſto qui

qui de manu eccleſiaſticas res & decimas acci pit, ex eo quòd habeat titulum: quia pro non dato habetur quod ab illo datur qui de iure da re non poteſt. c.quod autem.de iu.patro.c.Dai bertum.j.q.vij.& per Abb.in d.c. dudum.

cipe e ſub pœna excommunicationis,& priuationis ſepulturæ,& clericus concedens deponetur.h.d.

Ex contrario [a] quoque laicus [b] etiam à clericali poteſtate [c] decimas recipere, & in alium uelut hæreditario iure tranſmittere non poterit, & ſi ſecus actũ fuerit, & qui cõceſſerit à ſtatu ſuo deijcietur, [d] & qui receperit, & Eccleſiæ non reddiderit, & uiuens [e] excommunicationis uinculo innodabitur, & mortuus Eccleſiaſtica ſepultura [f] carebit.

Redit us decimarum locari poſſunt,dummodo locatio non ſapiat alienationem. h. d.

Si quis tamen cum Eccleſię ſuæ conditionem meliorem facere poſsit, decimarũ ſuatum prouentus [g] alicui locare uelit, dummodo huiuſmodi locatio ad feudũ, [h] uel alienationem non uideatur extendi, id facere minimè impedietur.

Epiſcopo debetur à Rectoribus quarta decimarũ quas exigunt, niſi præſcripta fuerit.h.d.

Poſtremo ſciẽdum eſt quòd ueluti parochialibus Eccleſijs (ſecundum ea quæ proximè expoſuimus [i]) decimæ debentur, ita etiam decimarum ipſarũ quarta [k] Epiſcopo à Rectoribus Eccleſiarum, niſi legitima obſtet ꝓſcriptio, [l] perſoluenda erit.

a Ex contrario. Ideò ex cõtrario: quia in ſuperiori. §. dictum erat de laicis dantibus decimas, uel priuilegia ſuper decimis nõ ſoluendis, nũc de laicis accipientibus.

b Laicus. Intellige de laicis in ſeculo remanẽtibus ut in c.quãuis. eo. ex quo ſecundum Abb. ibi poteſt inferri non exiſtentibus in ſeculo uelu ti conuerſis & religioſis poteſt eccleſia uel decima, uel oblatio conferri, & ſi laicus eſt conuerſus, eſt capax iuris ſpiritualis.facit,quod not.in c. ex eo. de elect. in vj.& quod no. per Doct.in c.ij. de inſtit.Si tamẽ hi habeát eccleſias, nõ debent regere per ſeipſos ſed ꝑ clericos,iuſta not.in c. ij.de æta. & quali. remanentibus autẽ in ſeculo in tantum locum habet quod hic dicitur ut non poſſit epiſcopus domino domus in qua eſt pictura alicuius ſancti, concedere ut de oblationibus ſancto factis diſponat ad libitum, ſecundum Doct. in d.c.quanuis.

c A poteſtate clericali. Excepto Papa, qui ſolus poteſt laicum reddere capacem iuris ſpiritualis. c. ij. & quod ibi not.de iudi.& diſtinct. xxx.§. uerum, ubi not. & habetur per aliquos in cap.eccleſia.S.Mariæ.de conſtitu.

d Deijcietur. Id eſt, ſuſpendetur, ſecundum aliquos. Alij dicunt intelligendum eſſe de depoſitione & excõmunicatione:ut per Glo.Ab. & alios.in c.quanuis.eo. unde ſumitur.

e Viuens. c. ad hæc. eod.

f Sepultura. ca. prohibemus. eod. ſic & uſurarijs. ca. quia in omnibus, de uſur.

g Prouentus.ca. ij.loca, & bene dicit prouẽtus: quia ius ipſum præcipiendi non tranſfertur in laicos,ut per Ab.in c. ij. de iur.calum. & in c. cum olim.de præ. &.ſ. eo. in prin.& in cap.Meſſana.de elec.& c.peruenit. de arbit.

h Ad feudũ. De hoc diffuſè.not.in c.quanuis. eo.per Glo.quã ibi Abb. dicit ab omnibus approbatam, & ꝑ eundẽ in c.adhæc. eod.& per Fely.in c. quæ in eccleſiarum. uerſi. quinta declaratio.de conſtitut.

i Expoſuimus.ſ. eo. §. inter perſonales.

k Quarta. c.conquerente. ubi traditur.de offi.ord. & ſupra.de immu. eccle.§.pe.licet quidam contra,& malè:ut per Ab.in c.cum contingat.eo.ubi latè diſputat ad quem iure communi pertineant decimæ.

l Præſcriptio. c.de quarta. de præſcript.

DE REBVS ECcleſiæ alienandis, uel non. XXVII

Regulariter Epiſcopus nõ poteſt aliquid agere,ſine conſenſu,uel conſilio capituli.h.d.

TRactemus nunc [m] de rebus tẽpora-

DE REBVS ECCLESIAE alienandis uel non.

m TRactemus nũc.q.d. uidimus hucuſque de rebus eccleſiaſticis merè ſpiritua-

libus Eccleſiarum, illarumque adminiſtratione, & alienatione, ſine quibus ſpiritualiū dignitas, haud facilè cōſiſtere poteſt. [a] Et quidē illud in primis firmare nos oportet, nihil Epiſcopum regulariter [b] ſine cōſenſu ſui Capituli, uel cōſilio [c] poſſe ſuper his ſtatuerē. Cum uelut caput ad membra, ità ſe ſe prælatus habeat ad Capitulū. [d] In eo autem totius uidetur eſſe cōnſenſus Capituli, cui & maior, & ſanior [e] fratrum acceſſerit ſententia.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine utilitate Eccleſiæ, & clericorum conſenſu no ualet, & quid contineat alienationis uerbum. h. d.

Ex his conſequens eſt, ut rerum Eccleſiaſticarum abſque clericorum [f] ſubſcriptione, [g] & Eccleſiæ utilitate, [h] & Romano in-

ſpiritualibus, ut ſunt ſacramenta. Item de rebus eccleſiaſticis, quæ quodam reſpectu ſunt ſpirituales, quodam alio reſpectu ſunt temporales: ut eſt canonica portio: ut ſunt decimæ, ut ſupra. tit. proxi. in princ. reſtat nunc uidere de rebus eccleſiaſticis merè temporalibus.

a Conſiſtere poteſt. j. q iij. c. ſi qs obiecerit. & diſt. xciij. c. legimus.

b Regulariter. Ideò regulariter: quia, quędam poteſt epiſcopus explicare abſq; conſilio capituli, ut ſunt minora negocia, ut per Abb. in c. nouit. de his quę fi. à præl. ſin. conſ. cap. fac. not. p Inno. in c. fin. de ma. & obed. fac. c. edocet. de reſcrip. Itē exiſtente rationabili cauſa etiā ardua poterit ſine conſenſu capituli explicare, puta ſi uellet procedere contra aliquem conſanguineum & ualde amicum colleg. ij. Item in notorijs non requireretur conſilium capituli & multo minus conſenſus. Abb. in d. cap. nouit.

c Vel conſilio. Per hanc alternatiuam reijcitur opi. Glo. in c. cum uos. de his quæ fi. à præla. ſine conſen. cap. quæ dicebat quòd in omnibus negocijs eccleſiæ eſt neceſſarius conſenſu capituli, quòd eſt contra. c. quanto. & c. nouit. eo. tit. & illam repræhēdit Abb. in ca. cum nos. eo. titu. in quo etiam eleganter conſiderat differentiam inter iuſſum, authoritatem, conſilium & conſenſum, dic ut per eum ibi.

d Ad capitulum. Sunt ergo epiſcopus & capitulum unum corpus fictum, & repręſentatum in ſingulis de corpore. ex quo, ſecundum Abb. in c. nouit. de his quæ fi. à præl. ſi. conſ. capituli quòd diſpoſitio concepta per uerba, ſi quis, & per uerba, ſi qua fecerit, &c. comprehendat etiam uniuerſitatem, cum ſit quodam corpus fictum, ut hic, & d. c. nouit. quod procederet in fauorabilibus non autem odioſis. ut ibi p Ab.

e Sanior. Quod tamen præſumitur ſi conſtet de uniuerſitate, de quo in c. eccleſia. ij. de elec. Sed ſi minor pars, uel etiam unus tantum afferret aliquod multum rationabile & probaret, poſſet impedire ordinationem uniuerſitatis. fac. c. Nicena. diſt. xxxj. & l. j. §. ſed neque. C. de iu. uet. enuc. & per Abb. in c. j. de his quæ fi. à ma. part. capituli.

f Clericorum. Sed de quibus clericis eſt hoc intelligēdum? reſpon. ſecundum Abb. & Doct. in c. j. de his quæ fi. à præl. ſin. conſen. capitul. Si agitur de alienatione rei eccleſiæ cathedralis intelligas de clericis q ſunt d capitulo d. eccleſiæ. ad hoc. c. j de reb. eccle. non alie. in vj. & intellige de præſentibus, abſētes enim non ſunt uocandi neceſſario. x. q. ij. c. hoc ius. & Ab. in d. c. j. Si agatur de alienatione rerum inferioris eccleſiæ magna uarietas eſt opinionum. quidam enim dicunt quòd ſufficit clericorum conſenſus dictæ inferioris eccleſiæ. quidam quòd exigitur conſilium canonicorum cathedralis eccleſiæ, alij aliter, ut habetur in d. c. j. Sed quid ſi epiſcopus non habet capitulū, quia propter bella eccleſia eſt deſtructa? reſp. loco canonicorum adhibebit alios clericos honeſtos: arg. c. ſi fortè. diſt lxv. fac. c. nullus res. xvij. q. iiij. fac. l. ubi abſunt. ff. de tuto. & cura. dat. & ab his.

g Subſcriptione. Not. unum ex caſibus qui indiget ſubſcriptione. nec enim neceſſaria eſt niſi i caſibus à iure expreſſis. regulariter. n. cōſēſus ſufficit. l. pact. C. de pac. niſi ī caſibus no. in c. j. de cēſi in vj. Immo hoc quod hic de ſubſcriptione dicitur, hodie in pluribus locis nō ſeruatur, ſecundū Ab. in c. j. de his quæ fi. à prę. ſi. conſ. cap. quanquàm multi teneant conſuetudinem per quam tollitur ſolennitas requiſita in alienatione rei eccleſiaſticæ non tenere. de quo in c. nulli. eod.

h Vtilitate. Sed an ſufficiet utiliter alienationis

conſulto [a] Pontifice, ab Epiſcopo facta donatio, uel alienatio, uel ſuppoſitio [b] non teneat, [c] niſi eã poſtmodum ratã habeant. [d] Prælatus enim Eccleſiaſticarum rerum procurator [e] eſt non dominus, & conditionem Eccleſiæ meliorem quidẽ facere poteſt, deteriorem [f] nó põt. [g] Quòd ſi ſecus factum fuerit, nec qđ geſtum [h] eſt uires ullas ſortietur, [i] & Canonũ temeratores tã ſecularium quàm Eccleſiaſticarum legum pœnis ſubiacebunt. Alienationis [k] autem uerbum continet hoc loco uẽditionem, per mutationẽ, hypothecam, donationem, cõductionem, [l] emphyteuſim, & omnem cõuentionem, per quam dominium trãsfertur.

Eccleſiam ſuam non poteſt quis grauare pro alienis debitis, & debita neceſſaria facta à prædeceſſore luenda ſunt. Idem ſi clericus de mandato fideiuſſerit, aut in rem ipſius Eccleſiæ mutuum uerterit. h.d.

Sed nec [m] commiſſam ſibi Eccleſiam ꝓ alienis grauare debitis, [n] aut literas [o] ali-

tionis negocium eſſe ceptum, licet effectus ſecutus non fuerit. & uidetur ſufficere. l. ſed an ultro. ff. de neg. geſt. contrarium uidetur uerius: quia cum eccleſia comparetur pupillo, nõ ſufficit negocium utiliter eſſe cœptum, niſi eccleſia ſit facta locupletior. l. ſi pupilli. ff. de neg. geſtis. eo tamen ipſo ꝙ non eſt damnificata, reputatur facta locupletior. l. ĩ pupillo. ff. de ſolu. & not. in ca. ſine. xij. quæſt. ij.

a Incõſulto. fac. c. ij. eo. in vj. & extraua. Pauli. ij. Veneti quæ incipit Ambitioſæ.

b Suppoſitio. c. ij. eo. in vj.

c Nõ teneat. Etiam ſi omnes clerici conſentiũt. c. ſine. xij. q. ij. ubi not. & l. iubemus. C. de ſacroſ. eccle. Sed ſi alienatio fiat ſeruata forma in caſu non cõceſſo tenet alienatio licet eccleſia tanquàm læſa reſtituatur, per ea quæ no. in c. ad noſtram. eo. Alienatio tamen à Rectore aliquo perperã facta ualet in uita ſua, & in ſui præiudicium. Abb. in cap. ueniens. de tranſact. ubi hoc dictum declarat.

d Ratã habeãt. c. cũ nos. de his quæ fi. à præ. ſi. conſ. cap. quod quidã ut Inn. tenebãt hoc ꝓcedere in alienatione temporali tantũ: ſecus in perpetua. Sed tu dic id habere locũ ẽt in perpetua ſi ratificatio cõcernit fauorẽ eccl. & ſic cõtract⁹ hoc caſu claudicabit, ut ꝑ Ab. ĩ c. j. eo. ti.

e Procurator. xij. q. j. c. ſi. & q. ij. c. ſine. & c. ij. de donat. & dicitur procurator prælatus ex eo ꝙ debet procurare utilitatẽ eccl. nam propriè non eſt procurator, ſecundum Ab. in d. c. ij. prælatus. n. habet dignitatem, & poteſt latius & liberius diſponere de reb. eccl. q̃ procurator. fa. not. in c. ſi. v. q. iij & xij. q. j. c. duo ſunt genera. & in c. præſenti. de off. or. in vj. patet, quia procurator nunquàm donat. l. procurator tutorũ. ff. de procura. prælatus uerò aliquando donare poteſt, ſecundum ea quæ habentur in ca. iij. de donat. & in §. licet. cum ſequen tit. infra titu. proxi. & §. excipiuntur, infra. eod.

f Deteriorem. Sic c. j. de in integ. reſt. & c. ij. de donatio.

g Non põt. In faciẽdo, niſi modicẽ. c. ij. & c. iij. de dona. ubi no. ſecus ĩ omittẽdo. xvj. q. iij. c. placuit. & de materia ꝑ Abb. in c. j. de do. & cõtu.

h Geſtũ. Et inde ſecutũ. c. ij. eo ĩ vj.

i Sortiẽt. c. ij eo. in vj. c. ſiquis pſbyterorũ. & c. ad noſtrã. eo. in antiq. c. ij. de re. permu. & ĩ extrauag. Paul. ij. incipit ambitioſę.

k Alienationis. Accipitur autẽ largiſſimè in hac materia uerbũ alienationis. fac. c. nulli. eo. ubi latè tradit. & extrauag. Paul. ij. incipit Ambitioſæ, & per Abb. in c. j. de his quæ fi. à præ. ſin. conſ. capit.

l Conductionẽ. ſ. ad longum tempus. c. nulli. eo. l. j. ff. de ſuperfici. & Cle. j eo. alij habent cõditionẽ. de cuius literę intellectu latè per Ab. And. Sicu & Moder. Bononienſes. in d. c. nulli.

m Sed nec &c. Dixit de alienatione rerum, nunc de obligatione. Et dicitur eccleſia alicui commiſſa ẽt ſi cui ſit commendata uel in adminiſtrationẽ conceſſa, & oĩbus his caſibus habebit locũ qđ hic dr̃, & in c. ij. de ſolut. Sed qđ ſi intruſit ſe quis in eccleſiã? reſ. idem cum nõ debeat eẽ melioris cõditionis, q̃. ſit ille qui canonicè eccleſiã obtinuit, ut in c. cũ q. de pb. in vj.

n Debitis. Quæ dicanẽ aliena debita, uide ꝑ Inn. in c. paſtoralis. de præb. & quod ibi etiã ꝑ alios not. põt tamen prælatus obligare ꝓ ſua ſubſtentatione: quia hęc ſunt eccleſię debita: ut ꝑ Ab. in c. j. & in c. ij. de ſolut. ubi de intellectu d. c. j. & d. c. ij. & huius literæ quæ inde ſumiẽ.

o Literas. Per quas cõcedunt prælati ut quis

cui, uel ſigilla [a] concedere, quibus Eccleſia poſsit obligari aliquis audere debet, alioqui nec Eccleſia ad taliũ debitorum ſolutionẽ tenebitur, [b] & qui id auſus fuerit, à ſpiritualium & temporalium adminiſtratione ſuſpẽſus erit, [c] debita tamẽ à prædeceſſore [d] ſuo pro Eccleſiæ neceſsitate [e] contracta, ſoluere proculdubio tenebitur. Idem ſi clericus de mandato [f] fideiuſſerit, aut ſi non de mãdato, in rem tamen Eccleſiæ mutuum uerterit. [g]

Poteſt prælatus rẽ non magni ualoris in aliquem benemeritum transferre, & terrã gratia fabricãda Eccleſiæ, alicui concedere. h.d.

Excipiuntur tamẽ non nulli caſus in quibus donandi, permutãdi, locandi, libertatẽ, feudum, & emphyteuſim dãdi, aut aliter alienandi iure licentia cõceditur. Nam ſi quid prælatus [h] non magni ualoris [i] alicui fortè ob benemerita [k] donauerit, præſertim [l] ſuadente conſuetudi-

poſſit ſumere mutuo nomine ſuo & eccleſiæ. An autem & quando prælatorum literæ faciãt fidem latè in c. quoniam contra. de probat.

a Sigilla concedere. Niſi forſan honeſtæ perſonæ, cui poſſet prælatus committere. Abb. in c. ſcripta. de fid. inſtrum. & eſt hic argu. quòd ſigillum probat ꝓcurationem, de quo per Abb. in c. ij de ſolut. & in c. j de ſyndico, & quæ detrahant fidei ſigilli p Abb. & alios in c. inter dilectos. ubi de materia plenè de fid. inſtrum.

b Tenebitur. Niſi quatenus in eius utilitatẽ erit uerſum. c. quod quibuſdam de fideiuſſo. & concor. c. ij. de ſolut. & x. q. ij. c. ea enim. uerſ. creditor. quod tamẽ nõ præſumitur niſi probetur. Abb. in c. ſuper hoc. de renunciatio.

c Suſpenſus erit. Ipſo iure, cum uerbum ſuſpenſus, ſit uerbum præteriti uel præſentis temporis. fac. not. in regul. in pœnis. de re. iu. in vj. & not. in c. ij. de ſolutio. & not. pœnam committi ex actu nullo. ſimile in c. nuper. de biga.

d A prędeceſſore. Eſt enim quaſi hęres ipſius. xxiij. q. viij. c. conuenior. & xij. q. ij. c. fin. Vnde iſte ſucceſſor, & hæres comparantur. Nam ut hæres ſuccedit in uniuerſum ius, ita & ſucceſſor in beneficio ſuccedit in uniuerſum ius eccleſiæ, & ſic eccleſia dicitur habere quid uniuerſum, de quo not. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpol. Item quo ad ſuſtinendum onera contracta per prædeceſſores. ut hic. Differunt tñ in quibuſdam. Nã hæredis ius cauſatur à defuncto, ſucceſſor uerò in beneficio nõ à defuncto ius habet, ſed à ſuperiore. Item hæres tenetur ſoluere omnia debita defuncti qualitercunque contracta: ut not. in c. j. de teſtam. ſucceſſor in beneficio ſolum contracta pro neceſſitate eccleſiæ, ut hic, & c. ij. de ſolu.

e Pro neceſſitate. Aliàs enim non teneretur. c. quod quibuſdam. de donat. c. ij. ubi not. de ſolut. Sed an hoc caſu debeat probare creditor pecuniã in utilitatẽ eccleſiæ uerſam? Inn. quòd ſic. Hoſt. Ab. & communi. contra. ſufficit enim ſecundum eos probare neceſſitatem obligationis. c. j. de ſolu. & ita limitabitur quod not. idem Abb. in c. ſuper. de renun. uide per Abb. in c. pen. de fideiuſſor.

f De mandato. Scilicet prælati & capituli. c. pe. de fideiuſſo.

g Verterit. c. pe. de fideiuſſ. & intellige hoc quãdo utile eſt eccleſiæ illã uerſionem eſſe factam, ita quòd ueriſimiliter eccleſia de ſuo expẽdiſſet, niſi eſſet facta illa uerſio. l. fundo. ff. de rei uend. aliàs eccleſia teneretur ſolum illud refundere in quo eſt meliorata, non autẽ quantum eſſet expenſum, quod intellige, quãdo particularis qui contraxit nullam habebat adminiſtrationem, uel peculium, ut latiſſimè declaratur per Abb. in d. c. pen.

h Prælatus. Intellige non ſolum de prælato ſeculari, uerum etiam de regulari. in regulari enim loquitur. cap. cæterum. de donatio. unde hic ſumitur. de ſeculari probantur in c. ſi. de pecul. cleri.

i Valoris. Scilicet mobiles & non pretioſæ, aliàs non procederet quod hic dicitur, nec etiã conſuetudo: ut per Ab. in c. cæterũ. de don.

k Ob benemerita. c. ſi. de pecul. cler. addit dictionem forte. quia idem eſſet dicendum ſi donaſſet ob aliam rationabilem cauſam. fac. c. relatum. ij. & quod ibi not. de teſta. Abb. in cap. cæterum. de donat.

l Præſertim. Ideò additur dictio præſertim, quia non eſt ſemper neceſſaria conſuetudo, ſi quid enim uellet donare de reditibus eccleſiæ,

ne, [a] iure ſubſtinebitur [b] donatio. Multò magis idẽ erit ſtatuendum ſi quid fortè ſoli ad Eccleſiæ fabricam erigendam cóceſſum fuerit, quo caſu tantũ donare licet, quãtum Eccleſiæ parietes concludere poſſunt. [c]

Prouentus Eccleſiaſtici poſſunt uendi ad modicum tempus, & ad precariam concedi, quæ renouanda erit de quinquennio in quinquenniũ. h.d.

Idem iuris erit, & de redituum fructuũque [d] uenditionibus ad tempus [e] modicũ faciendis, & de præcarijs, [f] quæ quandoq; de Eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent, quæ ne temporis longinquitate iuris Eccleſiaſtici pereat memoria, [g] de quinquẽnio in quinquenniũ [h] renouandæ erunt.

Precarium ſoluitur ad beneplacitum concedentis, ſecus precaria, niſi ſit irrationalis. hoc dicit.

Diſtat autem præcariũ à precaria, quia precarium tandiu cõceditur, quoad is qui conceſsit, patitur. [i] Precariæ uerò nõ ſunt pro uoluntate concedentium reuocandæ [k] niſi ſint irrationabi—

ſiæ, quos facit ſuos, poteſt prælatus etiam ſine conſenſu capituli; & ſine aliqua conſuetudine, pro hoc quod not. in c. præſenti. de offi. ordi. in vj. Idem eſſet de alia re minima, ſed ſi non eſſet minima nõ poſſet aliquid donare ſine cõſuetudine, niſi cũ cauſa probabili: ut eſt notatum ſupra.

a Cõſuetudine. Iuri non cõtraria: diſt. xij. c. ſcit ſancta. & de re iudi. c. cum cauſa.

b Subſtinebitur. Sed cõtra: quia nil dat qui nihil habet. l. ſi uniuerſæ. C. de leg. j. q. vij. ca. Daibertum. cũ alleg. in c. cæterũ. de donat. & eſt ca. ij. eod. tit. & xij. q. j. c. ſi priuatum. reſpon. hoc intelligitur de erogatione in pauperes. ſed hoc licet ſit in ſe uerum, huic tamẽ literæ non conuenit, nec c. cæterũ. quia hoc caſu nõ eſt neceſſaria conſuetudo, & alia de quibus hic quia ad eleemoſynam tenetur eccleſia de rebus ſuis. xvj. q. j. c. quoniam. xij. q. ij. c. aurum. Vnde intellige etiã de donatione facta non pauperi, quæ erit ualida concurrente conſuetudine, etiam quod res nõ ſit minima, dummodo non magna. Facit ſimile de tutore, qui quanquàm non ſit proprietarius, ratione tamen liberæ adminiſtrationis aliqua donare poteſt. l. cum plures. ff. de admi. tuto. fac. l. filius. ff. de donat. & c. nobis. in fi. de elect. & c. is cui. eo. tit. in vj.

c Poſſunt. xvij. q. iiij. c. in uenditionibus. & c. quæſti.

d Fructuumque. Differentia eſt inter fructus & reditus: quia quidquid eſt in fructu, eſt in reditu: ſed non contra, ut not. in cap. generali. in fin. de elect. in vj. & fac. Cle. j. in fi. eo. unde ſumitur.

e Ad tempus modicum. Sed quod dicetur modicum tempus? reſp. relinquendum erit iudicis arbitrio. l. j. in fi. ff. de iu. delib. l. j. §. j. ff. de effract. c. de cauſis. de offic. deleg. c. inquiſitionis. de accuſat. & not. in l. j. §. quod ait. ff. de ſuperficie. iudex autem arbitrabitur ſecundum ſubiectã materiã. & not. de hoc. in Cle. j. eo. in fi.

f Precarijs. Contractus iſte præcariæ uel precarium eſt iure ciuili incognitus, & de eius natura uide per Ab. in c. j. de precarijs.

g Memoria. fac. xij. q. ij. c. longinquitate. & c. ſæpe.

h In quinquennium. Non eſt de ſubſtantia contractus huius quod fiat de quinquẽnio in quinquennium. ut per Abb. in c. j. de precar.

i Patitur. Nec pactum factum in cõtrarium ualet. l. cũ precario. ff. de preca. Item extinguitur morte eius cui precarium fuit cõceſſum, & ſic in hæredem non transfertur, nõ tamen concedentis morte finitur: nam ubi actus ualiditas dependet ab alicuius uoluntate, non extinguitur ipſius morte: quia præſumitur decedere in eadem uoluntate. c. maiores. extr. de baptiſ. concord. c. fi. de precar. ubi Abb. latiſſimè de eius natura diſſerit. Et quomodo à cõmodato differat, quæ materia cum ſit merè iuris ciuilis non eſt hic ponenda. finitur etiam precarium cum res eſt alienata, & nouus acquiſitor uult reuocare. d. capit. fin. & fac. decima quæſtio. ſecunda. cap. precariæ. cum duobus ſequen.

k Reuocãdæ. Hoſt. in hac materia ponit hos uerſus. Riæ, ria, rium. tria ſunt quibus caput unum. Riæ ſunt ſolitæ poſt ſingula luſtra renaſci. Ria fit ad mortem, nec citra uult reuocari. Riũ finitur tunc quando uult ſuus author. Tertium tamen uerſum non approbat Abb. in c. j. de preca.

les, quo caſu poterit ſucceſſor [a] à prædeceſſore conceſſam precariam reſcindere, & reuocare.

Ruinæ, prædia inculta & ſyluæ extirpatæ, poßũt ſub annuo cenſu cõcedi in emphyteuſim, & ſi per biennium in ſolutione cenſus ceſſatum fuerit, poteſt emphyteuta expelli h.d.

Ruinæ [b] quoque quas Eccleſia reficere non ualeat, & inculta prædia, aut extirpatæ ſyluæ in emphyteuſim ſub annuo cenſu his concedi poterunt à quibus uel ſuo uel parentum ſuorum labore conſtiterit extirpatas, niſi fortè poſſint alijs ad maiorem Eccleſiæ utilitatem, cum eodem onere cõferri. Qui tamen ſi per biennium [c] in ſolutione canonis ceſſauerint, niſi celeri ſatisfactione [d] poſtmodum ſibi conſulere ſtuduerint, iure expelli [e] poterunt: nec quicquam eis proderit quod ut canonem ſoluerent ſibi nunciatũ non fuit, cum hoc caſu præfixus dies pro domino interpellet. [f]

Terrulas incommodas, & minus utiles, item ſeruos fugitiuos poteſt prælatus alienare. h.d.

Terrulas quoque aut uincolas exiguas, [g] & Eccleſiæ minus utiles, [h] aut longè poſitas, uel domos, [i] quæ Eccleſiæ plus incommodi quàm utilitatis afferunt, ſi neceſsitas fuerit, diſtrahendi poteſtatẽ Epiſcopus habebit. [k] Simili ratione fugitiuos ſeruos, & qui de fuga reuocati, retineri non poſſunt, ſi uoluerint, [l] aut illi ex alio meruerint Epiſcopis diſtrahendi poteſtas erit. [m]

Feudum à uaſallo alienatũ, & difficilis recuperationis

de preca. nec differentiam ſingularis & pluralis numeri.

a Succeſſor. Etiam ex officio, c. quoniam §. ſunt. & alij, ut lit. non conteſt. ubi Abb. & abſque timore pœnæ appoſitæ reſciſſioni à prædeceſſore. ca. ij. de precar. facit. xxxv. q. ix. c. quod quis.

b Ruinæ. x. q. ij. c. ea quæ. §. ſi quas uerò, fac. c. ad aures. eod. unñ ſumitř, & fac. c. cum dilecti. cum ibi no. de empt. & uend.

c Biennium. ca. ſi. loca. x. q. ij. cap. hoc ius. §. qui rẽ. in priuato uerò triennium requiritur. l. ij. C. de iu. emphy.

d Celeri ſatisfactione. Poteſt ergo emphyteuta purgare morã offerendo canonem poſt biennium. c. pe. & c. ſi. de loca. quantum autẽ tẽporis dandum ſit ad purgandã hãc moram, ſunt opiniones, & dicitur latiſſimè in d. c. ſi.

e Expelli. Sed iudicis ne authoritate an propria? dic ut latiſſimè in ca. ſi. de loca.

f Interpellet. Non eſt ergo requirendus emphyteuta: quia tempus ſtatutum ipſum admonet. l. magnam. C. de contr. & com. ſtip. & l. ij. C. de iu. emphy. quod tamen non militat in foro pœnitentiali, & quo ad peccatum inducẽdum, ut per Abb. in cap. ſi. de præſcrip. ubi quòd in foro pœnitẽtiali dies non interpellat ꝓ hoĩe.

g Exiguas. Forte appellat exiguas non ualentes ultra xx. ſolidos, ut xij. q. ij. c. ſi quos. & not. in c. terrulas. d. cauſa, & q. unde ſumitur, & in cap. anteriorum. ij. q. vj. Sed contra d. l. pen. ff. de reb. eorum, & l. cum hi. §. in annos. ff. de tranſact. & xvij. q. iiii. capitu. l. quicunque. Solu. in cõtrariis erãt res utiles, nec urgebat neceſſitas, hic quando ſtimulat neceſsitas, & res ſunt inutiles.

h Minus utiles. Id eſt, non utiles, uel parum utiles. Fac. quia nullum & minus utile æquiperantur, ca. ii. de translat. prælat. hoc tamẽ non ſemper. ca. ſi. proponente, & ibi Abb. de reſcrip.

i Domos. Fac. xii. q. ii. ca. ſine, & c. non liceat.

k Habebit. Sed nunquid debeat interuenire conſenſus capituli? & non uidetur. xii. q. ii. terrulas. In contrariũ ꝙ interuenire debe. t uidetur ꝓbare text. in ca. ut ſuper. §. j. eod. Sol. de neceſſitate non debet, ſed de honeſtate. Vel expreſſus nõ debet neceſſariò interuenire, ſed bene tacitus, uel dic: ut no. in d. §. j.

l Si uoluerint. Epiſcopi.

m Poteſtas erit. c. terrulas. & cap. fugitiuos. xii. q. ii. non tamen dum ſunt in fuga. l. in fuga. C. de plagi. fortè, quia tunc ſunt in quadam libertatis ſpecie. l. quis ſit fugitiuus. §. idem recte. ff de ædil. edicto. niſi forte ſub conditione ſi apprehendatur: ut not. in dicto capitulo.

poteſt Epiſcopus alteri ſub cõditione r.cuperandi concedere. hoc dicit.

Sed & in feudũ certis caſibus, & iureiurãdo de non alienando [a] minimè obſtãte res Eccleſiaſticas concedere poterit, ueluti ſi feudum per uaſallum alienatum [b] fuerit, & per Epiſcopum id facilè recuperari nõ ualeat: poterit enim per Epiſcopum illud alicui concedi, [c] qui & ipſum recuperet, & in feudum ab Eccleſia recognoſcat.

Feudum deuolutum poteſt per Epiſcopum alteri concedi. hoc dicit.

Quinimò etiam ſi talis neceſsitas nõ immineat nihilominus alienantis [d] filium, [e] uel conſanguineum, uel eiuſdem feudi cõſortem poterit Epiſcopus inueſtire. [f] Idem erit ſi per obitum [g] uaſalli feudum ad Eccleſiam remeauerit, nam & eo caſu inueſtire prælatus alium liberè poterit, ſi Eccleſiæ uiderit expedire.

Qui aliquid contulerunt, uel acquiſiuerũt Eccleſiis, poſſunt pro modo collati, uel acquiſiti manumittere, dum tamen manumiſſus cum poſteritate, & peculio remaneat in patrocinio Eccleſiæ. h. d.

Illud etiam Toletano Concilio [h] diffinitum reperitur, quòd ſi ſacerdotes aliquid Eccleſiæ ſuæ relinquunt, uel nihil habẽtes, aliqua prædia, uel familias Eccleſijs ſuis acquirunt, [i] liceat eiſdem aliquos iuxta collatæ modum

fugitiuos. Hoſt. tamen putat poſſe teneri quòd ſeruus eccleſiæ quanquàm in fuga uendi poſſit, idque fauore eccleſiæ, quod tamen non placet Abbati in c. iniuſtum. de re. permuta.

a Non alienando. Pontifice ſcilicet inconſulto: ut in cap. ij. de feud. unde ſumit. & no. quòd hoc iuramentum refertur ſolum ad res q̃ ſunt de menſa eccleſiæ. i. ad eas res quarum dominiũ directũ & utile eſt penes eccleſiã, nõ autem ad bona in quibus habet tantum directũ, quia iſta ſi reuertantur ad eccleſiã poteſt p̃latus alicui rurſus concedere nõ obſtante tali iuramento: ut per Ab. in d. c. ij. & fac. nota. per eundem in c. ut ſuper. eo.

b Alienatũ. Qđ regulariter non licet maximè ſi ſit temporale ſecundum Hoſti. poteſt bene in dotem dari ad uitam ipſius feudatarij. cap. nuper. de donat. inter uir. & uxor. & habetur p Docto. in c. ij. de feudis.

c Concedi. No. caſum in quo licet iura cedere potentioribus, contra titu. C. ne li. potent. quod eſt fauore eccleſiæ, & odio eorum qui uſurpant res eccleſiaſticas. Sed an idem ſit in re eccleſiaſtica occupata, & quæ non poſſit facile recuperari per epiſcopum, ut ſcilicet poſſit dari recuperatori, & recuperaturo in feudum, maximè ſtante tali iuramento? reſpon. ſecundum Ioan. Andr. & Abba. quòd non. ne ſcilicet uia fraudibus aperiatur: ut per eos in cap. ij. de feudis.

d Alienantis. Collige ex eo quod hic dicitur, quòd alienans feudum in caſu non permiſſo ipſo facto cadit à iure ſuo, nec alia ſententia requiritur, quod probatur tam hic, quàm in d. ca. ij. de feud. dum permittitur epiſcopo feudum alteri concedere ſine noua priuatione.

e Filium. No. q̃ licet delictum patris priuet filium feudo, tamen illũ nõ inhabilitat ad feudum, de quo latè per Ab. in c. ij. de feudis.

f Inueſtire. Qđ nõ uidebatur quaſi delictum patris noceret filio, & p̃pinquo, uel quaſi ſufficeret q̃ filius ueniret iure ſucceſsionis, ut not. plenius in c. ij. de feud. fac. c. p tuas. de donat.

g Per obitũ. Intellige quãdo feudum fuit perſonale, uel quãdo fuit conceſſum uaſſallo, & filijs, & moritur ſine filijs maſculis, nam fœmina niſi ſit expreſsè dictũ de ea non ſuccedit. c. j. đ ſucceſ. feud. colla. x.

h Cõcilio. c. cõſẽſus. eo. habet ergo Conciliũ iuriſdictionẽ & non ſolus Papa. Nã ſi non haberet nõ poſſet diffinire uel ſtatuere. l. ſi. ff. de iu. om. iud. c. ij. de cõſt. in vj. An aũt conſtitutio facta in cõcilio debeat ædi ſub nomine Papæ, an uerò ſub nomine cõcilij, uide p Ab. in c. j. de ſpõ.

i Acquirunt. Quidam intelligunt de acquiſitis intuitu eccleſiæ, ut Inno. Hoſt. uerò & alij quidam intelligunt de acquiſitis intuitu perſonæ. & ex propria perſona, pro quibus uideť facere litera hic, & in ca. conſenſus. eod. unde

ſumitur ibi, *iuxta collatæ modum rei*. ſecundum quem modum non poterunt iſti clerici libertatem dare, ſi acquiſiuerunt primo ſed intuitu eccleſiæ. Opin. tamen Inno. uidetur magis communis, pro qua facit, xij. quæſt. ij. capit. epiſcopus qui mãcipium, cum expediat. iura uiribus &c. cap. cum expediat. de elect. ĩ vj.

a Manumittere. Etiam non benemeritos, benemeritos enim poſſet manumittere, etiam quòd nil eccleſiæ contuliſſet, cap. ſi quos de ſeruis xij. q ij. & ſupra. eod. §. excipiuntur, & ĩ utroque caſu requiritur ſuperioris authoritas: ut not. p Ab. in cap. conſenſus. eod. & ĩ c. tua. de his quæ ſi. à præl. ſin. conſ. capituli.

rei de familia eiuſdem Eccleſiæ manumittere, [a] ità ut manumiſsi cum peculio, & poſteritate [b] ſua ſub Eccleſiæ remaneant patrocinio. Quòd ſi qui nihil de proprio Eccleſiæ contulerunt libertati ſeruos Eccleſiæ donare auſi fuerint, ex codẽ Concilio Epiſcopus ſucceſſor [c] ad Eccleſiæ [d] ius reuocare poterit. Impium eſt enim, ut qui lucrũ de rebus ſuis Eccleſiæ non contulit, damnũ inferre ualeat.

b Poſteritate ſua. Sed contra. l. antepen C. de ope. lib. Sol. quidam quòd iſta poſteritas fuit manumiſſa ſimul cum parentibus. Sed hæc diuinat, immo eſt contra capit. liberti. xij. quæſt. ij. Vnde alij quòd ſpeciale in eccleſia, ut proles liberti ſit ſemper eccleſiæ obnoxia, hanc non probat Gloſ. in d. capit. liberti, ſpecialitas enim eſt cauenda, not. in l. filium. C. famil. ærciſcund. Tertij dicunt quòd filij nati poſt manumiſſionẽ ſunt ingenui, ſunt tamen obnoxij eccleſiæ quo ad quaſdam operas, quæ conſiſtunt in honore exhibendo, puta, aſſurgendo, ſalutando: ut not. xij. quæſt. ij. cap. de libertis. Vel dicas quartò, quòd hæc lex poteſt dici in ipſa manumiſſione uelut, & in traditione rei poteſt pactum apponi l. in tradendis. ff. de pact.

c Succeſſor. cap. ij. de precar. & ſupra. eod. di ſtat. & xxxv. q. ix. c. quod quis.

d Ad ius eccleſiæ. Not. quòd licet alienatio non tenuerit, & ſic dominium ab eccleſia non fuerit ablatum, nihilominus dicitur euocari res ad ius eccleſiæ. Quod facit ad quæſt. ſi Papa committat delegato quòd ea quæ reperierit alienata de bonis talis eccleſiæ debeat ad proprietatem dictæ eccleſiæ reuocare, ꝙ talis delegatus habebit iuriſdictionem ſuper rebus inuaſis, & de quibus poſſeſſio tãtum trãſiuit ad alios, de quo uide per Abbat. & alios in capit. epiſcopi. eod. & p Felynũ. in Rubrica de reſcriptis.

Princeps poteſt rem ſuam æqualem, uel maiorem cũ Eccleſiaſtica permutare, & ſerui Eccleſiaſtici, ſi frugi ſint, præterquam ad libertatẽ commutari non poſſunt. hoc dicit.

Sed & Princeps [e] ſi cauſa probabilis [f] id popoſcerit, cum re Eccleſiaſtica, & immobili rem ſuã maiòrem, uel æqualẽ permutare poterit, pragmatica ſuper hoc præcedente forma, [g] Eccleſiaſtica tamen mancipia, quæ frugi fuerint, [h] præterquã ad libertatem commuta

e Princeps. Intellige de Imperatore qui cũ munierit eccleſiam multis priuilegijs, non fuit magnum ſibi hoc quod hic dicitur rependi, aliàs hæc uox princeps uariè ſumitur. ut not. in Cle. j. de baptiſmo.

f Probabilis. Quidam intelligunt quòd in hac permutatione uerſari debet utilitas eccleſiæ, & quòd aliàs non debet fieri: ut not. in cap. j. de re. permut. Sed commu. contra quòd non requiratur eccleſiæ utilitas. ſed quòd ſufficiat quòd non ſit in damno. & quod dicitur de cauſa probabili, intelligendum eſt de cauſa ex qua mouetur princeps ad permutandum. puta: quia eccleſia prope palatium principis habet prædium, & princeps uult ampliare ædificium. Immo plus dicunt Doct quòd ſi prælatus nollet conſentire, poſſet compelli per ſuperiorem ſuum.

g Forma. Hæc eſt quædam annotatio uel ſignificatio quam facit princeps ſuper tali permutatione cum cauſæ cognitione, & hæc forma non tam requiritur ad ſubſtantiandam permutationem, quam ad excuſationem eccleſiæ, ſi diceretur quòd res eccleſiaſtica diſtrahi non debet.

h Frugi fuerint. Secus ſi fugitiua, c. mãcipia. de rerum permut. & nota ꝙ eccleſia poteſt habere ſeruos etiam chriſtianos. fac. §. ꝙ ſi quis. ſupra. qui promo. non poſſ.

Non

ri non poterunt. [a]

Epiſcopus poteſt permutare terras duarum Eccleſiarũ ſuæ diœceſis illarum accedente conſenſu, & de temporalibus ad ſpiritualia non poteſt fieri permutatio.h.d.

Epiſcopus quoque [b] duarum ſuæ diœceſis Eccleſiarum terras inuicem ambarũ partium accedente conſenſu [c] permutare poterit, & ſi alterius partis prædiũ ualore præponderet ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam [d] refundi iubebit. De temporalibus autẽ ad ſpiritualia permutatio iure conſiſtere nõ poteſt. [e]

Res Eccleſiaſtica poteſt propter ſcriptionẽ legitimã ab Eccleſia abduci, & detrahi.h.d.

a Non poterunt. Quod enim ſemel Deo dicatum eſt, ad humanos uſus transferri nõ poteſt, capit. mancipia. cum capit. ſequen. de re permuta.

b Epiſcopus quoque. Fac.c.j.eo. & c.ad quęſtiones. de re.permuta. & x. quæſt. ij. cap. hoc ius.§. ſed & permutare.

c Conſenſu. Not. ergo quòd licet epiſcopus in eccleſijs ſibi ſubiectis omnimodam habeat poteſtatẽ. x. quæſt. j per to. & ſupra, de immunit. eccleſia.§. pen. tamẽ nõ poteſt pro libito & ſine cauſa rem earum alienare, ex cauſa tamen poſſet: ut not in cap. j. ubi Abb. eo. Sed nec econtrà poſſunt eccleſiæ res ſuas ad inuicem permutare ſine ſuperioris licentia, & ſic eſt argumẽ, quòd canonici nõ poſſunt inuicem permutare domus ſibi aſſignatas, de quo in cap. quæſitum. de re. purmut.

d Pecuniam. Sed an hoc caſu remanebit permutatio hic contractus, an uerò tranſeat in emptionem ob pecuniam numeratam. In hac quæſtione uarij uaria tradiderunt, uidetur tamen primo contrahentium animus inſpiciendus l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de re. iu. & ita Ioan. And. & Abb. in cap. ad quæſtiones. de r ·. permut. & Bart. in l. Ariſto. ff. de donat. ſi autem non apparet, eſt recurrendum ad coniecturas, ſi enim maius ſit pretium, quàm res data unà cum pretio uel pecunia, præſumetur emptio. contrarium ſi pecunia ſit modica, & res magna: arg. l. cum quęritur. ff. de ſta. hom. & de hoc latiſſimè Tiraq. in tract. de utroq; retract. in prima parte §. xxx. in Gloſ. prima ſuper uerbo permutationis.

e Non poteſt. c. ad quæſtiones. & c. exhibita. de re. permuta. ſed ſpiritualia ſpiritualibus poſſunt bene permutari, traditur in d. capit. ad quæſtiones.

Præterea & ſi quis per tẽpora ſacris Canonibus [f] definita rẽ Eccleſiaſticã iuſto titulo, & bona fide ita poſſederit, ut nullo tempore rei conſcientiam habeat alienæ [g] completa præſcriptione, res poſſeſſa à iuribus Eccleſiæ dubio procul intelligetur eſſe auocata.

Decimæ & oblationes præſcribi non poſſunt. h.d.

Prouentus [h] tamẽ primitiarum & decimationum [i] præſcriptione tolli non poterunt, etiam ſi à Romano Pontifice laicus quilibet ſuper his reſcriptum impetrauerit.

f Canonibus. c. ad aures. cap. uigilanti. capit. cum nobis. c. ſi diligenti. de præſcript. & per tot.

g Alienę. cap. ſi. de præſcrip. ubi ordinariè per omnes. & no. hic quę requirantur ad legitimam præſcriptionem.

h Prouẽtus. Sumitur ex cap. placuit. §. ſic etiam. xvj. q. iij.

i Decimatio- nũ. Immo uidetur ꝙ laicus decimas poſſit præſcribere: nam ius habet percipiendi eas, ex quo ei conceduntur ab epiſcopo, puta in feudũ uel beneficium ad tempus. ad not. in capit. quanuis de decim. Ad hoc quidam quòd laicus nullum ius habet in decimis, nec habere poteſt. j. quæſt. iij. cap. peruenit. & §. ex contrario. ſupra in titulo proxi. & ſecundum iſtos plana eſt res, & nullum eſt contrarium. Alij dicunt quòd cum ſic conceduntur laicis ab ep̃o, laici habent ius poſſidendi: ſed illud ius nõ eſt ſpirituale, nec rõne illius iuris poſſet præſcribere: quia alieno noĩe poſſidet, ſi uerò uellet interuertere poſſeſſionẽ iã inciperet eſſe malęfidei, c. ſi diligenti. de præſcript. & ita nõ poſſet eas præſcribere. Sed nõ ne ius ſpirituale percipiendi decimas habent leproſi qui ſunt laici. c. ij. de eccle. ædifi. dic ꝙ nõ: ſed tãtum à præſtatione ſunt liberi, qđ ex eo patet, ſed tantum à præſtatione ſunt liberi: ut not. in d. § ſic etiam.

DE

DE PECVLIO [a] CLERICORVM [b] relictis, & ſucceſſionibus eorum.

XXIIX

Eccleſiaſticæ reputantur etiam illæ quas ſacerdos acquiſiuit, cum tempore ſuæ promotionis nihil haberet, qui ſub pœnis hic contentis curabit, ut de rebus à ſe emptis ad nomen Eccleſiæ ſcripturam conficiat hoc dicit.

Ergo [c] res Eccleſiaſticas ab Eccleſiæ iuribus abdicare non licet. [d] Eccleſiaſticas autẽ res intelligimus non modo quas Eccleſiæ rationibus ſacerdos cõperit aſſcriptas, ſed etiam eas [e] quas is emerit cùm tẽpore ſuæ promotionis nihil [f] haberet, cũ igitur & hæc tãquàm de bonis Eccleſiæ [g] quæſita eiuſdem eſſe intelligãtur, [h] ne quãdo ius Eccleſiaſticum imminuatur, curabit ſacerdos ut de his quę ſuperemerit, & ad ipſius Eccleſiæ nomẽ [i] ſcripturam conficiat, & Eccleſiæ relinquat, alioqui ab eius ordinatione diſcedet. Qui uerò prætextu ꝓprij, uel alieni noĩs fraudẽ facere uoluerit, ſacrilegij [k] crimen incurret.

DE PECVLIO CLERICORVM relictis, & ſucceſſionibus eorum.

a De peculio. Licet peculium ſui natura ſupponat habentem in aliena poteſtate. l. fin. C. de bon. quæ lib. & ff. de pecu. per tot. & inſtit. quod cum eo qui in alie. poteſta. & ſit quadruplex: ut ſ l. ſi. C. de inoffi. teſtam. & per Ab. in Rubrica eod. hic tamen ſumitur pro patrimonio ipſo clericorum, & dicitur à pecunia quaſi par ua pecunia: quia fortè clerici ut plurimum nõ habet ampla patrimonia.

b Clericorum. Hic accipe ſtrictè & propriè, ut non comprehendat monachos, ſed ſolum ſeculares: ut per Abba. in capit. j. de inſtit. quorum eſt habere hoc peculium.

Ergo res Eccleſiaſticas.

c Ergo. Ex hoc principio patet continuatio ad præcedentia, & eſt inceptiuum uerbũ, uel coniunctiuum, uel illatiuum.

d Non licet. Xij. quæſt. ij. per tot. & ſupra titulo proxim. per tot.

e Sed etiam eas. capit. j. eod. unde ſumitur. & xiij. q. iij. per tot.

f Nihil. Paupertas ergo non obeſt quo minus quis promoueri poſſit. Ita not. xij. q. iij. c. j. & per Ab. c. j eo. licet aliud ſit in tutore, inſtit. de excuſ. tuto. in ſi.

g Bonis eccleſiæ. Non tamen hæc eſt præſumptio iuris & de iure, ut non admittat probationem in contrarium. Nam poterit ꝑ hæredem clerici probari quòd licet nõ habuerit patrimonium, lucratus tamen fuit ex aliquo licito artificio, & ex induſtria, quo caſu non acquiritur eccleſiæ, cap. quia nos. de teſtam. & per Ab. in cap. j. eod. & latius in cap. iij. Simile eſt in uxore, quæ licet præſumatur in dubio quæſiuiſſe ex bonis mariti. l. Quintus. ff. de don. inter, ui. & uxor. l. etiam. C. eod. tit. iſta tamen præſumptio recipit probationẽ incõtrarium: ut ꝑ Ab. in d. c. j. & per Neuiza, in ſyl. nuptiali lib. 4. & per Alciat. de preſumpt. Reg. iij. ꝑſumpt. xxvj. Aym. conſ. 51. lib. j.

h Intelligãtur. Sed cõtra C. arbi. tutel. l. ſi defunctus? Reſpondeo aliud in tutore & curtatore qui eſt temporalis, & licitè negociatur. aliud in clerico, qui non ſe immiſcet negocijs ſecularibus, ne cle. uel mon. per tot. & eſt perpetuus & habet liberiorem adminiſtrationẽ. nam ſic delictum præſumeres contra l. merito. ff pro ſocio. & l. Quintus. ff. de donat. inter uir. & uxor.

i Nomen. c. ij. eod. Sed quid ſi conficiat ſcripturã ſub noĩe proprio, uel alieno? Reſpondeo ad huc res efficitur ipſius eccleſiæ, & hoc ſpeciale eſt in ea, ut res empta ex pecunia ſua, licet ſub nomine alieno, fiat eccleſiæ: nam regulariter contra l. ſi ex eo. C. de rei uend. l. & ſi de tua. C. de don. inter. ui. & uxor. l. ſi patruus. C. com. utri. iudi. habetur in capit. inquirendum. eod. Dicit tamen Hoſtien. non reperiri textum expreſſum pro hac exceptione, ſed ſecundum Ab. eſt tex. in c. j. eod. & in c. j. de teſta. fac. ſimil. l. iij. C. arbit. tutel. & C. de rei uendic. l. ſi ut proponis.

k Sacrilegij. cap. inquirendum. eo. & ibi de hoc no.

Sta-

Relictum Sacerdoti pro anima cenſetur relictum Eccleſiæ, ſecus eſt ſi quid ei ſit relictum ſub onere fideicommiſſi hoc dicit.

Sed & ſi non emerit, ſed pro anima quiſpiam intuitu Eccleſiæ ſacerdoti reliquerit, adhuc idem ſtatuendum [a] erit. Congruit enim ut quemadmodum ſacerdos habet quod Eccleſiæ dimiſſum eſt, ita & Eccleſia id habeat quod relinquetur ſacerdoti. Si quid tamen per fideicommiſſum, aut ſacerdoti, aut Eccleſiæ relictum fuerit alteri poſtmodum profuturum, id inter Eccleſiaſticas facultates computãdum non erit. [b]

Bona quæſita Sacerdotibus intuitu Eccleſiæ, debent remanere apud Eccleſiam, nec de his poteſt qui teſtari, & quid continetur nomine Eccleſiæ, hoc dicit.

Generaliter igitur bona quælibet ob Eccleſiam [c] acquiſita ſacerdotibus, ſiue mobilia, ſiue immobilia, poſt illorum obitum debent apud eandem remanere, nec ſuper his ullum de iure teſtamentum fieri poterit. Nomine [d] autem Eccleſiæ ubi clericorum eſt collegium, nõ Epiſcopus, [e] uel morientis clerici ſucceſſor, ſed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam, & canonicam debet habere diſtributionem. Vbi autem in locum defuncti unus tantum ſubſtituendus erit, is ea bona, uelut & alia diſpenſabit. [f]

Clerici poſſunt maximè accedente iuſta cauſa de bonis Eccleſiaſticis facere eleemoſynam, hoc dicit.

Licet autem clerici, nec de mobilibus ipſis teſtamentũ conficere poſsint, cõſuetudinis tamen eſt nõ improbatę, ut de his pauperibus, & religioſis locis, & his q. uiuenti ſeruiuerint, [g] ſiue ſint cõſanguinei, ſiue extranei, aliqua [h] iuxta ſeruitij meritum cõferant, non teſtamẽti [i]

a Statuendum erit. De hoc ſupra. de cano. portione. §. ſed in hac ſpecie. & habetur in ca. requiſiſti. de teſtam. fac. xij. q. iij. c. pontifices.

b Non erit. Poterit tamen detrahi Trebellanica, ut inſtit. de fideicom. hære. §. ſed quia, niſi fortè eccleſia uellet imitari principem, qui licet poſſit detrahere huiuſmodi quartas, conſueuit tamen donare l. j. §. ad municipum. ff. ad leg. falcid. not. in l. & de legatis. C. eod. tit.

c Ob eccleſiam. Sic in ca. relatum ij. de teſtam.

d Nomine autem. No. unam ſignificationẽ iſtius uerbi eccleſia, de alijs not. in c. quæ relam. ne prælat. ui. ſuas. fac. ſupra. de conſtruen. eccleſ. & quę ibi no. in princ.

e Non epiſcopus. Qui tamẽ eſt in eccleſia, & eccleſia in epiſcopo. vij. q. j. c. ſcire debes.

f Diſpenſabit. Sed quæ diuerſitatis ratio inter hũc caſum & ſuperiorem? Reſpondeo ſecundum Abb. in cap. relatum. ij. de teſtam. quia primo caſu canonico datur præbenda ex bonis cõmunibus capituli principaliter ut inde ſumat neceſſaria, nõ aũt ut ſit adminiſtrator eccleſię. Ideò ſi aliqua remanent ultra præbendam debent cedere capitulo cuius ſunt bona præbendarum. Nã ſatis eſt ꝙ ſucceſſor habeat corpus præbendæ: quia datur ſibi ut inde uiuat, & capitulũ adminiſtrabit bona acquiſita, ſicut alia bona cõmunia. Sed in alio beneficiato per ſe extra congregationẽ datur beneficium tã quã adminiſtratori ipſius eccleſiæ. Vnde queadmodum eſt adminiſtrator aliorũ bonorum eccleſiæ, ita & hæc quæſita intuitu eccleſię adminiſtrabit. quæ ratio ſatis hic innuitur in illis uerbis, uelut & alia. &c.

g Seruierint. Ad erogandum pauperibus & pijs locis ſufficit ſola charitas, in alijs requiritur quòd prę ceſſerit ſeruitium, cap. relatũ. ij. ubi Ab. & cap. ad hęc. de teſtam. & non eſt mirum quòd fiat hic remuneratio de tebus eccleſię: quia ſeruitium impenſum prælato cenſetur eccleſiæ impẽſum. fac. c. p tuas. & qđ ibi per Ab. de donat.

h Aliqua. Hoc uerbũ denotat moderationẽ, adeò ꝙ non poſſet oia mobilia eps erogare, Ab. & Doct. in c. relatũ. ij. & c. ad hęc. de teſtam.

i Non teſtamenti. No. quod qñq; aliquid cõceditur inter

ratione, ſed eleemoſynæ dumtaxat intuitu.

Poteſt quis tantum legare de bonis Eccleſiaſticis, quantū contulerit Eccleſiæ. h.d.

Item ſi tantundem de proprij Iuris facultate contulerit Eccleſiæ, quātum de Eccleſiaſticis bonis legauerit, legatum ſubſtinebitur. [a]

Clerici poſſunt teſtari de his, quæ acquiſiuerunt non intuitu Eccleſiæ h.d.

De his uerò, quæ aut paternæ ſucceſsionis, uel cognationis intuitu, [b] ſeu conſanguineorum, uel amicorum munere reſpectu non habito ad Eccleſiam, [c] ad clericos peruenerint, [d] liberè [e] teſtari poterunt.

Clerico ingenuo deficientibus ſucceſſoribus ab inteſtato ſuccedit in totū Eccleſia. h.d.

Quòd ſi deceſſerint inteſtati nec aliqui fuerint inuenti, qui iure cognationis ipſis ſuccedere ualeant, ſi ingenuis gaudeant natalibus, [f] in integrum tunc Eccleſia ſuccedet, [g] nec cuiquam ex rebus eorum aliquid præſumere [h] licebit.

Bona ſerui promoti ad ſacros ordines ab inteſtato decedentis diuiduntur in quatuor partes. ut hic.

Si uerò ſeruus [i] ad ſacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemq́; poſteà deceſſerit inteſtatus, nihil olim dominus de bonis eius uendicare poterit. Sed eius peculium in quatuor partes diuidet, quarū

inter uiuos, quod non licet in ultima uoluntate, & ſic poteſt quis facere per ſe, quod nō pōt relinquere alteri faciendum. fac. c. quia Ioannes, xij. q. v. & not. in c. Apoſtolicæ. de dona. & ſupra. de conſtru. eccleſ. §. epō quoque. Ratio differētiæ eſt, quia teſtamentum confirmantur morte, c. cum Marthę. de celebra. miſſ. eſſe ctus ergo confertur in tempus in quo non eſt futurus prælatus, ideò nō pōt de aliquo diſponere de facultatibus eccleſię: arg. l. eum qui ff. de iuriſd. om. iudi. ſed ſi uult diſponere dū uiuit, non prohibetur, quia eſt adminiſtrator eccleſiæ, licet ergo una uia quid non liceat, licet tñ alia, contra c. cū quid. de reg. iu. in vj. ſed illud eſt qñ quid prohibetur rōne effectus nō modi: ut per Ab. in cap. ad hæc. de teſtam.

a Subſtinebitur. xij. q. ij. ca. ſi quis qualibet. & q. v. c. ſi epiſcopus.

b Intuitu. Not. quòd clerici tam ſeculares, quàm religioſi retinent iura ſanguinis, & ideò ſuccedunt. l. Deo nobis. C. de epiſco. & cle. & xvj. quæſt. j. capit. uno. hæc tamen eſt differentia inter religioſos & ſeculares clericos, quòd ſeculares ſibi acquirunt. capit. quia nos. ubi Abb. de teſtam. religioſi monaſterio, omnes in d. capit. quia nos.

c Ad eccleſiam. Quia tunc aliud eſſet cap. requiſiſti. de teſtam. cap. j. de ſucceſ. ab inteſta. & §. ſed in hac ſpecie. ſupra. de cano. port.

d Peruenerint. Idem ſi ex aliquo condecenti artificio clericus lucraretur, puta: quia aſſumpſiſſet lecturam, capit. quia nos de teſtam. ubi Abb. & alij. fac. not. in c. j. de celeb. miſſarum. Sed quid erit ſi clericus lucratus fuerit ex illicita aduocatione, uel etiam ex ludo? Reſpondeo ut per Abb. in c. relatum. ij. in fi. de teſtam.

e Liberè. Etiam ſi ſit filius famil. quia nihilominus de aduentitijs teſtabitur, quod intellige ut per Ab. & alios in capit. quia nos. de teſt.

f Natalibus. Aliud ſi non ſint ingenui, ut in §. ſeq.

g Succedet. Cō cor. xij. quæſt. v. c. ſi. & q. iij. cap. quicunque. & ca. j. de ſucceſſ. ab inteſta. & in §. ſi quis. epiſcopus. Aut. de eccleſ. titul. quòd ſi quis habuit plura beneficia uidetur quòd hęreditas ſiue patrimonium decedentis clerici debeat diuidi, ſed tu dic quòd ſuccedit eccleſia in qua ultimo loco clericus inſeruiuit, ut per Doct. in ca. j. de ſucceſ. ab inteſtato. quod ſi tempore mortis habebat duo beneficia tunc fortè facienda eſſet diuiſio. Quid ſi clericus nullam habet eccleſiam, nec ſucceſſorem ab inteſtato? Reſp. ſecundum Ab. in d. c. j. bona deuenient ad epm. Et ipſe diſponet ſecundum Deum. uide per eundem in cap. ij. de pęn. & in c. in præſentia. de probat. Fa. Aut. oēs peregrini. C. com. de ſucceſ. Et quod dicitur de eccleſia. intellige largè ut comprehendat oē beneficium etiam ſine cura. facit cap. relatum ij. de teſtam. & tenet Ab. in d. c. j.

h Præſumere. Ante ſumere à ſumo dictum q. d. expilare, ſurripere.

i Seruus. Facit. c. ij. de ſucceſ. ab inteſta.

Capaces.

una epõ, altera eccleſiæ, tertia pauperibus aſsignabit, quarta parentibus, & ſi nõ ſint capaces [a] parentes, eps [b] eam recipiet, & in uſum eccleſiæ diligenter diſtribuet.

a Capaces. Puta hæretici. xxiiij. q. ij. c. ſanè. & c. ſi quis epiſcopus.
b Epiſcopus. Et ſic nota quòd illud quod uenit applicandum fiſco de bonis clericorum non applicatur fiſco Papæ, ſed epiſcopo loci, ut diligenter diſtribuat ad uſum eccleſiæ, ut hic. Item nota aliud quod Ab. in cap. ij. de ſucceſſione ab inteſt. putat mirabile. quod in d. capitulo ſecundo. unde hæc litera ſumitur, uidetur probari quòd ſi uni ex hæredibus aufertur ſua portio tanquam ab indigno, non applicatur fiſco ſeculari, licet hæres ſit ſecularis. ſed potius fiſco eccleſiæ, habito reſpectu ad qualitatem relinquentis: quia fuit clericus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS ET ILLORVM DIVISIONE.

LIBER TERTIVS. DE IVDICIIS, ET ILLORVM DIVISIONE.

Quid ſit iudicium, & quid cauſa. hoc dicit.

Reſtat [a] ut uideamus de iudicijs. Poteſt autem iudicium ita deſcribi, Iudiciũ [b] eſt diſcuſsio cauſæ, quæ ritè ſit in foro coram iudice. Cauſa [c] uerò eſt origo negotij, & materia iudicij.

Quæ ſint iudicia ſecularia, & quæ eccleſiaſtica. h. d.

Summa diuiſio iudiciorum hæc eſt, ꝙ aut ſunt ſecularia, aut eccleſiaſtica. Iudicia ſecularia ſunt, quæ coram iudice laico inter perſonas ſeculares exercentur. Eccleſiaſtica uerò ſunt, quę coram iudice eccleſiaſtico inter perſonas [d] eccleſiaſticas

a Reſtat. Quaſi dicat, explicito tractatu perſonarum in primo libro. Item rerum in ſecundo iuſta partitionem factã ſupra de iu. nat. conſuetu. & conſtitut. §. fin. reſtat tractare ſolum de iudicijs, de quibus, quoniam materia eſt ampla, & admodum diffuſa, tractat duobus libris, uno complectitur iudicia ciuilia, qui eſt hic, tertius alio criminalia qui eſt ultimus. Et licet hic terminus iudiciũ uaria ſignificet: ut per Doc. in Rubrica eod. tamen hic ſumitur pro inſtantia cauſæ diſcutiendæ & partibus eius. l. properandum. C. eo. c. forus. de uerb. ſig. iiij q. iiij. c. j.
b Iudicium eſt. Variè traduntur iudicij diffinitiones in Rubrica eod. hæc tamen non uidetur in ſenſu differre ab alijs, præſertim ab ea quæ traditur ibi per Abb. & licet fortè aliquæ poſsint fieri oppoſitiones ſi uelimus attendere naturam diffinitionum, prout ſtrictè accipiuntur, & inſanas ſcribentium diſputationes, ſufficit tamen ut ſubſtineatur & uerificetur prout in pluribus, & tanquam deſcriptio, ponitur hic, quod apparet ex illo uerbo deſcribi.
c Cauſa uerò. &c. c. forus. de uerb. ſign.
d Eccleſiaſticas perſonas. Vt infra eod. §. pari ratione, & in tantum clerici ſunt ab eccleſiaſtico iudice iudicandi, ut nec Papa ſubijcere poſsit clericos poteſtati ſeculari. Inno. & Abb

agitantur. Duo enim ſunt [a] quibus principaliter orbis regit̃. [b] Authoritas ſacra Pōtificum, & Imperialis, ac regia poteſtas. Vnde ſicut ciuilium legum non niſi ciuilis eſſe debet execu tor, ita etiam eccleſiaſticarum eccleſiaſticus Iudex eſt adminiſtrator. [c]

Laicus à laico coram ſeculari iudice conueniri debet, niſi cauſa ſit ſpiritualis, uel ſimilis: & literæ impetratæ ad iudicem eccleſiaſticum nõ tenent. h. d.

Laicus ergo à laico coram iudice ſeculari, non autem eccleſiaſtico cōueniendus erit, quod uſq; adeò obtinet, ut etiam ſi alteruter litigātium ab Apoſtolica ſede literas ad Eccleſiaſticum iudicem impetrauerit, irritæ ſint & inanes: [d] ſi tamen cauſa ſit huiuſmodi, quę ad eccleſiaſticum forum pertineat, qualis eſt matrimonij, [e] uſurarum, [f] periurij, [g] & ſimiles, [h] licet inter

Abb. in c. ij. de maio. & obedien. niſi ex cauſa. Ab. in c. propoſuit. de conceſſio. præbendæ.

a Duo ſunt enim. Concor. diſt. xcvj. & Aut. quomodo opot. & c. & pulchrè per Archid. in Rubrica Decreti colum. j.

b Regitur. Et unum non dependet ab altero, & ſic poteſtas Imperatoris ueri non uidetur pendere à Papa, ſed immediate à Deo, & ita not. in c. duo. & c. ſi Imperator. diſt. xcvj. de quo tamen dicut per eximium doctorem & præceptorem meum Dominum Reſtaurũ Caſtaldum in tractatu de Imperatore. q. iiij. qui teſtatur communẽ hodie eſſe ſententiam quòd Imperator & imperiũ eſt ab eccleſia, & latius per eundem in eodem tractatu. q. 50. facit quod not. Abb. in cap. licet. de fo. compe.

c Adminiſtrator. Xj. q. j. c. ſicut. & per tot. & c. nouit. eod. & hoc regulariter. Sunt tamen caſus in quibus iudex clericus cognoſcit inter laicos, & econtra, ut diffusè per Stefanum Aufrerium Tholoſanum in tractatũ de poteſtate ſecularium ſuper eccleſijs, & per eundem in tractatu de poteſtate eccleſiæ ſuper laicis, & per Bernardum Laurentij in quadam recollecta caſuum in quibus iudex ſecularis poteſt in perſonas eccleſiſticas manus immittere, in tomo v. tractatuum, & per Doct. in cap. ij. de iudi. ubi quando laicus poſſit eſſe aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici, & in cap. licet. & in c. ex tenore. de fo. compe. & in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. & dicetur infra eo. in diſcurſu uarijs in locis.

d Et inanes. Sed quæritur an ſint irritæ & inanes ipſo iure? quidam quod tales literæ ſunt in ſuſpenſo, & quòd euentus declarabit an ſint nullæ, ſcilicet ſi appareat iudicem laicum eſſe uel non eſſe negligentem, ut not. in c. licet. & cap. ex tenore. de fo. compet. & tenuerunt multi antiqui. Ab. in d. c. licet. diſtinguit an literæ ſint impetratæ à perſonis miſerabilibus: an uero non miſerabilibus: ut ſecundo quidem caſu irritæ ſint ipſo iure, primo uerò non, ratio autem diuerſitatis, eſt ſecundum eũ (reiectis rationibus Io. de Ligna. & Anton. de Butrio.) quia in perſonas miſerabiles ſeu delinquentes contra eas habet Papa iuriſdictionem magis latã, quàm in alias nõ miſerabiles: quia miſerabiles ſunt ſub eius protectione, ut hic, & cap. ſignificantibus. de offi. delegat. unde committendo uidetur exercere officium protectionis qua ſi comminetur ſeculari, quòd ſi non procedet, ipſe per ſuum delegatum procedet, ſicut in ſimili dat conſeruatorem ante iniuriam illatam. capitu. j. de offic. deleg. in vj. ſed alios laicos non ſic habet in protectione, ideò nullo modo committit ante negligentiæ tempus. l. obſeruare. §. nec pro eo. ff. de offic. proconſ. & cap. quod clericis. de foro compet.

e Matrimonij. c. cauſam matrimonij. de offic. deleg. & cap. ex literis. de conſanguin. & affinit.

f Vſurarum. cap. quoniam. de uſuris. & per totum.

g Periurij. c. ſi. de fo. competen. in vj. poteſt tamen de iuramento eſſe cognitio iudicis ſecularis, puta, ſi agatur de obſeruantia iuramenti non de ualiditate, Abb. in cap. cum ſit. de fo. com. ſicut & ſi agatur mero poſſeſſorio, licet cauſa in petitorio ſit ſpiritualis, iuſta doctrinam. Abb. in cap. literas. uerſ. unde mul tum probabiliter. de iuram. calum.

h Et ſimiles. De quibus habetur latiſsimè in c. licet. de fo. compet. fac. c. tuã. de ord. cognit.

Non

laicos diſceptatio ſit, Iudex eccleſiaſticus adeundus erit. Idem iuris eſt ſi uel à ſeculari iudice iuſtitia impetrari non poteſt, [a] uel conſuetudo [b] loci, uel miſerabilitas [c] perſonarum eccleſiaſticum iudicem compellandum ſuadeat.

Clerici habent priuilegium ne coram iudice laico conueniri ualeant, cui non poteſt ullo pacto renuntiari, in iudicem tamen eccleſiaſticum non ſuum poſſunt conſentire accedente conſenſu diœceſani hoc dicit.

Pari ratione [d] tam Mileuitanẽſi [e] quàm Carthagineñſi [f] Concilio conſtitutum eſt, ne clerici clericos relicto ſuo Pontifice, ad publica [g] iudicia ſub pœna depoſitionis, [h] & amiſsionis [i] propriorũ iuriũ pertrahant: [k] cui beneficio cum non ſit perſonale, ſed collegio [l] eccleſiaſtico indultum, pactionibus priuatorum, aut iuramento illicito derogari non poteſt. [m] In iudicem tamen non ſuum ſi is perſona ſit Eccleſiaſtica, & epiſcopi diœceſani conſenſus ac-

a Non poteſt. Puta: quia uacat imperium. c.licet. de foro compe. uel ex negligentia iudicis ſecularis, ut in d.c.licet. & c.ex tenore. de fo.compet.

b Conſuetudo loci. c.ſi duobus. de appel. & c.ſi clericus. de foro compet.

c Miſerabilitas. c.ex tenore. de foro compet. & c.ſuper. de uerb.ſign. & c. ſignificantibus. de offi.dele. & quæ ſint hæ. & quando poſsint immediatè iudicem eccleſiaſticũ adire, per Abb. in c.licet. de for. compet.

d Ratione. Quæ ſcilicet ponit̃ in §. primo. ſupra eod.

e Mileuitanenſi. Xj. q. iij. c.inolita. & c.ſi diligenti. de foro cõp.

f Carthaginenſi Xj.q.j. cap.placuit. c.ſi diligenti. de foro comp.

g Publica. Secularia: ut per Docto. in c.ſi diligenti. de foro comp.

h Depoſitionis. Hoc quando traxit in criminali cauſa ſecundum quoſdam.

i Amiſsionis. In cauſa ciuili ſecundũ quoſdam. Abb. tamen in c.ſi diligenti. §.fin. de fo. comp. in ultimo not. aliter declarat, dic ut per eum. Dubitatur tamen an ipſo iure incurratur hæc pœna, an per ſententiam, & communiter tenetur quòd per ſententiam, ut traditur in d.cap.ſi diligenti. Quid tamen ſi laicus trahat clericum ad forum ſecularem. Reſpon perdet cauſam. Aut. ſtatuimus. C. de epiſ. & cler. quod priuilegium Specul. trahebat etiã ad clericum coniugatum, de quo tamen dicas ut in cap.uni. de cle.coniug. in vj. Sed nunquid clerici qui conſentiunt in iudicem eccleſiaſticum non ſuum incurrant pœnam de qua hic? Reſp. ut plenè habetur in c.ſignificaſti. de foro competen. Sed an poſſit clericus de conſenſu epiſcopi conſentire in iudicem laicum? Reſpon. non ex ratione quæ ſtatim ſubditur in hac litera. Ita not. in d.cap.ſignificaſti. Ar. cõtra. c.ij. de fo.comp. Sol. ut ibi p Ab.

k Pertrahant. Sed qñ intelligetur quis pertrahere, ut ſit locus pœnis de quibus hic, & uidet̃ quam primũ quis clericum in iudicium uocauit. xj. q.j.c. inolita. unde ſumitur hæc litera. & l.in criminali. C. de iuriſ.omn.iud. Alij quòd ſolum poſt litis conteſtationem. l. quanuis. ff. de in ius uocá. l.ſi conuenerit. ff. de iuriſ.omn.iud. & argu. xj. q j.ca. placuit. & l. Papin §.meminiſſe. ff. de inoffi.teſta. l. alia. C. de his qui. ut indig. l. ſi cum exceptione. §. hæc actio. & §. ſatis. ff. quod metu. cauſa. & hæc placet Bart. & Abb. per l.qui cum minor. §.accuſaſſe. ff. de bon.libert. & per l.in ſeruitutem. §.petijſſe. ff. eod.tit. & hæc uidetur com opin. quando ſumus in diſpoſitione, aliud ſi in diſpoſitione hominis, de hoc plenè per Bart. in l.amplius. ff. rẽ rat.hab. & quod dicitur licere deſiſtere uſq; ad ſententiam, intellige ſecundũ Abb. in c.ſi diligenti. de fo comp. ſiue illa ſit diffinitiua ſiue habeat uim diffinitiuæ, ubi & de quadruplici modo practicandi quod hic dicitur. Sed an uetentur clerici compromittere præter conſcientiam epiſcopi. Reſp. non ſuper rebus proprijs. An aũt idẽ ſit ſuper rebus eccleſiæ? dic ut not. in c.contingit. de tranſac. & in c.ij. & c.cum tempore. de arbitris.

l Collegio. Et tñ maior pars collegij põt renuntiare fauori introducto ad honorẽ totius collegij. Ab. in c.cũ inter canonicos. de elect. uerſ. ex hoc nota quòd maior pars. &c.

m Non poteſt. l.ius publicum. ff. de pact. c.ſi diligenti.

diligenti. de foro com. ubi latiſsimè an, & quomodo hæc poſitio procedat. Sunt & aliæ rationes quòd clericus corā iudice laico conueniri non poſsit, de quibus in dicto capitulo ſi diligenti.

ceſſerit clerici cōſentire poterunt.

Actor ſequi debet forum rei. hoc dicit.

Quòd ſi inter clericum, & laicum contentio ſit, ut cognoſcamus utrum eccleſiaſticus an ſecularis iudex cauſam dirimere debeat, diſpiciendum erit, quis rei conuēti partes ſubſtinet. Nam ſi clericus, apud eccleſiaſticum forū, ſi laicus apud ſecularem erit agitanda cauſa. Cum generale ſit, ut actor forum rei ſequatur. [a] Cauendum erit igitur laico iudici, ne quoquo modo clericum [b] condemnet, [c] quod ſi fecerit ab eccleſia, cui iniuriam [d] irrogaſſe noſcitur, tam diu ſequeſtrandus [e] erit, quouſque reatum ſuum cognoſcens emēdet.

Si delinquens captus prætendatur clericus, utrum ita ſit, debet cognoſcere iudex clericus uocato iudice ſeculari. hoc dicit.

Dubitari [f] tamen contingit ſi iudex laicus delinquentem captum detineat, & is ſe clericum aſſerēs ad curiam eccleſiaſticā remitti poſtulet, uel illum curia ipſa eccleſiaſtica tanquam clericum repetat, [g] ſi iudex laicus illum eſſe

a Sequatur. c. experientia. cū ſeq. xj. q. j. c. cum ſit. & c. ſi clericus. de fo. comp. l. in criminali. C. de iuriſd om. iud. hoc tamen non procedit pluribus caſibus not. in c. licet. & in c. ex tenore. de fo. compet. de quibus aliquid ſupra §. prox. Item non procedit ſi agatur de exceptione. l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ. cap. j. de iureiur. de quo diffusè p Abb. in c. ſi quis contra clericum. tam in lectura, q̄ in repet. de foro compet. Item nō procedit hoc ſi cōſuetudo aliter diſponat: ualet enim conſuetudo quòd laicus conueniatur corā iudice eccleſiaſtico per clericū, etiam ſi non agatur de re eccleſiaſtica, uel patrimoniali ipſius clerici. d. c. ſi clericus. ubi not. fac. cap. nouit. eo. & ij. q. v. cap. ſi quis præſbyter.

b Clericum. c. ij. c. ſignificaſti. & c. penul. de fo. compet. & intellige non ſolum de eo qui eſt in ſacris conſtitutus, ſed etiam in minoribus ordinibus d. c. ij. & c. cum non ab homine. Sed an idem ſit in clericis coniugatis? dic ut not in c. uni. de cler. coniug. in vj. & quod non ſit idem uidetur hodie per Concil. Trident. ſtatutum reſpectu certarum qualitatum ut ſeſſione. xxxiij. c. vj. in decretis reform. Sed quid dicemus de eremitis? & idem uidetur quod de clericis, cum ſubſint epiſcopo in cuius ſunt territorio: ut not. in c. nulla, diſtinct. xciij. in cap. quæ uerè. xvj. q. j. & hoc uidetur probare Innocent. & Archid. Contra Lauren. & Io. de Ligna. Nam à iuriſdictione ſeculari duplex actus eximit, ordinum receptio & conuerſi ad aliquam probatam religionem. c. ſi. de reli. domi. c. non dubium. de ſent. excō. xvij. q iiij. c. ſi quis ſuadēte, quorum neutrum in ſimplicibus eremitis concurrit, & hoc uidetur iure uerius, licet primum forte uideri poſsit æquius, de quo per Abb. in d. c. ij. ubi quid de rectoribus hoſpitaliū & Ieſuatis.

c Condemnet. Sed contra iij. q. v. cuius in agēdo. & cap. at ſi clerici. eod. cum materia. Reſpon. hoc non procedit in cauſa reconuentionis, de quo late in d. c. at ſi clerici. Idem dicendum in cauſa feudali. c. uerum. de fo. comp. de quo dic ut per Abb. in cap. certum. eod. tit. & habetur in cap. cum nō ab homine. eod.

d Iniuriam. ij. q. vij. c. accuſatio. in ſi. & dices de hoc ut per Abb. in c. cum ueniſſent. eod.

e Sequeſtrandus. Id eſt, excommunicandus. xxiij. q. iij. c. certo. & ex hoc quod loquitur p uerba futuri temporis collige quòd talis iudex non eſt excommunicatus ipſo iure, ſed uenit excommunicandus per ſententiam, ut communiter per Doct. in c. ij. de fo. comp.

f Dubitari. c. ſi iudex. de ſent. excom. in vj. unde ſumitur.

f Repetat. Sic ciuitas repetit ſuum ciuē. l. j. §. j. de rei uendi. & l. de iure. ff. ad muni. ſic & petit ciui ſuo iuſtitiam fieri, & uiolenter ablata reſtitui. xxiij. q. ij. c. dominus. ſic & pater petit filium. §. quid ſi impubes, ſupra de regul. & c. ſi.

c.ſi.de conuerſ.infid. Sic miles armatæ militiæ per magiſtrum militum in ciuilibus & criminalibus iudicatur.l.magiſteriæ. C.de iuriſ. omn.iud.unde & ſic clerici coram ſuo iudice. c.at ſi clerici. eodem.

uel eſſet bigamus, uel degradatus nõ remitteretur. Ita not.in c.ſi iudex de ſent.excõ.in vj.

e Habeatur. Sic.ff.ad Maced.l.iij. & ff.de of. ſ.præt. l.Barbarius.& de iu.patron. c. cõſultationibus,& §.interdum.ſupra eod.tit.

clericum inficiatur,& proptereà minimè remittẽdum cõtendat, quis ſit huius dubitationis legitimus futurus iudex; & cùm de re eccleſiaſtica, & ſpirituali [a] ſit controuerſia, ad iudicẽ eccleſiaſticum hmôdi cognitio pertinebit. Iudex tamen ſecularis, uel alius cuius interſit, [b] dum res huiuſmodi cognoſcitur, uocandus erit.

Delinquens captus habitus pro clerico ſtatim debet reſtitui Iudici eccleſiaſtico.h.d.

Sed ſi notorium [c] fuerit, uel fama publica extiterit reum captum talem eſſe clericum qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat, [d] aut ipſe pro clerico communiter habeatur, [e] ſtatim ante ullam de clericatu cognitionem [f] eccleſiaſticæ curiæ reſtituẽdus erit.

Talis quis præſumitur in quali habitu reperitur, aliquandiu conuerſatus & captus.h.d.

Idem dicendũ erit ſi ante depręhenſionẽ pro clerico publicè [g] ſe gerens, tõſuram & clericales ueſtes deferens depræhẽſus fuerit, donec enim contrarium conſtiterit, talis qualem eum demonſtrat habitus pręſumendus [h] erit.

Ex actu momentaneo non tollitur præſumptio, orta ex actu habente tractum temporis.h.d.

Aliud obſeruandũ ſi antequam depræhenderet publicè ſe pro laico gerebat, & quaſi laicus communiter habebatur, nam quanquàm depræhenſionis tempore in habitu clericali [i] reper-

a Spirituali. De qua regulariter, nec principaliter nec incidẽter debet ſe iudex laicus intromittere. c.tuam. de ordin. cogni. & c.per uenerabilẽ, qui fil. ſint legit. cum ſimil.

b Interſit. Puta aduerſarius qui illum detineri fecit, & pro aliquo prætenſo maleficio uult puniri facere. ſi autem nõ eſt aduerſarius, puta: quia iudex procedit ex officio, tunc citabitur ſecularis iudex.con cor. cap.uenerabilibus. §.ij.& ca.ſi iudex.de ſent.excomm. in vj. ubi not. & fac. pro hac litera.cap.inter quatuor. de maio.& obed.& l. emptor fundi. C. de euict. & l. de unoquoque. ff.de re iudic.

c Notorium. Facti, ſcilicet quod nulla poſſit tergiuerſarione celari.c.ueſtra.de cohab.cler.& mulie. quia notoriè cognoſcitur pro clerico ut Archidiaconus, archipresbyter, uel his ſimiles, uel ſi eſt notoriũ iuris.ad idẽ.c.cũ olim.de uerb.ſig & not.in c.ſi iudex. de ſen.excõ in vj.

d Debeat. Hoc ideo dicit quia ſi eſſet clericus bufo, uel goliardus, & artem illã per annũ exercuiſſet, uel tertio monitus non deſtitiſſet, uel eſſet clericus uxoratus nõ incedẽs habitu,

f Cognitionem. Determinat quod dixerat de fama; uel communi reputatione, quibus caſibus adhuc ẽ neceſſaria cognitio ſuper ueritate, ſed ſi eſt notoriũ non eſt neceſſaria aliqua cognitio, ad not. in ca. ueſtra.de cohab.mulie.& cleri.& not. in cap. ſi iudex.de ſent.excom.

g Publicè. Id eſt corã populo: aliàs & quod fit corã duobus uel tribus dicitur publicè fieri. Abb.in c.ij. de purg. can.

h Præſumẽdus. In quo ſtatu enim quis reperitur, in eo pro pręſenti iudicandus, licet de alio ſtatu poſſit inquiri. ff. de iniurijs. l.cum apud. §.ſi quis. & multis ſimilibus. hoc probatur in c.ſi iudex. de ſent.excõ. in vj. & de materia uide per Ab. in ca.ex parte.iij. & in cap.j.de apoſtat.& in capitulo contingit. de ſenten.excommun.

i Clericali. Et ſic ultima poſſeſſio nil releuat ut remiſſio fiat: Argum. contra l.illud.ff. de peric.& com.rei uendi. Sol.quòd uehementior reſultat præſumptio ex anteriori diuturna laicalis habitus delatione, quàm ex iſto ultimo ſtatu, ut innuitur in hac litera. Item ſecundum Ioan.Mona. plura faciebant con-

tus fuerit, ob præſumptionem quæ aduerſus captum ex præcedenti laicalis habitus delatione orta eſt, nō anteà reſtituendus erit, quàm de clericali titulo fidē fecerit,[a] interim[b] tamen quiuis proceſſus[c] iudicis penitus conquieſcet.

Secunda Iudiciorum diuiſio quòd quædam ſunt ordinaria, & quædam extraordinaria: Et quis ſit iudex ordinarius. h.d.

Eſt & alia diuiſio[d] iudiciorum, nam eccleſiaſticorum quædam ſunt ordinaria, quædā uerò extraordinaria[e] ſiue delegata. Iudiciū ordinariū eſt quod coram iudicibus ordinarijs exercetur. Ordinarius[f] iudex eſt qui ſuo iure uel ſuperioris beneficio uniuerſalē iuriſdictionem exercere poteſt, ut epiſcopus, archiepiſcopus, legatus & ſimiles. Conſtituit[g] autē à lege, uel

tra deprehenſum & ſolus habitus pro deprehēſo. unde non mirum ſi plura uincunt unum: argum. Auth. itaque. C. com. de ſucceſſio. & ita not. in c. ſi iudex. de ſent. excom. in vj.

a Fecerit. Coram iudice eccleſiaſtico, ſecundum Archid. Io. Monach. & Ioan. And. in c. ſi iudex. de ſent. excom. in vj. & ſic continentia cauſæ diuiditur, contra. c. j. de ſequeſtra. quod eſt ideo: quia natura cauſæ requirit alium iudicē, c. tuam. de ord. cogni. cap. lator. qui fil. ſint legiti. Sed detentus in ſeculari curia quomodo litigabit corā iudice eccleſiaſtico? Dic relaxabitur fortè datis fideiuſſoribus. nec enim per hoc remittetur. c. ſi clericos. de ſent. excom. in vj. uel litigabit per procuratorem. Natura enim facti hoc habet quòd interdum per aliū quis proſequatur cauſam. c. mulieres. de iudi. in vj. & c. uni. de ſta. regul. in vj. & l. diuus. ff. de cuſto. reo. Sed quomodo faciet hanc fidem. Reſpon. per publicum inſtrumentum ſuæ ordinationis. ij. q. j. c. legum. per teſtes etiam poterit hoc probare. c. tuæ. de cleri. peregrinan. fac. not. per Io. An. in c. nō licet. de reg. iu. in vj. & in d. c. ſi iudex.

b Interim. Id eſt, pendente probatione de titulo clericali. eſt enim hoc præiudiciale de quo primitus debet cognoſci, ut ſciatur an ut clericus ab eccleſiaſtico, uel ut laicus à laico puniri debeat, & eſt ſimile. l. fi. C. de ordi. cogni. & iij. q. xj in fine.

c Proceſſus. Ergo non ſolum iudicare prohibetur, ſed etiam procedere. fac. c. ut inquiſitionis. §. penul. de hære. in vj. & c. ſi iudex. de ſent. excom. in vj. unde ſumitur.

d Diuiſio. ſubdiuiſio: quia hic diuidūt iudicia eccleſiaſtica: & licet hæc ſubdiuiſio conueniat etiā ſecularibus iudicijs. de illis tamen tractare non intendit.

e Extraordinaria. Appellat delegata iudicia extraordinaria. ſic & in c. quoniam contra. de probat. quod factum eſt ad tollēdum quandam amphibologiam, nā ordinaria interdū alio ſenſu ſumūtur, ut infra eo. §. fi. ſcilicet pro his in quibus proceditur exquiſito iuris ordine: ſecundum quam ſignificationē etiā iudicium delegatū poteſt dici ordinarium, quādo nō procedit ſummatiè, appellat ergo iudex delegatus, & iudicium delegationis extraordinariū: quia exercet à iudice non ordinario unde fuit electa hęc uox: quia melius opponitur ordinario, nec ſatis ſonare uidebatur ſi fuiſſet dictū iudicium delegatū. fac. d. c. quoniam contra. & iij. q. iij. §. ſpaciū. uerſic. ei autem.

f Ordinarius. &c. In iſtā deſcriptionem conſentiunt Hoſt. in ſum. de offi. ordi. §. j. & Specul. eo. tit. in priu. & cōiter Legiſtæ in l. more maiorū ff. de iuriſd. omn iud. ſunt tñ immutata duo uerba, primū uerbū ſuperioris, nā Hoſtiē. & Spec. dd. locis, & Bal. in d. l. more. utunē uerbo Principis. Sed cōmodius uiſum fuit uerbum ſuperioris, qa licet Principis appellatio latè pateat, ut in Cle. j. de baptiſ. in dubio tñ uidetur repræſentare Principē ſupremū, & tamen alij ſunt qui licet nō ſint ſupremi, nihilominus conſtituūt ordinariū, ut patet in epo qui cōſtituit Vicariū, q ſecundū com. opi. eſt ordinarius, & nō habet iuriſdictionē à Principe ſed bene à ſuperiore, alias quoq; facit eps ordinarium in cōſequentiā, ut declarat Hoſt. de offi deleg. §. quis delegare. in ſumma uerſic. itē ſciendū. Aliud immutatū uerbū eſt, qđ hic dicit uniuerſalē, cum tamen Hoſt. Spec. & Bal. & alij dicant uniuerſaliter, in quo tamen non uidetur magna uis.

g Conſtituitur. Pro declaratione & uerificatione

tione huius uerſiculi uidendus eſt Hoſti. in ſumma de offi.ordi.§.quis poſſit cõſtituere.& per Specul.eod.tit.§ j.& communiter per Canoniſtas in c.duo. eod.tit.& per Legiſtas in l. more. ff.de iuriſd.omn.iud.

Principe, [a] Conſuetudine, uel uniuerſitate. Igitur cũ epiſcopus [b] in tota [c] ſua diœceſi iuriſdictionem ordinariã noſcatur habere, poterit in quolibet loco ſuæ diœceſis non exempto per ſe uel per alium prò tribunali ſedere, & ea quæ ad ipſius ſpectãt officium liberè exercere, & cũ opus fuerit auxilium publicũ implorare. [d]

Quid ſit Iudicium extraordinarium, & quid Iudex delegatus. h.d.

Extraordinarium [e] ſiue delegatum iudicium eſt quod coram iudice delegato exercetur. Iudex delegatus [f] eſt is cui ab eo qui demãdare poteſt cauſa committitur.

Non ſolum Princeps ſed etiam alij ordinarij poſſunt delegare, licet delegatus à Principe ſit magis priuilegiatus. h.d.

Poſſunt autem iuriſdictionem mandare non ſolũ Princeps uerum etiam alij ordinarij. [g] Is tamen cui à Principe [h] mandatur, cæteris longè pręſtat. nam & alteri ex cauſa [i] ſubdelegare, niſi illius electa fue-

a A Principe. Cum autẽ poſſit Princeps & delegatum & ordinarium conſtituere, quomodo cognoſcemus utrũ uoluerit ordinarium conſtituere uel delegatũ. Rñ. ut not.per Ab. in c.relatũ de offic. deleg. & per Legiſtas. in l. & quia. de iuriſd.om.iud.

b Epiſcopus. Idẽ intelligas de legato circa ſuam legationem. c. nouit. de offi. lega. Idẽ in Archiepiſcopo circa propriam diœceſim. c.ut litigantes. de offi.ordi.in vj.ſed non quo ad prouinciam. d c.ut litigantes.& ix.q j. cap.j. cap.ij. & cap.iij.

c In tota. Ita quòd nullus in tota ſua diœceſi ſub eo iuriſdictionem habeat in parte, autem benẽ, quod dic ut not xxv. d.c.perlectis. & fac.quod not.Hoſt. de offi.Archipreſ.c.ult. An autem inferiores prælati præferantur epiſcopis in cognoſcendis cauſis ſubditorum, & quam iuriſdictionem habeãt, late per Abb.in c.cum cõtingat de foro comp.& nouiſſimè in fauorẽ ordinariorũ multa cõſtituit Conciliũ Tridentinũ, ut patet in ſexta ſeſſi.in decretis refor.c.iij.& ſeſſio.xxiiij.c.xj.& c.xx.

d Implorare. No.ergo ex hoc uerbo quòd epiſcopus nõ põt habere officiales armatos, niſi haberet iuriſdictionẽ tpalem:ut p Abb.in c.cũ nõ ab homine.de iudi. & in c.ſignificaſti. in fi.de offi.deleg.& de eo, & toto qđ hic dicitur plene habetur in c.j.de offi.ord.in antiq. & in cap.primo.eod.titulo.in vj.

e Extraordinarium. Fac.c.quoniã contra.de proba.& iij.q.iij.§.ſpacium.uerſi.ei autem, & per Fely.in Rubrica.de offi.deleg. num. 3.

f Delegatus. Hæc deſcriptio uidetur cõmuniter approbari ex his quæ tradunt .Legiſtæ in Rub.ff.de offi. eius, & Canoniſtæ in Rubric. de offic. delega. poſt Hoſt.in ſumma, licet ſit aliqua uerborũ diuerſitas, & hæc uideaẽ ſimplicior qđ conuenit iſtituto operi.

g Alij ordinarij. Princeps ergo eſt ordinarius, cũ dictio alij, ſit earũdem qualitatũ repetitiua, not.in l.ſi fugitiui. C. de ſer.fugit. immo & ordinarius ordinariorum . xj. q iij.c.per principalẽ. & not.in c. felicis. §.fi.de pœni.in vj.

h A principe. Intellige hic principẽ quẽlibet nõ recognoſcentẽ ſuperiorem, ſaltem in tẽporalibus: ut per Ab. in c.paſtoralis.de offi.& pot.iud.delega.

i Ex cauſa. Videtur ergo quòd ſine cauſa delegatus à principe ſubdelegare nõ poſsit. Sed contra uidetur eſſe:quia hoc habet ſimpliciter à lege ut ſubdelegare poſsit.c.fi.de offi deleg.& l.uni.C.qui pro ſua iuriſd. Reſp.ad hoc diſtinguendo ex mente Inno.& Abb.ꝙ aut delegatus à principe uult delegare ex cauſa,& nõ eſt dubiũ.c.ſi pro debilitate. ff. de offi.deleg. aut nulla iuſta cauſa ſubeſt, & tũc aut non facit in fraudẽ alicuius, ſed nõ uult ſe implicare litigijs,& põt ſubdelegare ac cõpellere ſubdelegatũ ad acceptandã ſubdelegationẽ. c.paſtoralis.de offi.deleg.aut malitioſè uult ſubdelegare,& in fraudẽ alicuius, & tunc licet ualeat ſubdelegatio,tamen nõ põt cõpellere renitentẽ.d.c.paſtoralis. ſecundum intellectum Abb.in dubio tamen non præſumitur in frau

rit induſtria, [a] renitentemque compellere, & propriam ſententiam exequi, & contra ipſum ordinariũ procedere poteſt, [b] quæ in cæteris delegatis nõ obtinent.

Delegatus à Principe regulariter non poteſt quem citare ut compareat perſonaliter.h.d.

Nõ tamẽ in ciuili iudicio [c] alterutri parti, ut coram ſe perſonaliter compareat iubere poterit, [d] niſi uel mãdatum ad hoc ſpeciale [e] receperit, uel niſi pro ueritate dicẽda, [f] uel pro iuramento calumniæ [g] exhibendo, uel alia iuris neceſsitas partes corã exigat ſpecialiter præſentari.

Delegatus à Papa non ſubdelegat niſi perſonis hic enumeratis.h.d.

Sed nec omnibus promiſcue uices ſuas demãdare poterit, ſed illis dumtaxat quibus authoritate literarũ ſedis Apoſtolicę, [h] uel legatorũ [i] eiuſdẽ cauſæ cõmittunẽ, hoc eſt non niſi dignitate [k]

dem ſubdelegare niſi ſaltem probetur ex coniecturis:ut not.in d.c.paſtoralis.

a Induſtria. Quo caſu non permittitur ſubdelegatio.c.fi.de offi.deleg.l.inter artifices.ff. de ſolu.qũo aũt hoc cognoſcaẽ,p Fely.i d.c.fi.

b Poteſt.c.ſignificaſti.c.in literis. c.quęrenti. & c.ſanè.de offi.delega. & in his locis latè traditur.

c Ciuili iudicio. Secus extra iudiciũ,ut in notula ſeq.Item ſecus in cauſa criminali c.j.de iudi.in vj.niſi de crimine ageretur ciuiliter c.tuæ. de procur. c.ſup his.de accu. ſi autẽ de crimine criminale iudiciũ intentaretur, non interuenit procurator niſi in caſibus. not. ij. quæſt. vj. capit. ſi quãdo,& de accu. c.ueniens.Sed qd ſi ,pcurator ĩ cauſa criminali admittaẽ,an q̃ facta ſunt cũ eo ualeãt.R.ut not ĩ d.c.j.uñ ſumiẽ.

d Poterit. Cũ hic loquatur in delegato principis à contrario ſenſu, uidetur ſecus in ordinario.xxv.diſt. c.qualis. c.cum apoſtolica. de his quæ fi.à præla.tu dic idem in ordinario:ut not.in c.j.eod.in vj.unde ſumitur, licet ordinarius extra iudicium multis caſibus poſsit ſubditos perſonaliter coram ſe cõuocare, ut ſi eget illorum conſilio, uel perſonali auxilio, & in alijs caſib.in d.c.j.annotatis.Sed uidebatur.quòd delegatus Papæ quo ad cauſam ſibi delegatam,idem poſſet quod Papa, cũ ſubſtitutus,&c.l.ſi eum. §.qui iniuriarum. ff.ſi quis caut.iuncto c. cum dilecti. de dolo, & contu. cum ibi not.& c.fi.de maio.& obed.& c.fi.de dilat.ſed hoc obtinet tantum in papa, non in delegato eius:ut not.in d.c.j. poteſt autem delegatus quod Papa,hoc uerum quo ad illa ſine quibus non poteſt cauſa expediri. c.j.& ca. præterea.de offi.deleg.& ita ſoluit Inno.& Archid.cum autẽ liberum ſit cuilibet per ſe uel per procuratorem reſpondere.l præſenti.§.cũ autẽ.C.de his qui ad eccleſ.cõfug.l.j.ff.de procur.c.fi.de iuram.calum.in vj. beneficiũ iuris nemini fuit auferendum.diſt.xviij.c.de his.c. indultum.de reg.iu.in vj.In cauſis uerò collegij, uel uniuerſitatis de neceſsitate debet Syndicus interuenire, cap. in pertractandis. de iuramen. calũ. & not. in c. dilectus. ij. de ſimon.

e Speciale.quia tũc ſicut Papa poteſt & ipſe ſimiliter. c.pe. cum ibi not. de procu. & no. in c.j de iudi.

f Dicenda. Scilicet ad præſtandum iuramẽtum de ueritate, quod ſolum olim præſtabatur in ſpiritualibus, hodie ſecus. c.j. in fi.de iura, calum. hodie ſecus. c.j.de iura. calũ in vj.Et in eo differt à iuramẽto calũniæ: quia per illud rñdetur de eo quod credunt & extimant reſpondentes.l.ij.§.ſin autem.C.de iuram.calum.per iſtud de ueritate reſpõdetur prout literæ ſonat.c.dudum.ij.de elect.& not. in cap.j eod.in vj.

g Calumniæ. Quod principales pſonæ præſtare debent.C.de iuram.calum. Auth.principales.& de iuram.calum.c.in pertractandis.niſi procurator ad id habeat ſpeciale mãdatum. c.fi.de iuram.calum.in vj.quo caſu delegatus principalem ad iurandum compellere nõ poterit,cum hoc caſu nulla ſit iuris neceſsitas de qua hic,& in c.j.eod.in vj. niſi fortè principalis iuſtior ſit, quàm procurator,& natura cauſæ hoc requirat,uel ſcis melius ueritatem. l.fi. C.de procur.& fac.c.ſi quem.de procu.in vj.

h Sedis Apoſtolicæ. Vt in c.ſtatutum.de reſcript.in vj.

i Legatorum. Vt c.ſtatutũ.§.in nullo.de reſcrip. in vj.

k Dignitate. Sumitur autẽ dignitas multis modis,

prædictis, aut perſonatum obtinẽtibus, [a] uel eccleſiarũ cathedralium canonicis. [b]

Poteſt una cauſa etiam pluribus delegari, & ſi in reſcripto nõ fuerit adiecta clauſula. Quòd ſi non omnes, non ualebit proceſſus, niſi ſimul procedant, ſecus ſi talis clauſula fuerit adiecta. Quo caſu procedere poterunt, ſi conſtet aliquos non poſſe, uel nolle intereſſe. h. d.

Itẽ mãdari pōt iuriſdictio, tã uni, q̃ pluribus [c] certis tamẽ, [d] ſed ſi pluribus mandata ſit non adiecto eo. *Quòd ſi omnes intereſſe nequiuerint uel noluerint reliqui exequãtur,* niſi ſimul oẽs coniunctim ꝓceſſerint, q̃dquid aliqui fecerint, nullam iuris habebit efficaciã. [e] Planè ſi is qui intereſſe nõ pōt, uel Cõiudici [f] ſuo, uel alij uices ſuas cõmiſerit, perinde res accipiẽda eſt, atque ſi oẽs ſimul procedãt, Aliud iuris eſt ſi illud adiectũ ſit. Nã nec impeditorũ collegarũ, ſubdelegatos admittere [g] cogẽdi erũt, & qđ pars illorũ fecerit, ratũ habendũ erit, hoc tñ ita demũ obtinebit, ſi reliquis procedere uolẽtibus quoſdam uel intereſſe non poſſe,

modis, ut traditur in c. de multa. de præbẽdis. & ꝑ antiquos. in c. iij. de cle. non reſid. & in c. denique. diſt. iiij. ſed quomodo ergo poterunt cauſæ cõmitti natis annos uiginti. c. cum uigeſimum. de offi. deleg. & l. quidã cõſulebant. ff. de re iud. cũ tamẽ in dignitate uel perſonatu cõſtitutus natus eſſe debeat annos xxv. c. cum in cunctis. §. inferiora. de electión. Sol. obiectio nõ procedit in canonicis, in quibus nõ requiritur tanta ætas, habetur in ca. ex eo. de elect. in vj. Item diſpenſatiuè poteſt minor xxv. habere dignitatem, uel perſonatum. ca. uni. de æta. & qual. in vj.

a Obtinẽtibus. Idem de officialibus epiſcoporũ principalibus & foraneis, & de prioribus religioſis cõuentualibus & clauſtralibus, Cle. & ſi principalis. de reſcript. ſecus eſt de monacho, niſi detur ex certa ſciã Papæ. Abb. in c. per inquiſitionẽ. de elect. & in c. cauſam. eod. & niſi in caſu q ponitr in ſequẽti notula.

b Canonicis. Idem ſi quis ſit monachus in eccleſia cathedrali: quia ubi reperitur qualitas in monachis quæ requiritur in clericis cẽſentur habiles: ut in Cle. etſi principalis. de reſcri. ſed hi cẽſentur canonici eccleſiæ cathedralis. ut not. in c. j diſt. lxiij. & ita Ab. conſuluit ut ipſe refert in c. cum olim. de priuil. idem tenet in c. cauſam quæ. eod. licet Archid. in c. ſtatutum. de reſcri. aliter ſentiat: aliàs igitur habentibus ꝑpetuum officium in eccleſia cathedrali nõ poterit cauſa ꝑ ſedem Apoſtolicã delegari. d. c. ſtatutũ. & ibi etiã not. licet aliàs extraiudicium ſimplex religioſus poſſit eſſe cõmiſſarius Papæ. c. cum in ueteri. de elect. & ibi Ab. in ij. not. immo de poteſtatis plenitudine poſſet etiã mero laico cõmittere cauſam etiã ſpiritualem, & cõcedere excõicandi poteſtatem. Ab. in c. Meſſana. de elect. & in c. ſi. de cleric. ægrot. & not. diſt. xxxij. §. uerum. & in c. bene quidem. diſt. xcvj. Hi aũt Canonici cathedralium licet poſſint eſſe delegati apoſtolici, cõſeruatores tñ eſſe nõ poſſunt. ca. ſi. de offi. delega. in vj. Sed quid ſi tꝑe datæ quis eſſet canonicus, & nõ tꝑe præſentationis, uel econuerſo. Reſp. initium attenderetur, & ſic tẽpus datæ: ut not. in d. c. ſtatutum. ſuper uerbo canonicis, in ſi. Circa hoc autem nouã & bonã fecit prouiſionẽ Cõcilium Tridẽtinum. ſeſſ. xxv. in decretis reformationum. c. x. incipit, Quoniam ob malitioſam.

c Pluribus. c. ſciſcitatus. de reſcri. c. cauſam. & cap. cum cauſa. & c. quanuis. de offi. deleg.

d Certis tamen. c. ad hæc. de reſcript. ubi Doct. ſic nec procurator incertus conſtituitur. l. ij. ff. de procur. nec tutor. ff. de teſtamen. tutel. l. tutor incertus. nec arbiter. c. innotuit. de arbitris.

e Efficaciã. Nõ ſolũ quo ad ſñiam diffinitiuã, ſed etiã quo ad interlocutorias. c. cauſam. de offi. deleg. qđ loqtur indiſtinctè de ſñia. & qđ hic dr̃ limitatur ꝑ Inno. Ab. & alios duobus uel tribus modis in d. c. cauſam. ubi uidendũ.

f Cõiudici. Et ſic diuerſa authoritate in eodẽ iudicio poterit qs ꝓcedere, ſcilicet & tanq̃ delegatus, & tanq̃ ſubdelegatus. Sed an tũc ea ratione poterit ferre duas ſentẽtias. Reſpon. non: arg. c. pe. de elect. in vj. & ita Abb. & alij in cap quanuis. de offic. deleg.

g Admittere. c. coram. & ibi traditur per Doct. de offic. deleg.

uel omnino nolle legitimè conſtiterit, alioqui procedentes nihil [a] agent.

Si unus ex pluribus delegatis negocium inchoauerit, alij non poſſunt ſe intromittere, niſi ex cauſa.h.d.

Porro uno [b] illorũ cõmiſſum negotiũ inchoãte, [c] alij ulterius ſe intromittere nõ poterunt, [d] niſi aut infirmitate, uel alia iuſta cauſa illũ qui cauſam tractare inceperit, cõtigerit impediri, aut idem nollet, uel dolo malo in eo procedere recuſaret. [e]

Iuriſdictio perpetuata per unum intelligitur perpetuata quo ad omnes.h.d.

Iuriſdictione uerò ꝑ unũ uiuo mãdatore ꝑpetuata, quo ad oẽs [f] cõdelegatos iudices perpetuata intelligit̃.

Delegatus debet diligenter ſeruare fines mandati: & cũ quid cõmittitur cẽſentur omnia commiſſa per quæ peruenitur ad illud.h.d.

Sed ſiue uni, ſiue pluribus, ſiue à Principe, ſiue ab alio mandata fuerit iuriſdictio, mandati forma diligenter cuſtodienda erit, nec aliquid cõtra quã ſibi mãdatũ fuerit, delegatus tẽtare [g] audebit. Planè [h] iuriſdictionẽ impediẽtes, [i] uel in iudiciũ uenire detrectãtes, delegatus à Principe eccleſiaſtica diſtrictione, [k] etiã ſi literę cõmiſsionis id nõ cõtineãt, coercere poterit, uel pro delicti & cauſæ qualitate ſecundũ arbitriũ [l] ſuum, ſi certa pœna canonibus non exprimatur mulctare, quia ex eo quod alicui cauſa cõmittitur, ſuꝑ omnibus [m] q̃ ad cauſam ip

a Nihil agent. De hoc latè in c.prudentiam. in princip.& §.j.de offic.deleg. & in cap.ſciſcitatus.de reſcrip.

b Vno illorum. Idem de duobus uel de omnibus qui ſimul inchoauerunt quo ad quid, ſcilicet ꝙ ſi oẽs inceperũt oẽs finiant, niſi ex cauſa ut ſeqtur, & ita not. in c.cum plures. de offic. deleg.in vj.

c Inchoante. Qualitercunque, etiam ſi lis non ſit conteſtata coram eo.c.gratum.c.licet.cap.quãuis.de offi.deleg. & c.ſi à ſubdelegato.eod. tit. in vj. aliud in procuratore qui dicitur occupaſſe per litis conteſtationem, ut ſit melior eius cõditio, c.ſi duo. de procurat.in vj.

d Non poterũt. Sic ĩ pluribus procuratoribus datis in ſolidum, l.pluribus.ff.de procu. l.creditor. §.duobus. ff mand. & c. nõ iniuſtè. de procu.in antiq & in c.ſi duo. eo.tit.in vj.aliàs ſequi poſſet perplexitas ſi quilibet ꝑ ſe procedere uellet: quia fortè eodẽ tẽpore ad diuerſa loca citarẽt. c.ſi. de reſcrip.unus excõmunicaret alter abſolueret.c.ſi contingat. de reſcrip.ut plenius not.in c.cum plures.de offi.deleg.in vj.

e Recuſaret. Tum ergo poterunt alius uel alij procedere, nõ ſic in procuratoribus datis in ſolidũ: qa uno occupãte, & poſtea impedito alij nõ poſſunt procedere, niſi dictũ fuiſſet in cõſtitutione ꝙ nõ fieret melior cõditio occupantis.c. ſi duo.de proc.in vj. & qd' hic dicit de delegato impedito collegã procedere poſſe, intelligẽdũ eſt niſi ille qui inchoauit ſubdelegatum daret.arg.d.c.ſi duo. de proc. in vj. ut not.in c.cũ plures.de offi.deleg.in vj.Sed an ſi ceſſet impedimentũ in eo q inchoauit poſſit cauſam reſumere. Rñ. nõ.ut not. in d.c.cum plures.

f Quo ad oẽs. Cõcor. c.cũ plures.§.fi.de of.de lega. ĩ vj. uñ ſumit̃.

g Tẽtare audebit. Cõcor.c.uenerabili. de of.dele. & c.cũ dilecta. de reſcr.l.ſi procurator.C.de ꝑcu.l.diligẽter. ff.manda.

h Planè. Limitat dictum generale præcedens.

i Impedientes. Extendit̃ ergo iuriſdictio ad alios de qbus nõ habet̃ mẽtio ĩ reſcripto. fac. c.j.de of.delega.ubi de hoc latè habetur, ſic excõicatio extenditur interdũ ad illos in quos lata nõ fuit. c.nuꝑ. de ſent.excõ.& ca. ſi cõcubinæ eo.tit. & rõ ponit̃ in fine huius lr̃æ. & cõc. c. ꝑterea. c.ſignificaſti.c.prudentiã. in fi. ca.ſuſpicionis. j. iñ. de offi. deleg.& c.tam literis.de teſti.

k Diſtrictione. Sed ſi eſſet lata ultra comprehenſa in reſcripto, eſſet ipſo iure nulla: ut c.cũ olim.aliàs fi.de præb.Sed qd ſi eſt lata ultra intẽtionẽ delegãtis, an ſit ipſo iure nulla.R.ualet ſecũdũ Car.Ant.& Ab ĩ d.c.fi.ubi ĩdẽdũ.

l Arbitrium. Qualitate delicti, cauſæ, & perſonæ inſpecta.c.ſicut dignum. de homi. fac.c. de cauſis.§.j.de offi.deleg.unde ſumitur.

m Super ꝙbus. Vnde nõ ſolũ ſuꝑ acceſſorio

uerum

uerum etiã ſuper acceſſorio acceſſorij. c. prudentiam.§.ſi uerò.de offi.de leg.& ibi Ab.not. concor.c.j. & c. prætereà. de offi. deleg.ubi etiam reſpondetur ad contraria.

a Plenam. Arg. quòd delegatus iudex poteſt compellere litigãtes ad ſoluendum ſalaria aduocatis in cauſa ſibi delegata, quod tamen non tenetur communiter, niſi quãdo ipſe in ſubſidium dediſſet aduocatum non inuenienti, ſecundũ Imolam poſt Petrum de Peruſ. in c. cum ab omni. col.fi.uerſi. an autem iudex.de iud.

b Rationabiles. Arg. quòd magis procedendum eſt ſecũdum iuris ordinem, quàm ſecundum formam reſcripti. Sed contra.c.cum dilecta. de reſcript. Sol.ut not.in c. ex parte. ij. de offi. delega. unde ſumitur. Itẽ arg. quòd ſi compromiſi in aliquẽ promittens omnino ſtare mandato ſuo, intelligendũ eſt de rationabili & honeſto. ca.ueniens.& c. Quintauallis. de iureiu. & l.ſi libertus.ff.de ope.liberto.

c Aequitate. A iure ſcilicet informata. Abb. in c.ex parte ij. de offi. deleg. & Legiſtæ. in l. placuit. C.de iudi.

d Fuerit. Adde ſecundum quoſdam,& cõſtet talem fuiſſe intentionem Papæ, quòd uoluerit quancunque exceptionem remouere: aliàs nõ obſtante generali remotione admitti poterũt rationabiles exceptiones:ar.c. audita.de reſti. ſpol.& l.obligatione.ff.de pig.quod quo procedat latè p Doct.in c.ex parte.ij. de off.deleg.

ſam ſpectare noſcuntur, plenam [a] recipit poteſtatem.

Rationabiles exceptiones admittet delegatus, niſi uerba reſcripti ſonent in contrarium. hoc dicit.

Rationabiles [b] quoque & honeſtas exceptiones, & à iuris æquitate [c] non abhorrentes, licet id expreſsè mandato non comprætendatur, admittet, niſi quòd nullæ debeant exceptiones admitti, literis expreſſum fuerit. [d]

Delegatus habet iuriſdictionem etiam in eum in quẽ fuit facta alienatio poſt impetratum reſcriptum, licet reſcriptum de eo nõ faciat mentionem. hoc dicit.

Sed etſi literas aduerſus Titium ab Apoſtolico impetraueris, & is ut mandatum eludat antequam literæ ad iudicem datum perueniant, uel etiam poſteà, antequàm citetur de poſſeſsione, de qua controuerſia uertitur commutationem fecerit eum qui in poſſeſsionẽ ſeſe ingeſſerit, [e] poterit delegatus cogere, ut coram ſe iuris pareat æquitati, nec quod reſcriptum contra Titium impetratum fuerit, opponi poterit, generaliter enim omnis uenditio, ceſsio, [f] & alienatio iudicij mutãdi cauſa facta, [g] utroque iure prohibetur. [h] Aliàs delegata iuriſdictio ad perſonas reſcripto non cõprahẽſas, etiã ipſis uolentibus prorogari nõ põt.

Mandatum Apoſtolicum ex cauſa poteſt executioni mãdari, etiam in alio loco ab expreſſo in mandato. h.d.

e Ingeſſerit. Not. ergo quòd in odium uolentium elidere reſcriptum per alienationem rei in alium factam, extenditur reſcriptum ad perſonam in eo non expreſſam, & contra ſingularem ſucceſſorem, quod eſt cõtra regulã, in ca.P.& G. de offi.deleg.& cõtra ea quæ habentur in ca. quia.ubi latè Abb.eod.

f Ceſſio. c. ij.de alie.iudi.mut.cauſa fact.

g Facta. Et non ſolũ requiritur dolus ex par alienantis, ut habeat locũ quod hic dicitur, ſed etiam ex parte eius in quem fuit alienatio facta: qđ ſuadet hæc litera in uerbo igeſſerit. & i c.j. de ali.iud. mu. ca. fact. unde ſumitur. ubi etiã hoc uerbum Abb. põderat, & in hoc ius canonicum cõtinet prouiſionem non cogitatã à iure ciuili: quia lex ciuilis bene pmittit, eum in quẽ facta ſit alienatio cõuenire: ut l.j.C.eo. ſed coram ſuo iudice. Sed de iure canonico etiã coram delegato, etiã quod reſcriptũ de eo nõ faciat mẽtionẽ; ſic fit prorogatio de perſona ad perſonam, contra regulam. c.P.& G. de offi. deleg. uide per Abb.in c quia.eo.

h Prohibetur. ut ff.& C.de alie iud mu.cau. fact.& ext.eod.ti per totum. Quorum titulorũ remedium ut habeat locum tria debent cõcurrere. primum, ut alienatio ſit facta cauſa mutandi iudicij futuri, & nõ eius quod iam eſt. l. hoc edicto.§.ait prætor. ff.de alie.iud. mu, cau.fac.

quia ſi fiat alienatio rei litigioſæ committitur edictum de litigioſis.l.fi.C.de litig. & c.eccleſia S.Mariæ.ut li. pen. Item ꝙ dolo fiat ut dictum eſt in ſuperiori notula. Itē quòd mea uolentis agere interſit rem non fuiſſe alienatam. l.j.ij. & iij. & l.nō ſolū.§. hæc actio. ff.de alie. iud.mu. cau.fact. Ex his infertur ꝙ ſi quis alienaret, uel ex neceſſitate, uel eſſet paratus ſubire iudicium ac ſi poſſideret, nō datur actio ex illo titulo: quia ceſſat dolus alienantis, uel intereſſe agere uolētis. l. nō ſolum.§. ſi quis.ff. eo.tit.& l.quia etiam. Sed nō ne contra poſſeſſorem competit rei uēdicatio, qūo ergo competit actio in factū ex illo edicto, quę ē extraordinaria, cum remediū ordinariū ceſſare faciat extraordinarium.l.in cauſę.ff. de mino?reſp.l.in cauſæ procedit reſpectu eiuſdem perſonæ, ſed reſpectu diuerſarum remedium ordinariū bene poteſt concurrere cum extraordinario:ut not. Ab. in c.j.eo. tit.& not.in l.uni.C.eo.tit. de alien.&c.

item.c.ſi cōtra unum.de offi.deleg.in vj.ſi igitur delegatus ordinarij in loco exequi non poteſt inſinuet ordinario qui ſup hoc prouideat, uel expreſsè committendo eidem quòd extra locum ſtatutum id poſſit, uel alio modo.

Simili ratione ſtatutum eſt, ut ſi is per quem ab Apoſtolica [a] ſede certo loco inquiſitio, uel quid [b] aliud expediri mandatur, ob illius potentiā, uel malitiam contra quem inquiri, uel procedi mādatur, uel fautorum eius eo loco ſecurè mandatum executioni mādari nequeat, ad id exequendum locū ſecurū, [c] & idoneū [d] eligere ualeat, ne quis ſcilicet ex proprio dolo, uel fraude commodum reportet. [e] Quinimo idem faciet ſi alia probabilis cauſa [f] ſubſit, propter quam in loco decreto perfici commodè [g] nequeat qđ mandatur ne tali prætextu īpediri contingat mādatum Apoſtolicum, uel differri. [h]

Delegatio ſoluitur reuocatione iuriſdictionis re integra.hoc dicit.

Soluitur autem delegatio multis modis, puta reuocatiōe, morte, impotentia delegati, executione ſententiæ, propria pronuntiatione, temporis fluxu, reuocatione, cum is qui mandauit iuriſdictionem, anteꝗuàm is cui mandata fuerit ea uti cœperit, [i] mandatum reuocat. [k] Cū eo caſu iuriſdictio in

a Ab Apoſtolica Sede. Quid ſi ab inferiori ordinario fiat talis cōmiſſio? ſatis idem debet uideri cum ſit eadem ratio.l.à Titio ff. de uer. ob.c.inter corporalia.de transla. communiter contra in c.ſtatuimus.de offi. deleg. in vj.unde ſumitur, ut hoc uerbū aliquid operetur ad hoc c.ad audientiam.de deci.c.ſi Papa.de priui.nec eadem eſt ratio: quia non ſic de facili à delegato Papæ per uniuerſum orbē recurritur ad Papam, ſicut ad ordinarium de prouincia uel diœceſi ſua poteſt recurri. Hinc quoque delegatus Papæ recuſatur coram arbitris, quòd difficile ſit ad Papam recurrere, delegatus ordinarij nō

b Vel qd aliud. Puta pronūciatio, monitio, denūciatio, uel his ſimilia.

c Securū. Locus ergo non ſolū debet eē ſecurus partibus.c. ex parte.j. de appel. ſed & iudici & inquiſitori, ut in c.ſtatuimus. de offi. deleg.

d Idoneū. Quia id non in taberna, uel in loco inhoneſto expediri debet, quanuis tuto.

e Reportet. Cōtra.l.itaq;.ff.đ fur.

f Cauſa. Etiā ſine dolo, & culpa eius contra quē id imminet expediēdū:ut not. in c.ſtatuimus.de offi. deleg. in vj.

g Commodè.xxij.q.ij.c.faciat.l. nepos Proculo.ff. de uerb. ſigni.

h Differri. Prouideri igitur debet non ſolū ne impediatur in totum, ſed etiam ne nimium differatur.concor.c.ſi ſuper gratia. & c.ſtatuimus.de offi.deleg. in vj.

i Vti cęperit. Qualitercunq;.c.quanuis.de offi.deleg.in vj.ubi not.& fac.c. licet undiq;. eo. tit.in antiq.adeò ꝙ per ſolam reſcripti præſentationem dicitur perpetuata iuriſdictio, & ſic etiam per actum ante citationem.contra tamē tenuit Archid. in d. c.quanuis.quem multi uidentur ſequi, ut per Peruſi.in d.c.quanuis.& inferunt ꝙ per electionem notarij nō dicatur iudex uſus iuriſdictione, prima æquior, ſecunda de iure uerior, ſecundum Peruſ. in d.c.quāuis. ubi latè, & per Abb.in c.relatum.de off.deleg.

k Reuocat. Non ſolum expreſsè ſed etiam tacitè, puta, ſi delegans ad partis petitionē citet,

uel

eum efficaciter tranſiſſe non cenſeatur. a

d Compromiſſum. Sed an quod dicitur hic de ipſo compromiſſo obtineat etiã in actis geſtis coram arbitro, ſcilicet ut eorum uirtus expiret unà cum compromiſſo? Reſpon. quædam ſunt acta litis, ut citatio, litis conteſtatio, ſatiſdatio, & ſimilia, & iſta pereunt unà cum compromiſſo, ſicut quando perit inſtantia iudicij: ut plenè per Inn. Abb. & cæteros in c. cauſam quæ. de teſti. Quædam ſunt acta cauſæ, puta atteſtationes, partium cõfeſſiones, & ſimilia cõcernentia merita cauſæ, & iſta non expirant, ẽt quòd expiret compromiſſum non ſolum morte uerum etiam alio quocunque modo. l. pen. C. eo. ubi Doct. Canoniſtæ in c. ſi. eo. De teſtibus tamen diſtingue ut habetur in c. præſentata. de teſt. & in l. ſi. C. eo. tit. Idem intelligas de effectibus compromiſſi productis de præterito. nam non extinguuntur. Vnde ſi fuerit corã arbitris interrupta pręſcriptio per conteſtationem litis, uel alio modo legitimo, non expirat ille effectus expiráte compromiſſo, ut per Bal. in d. c. cauſam. & per Abb. in d. cap. ſin. eodem.

e Non extenditur. Etiam ſi ante mortem eſſet concluſum in cauſa, & dies pfixus ad ſententiam ferẽdam, ca. ex parte. & ibi Abb. eo. quanquã ſi eſſet ſententia lata executio tranſit in hæredes. l. quanuis. & l. diem proferre. §. ſi. ff. eo. & habetur in d. c. ex parte. & in c. ſin. eo. & ſic hoc caſu ſententia, & concluſum in cauſa non æquiparantur, licet aliquando contra, ut per Legiſtas in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. l. emptore. ff. de action emp. Et not. hic caſum in quo obligatio contracta cum defuncto non tranſit ad hæredem, regulariter contra, licet de hærede non fuerit facta mentio in contractu. l. ueteribus. C. de contra. & com. ſtipul. de alijs ſimilibus caſibus. not. in l. iuriſgentiũ. §. pactorũ. & in l. qui in futurum. §. j. ff. de pact. Et generaliter, quando pactum factum cum defuncto cohæret perſonæ defuncti, non transfertur obligatio in hęredẽ, Legiſtæ in l. eadẽ. ff. de uer. ob. & in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. in l. poſtulãte. ff. ad Trebel. Et fac. ad q. an ſi conuenerit ut quis poſſit perſonaliter capi ſi non impleuerit ex parte ſua, poſſit ẽt illo mortuo hęres capi? Et ad ſtatutũ diſponens debitorẽ poſſe perſonaliter capi, de quo remiſſiuè per Ab. in c. ſi. eo. Sed quæ eſt ratio quòd compromiſſum non tranſit in hæredes? Reſpon. ſecundum Abb. in d. c. ſi. quia arbitri plerunque eliguntur ratione confidentiæ & amicitiæ, quæ fortè nõ erit ita cum hærede meo ut mecum, merito ſi morior non debet cogi hæres meus ſtare compromiſſo, in quo ceſſat illa ratio confidentiæ. Aliam rationem reddebat Hoſtien. ut per Abba. in d. capitu. ſin.

f Caueatur. Sed pone quòd ſit cautum intelligetur ne de uno tantũ hærede, an etiam de pluribus? & uidetur quòd de uno tantum. l. antiqui-

antiquitas.C.de uſufr.l. boues. §. hoc ſermone.ff.de uerb.ſign.Spe.Abb.& communiter cō tra.l.in annalibus.C.de legat l.fi.C. de hær in ſti.fac.l:qui per ſucceſſionem.ff.de re. iur. Nō ob.l.antiquitas, quia illud ſpeciale, ne fruſtra ſemper apud proprietarium ſit ipſa proprietas. Itē nunquid quod hic dicitur habeat locum in arbitratoribus & amicabilibus compoſitoribus? Specu.quòd non, contra Ab.in cap.fin eod.& hęc magis placet.

eſt quòd & in iudicijs adhibeantur ſi adhiberi poſſunt: ut not.in c.quoniam contra.de proba. unde ſumitur.

d Innocentiana.c.quoniam.cōtra.de probat.

e Omnium &c.Sic inſt.de pœna tē.litig.§ fi.

feſtinemus ex alijs iuris libris cognoſcendos relinquimus. [a]

DE IN IVS uocando. V

Iudex debet habere notarium, uel duos uiros idoneos, qui ſcribant acta iudicij. h.d.

Ergo ſi partes neque pactionibus, neq; tranſactionibus, neq; compromiſsis concordes reddi poterūt, ad iudicem deueniēdum erit. Illud autem imprimis proſpicere iudicem oportebit, ne ſcilicet debitæ ſolennitates in iudicio prætermittantur. [b] Adhibebitque publicā perſonam, aut duos [c] uiros idoneos, qui uniuerſa acta iudicij conſcribant, ut Innocētiana [d] conſtitutione, in generali concilio edita, latius continetur.

Initium iudiciorum eſt citatio, ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli. h.d.

Omnium [e] autem iudiciorum inſtituendorum principium, & fundamentum ſunt citationes ſine quibus omnia, quæ aduerſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, uiribus carent. [f] Nam neque naturalis, [g] neque ciuilis ratio quēquam indefenſum iudicari pmittit. Quicunque igitur cum altero iudicio contēdere uoluerit, ante omnia curarē debet aduerſarium ità moneri, ut

a Relinquimus. De his pleniſſimè per Peruſin.in ſuo tractatu de arb. li. xiij.per totum.

DE IN IVS uocando.

b Præter mittātur.ca. cauſam.de iudi.c. quoniam contra. de probat.

c Duos uiros. Videtur ergo ꝙ tabellio æquiualeat duobus, ex quo loco eius adhibentur duo idonei: aliàs uidetur quòd æquiualeat tribus xvj.q.iij.§. poteſt.uerſi.is autē, & ſic uidetur ꝙ plus credatur ſcripturæ tabellionis, quàm ſcripturæ epiſcopi, uel alterius iudicis, niſi habeat teſtiū ſubſcriptionem.c.cum à nobis. de teſti. hoc ideò, quia tabellio cum iuratus ſit, credendum eſt inſtrumento ſuo.c.ad audientiam. de præſcrip.c. illud.de præſump.Sic conſuetudo regionis interdum habet quòd credatur inſtrumento principis, ut in c.cum dilectus. de fi.inſtrum.Licet autem circa iudicia credatur ſcripturæ tabellionis, circa cōtractus tamen ei nō creditur, niſi habeat teſtium ſubſcriptionem. §.ſancimus.Auth.de hære. & falci.tutius tamē

f Viribus carēt. Fac.l. de unoquoque. ff. de re iudi. Cle.paſtoralis.co. tit.c.iter quatuor. ubi not. de mai.& obe.c. caueant. & c.omnia.iij.q. ix. intantum ut ſententia lata in fauorē abſentis non citati nō teneat: ut no. in l.ea quę.C.quo modo, & quando iudex. Ab. in cap. quoniam cōtra.de probat.licet uideatur contra.l.quod fauore. C. de ll. & l.nulla ratio. ff. de ll. non mirum cū ſit de iure diuino, ut apparet in pri. libri Gene.in quo habeť ꝙ Deus noluit Adam condēnare de inobdientia priuſquàm illū citaſſet. Ideò ei nec per Papam derogari poteſt: & ꝯ hoc per Legiſtas pręcipuè recentiores in l.nec quicq̄. §.ubi decretum.ff.de offi.proconſ.Centum tamen & quindecim caſus in quibus non eſt neceſſaria citatio colligit.Ant.Nicelli. in opere quod inſcribitur concordia Gloſſ.q.lij.in primo Tomo tractatuum.

g Naturalis. Immo ratio naturalis uidetur permittere ſi ſententia lata ſit iuſta: quia dummodo finem habeamus non curamus de modo.Sol.hoc uerum, quando modus non eſt de ſubſtantia, aliàs quando eſt de ſubſtantia, non ſufficit habere ſolum effectum. Abb. in cap.uniuerſitatis.uerſi.in glo.pe.de ſent. excom.fac. c.eccleſia.de conſtit.& ut lit.non conteſt.p ſo.

Teneatur.

ſeſe coram iudice exhibere teneatur. a

Ex quatuor capitibus eluſoria redditur citatio: & citatus à non ſuo iudice non tenetur comparere. h. d.

Fit tamē interdum pluribus modis, ut qs uocationi de ſe factæ parere non compellatur, utputà b ex perſonæ qualitate, loci conditione, temporis ratione, & forma citationis. Perſonæ qualitas inefficacem reddit citationem tàm ius dicentis, quàm etiam in ius uocati. Nam ſi te is in ius uocet, quem tibi iudicem non eſſe competentem manifeſtum c ſit, dubio procul ad comparendum uocatio talis te minimè coarctabit. d

Qui legitimè citatus mutauit iudicem, non propterea poteſt declinare iudicem, cum ſit præuentus. h. d.

Si tamen contigerit eum qui legitimè e citatus fuerit alterius poſtmodum fieri iuriſdictionis, quaſi præuentus f ius reuocandi forum nō habebit.

Citatus ad inſtantiam ſpoliatoris non tenetur comparere. hoc dicit.

Idem iuris g eſt ſi iudex quidē tuus ſit, ex eo tamen te mādet uocari, ut in iudicio cū ſpoliatore tuo ſtare compellaris: nec enim anteà comparere cogeris, quàm ad omnia canonicæ reſtitutus h fueris.

Ex qualitate loci citatio non arctat ad comparendum. hoc dicit.

Locus quoque ad quem uocatus fueris, tūc inualidam reddit citationem, cùm aut incertus i eſt, aut citā-

a Teneatur. Quod tunc erit cum citatio habebit ſua requiſita, de quibus infra. eod. in progreſſu.

b Vt puta. No. quatuor capita ex quibus oritur inualiditas citationis.

c Manifeſtū ſit: Hoc ideò dicit: quia aliud eſſet ſi dubitaretur, pretoris. n. eſt æſtimare an ſua ſit iuriſdictio. l. ij §. ſed & ſi dubitetur. & l. ſi quis aliena. cum ibi not. ff. de iudi. l. cōtumacia. & ibi etiam not. ff. de re iudi. & faciunt tradita p Canoniſtas in ca. cū ordinem. de reſcri. & in c. cū parati. de appella.

d Coarctabit. Et hoc procedit non ſolum in ordinarijs, ſed poteſt procedere etiā in delegatis, puta, ſi ſit cōmiſſa cauſa pluribus ſine clauſula illa, quòd ſi non omnes. & pars tantum eorum citet. ut in c. prudentiā. in prin. & ibi not. cum c. ſeq. de offi. deleg. fac. c. ex literis. eo. tit. & cap. ſi duobus. dē appel. & habetur per Specul. in tit. de citatione. col. ij. uerſi. item quòd eſt euidens. Sed quid ſi iudex qui citauit mortuus eſt, & alius in locum demortui ſubſtitutus, utrum citatus teneatur comparere abſque noua citatione? Vel contra quid ſi aliquis citatus eſt ſub nomine dignitatis, & mortuus eſt, & alius ſubſtitutus, an citatio coarctabit ſubſtitutum? reſpon. ut per Abb. in c. licet. in fi. de accuſat.

e Legitimè. Vt, quia commiſſa ad petitionē partis: ut c. propoſuiſti. ubi Abb. de fo. comp. ſi iudex procederet ad utilitatem priuatam: alias eſſet nulla, & per conſequens non perpetuaret iuriſdictionem. c. cum plures. ubi not. de offic. deleg. in vj. nec etiam præuentionem induceret. Io. And. & Abb. in d. c. propoſuiſti. ubi an talis citatio debeat eſſe per tria edicta, an per unicam citationē peremptoriam.

f Præuentus. l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. l. cū quædā. ff. de iuriſdi. om. iudi. patet ergo ꝙ per ſolam citationē perpetuatur iuriſdictio tam ordinarij quàm delegati: ut c. propoſuiſti. de foro comp. unde ſumitur. & c. gratum. & c. licet. de offi. deleg. & c. ſi. de offic. leg. fac. c. ut debitus. de appellat. & c. capitulum. S. Crucis. de reſcript. ut citatio præualet impetrationi literarū, qui ergo cōuenitur coram iudice competenti cogitur uſque ad finem perſiſtere etiam ſi mutauerit forū: quia præuentus fuit.

g Idem iuris. Supra dixit de nullitate, quæ obuenit ex perſona iudicis, nunc de ea quæ ex perſona rei conuenti.

h Reſtitutus fueris. c. j. & c. prius. iij q. ij. Specu. in tit. de citatione. §. j. & ponitur hic unum tantum exemplum de ſpoliato, ſed plura uideri poſſunt in l. ij. & l. iij ff. eo. in quibus citatio non ualet ex qualitate perſonæ quæ citatur.

i Incertus eſt. Tūc. enim uidetur perinde ac ſi nullus locus conſtitutus fuiſſet. l. de ætate. §. nihil. ff. de interrog. act. & nimia generalitas reprobatur. c. ex literis. de do. & contu. Sed hæc

citatio ad locum incertum nō eſt ipſo iure nulla ſi non eſt omnimoda incertitudo, puta, quòd citatus fuerit quis ad uillam, & ſint plura loca eiuſdem nominis, ut in c. fi. de reſcript. quia debet citatus comparere in locum in quo conſueuit comparere. l. ſi locus. ff. de iudic. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbit. & habetur in d. c. fi. de reſcript.

tis non ſubeſt iuriſdictioni. a Idem etiam dici poterit, ſi citādus extra iudicis territorium b moram trahere comperiatur. Tunc enim ius dicenti impunè non paretur. c Quemadmodum et ſi locus citatione deſignatus peſtilens d ſit, aut aliàs ꝑ citato malè tutus. e

Diebus feriatis in honorē Dei etiam ex conſenſu partiū nō poteſt procedi. Et anguſtia temporis ad comparendum dati, uiciat citationem. h. d.

Sed etſi te iudex iuſſerit adeſſe, aut inter anguſta nimis tempora, f aut quæ uenerāda ſint diuini cultus gratia, g nullas uires habebit talis iuſſio. Quāuis enim non prorogare, ſed expedire deceat quæſtiones, h.

a Iuriſdictioni. l. fi. ff. de iuriſ. om. iudi. & c. cum epiſcopus. de offi. ordi. in vj. & hoc adaptari poteſt etiā ad delegatum. ca. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in vj. & in tantū hoc procedit ſecundū quoſdam, ut citatio nec ex partium conſenſu poſſit conualeſcere: ut not. in d. §. in nullo, & de hoc per Spec. in tit. de citat. §. j. uerſi. item quòd iudex. & ibi etiam per Io. Andr. in apoſtil. Quod tamen hic dicitur non habet locum in terminis Cle. j. de foro competen.

b Extra territorium. Poterit uideri fortè temerè hic iſtud poſitum cum ſi de uerbali citatione intelligendum ſit, quemadmodum uidetur intelligendum, ita uidearur dubium ut nō defuerint aliqui Legiſtarum, ut Ang. de Peruſ. & etiam alij qui dixerint hoc egere deciſione Cæſarea, ut per Iaſ. in l. fin. ff. de iuriſ. om. iudi. ſed hoc fortè uerū fuerit apud Legiſtas certè, apud Canoniſtas uidetur clarum per Cle. paſtoralis. de re iudi. & quando etiam apud eos id non eſſet clarum quod hic dicitur eſſet intelligendum iuſta not. per Specu. in ti. de citatio. §. j. uerſi. ſeptimus. & per Bart. & alios in d. l. fi. ut puta, quando diuerſi iudices non ſubſunt uni domino, ſed ſunt omnino ſeparati, de quo nemo uidetur dubitare.

c Non paretur. Ratio. l. fi. ff. de iuriſ. om. iud.

d Peſtilens. Vt not. in c. communis. diſt. xxiij. in uer. morari. & in Cle. quam diu. de appel. & per Specu. in tit. de citat. §. j. uerſi. item excipitur. Sed quid ſi in loco peſtis redderetur ius, an citatus excuſaretur ſi non compareret? reſ. ut per Bar. in l. de ætate. quam legit cum l. recuſare. §. ſi quis alio. ff. ad Trebel. & latius per Abb. in c. cum dilecti. uerſi. ex hoc dicto not. d. Ant. quod ſi ius. & fac. not. per eundem Abb. in c. propter ſterilitatem. uerſi. ſed dubium eſt.

e Malè tutus. Fa. cap. de cætero. de ſentent. excom. & ca. ueniens. de accuſ. & utrobiq; Abba. nec diſtinguemus ex qua cauſa ortæ fuerint inimicitiæ, & an culpa non comparentis. Abb. in d. c. de cætero. fac. no. per eundem in ca. j. in ij. notab. de iudi. fac. Cle. j. de re iudic. & l. ſententia. C. de iuriſ. om. iudi. Idem etiam eſſet ſi locus ſit i honeſtus: ut per Specu. in tit. de citati. §. j. uerſic. item quod ſit citatus.

f Tempora. v. q. ij. c. j. & cap. primates. & per totum.

g Diuini cultus gratia. Hoc procedit quando fuit facta citatio ut compareat tali die quæ eſt feriata in honorem Dei: ſecus ſi fuiſſet dictum compareas uſque ad talem diem: quia licet illa dies eſſet feriata, tamen poteſt comparere ante diem feriatam, & hoc dicit eſſe uerisſimum Abb in c. fi. de fer. licet antiqui multis modis diſtinguerent, ut ibi per eum in prima. q. Quid autem ſit ecōtrà, ſi ſit facta citatio die feriata ad diem non feriatam, dic ut per eundem in d. c. fi. q. ij.

h Quæſtiones. c. finem. & cap. uenerabilis. de dol. & contu. c. fi. eo. l. properandum. C. de iudi. Sed quid dicemus de actibus extraiudicialibus & iuriſdictionis uoluntariæ? reſpon. poſſunt etiam diebus feriatis in honorem Dei explicari, quantum ad hoc ut teneant, ſed talem actum celebrantes peccant, niſi certis caſibus, ut in notulis ſeq. Et uidi in doctoratu Illuſtriſſimi Flauij Vrſini olim ſcholaris, & Domini mei, & poſteà Auditoris Cameræ Apoſtolicæ meritiſſimi, & nunc Cardinalis ampliſſimi in collegio Peruſino non modicam altercationem: quia d. Dominus cupiebat præſentari in die:

uſque adeò tamen his diebus iudiciorum [a] ſtrepitus debet conquieſcere, ut niſi uel neceſsitas [b] cogat, uel pietas [c] ſuadeat, conſentiētibus etiam partibus, proceſſus habitus non teneat.

Ferijs inductis hominum cauſa renuntiari poteſt. h. d.

Aliud tamen obtinet ſi ob hominum neceſsitates [d] feriæ indultæ fuerint. Tunc enim acta cuncta tenent, ſi de partium ꝓceſſerint uoluntate. [e]

Delegatus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ commiſsionis, & deſignare auditorium. Secus eſt in ordinario. hoc dicit.

Iam uerò multum intereſt delegatus ne citet, an Ordinarius. Ille enim cū aliena utatur iuriſdictione, lōge remotos, [f] non niſi literis cōmiſsionis ſuæ tenorem continentibus, [g] & intra certa ſpacia [h] quem uocare poterit. Et cùm proprium non habeat auditorium, certum huiuſmodi literis locū, ubi ſe citatus exhibere ualeat, deſignare illū oportebit. Cum in Ordinario nulla ſubſit hmōi neceſsitas. [i]

Ponit quid agendum ſit delegato, ſi iuriſdictio eius expirat in peremptorio. h. d.

die feriata in honorem Dei, hoc eſt in Dies. Angeli de menſe Septembris. & aliqui doctores multum reclamauerunt dicentes hoc non debere fieri quod eſſet peccatum, cum eſſet actus in quo iudex debet pro tribunali ſedere, tamen obtentum fuit ꝙ fieret, fortè, quia magis cupimus hominibus placere quā Deo. & eodē ann. 1556. fuit doctoratus Illuſtriſsi. Do. Andræas Matthæus de Aqua uiua ad p̄ſens meritiſſimus Epiſcopus de Venafro, qui licet fuerit præſentatus die nō feriata ſed iuridica, fuit tamē doctoratus in feſto S. Auguſtini, nec fortè fuit indecens in feſto doctoris fieri quē doctorem, de hoc latè per Abb. in c. fi. de ferijs. & in tit. de citat. §. j.

a Iudiciorū. Sed an idem ſit in cōpromiſſis quod in iudicijs? reſp. idē ſecundum Abb. in c. fi. de fer. & hoc intellige in uero arbitro: ſecus eſt arbitratore & amicabili cōpoſitore. c. j. de ferijs. Spec. in tit. de arb. §. fi. uerſ. in forma. Io. And. & Ab. in c. fi. de fer.

b Neceſſitas. Puta, quia ſit res tempore peritura, plura exempla dantur in l. j. & ij. & l. iij. ff. de ferijs. fac. l. j. de ff. dan. infecto.

c Pietas. Puta, quia ſit cauſa miſerabiliū perſonarum, nec enim in operibus miſericordiæ eſt habenda dierum diſtinctio: arg. c. utinam. diſtin. lxxvj. & c. nunquàm. diſt. v. & alijs caſibus per Abb. & Docto. in cap. fi. de ferijs, qui concluduntur his uerſibus.

Hæc faciunt cauſas feſtis tractare diebus,
Pax, ſcel⁹ admiſſum, manumiſſio, res peritura.
Terminus expirans, mora, teſtis abeſſe uolentis,
Cumque poteſtatis patriæ ius filius exit.

de quorum uerſuum declaratione. Ab. & alij in d. cap. fin.

d Neceſſitates. Vt meſſium, uindemiarū. Sed quid dicemus ſi ſimus in loco ubi non recolligitur uinum, uel granum? Item quid ſi recolligitur quidem ſed quęſtio uertit īter milites uel clericos, an tunc poſſit procedi? reſpō. ut no. in c. fi. per Ab. & alios de ferijs.

e Voluntate. Idem etiā dicas de ferijs repentinis. puta, ſi ſint indictę ob res proſperè geſtas. Vel propter natiuitatē filij ipſius principis. Vel quia duxit uxorē. l. ſed & ſi per prætorē. §. feriè. ff. qb. ex cau. maio. cum enim non ſint inductæ fauore partium, meritò non poteſt eis per partes renuntiari: fac. l. omnes dies. in fi. & l. à nullo. C. de ferijs, & ita p Docto. in c. fi. de fer.

f Longe remotos. De quo p Abba. in c. præterea. de dilat.

g Continentibus. Ad hoc ut reus poſsit inſtrui & deliberare quid debeat in termino reſpondere, habetur latè in capit. præterea. de dilat. & per Spec. in tit. de citat. §. ſequitur. uerſi. utrum autem citatus. ubi allegat multa concordantia.

h Spatia. Id eſt, intra duas dietas. capit. nonnulli. & cap. dilectus. ij. de reſcrip. cap. ex parte. de foro competen. cap. olim. de except. cum concord. & hic nihil fuit expreſſum de duabus dietis: quia iſta materia de duabus dietis habet multa capita, & multas diſtinctiones, de quibus plenè per Specul. in tit. de citatio. §. j.

i Neceſsitas. Habes ergo quomodo differāt citationes ordinarij, & delegati. Sed de hoc dic plenius, immo pleniſsimè ut Spec. in titu. de citat. §. cum de citatione. & alibi in d. titu.

Item in delegato [a] quæri poteſt, ſi peremptoriè partes is citauerit, & earum altera (die data) ſeſe abſentat contumaciter, an ſaltem circa ultimam diei partem ſit in negotio procedendum, & utrum ſi duxerit expectandum, ſit iterũ citandus [b] cõtumax: & in hac ſpecie multũ intereſt duret iuriſdictio poſt peremptorium terminum, an expiret. Primo enim caſu, in diem alterã ęquitate [c] ſuadente iudex expectare poterit, nec propterea peremptorio elapſo, pars contumax citanda erit, niſi gratiam [d] eidem fecerit benignitas iudicantis: poſteriore uerò ne fruſtra iudicialis inſtãtia [e] euaneſcat, ſi partes cum id nouerint, ſeſe iudici non pręſentauerint, hora [f] qua congruè procedi poſſit ad exequendũ, propter quod [g] eis legitimè terminum [h] perẽptorium aſsignauerit, ad executionẽ liberè procedere poterit. Diſcretus tñ iudex ĩ aſsignatiõe perẽptorij, [i]

a In delegato. Non autem in ordinario cuius iuriſdictio tempore non expirat, & ſic commodè annectitur ſuperiori. §. in quo ponitur alia differentia inter delegatum & ordinariũ. concor. c. conſuluit. de offi. dele. unde ſumitur.

b Citandus. Videbatur quòd peremptorium eſſet circũductum & ſublatum ut iterum eſſet citandus: ut l. & poſt peremptoriũ. ff. de iudi. Sed nunquid parte nõ comparente circũducatur edictũ ipſo iure? reſp. non, ut per Abba. in c. conſuluit. de offi. deleg. ſuper Gloſ. ij. Quod ergo remediũ habet pars comparens cõtra abſentem? reſpon. duplex. Primum quidem ut faciat circunduci terminum, & ab illa citatione abſolui, nec enim debet propria authoritate recedere. Secundũ eſt ut faciat ſe abſolui ab inſtantia iudicij, eſt autem inter hæc duo remedia differentia non modica, ut proſequitur Abb in d. c. conſuluit. uerſi. nunquid aut parte non comparente.

c Aequitate. Ergo æquum & honeſtum eſt in diem alterã, nec enim ſtatim atque nõ comparuit poteſt dici contumax: quia poteſt habere iuſtam cauſam abſentiæ, & ſic reuocabitur ſentẽtia. c. cum Bertholdus. de re iudi. nec prætor feſtinare debet ad decernendum ut iubeat poſsideretur l. ſi finita. §. ſi fortè. ff. de dan. infecto. non tamẽ eſt neceſſarium ſi nolit in diem alterum expectare.

d Gratiam. Ecce quanta poteſtas datur iudici circa iudicia, ut poſsit parcere contumaci in præiudicium alterius. l. j. C. quomodo, & quãdo iud. l. ſi cum dies. §. ſi quis ex litigatoribus. ff. de arbi. Nõ enim quidquid iudicis poteſtati permittitur iuris etiam neceſsitati ſubijcitur. l. non quidquid. ff. de iudi. & eſt contra id iij. q. ix. c. fi. Item licet iudex poſsit parcere in ferendo ſententiam termino conſtituto, non tamen poteſt ei parcere in expẽſis & ſumptibus, alioqui ipſe de ſuo reſtituet expenſas. l. ſancimus. C. de iudi. Sed uidetur quòd de iure mero teneatur expectare uſque in ſequentem diem. l. qui hoc anno. ff. de uerb. obl. Vel ſaltem quòd ſuprema hora diei poſsit iudicare. ij. q. vj. c. biduũ. dic ut not. in c. cõſuluit. de offi. delega. per Abb. & alios.

e Inſtantia. Id eſt, poteſtas.

f Hora. No. hic & ex cap. conſuluit. de offic. deleg. quòd citatus pro certa die, hora tamen non determinata, debet comparere hora qua congruè poſsit iudex incipere & finire actum incumbentem, nam ſecundum qualitatẽ actus tacitè uidetur hora diei præfixa. Vnde dixit Inno. & ſecutus eſt Abb. in d. c. conſuluit. quòd canonicus citatus ad electionem faciẽdam certa die, debet comparere de mane: quia electio ſolet fieri illa hora propter miſſam ſpiritus ſancti: ut not. in c. cum nobis. de electio, citatus ergo ad certam diem, debet comparere hora qua iudex non ſolum poteſt, ſed ſolet iudicare. fac. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ædil. edict. fac. l. qui ſemiſſem. ff. de uſu. & c. ex literis. de conſtit. & l. pen. ff. de iuſti. & iure.

g Propter quod. Id eſt, id propter quod.

h Terminum peremptorium. Sine cuius aſſignatione non ualeret ſententia. l. j. §. item cũ ex edicto. ff quæ ſent. ſi appel. reſcind. niſi ipſemet iudex partes in ſua præſentia conſtitutas moneret. hæc enim monitio uim habet trinæ citationis.

i Peremptorij. l. nunquàm. ff. de iudi. c. tam ex literis. de reſti. in integ.

non debet iuriſdictionem ſuam, niſi neceſsitas urgeat adeò coarctare. a

Citatus poteſt ex legitimo impedimentò non comparere, quo tamen ceſſante debet ſe iudici præſentare. h. d.

Adhuc tam etſi omnia ſolenniter peracta fuerint, nec uocatus accedat ad iudicẽ quibuſdam caſibus excuſandus erit, utputa ſi facto aduerſarij impeditus, b aut ad maius tribunal c uocatus, uel uinculis, d aut infirmitate e detentus, aut alijs ſimilibus f cauſis implicatus non acceſſerit: Debet tamen ceſſante impedimento, quanto potuerit citius iudici ſui copiam facere. g

a Coarctare. c. conſtituit. de offi. deleg. c. repræhenſibilis. de appellat. ij. q. vj. c. appellatore. l. non tantum. ff. de excuſ. tutorum.

b Impeditus. Exemplum habes. in c. ex literis. de in integ. reſti. fac. c. paſtoralis. §. j. de offi. deleg. ſi tamen citatus tardè arripuit iter non excuſatur ob impedimentum poſt tarditatem contingens. l. j. ff. ſi quis caut. in fi. fac. not. per Innoc in c. P. & G de offi. deleg. de iudice qui nimium ſe arctabit in petendo conſilio, & notata per Abb. in c. cum in ueteri. uerſic. ulti. not. de elect.

c Tribunal. l. cõtra pupillum. §. j. ff. ſi quis caut. & p Legiſtas in l. ij. §. j. ff. eo. titulo. niſi procuraſſet ſe citari per maiorem iudicem. c. paſtoralis. circa fi. de offi. deleg. & per Specu. in titu. de citatio. §. j. uerſi. item quòd uocatus fuit.

d Vinculis. Fac. l. ſuccurritur. ff. ex qui. cau. maio. l. ij. §. fi. cum ll. ſeq. ff ſi quis caut.

e Infirmitate. c. ſi epiſcopus. diſt. xviij. cum ibi not. c. querelam. de procu.

f Similibus. Puta quòd iuſſus fuerit eſſe in legatione à Rege. cap. ſi epiſcopus diſt. xviij. c. cum parati. de appel. & de his ſimilibus caſibus per Specul. in tit. de citatione. §. j. & per Abb. in ſua practica cap. xvij. uerſic. & multi. & per Fely. & alios in c. cum olim. de re iud. calores tamen immoderati non excuſant. c. cum dilecti. de dolo & contu.

g Facere. c. cum dilecti. de dolo & contuma. debet etiam mittere ad iudicem ad faciendam fidem de impedimento, ut per Abb. & alios. in capit. querelam. de procu. & hæc excuſatoris miſſio multum operatur, & maximè quòd ſententia lata à iudice per excuſatorem certificato non tenet Abba. & alij d. loco.

DE DOLO ET CONTVMACIA ET IN POSSESSIONEM miſsione.

DE DOLO ET contumacia, & in poſſeſsionem miſsione. VI

Quis dicatur contumax, et quid ſit contumacia, & quibus pœnis puniatur. h. d.

Ergo iuridicè h uocatus, nulla legitima i cauſa impeditus k ſi ſe iudici præſentare neglexerit, l aduerſario m accuſante, n

h Iuridicè. Id eſt, ſecundum ea quę ſupra tit. proxi.

i Legitima cauſa. De quibus cauſis ſupra tit. prox. §. ſi tamẽ. cũ ſeq.

k Impeditus. Poterit autem de legitimo impedimẽto conſtare nõ ſolum per legitimas ac ordinarias probationes: ſed etiã per ſolum iuramẽtum impediti. ca. ex literis. de reſti. in integ. quod forte non procederet de iure ciuili: ut p Abb. ibi, uerſi. licet plenè non probetur. & fortè ſolũ in cauſis fauorabilibus: ut in d. cap. ex literis.

l Neglexerit. Aut etiam poſtquàm uenerit illicentiatus receſſerit. Abb. in c. conſtitutis. in prin. de procur. & in c. pro ut. eo. & in ſua practica. c. xviij. Quis dicatur contumax poſt Specul. in titu. de contumacia in princ. Abb. in ca. conſuluit. de offi. deleg. uerſi. & ideò.

m Aduerſario. Not. quòd collitigans ciuiliter dicitur aduerſarius, & ſic ex facto à iure nõ improbato quandoq; oritur inimicitia, nec inſpicitur iuſtè quis litiget an iniuſtè: ut per Ab. in c. j. de iudi. & in c. j de plus petio. & in c. propoſuiſti. de fo. comp. & fac. not. in c. cũ ſuper. de off. deleg. puto tamen q̃ mitior ſit appellatio aduerſarij quàm inimici, & quòd licet omnis qui eſt inimicus ſit aduerſarius, qui tamen eſt aduerſarius non ſemper eſt inimicus.

n Accuſante. Hoc ideò: quia ſi aduerſarius non accuſaret quis non poſſet dici contumax. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. ubi

Bal.l.conſentaneum.& ibi Bart.C. quomodo, & quando iud. immo non ueniente actore in ultimo peremptorio circunducitur citatio, adeo ut neceſſe ſit reum ex integro citari. l. & poſt edictum.ff.de iudi.Legiſtæ in l.fi.§. ſed ſi ſtipulator.ff de eo per quem fact. erit. Sed contra uidetur quod no. Abba.in c.j.uerſi notā iudicē poſſe. de iudi. ubi ait quòd iudex poteſt mulctare cōtumacem etiam parte nō petente. Sol.contumax quis non eſt parte non accuſante. ſed per accuſationem partis redditur contumax, iudex mulctat ēt parte non petente contumacem mulctari, quod tamen fieri nō poterit in continenti. Sed in ipſa mulcta imponenda debet cōtumax de nouo citari. Abb.in c.ueniens.de accuſ.fac.c.cum contumacia.de hære. in vj.

contumaciæ crimē [a] incurrit. Eſt [b] enim contumacia erga iudicem uel prælatum cōmiſſa inobedientia. [c] Hæc autem uariè [d] iuribus coercetur: nunc enim litis damno, [e] nunc multa, [f] nunc expenſarum refectione; [g] & rei ſequeſtratione, [h] uel Eccleſiaſticæ ſententiæ innodatione [i] ob contumaciam ſuam conuentus afficitur.

a Crimen. Not.quòd contumacia eſt crimē, & quidem interdum capitale.l.omne.§. contumacia. ff.de re milit. & eſt peccatum mortale. Abb.in c.j.uerſi.nota contumaciam. de iudi.

b Eſt .n. &c. Hanc diffinitionem ſiue deſcriptionem ponit Hoſt.in ſumma eo.ſequitur Abba.in ſua practica.c.xviij. quis ſit contumax.

c Inobedientia. Contumax tamen in uno articulo citādus eſt ad alios, niſi à principio fuiſſet citatus ad totam cauſam. Abb. in c.aditis. de procur. & ſic iſta inobedientia non egreditur actum in quo quis fuit in obediens.

d Variè. Adeò ut poſſit colonis interdici ne dominis de fructibus reſpondeant, uel ne colant agros contumacis. Abb.in cap.grauem.de ſenten.excom.

e Litis damno.l. contumacia. ff. de re iudic. Item nec poterit litis in qua eſt contumax pendentiam allegare: ut per Abba.in capit. ex tenore. de reſcript. in fin. uerſic.nunquid autem conuentus,&c.

f Multa. l.j.ff.ſi quis ius di.non obtemp.l.ij. ff. ſi quis in ius uoc.non ierit. Sed hæ duæ pœnæ non habent locum niſi in uero contumace non autem in ficto. Doctor.comm.in d.l.j.§.fi. & in l.iiij.§.prætor. ff.de dam. infect. Quis autem ſit uerus contumax uel fictus, Legiſtæ in l.fi.ff. de reſti. in integ.& in l. properandum.§. ſin autē reus.C. de iudi.

g Refectione. l. ſancimus. ubi traditur.C. de iudi.

h Sequeſtratione.c ij.eod.

i Innodatione. c.quoniam frequēter.§.fi. ut lit.non conteſta.c.j. eo.in vj.ca. conſtitutus. ubi not. de ſentēt. excom.in vj.& iudex ſi uiderit hāc pœnam magis timere debet illam imponere: pars tamē nō poſſet hoc petere: quia cum excommunicatio proferatur loco mulctæ, nulla actio ad hoc competit parti. Bar. in l.iij.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit. & per Abb. in c.j.de iudi. & in c.prout. eo.in fi. ubi etiam hoc limitat uno modo. hodie tamen non eſt eueniendum ad hanc pœnam excommunicationis niſi cum non poteſt aduerſus reos realis uel perſonalis executio fieri: ut per Concil.Trid. ſeſſio. xxv.in decretis reformationum. c. iij.

Actor mittitur in poſſeſſionem rerum rei contumacis, et poſt annū efficitur uerus poſſeſſor, reſeruata queſtione ſuper proprietate.h.d.

Illud quoque uidetur ordinariū, ut cōtumace aduerſario tuo exiſtente, in poſſeſſionem earum rerum, de quibus quæſtio uertitur, uel quæ aliàs ſunt in patrimonio rei, ꝓ mō debiti ſi ꝑſonalis [k] inſtituat̄ actio, cuſtodiæ cā [l] inducaris, [m]

k Si perſonalis. Quo caſu prius incipiendum eſt à poſſeſſione mobilium, demum ſi nō ſint res mobiles uenitur ad immobiles: ut latè per Legiſtas in l.à diuo Pio.ff. de re iudic.& per Canoniſtas.in c.quoniam frequenter. §.fi. ut lit. non conteſt.

l Cuſtodiæ cauſa. Vnde hæc miſſio non eſt ualde præiudicialis, unde non mirum ſi fit etiam contra abſentem reipub.cauſa.l. ignorare.C.de reſtitu.in integ. niſi tamen abſens acceſſiſſet ad Sed. Apoſtolicam. capit. meminimus. de appel. & ibi Abb. uerſic. ex his poteſt reſponderi.

m Inducaris.c.fi.de eo qui mit.in poſ.c.quoniam.frequenter.§.fin. ut lit. non conteſt.hæc tamen inductio in poſſeſſionē poteſt facilè impediri,

ut tædio [a] affectus reus ueniat aliquãdo reſponſurus. Quòd ſi adhuc per annum in ſua contumacia perſeuerauerit, iudice decernente uerus [b] poſſeſſor efficieris, ſuper ꝓprietate dumtaxat aduerſæ parti defenſione reſeruata. [c] Sed ſi miſſus in poſſeſsionē fructus dilapides, ſequeſtrandi erunt, [d] & quod diſtractum, in priſtinum ſtatum reuocandum. [e]

Si ob potentiam aduerſarij contumacis non poſsit actor poſſeſsionem ingredi, uel illam amiſerit, nihilominus efficitur uerus poſſeſſor elapſo anno. h.d.

Si tamen [f] propter rei potentiam ſiue dolum contigerit, ut intra annum rem cuſtodiendam nanciſci non poſsis, uel etiã acquiſitam amittas, ne contumax melioris [g] quàm obediens conditionis exiſtat, de canonica æquitate ſancitũ eſt, ut hoc etiam caſu uerus elapſo anno poſſeſſor actor [h] conſtituatur. [i]

Si reus contumax dederit cautionem de ſtando iuri, nec multandus eſt quòd aduerſarium non fuerit paſſus eſſe in poſſeſsione. Et miſsionem paſſus reſtituetur. h.d.

Hoc tamen tunc obtinet cum reus nullam cautionem præſtitit, nam ſi de ſtãdo iuri cauerit, [k] nec multãdus quòd in poſſeſ-

pediri, nam ſi uel amicus aliquis rei compareat pro abſente audiendus erit: ut per Abb. in in d. §. fin. Sed an huiuſmodi amici ſint citandi antequam fiat huiuſmodi miſsio? reſp. Legiſtæ multi tenent hoc non eſſe neceſſarium, neque contrarium alicubi probari, contrarium tamẽ not. in c. cauſam. de dol. & cont. & tenet hoc Abb. in c. conſultationibus. de offi. deleg. ĩ uerſ. tertio not. quòd amici, per illum tex.

a Tædio. Tædium autem conſiſtet in hoc: quia actor miſſus in poſſeſſionem expellet reũ de poſſeſſiõe, percipiet fructus, & conſeruabit eos. ca. ij. & ca. iii. de ſequeſt. poſſ. & fruct. in ꝑſonali uerò actione tędiũ erit: quia cum cultura ſpectet ad contumacem miſſus erit cum eo ĩ agro ne ille conſumat fructus. l. is cui. §. qui legatorum. ff. ut ĩ poſt. leg. l. ſi finita. §. ſi quis autem. ff. de dam. infec. & not. in c. quoniam frequenter. §. fi. ut lit. non conteſt. & in c. contingit. eod.

b Verus poſſeſſor c. quoniam frequenter. §. fi. ut lit. non conteſt. an autem incommutabiliter, dic ut ibi not.

c Reſeruata. c. quoniam frequenter. §. fin. ut lit. non conteſt.

d Sequeſtrandi erunt. Hoc intellige ſi ante annum miſſus in poſſeſſionem diſtrahet, ut in c. dilectus. de ſeq. poſſ. & fruct. & no. ex hoc ꝙ miſsio in poſſeſsionem non reuocatur licet miſſus peruersè ſe gerat circa conſeruandos fructus, ſed fit ſequeſtratio. Sed quid ſi non dilapidet adhuc, ſed ſit ſuſpectus de dilapidatione, an erit facienda ſequeſtratio? reſpon. non, ſed erit ab eo qui miſſus eſt in poſſeſsionẽ danda cautio de fructibus debito tempore reſtituendis, not. in cap. ſuſcitata. de reſti. in integ. & per Abb. in d. c. dilectus.

e Reuocandum. Not. ꝙ ille qui mittitur in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, ſiue reali actione agatur, ſiue perſonali, ĩtrà annum non facit fructus ſuos; ſed cuſtodire eos debet, ut ſi intra annum reus recuperare uelit poſſeſſionẽ, ei fructus reſtituantur, expenſæ tamen neceſſariæ pro fructibus percipiẽdis factæ primò debent deduci. l. fundus in princ. ff. fami. ercisc. anno autẽ elapſo lucratur omnes fructus: ut no. in cap. contingit. eod. & hoc in reali.

f Si tamen. Not. caſum in quo quis ſine aliqua apprehenſione nanciſcitur poſſeſsionem, concor. capitu. contingit. eo. unde ſumitur, de alijs habes per Legiſtas in l. j ff. de acqui poſſ. Item not. remedium unum contra eum qui non admittit alium in poſſeſſionem, de alijs pluribus habes in cap. tuæ. ut lit. non conteſt.

g Melioris. Fac. c. cõtingit. eo. & l. iij. §. j. ff. de don. inter ui. & ux. l. ſeruius. ff. quod ui aut clã l. non ſolum. ff. de noxa. l. itaq; fullo. ff. de furt. c. ad hæc. de poſtu. xvj. q. j. c. legi.

h Actor. Siue agat reali ſiue perſonali, de quo tamen dic ut latè in c. contingit. eo.

i Conſtituatur. Sed an ipſo iure? uel requiratur ſententia? reſp. ut in c. contingit. eo.

k Cauerit allegando ſe nõ eſſe contumacẽ,

ſione actorẽ eſſe paſſus non fuerit, & miſſionem paſſus ilico reſtituendus [a] erit.

Actor anno lapſo non reputatur poſſeſſor, ſi per eum ſteterit quominus intrauerit poſſeſſionem.h.d.

Idem iuris eſt, ſi annus lapſus eſſe proponatur, per reum tamẽ non ſteterit, [b] quominus ante terminũ, & poſſeſſionem receperit, & cautionem dederit.

Excommunicatus à delegato Principis, etiam delegato mortuo non poteſt ab Ordinario abſolui, uel alio preterquàm in mortis articulo, uel de mandato Papæ.h.d.

Quæri contigit ſi delegatus [c] qui reum propter contumaciã manifeſtam excommunicationis [d] uinculo innodauit, uel petitorem cauſa rei ſeruandæ in poſſeſsioné induxit, rebus eximatur humanis, an eidẽ iuri parere uolenti, & idoneam cautionem offerenti ordinarius abſolutionis beneficium impertiri & poſſeſsionem reſtituere ualeat? Et reſponſum [e] eſt quòd (cum delegatus quò ad hoc ſit Ordinario maior [f]) excommunicatus ab eo, non poteſt [g] per alium præterquam in mortis articulo, [h] ſine mandato ſum. Pontificis abſolutionis gratiam obtinere, uel poſſeſsionẽ recuperare, niſi alius ei in onere

& habetur de hoc in cap. cum ueniſſent. de eo qui mitt. in poſſ. & hoc quando dubitatur de contumacia: aliàs ſi contumacia ſit manifeſta non audiretur, niſi etiam expenſas reficeret: arg. in c. uenerabilibus. §. idem. & §. ſecus. de ſenr. excõ. in vj. & per Abb. in d. ca. cum ueniſſent. & fac. hoc ad limitandum. cap. quoniam. §. in alijs. ut lit. non cõteſt. Idem dicas etiam ſi non cauit per eum tamẽ non ſtetit, ut ſtatim ſequitur.

a Reſtituendus erit. Niſi miſſus in póſſeſſionẽ ſit neceſſario & cauſa reip. abſens: qa tunc non eſt reſtituenda poſſeſsio. c. dilecto. de uer. ſign. & not. in ca. ij. de eo qui mitt. in poſſ. &c.

b Non ſteterit. Paria ergo ſunt aliquid per me fieri, aut per me non ſtare quo minus fiat. fac. c. imputari. de reg. iu. in vj. & c. quia diuerſitatem. de cõceſ. præb. c. plerũque. de reſcr. c. qm̃. in prin. ut lit. nõ conteſt. c. ex inſinuatione. & c. ex tenore. de appel. ii. q. vii. c. anteriorum. §. ad hoc. Vicini ergo qui fecerunt quantum potuerunt ut malefactorem caperent, ſi non ceperint, non tenentur, etiam ſtante ſtatuto, Barto. in l. ne quid. ff. de incen. rui. & naufra. Abb. in cap. ii. de eo qui mit. in poſſ. Arg. tamen contra in c. j. de eo qui mit. in poſ. rei ſer. cauſa. Sol. ibi uoluntas ſtetit in puris terminis uoluntatis, hic quando uoluit cauere, & obtulit cautionem, ſed defuit qui reciperet. & ſic habes unam limitationem ad id quod hic dicitur & ad d. c. ij. Idem etiam eſſet ubi plures conueniri poſſunt, & unus tantum eſſet contumax: quia non eſt facienda miſsio, niſi omnes uocentur. l. Aemilius. ff. de mino. & argu. in l. hoc autem. ff. qui. ex cau. in poſ. ea. & per Abb. in c. cum. deputati. uerſic. & ſubiicit unum notabile. de iudi.

c Delegatus. Scilicet à principe, ut patet ex ſequentibus, & concord. ca. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordin. unde ſumitur.

d Excommunicationis. Habet ergo talis delegatus quo ad cauſam ſibi commiſſam ea quæ ſunt meri & mixti imperii, de quo dicitur per Doct. in c. quod ſedes. de offi. ordin.

e Et reſponſum eſt. Vt c. paſtoralis. §. præterea, de offi. ordina.

f Maior ca. ſane. de offi. deleg. cap. paſtoralis. §. præterea. de offi. ordin.

g Non poteſt. Not. hic, & ex cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordina. regulam, quòd ab excommunicatione ab homine lata ille duntaxat poteſt abſoluere qui excommunicauit, uel ſucceſſor, uel ſuperior eius. licet excommunicatio non ſit ſpecificè excommunicatori reſeruata: ſecus eſt in excommunicatione lata per conſtitutionem, legem, uel ſtatutum: quia quilibet epiſcopus ſuperior excommunicati abſoluere põt, ſi abſolutio non eſt reſeruata ſtatuenti. fac. c. nuper. de ſent. excom. & not. Abb. in d. §. præterea.

h Articulo. Quo caſu de quolibet genere excommunicationis, & à quolibet eccleſiaſtico põt abſolui: arg. xvii. q. iiii. c. ſi quis ſuadẽte. & c. quod de his. de ſent. excom. & c. ſanctum eſt baptiſma.

baptiſma.de conſecra.d.iiij. Sed nunquid tranfretare uolens, uel obſeſſus, uel prælium campeſtre ingreſſurus abſolui poſſit, quaſi conſtitutus in mortis articulo? Reſp.ut not.in c.paſtoralis.§.præterea.de offi.ordin.

ſucceſſerit, [a] & honore.

Paſſus miſſionem ſi mortuo delegato præſtet infra annum cautionẽ de parendo iuri, etiam poſt annum recuperabit poſſeſſionem.h.d.

Sed ne miſſus ĩ poſſeſsionem uerus [b] efficiatur poſt annum poſſeſſor, miſsionem paſſus coram Ordinario, uel (ſi eius copiã habere nequiuerit) coram publicis [c] & honeſtis uiris, ut quaſi præſcriptionem interrumpat annalem, [d] offerre, ac præſtare poterit [e] de parendo iuri cautionem, [f] ut ſic etiam poſt annũ per Apoſtolicã ſedem poſſeſsionem recuperare mereatur.

In cauſis beneficialibus nõ habet locũ miſsio in poſſeſsionem, ſed in locum eius poterit procedi lite non conteſtata.

Sed iſta quidem tunc procedent, cum de profanis [g] rebus erit diſceptatio: nam qui ſuper dignitate, pſonatu, uel bñficio [h]

a Succeſſerit.c.quoniam abbas. de offi.deleg.cap.aduerſus. de immu. eccleſ. fac.l.mortuo iudice. & l. proponebatur. ff.de iudi. & l.quę dam.§.nihil intereſt.ff.de edend.

b Verus &c.Solus ergo anni lapſus uidetur quem facere uerum poſſeſorem, nec requiritur, ſecundũ decretum, c.quoniam frequenter.§. in alijs, ut lit. non conteſta.arg. contra in ca.j.de eo qui mitt. ĩ poſ. cau.rei ſer.de hoc not. in capitulo paſtoralis.§.præterea. de offi. ordin.

c Publicis.l.ut perfectius.C.de anna. excep. xvj.q.iij.§.poteſt.l.ſancimus.C.de epiſ. audi. & c.fi.de appell. & licet utatur numero plurali ſufficiet tamen unicus notarius cum teſtibus, ut per Ab. & Doct. in cap. paſtoralis.§.præterea.de offi.ordin. in fi.uerſi. quæ autem dicantur. & uerſ.not.hoc ultimum.

d Annalem. Sed uſque ad quod tempus poterit poſtea petere rem ſibi reſtitui, ſiue recipere poſſeſsionem? quidam conſtituunt differentiam inter ius canonicum & leges, ut ſecundum illud uſque ad ſpacium quadraginta annorum, ſecũdum hos triginta, Ab.in c.paſtoralis.§.præterea. de offic. ordi. tenet quòd uſq; ad decem tum poſteà ſit cõpleta præſcriptio. dic ut ibi.

e Poterit.c.paſtoralis.§ pͤtereà.de offic.ord. unde not. quod lex conſulit. ſimile.in l.is qui deſtinauit.ff.de rei uendic.& in l.fi.ff.de præt. ſtipul.Et not. quod dicit offerre ac præſtare: quia oblatio ſola non ſufficit niſi factum ſequatur, capit.j.de eo qui mit. in poſſ.cauſ. rei ſer. ſicut nec etiam ſufficit offerre pecuniam ad interrumpendum curſum uſurarum, niſi deponatur in ęde ſacra l.acceptum.C.de uſur.

f Cautionem. Sed cum cautionis uerbum includat ſtipulationem.l.ſancimus.C.de uer. obli.quis ſtipulabitur? Reſpon. ſecũdum.Antiquos in cap. paſtoralis. §.præterea. de offi. ordin. ordinarius cauſæ, unde ſi cauſa eſt temporalis, iudex ſecularis, ſi eccleſiaſtica iudex eccleſiaſticus. Alij quòd quilibet ordinarius: ut per Specul. in tit. de primo & ſecundo decreto.§.iam de effectu. uerſ.& nota quòd præmiſſa. cum uerſicul. ſeq.Ex quo dicto notæ ſecundum Abb.& aliòs in d. §. prætereà. quòd ordinarius poteſt ſtipulari ei qui non eſt ſibi ſubditus. eſt enim publica perſona. & ſtipulationis actus eſt uoluntarius, de quo per Ant.Ab. & aliòs in capit.dudum.de cõuerſ.coniug.& ijdem in proę. decretalium, & per Imol.in c.fi.de ſepult.

g Profanis rebus. Inimo & in eccleſiaſticis rebus habet locum hæc miſſio, ſi agatur de eccleſia uel rebus eccleſiæ, non tanquàm de beneficio, ſed tanquã de proprietate, c.ij.ut li.nõ conteſt.capit dilecto.de uerb.ſignifi.& capit.j. de eo qui mitti in poſſ.in ſexto. unde ſumitur. qui tex. reſtringitur ad cauſas beneficiales, unde quod hic & ibi dicitur non procedet in iure patronatus, ut per Peruſi. ibi. Et quod exprimitur de rebus profanis ſit gratia frequentioris contingentiæ: argumen. Aut. caſſa & irrita.C.de ſacroſ.eccle.& capit.j.cum ibi not. per Abb.de iniur.

h Beneficio. Quãtumuis modico, ſecundum Hoſtien.ad hoc capitulum maioribus.de præben. & capit. penul. de uerb. ſignifi.& nota in capitulo primo. de eo qui mit. in poſſ. in vj.

Eccleſiaſtico [a] obtinendis [b] cum aliquo litigat poſſeſſore, ob partis aduerſę contumaciam in poſſeſsionem mittendus non erit, ne [c] per hoc ad ea ingreſſus uitioſus parrat. Licebit tamen judici hoc caſu etiam lite non [d] conteſtata diligenter examinato [e] negotio, ipſum fine debito [f] terminare cõtumaciam abſentis diuina replente præſentia. [g]

Contra reum cõtumacem ſi de cauſa liqueat, poteſt ferri ſententia etiam in cã profana lite conteſtata: contra actorem uerò etiam lite non conteſtata. h. d.

Quòd interdùm etiam in profanis obtinebit, [h] utputa ſi conteſtata lite reus contumax fuerit, & de cauſa liqueat, [i] uel actor ipſe contumaciæ crimen incurrat, quo caſu etiam lite nõ [k] conteſtata inſtante reo iudex & teſtes recipere, & ſentẽtiam ferre debebit.

Si actor non uenerit in termino ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expenſas & cauere de in poſterum comparendo, aliàs non admittitur ad aliam citationẽ. h. d.

Idem quoq; actor ſi ad terminum [l] ad quẽ aduerſarium ci-

a Eccleſiaſtico. Secus in præbenda, uel beneficio temporali, quod poſſit ſine canonica inſtitutione obtineri.

b Obtinendis. Idem in obtentis, ut habetur in c.j. de eo qui mit. in poſſ. in vj.

c Ne p hoc &c. Hac eadem ratione agens recuperandæ non eſt reſtituẽdus, niſi primo probata colorata poſſeſſione ex titulo: ut per Archid. & Peruſi. in cap. j de eo qui mit. in poſſ. in vj. habetur plenè in ca. ad decimas. de reſt. ſpol. in vj. & in c. in literis. eo. tit. in antiquis.

d Non conteſtata. Et hoc uidetur tradi pro regula, ꝙ ubi de remedio in poſſeſsionem miſsionis non eſt prouiſum contra contumacem abſentem, poſſit procedi ad ſentẽtiam diffinitiuam lite non cõteſtata, ut per Bart. in Aut. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. Peruſi. in cap. j. de eo qui miſ. eſt in poſſ. in vj.

e Examinato negotio. Nota quòd ubi deueniri poteſt ad ſententiam lite non conteſtata, iudex poteſt ſupplere de facto pro abſente adducendo probationes not. in Aut. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, & in l. ampliorem. C. de appel. Regulariter contra: quia iudex non ſupplet in his quæ ſunt facti, l. j. C. ut quæ deſunt. per Doct. in capi. ad noſtram. ij. de iureiur. & not. in capit. bonæ. primo de poſtul. præla. In beneficialibus autem ubi uertitur periculum animæ iudex ſemper ex officio ſupplere debet, c. cum nobis olim. de elect. Peruſi. in cap. j. de eo qui mit. in poſ. in vj.

f Fine debito, Vt in c. prout. eod.

g Præſentia. cap. quoniam frequenter. §. j. ut lit. non conteſt. cap. ij. de arb. in vj. cap. j. de eo qui mit. in poſ. in vj. l. properandum. §. cum autem. C. de iudi.

h Obtinebit. Scilicet quòd pôt per iudicẽ deueniri ad diffinitiuam ſententiã reo contumace, & hoc eſt unum ex remedijs q̃ dantur cõtra reú cõtumacem. fac. c. prout. eod. de alijs uide not. i d. c. prout. & p Bar. in l. conſentaneũ. C. quõ. & quando iudex.

i Liqueat. Vel liquere poſsit: ut p. Ab. i c. prout. eo. Sed vř ꝙ ſemp liqueat. Aut enim actor ꝓbauit. & liquet ꝓ eo. aut nõ ꝓbauit, & liquet cõtra eũ. cũ actore nõ ꝓbãte &c. c. ſi. de iureiur. Sed reſp. cõtrariũ hẽt locũ, qñ actor habuit oẽs dilationes ad probandũ, ita ꝙ fecit quidquid potuit, & demũ reperitur non ꝓbaſſe: ſecus ubi ob contumaciam partis aduerſę nõ recepit oẽs dilationes iuridicas: q̇a fortè multa potuiſſet probare ſi reus fuiſſet præſens, ut per Ab. in d. cap. pro ut. & in cap. cauſam. eo.

k Lite non conteſtata. c. cauſam. eod. ſecundum communem & uerum intellectum. not. ergo differentiam inter reũ contumacem & actorem, per quam magis fauemus reo, quo inſtãte pôt ferri ſententia etiã lite nõ conteſtata actore cõtumace: ſecus cõtra. Rationes plures redduntur in d. c. cauſam, per Gloſ & Doct. quę tñ oẽs uidentur tendere ad hoc ꝙ hoc accidat: quia maior eſt contumacia actoris quã rei. unde ſeuerius etiam cum eo agitur. Et licet de iure ciuili actori contumaci dentur quædam dilationes, tamen id non uidetur neceſſario ſeruandum de iure canonico, ſecundum Abb. in d. cap. cauſam.

l Terminum. Siue peremptoriè, ſiue nõ, ſiue

tari fecerit, uenire cōtēpſerit, ueniēti [a] reo in expenſis propter [b] hoc factis legitimè [c] condemnabitur: ad aliam citationem minimè admittendus, niſi de fideliter [d] in poſterum comparēdo, idoneam cautionem [e] dederit.

Iudex debet eſſe contentus una pœna ex pluribus quæ aduerſus contumacem copetunt: & extreſcente contumacia poteſt etiam ad alias procedere hoc dicit.

Quod autem diximus iuribus uariè cōtumaciam coerceri, non eſt ita accipiendū quaſi omnes ſimul pęnas ius dicens infligere contumaci debeat, ſed quòd uariarū pœnarum ſibi datur optio, [f] unde alterutra quæ magis timeri [g] debeat, iudex à principio contentus erit, ad aliam [h] nihilominus ꝓceſſurus ſi hoc meruerit proteruitas contumacis.

DE LIBELLI CONCEPTIONE, [i] & oblatione. VII

Actor reo comparente debet clarum iudici libellum offerre. Et quid ſit libellus. hoc dicit.

IN primis igitē reo in aſsignato termino comparēte iudici [k] libellum actor of

in principio cauſæ, ſiue in progreſſu, cum lex loquatur generaliter.l.de pretio.ff.de publi.& ità not.in c.j.eo.in vj.unde ſumitur.

a Venienti. Ergo nó uenienti nó condemnabitur, ſed cōtumacia cum contumacia cópenſabitur.l.ſi duo.ff.de dolo.l.ſi ambo.ff.de compenſ.& erit circúducta citatio.l & poſt edictum.ff.de iudic. quod tamen intellige in ſpeciali: ſecus in generali ad totá cauſam: quia licet quo ad terminum à quo neuter comparuit ſit circunducta citatio, non tamē quo ad alios actus, & totam cauſam: ut ꝑ Peruſi.in d.c.j.eo.in vj.poſt Rotá.

b Propter hoc. Idem ratione cōtumaciæ, ca.j.de excep. in vj. cap. finem.& c.cum dilecti.eo.aliàs autē etiam ad expēſas factas in aduocatis & procuratoribus reficiendas quis tenetur, cap. in noſtra. ubi Innoc. de iureiur. & & in l.nó ignorat.C.de fruct.& lit.expens, cum tamen quis condemnatur ob contumaciam ſecus eſt, cap.j.eod.in vj.ubi Peruſi.

c Legitimè. Quod dic ut not.ij q.j.ī primis. & in c.finē.eod.ubi an in condemnatione expēſarum requiratur alia citatio, de quo etiam per Bart.in l.iij.§.ſi ad diem.ff.de re mili.& in l.j.ff.ſi quis ius di.non obtem.

d Fideliter. Præſumitur autē malitioſè quis abeſſe, niſi probetur legitimū impedimentū.c.cū Bertholdus,& c.querelam.de re iudi.

e Idoneam cautionē. Ex eo ꝙ dicit idoneā, intellige ꝙ pignora uel fideiuſſiones dentur l.ſi mandato.§.ſi ff.mand licet aliàs uerbo cautionis intelligamus ſimplicem promiſſionem l.ſancimus.C.de uerb.ſignifi.ſi quis tamē hoc dare non pōt det iuratoriam, uel quā poteſt ut traditur in cap.j.eod.in vj.

f Optio. Hoc intellige iuſta ea quæ not. in c.à crapula.de uit.& hon.cleri.& in c.fraternitatis.d.xxxiiij.& ꝑ Ab.ī c.interꝗcętera.de reſcript.& ꝑ Legiſtas.in l.qcúq;.C.de ſer.fugi.& vř hoc intelligēdū qñ ad hęc remedia uel pœnas contumaciæ nulla parti cópetit actio: alias vř ſecus: ut ꝑ Ab.ī c.prout.eo.col.pen.& in fi.

g Timeri. Illa enī eſt potius inſligēda xxiij.q.v.ca.ꝓdeſt.Arg.cōtra.c.ſanè.& c.paſtoralis.j.reſp.de off.deleg. Sol. ut ibi. hodie datur modus ꝓcedendi per Concil. Trid.ſeſſ.xxv. in decretis reformationū c.iij.

h Aliā. Vſq; ad tertiā uicē ꝑ cōtumacia eiuſdem actus.l.fi.C.de mo.mulct.& per Ab.in c.j.de pœnis.

DE LIBELLI CONCEPTIONE ET OBLATIONE.

i COnceptione. Non malè fuit in hac Rub.adiecta hęc dictio, licet nó ponatur in decretalibus: quia in hoc tit. non tractatur ſimpliciter de oblatione libelli. ſed etiā qua forma debeat cócipi, continua aūt ſic, ſupra uiſum fuit de contumacia, ſed quia non ſemper contingit reum uel actorem eſſe contumacem, ideo uidendum quid agendum cóparente reo, & ſic non contumace.

k Iudici. Et à iudice poſteā offeret reo, & hęc eſt bona practica ſcd'm Ab.i c.j eo. ubi & aliæ plures practicæ ponuntur, de hoc per Legiſtas in Aut.offeratur.C.de lit.conteſtāt.

Clarum

ferret, & illum ita clarum [a] & planũ, ut ex eius inſpectione deliberare [b] reus ualeat, utrũ cedere uelit, an contendere, atque ut ſi contendendum ſit, diſpicere ualeat iudex quemadmodum à ſe concipienda ſit ſententia. [c] Nihil [d] enim aliud eſt libellus quã breuis [e] ſcriptura claram [f] actoris intẽtionem continens, & cõtra aduerſarium neceſſario concludens.

Libellorum alij ſunt accuſatorij, alij cõuẽtionales. h.d.

Porrò libellorum duæ ſunt [g] ſpecies, alij enim ſunt accuſatorij, alij conuentionales. Accuſatorij ſunt quibus quis aliquos apud iudicẽ alicuius criminis reos defert, [h] de quibus quidẽ in præſenti nobis nõ eſt inſtitutus ſermo, ſed infrà ſuo loco, [i] & ordine dicetur. Conuentionales ſunt quibus in ciuilibus diſceptationibus utimur, dum rem noſtrã, [k] aut quã nobis deberi [l] putamus, in iudicio petimus.

Quæ debeat continere libellus, & quòd ineptus, uel obſcurus libellus nõ obligat ad reſpondendum. et quòd index illum poteſt lacerare. h.d.

Exprimet [m] igitur oblatus libellus nõ ſolũ agẽtis, [n] & cõuẽti [o]

a Clarum. Cauendum ergo erit à nimia generalitate, c.ij.eo. Item cauendum quòd nõ ſit alternatiuus. l.prætor edixit.§.quod autem.ff. de iureiu. Nec conditionali.§.ex conditionalis.inſtit.de uerb.oblig. Item ꝙ nõ habeat uerbum prægnãs uel duplex, cap.fi. de reſcript.l.ſi is qui ducenta.ff.de reb. dub. Et generaliter ꝙ non ponat aliquid unde obſcuritas oriatur, nor. in c.conſtitutus.de in integ. reſtit.per Inno.& p Abb.in c.j.eod.

b Deliberare. Fac.l.j ff.de eden. nec enim inconti nẽti compellitur reſpondere, maximè ſi tale eſt factum quod indiget matura deliberatione. fac.ca. propoſuiſti. diſt. lxxxij.& per Ab. in c.j.eo. & habeẽ infra.eod.§.fi.

c Sentẽtia. Quę debet eſſe confor mis libello.l.fi.C. de fideicom. liber, & traditur latè per Legiſtas in l.uinum.ff.ſi cer.pe.l.ut fundus.ff.com.diui.cap.licet Hely.de ſimo. capit. cum dilectus.de ord.cogni.

d Nihil enim &c. Variæ quidem dantur diffinitiones libelli, ut per Abb.in Rub.eo. & per Hoſt.in ſum.eo.& p Spe.in tit.de libel.cõcep. tñ hæc uiſa eſt cæteris cõmodior, & eam ponit Ab.in ſua praxi in capit.xxxviij.pro qua allegat.l.ampliorem.§.j.C.de appell.& declaratur per eundem in d.Rubrica.

e Breuis ſcriptura. Libellus ergo dandus eſt in ſcriptis, iij.q.iij.c.offeratur. & Aut. offeratur.C.de lit.conteſt.& capit.ij.eo. & per Abb. in Rubrica.& capitulo primo. eo. Hoc tamen non procedit in cauſis uilioribus, in quibus nulla ſcriptura requirit: ut in ſupra alleg.locis.

f Claram. Sed ſi breuis quomodo clara? iuſta illud Oratij. breuis eſſe laboro obſcurus fio. Sol. illud procedit in breuitate nimia.

g Duæ ſunt ſpecies. Ita diuidunt Gloſſ. & Doct.in cap.j.eod.& Spec.de libellorũ cõcep. in c.quot ſunt ſpecies libellorum.

h Reos defert. De his habes in l. libellorũ.ff. de accuſ. ubi latiſsimè per Bart. & ij.q.j. c.legum.& q.viij. c.libellorum.

i Suo loco. Infra de accuſ. poſt princ.

k Noſtram. Ratione dominij uel quaſi, uel ratione alicuius alterius iuris ut deſignet libellũ ſuper omnibus realibus actionibus, & ſic uerbum noſtrum ſtat hic largè, nec ſignificat ſolũ dominium, ſed omne aliud ius cuius occaſiõe quis poteſt agere, fac.no. in l.ij.C.in quib. cau.colo.cenſi.domin. accuſ. poſſ. lib.xj.& in l.ij.in princ.ff.de ori.iu. in uer.Papirianum.

l Deberi. cap.fi.eo.& deſignat per hæc uerba libellum in perſonalibus actionibus.

m Exprimet. Materia huius.§.cumulatè traditur per Hoſtien. in ſum.eo.§.quid continere debeat. & per Spec.in ſua pract. in tertia parte in titulo. de libel. concept. & in capit. quid libellus continere debeat, & communiter.in cap.j.eod.

n Agentis.c.quærelam.de elect.

o Conuenti. Specu.in ſua pract.in tertia parte in c.quid libellus continere debeat. allegat ad hoc in arg.iij.q.iij.c.nullus, & l.in his tribus.ff.de iudi.l.fi.C.de edend.l.j.ff.eod.titulo cap.ij.de ord.cogn.& cap.querelam. de elect. ſed iura per eum allegata interdum non multum faciunt.

a Ius dicentis. Non intelligas neceſſariò de nomine proprio: ſed ſufficit quòd exprimatur nomen dignitatis & officij, ita ut reus intelligat coram quo conuenitur. Sed cautius uidetur ut & nomen proprium exprimatur, & id uidetur ſeruari in practica, quæ eſt optima legum interpres, & hoc eſt primendum, ut ſciat reus an ſit iudex cōpetens: ut infra eo. §. ſi.

b Petitæ rei. Vt habetur in c. ſignificantibus. de appel. & c. ij. eod. quod eſt idem ad uerbum.

c Exprimenda erit. Vt traditur latè in c. ſi. eo. & dâtur per Specul. quàm per Hoſt. Gloſſ. Abb. & oēs hi uerſus qui cōprehendunt quid debeat libellus cōtinere uidelicet.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo
Rectè compoſitus quiſque libellus habet.
Vel clarius ſic.
Conuenti nomen, & nomen conuenientis.
Iudicis & nomē ſcribet cauſamq; petendi.
Et quaſcunque petet res iſtas ſcribere debet.

Dicit tamen Hoſti. in ſumma eod. §. quid debeat continere, uerſi. ideoq; apponendus eſt, quòd de conſuetudine in libellis apponitur ſolum quis, quid, à quo & qua de cauſa petat.

d Non tenebitur. c. ij. eo. c. ſignificantibus. de appellation.

e Deſtruere poterit. xj. q. j. c. ſacerdotibus. & ibi Glo. in uerbo incendit, & paſſim p Doct.

f Solennis. Quia licet non ſit neceſſarius libellus in forma, eſt tamen neceſſe fieri in litis exordio petitionē, ſiue in ſcriptis ſiue ſine: ut poſſit inde naſci pronunciatio petitioni conformis, & ut poſſit haberi plenior certitudo ſuper quibus petitiones & articuli formari debeant, ut in Cle. ſæpe. de uerb. ſigni. ubi latè traditur. Qūo autem differat iſta petitio à libello ſolenni, habetur in d. Cle. ſæpe. & per Abb. in ſua pratica. c. xxxviij.

nomen, ſed & ius dicentis, [a] & petitæ [b] rei, & actionis qualitatē. Et ſi perſonali experiendū ſit actione, petendi quoq; cauſa exprimenda [c] erit, alioqui nec conuentus reſpondere tenebitur. [d] Et iudex libellum nō legitimæ conuctionis formam cōtinentem concerpere ac deſtruere [e] poterit.

Plures dātur caſus in quibus ſolennis libelli porrectio non eſt neceſſaria. h. d.

Sunt tamen caſus in quibus ſolennis [f] hæc libelli oblatio minimè eſt neceſſaria, [g] ueluti in quibus de plano ac ſine ſtrepitu, & figura [h] iudicij procedendum erit, & in quibus etiam non cōteſtata [i] lite teſtes recipi poſſunt, & alij plures. [k]

Benefaciet iudex ſi rem terminare quæret ſine tela iudiciaria. h. d.

In his quoq; caſibus, in quibus libelli eſt neceſſaria porrectio, probè [l] iudex fecerit, ſi principales perſonas, [m] uel in ſub

g Neceſſaria. In caſibus ergo non exceptis libellus uidet de ſubſtātia iudicij, de quo tamen latè not. in Cle. ſæpe. de uerb. ſigni. in uerbo neceſſario. circa quod tamen multæ ſunt uarietates apud Doct. ut per Ab. & alios in c. j. eo.

h Et figura iudicij. Vt in Cle. ſæpe. de uerb. ſig. & de ratione no. ibi in uerb. figura.

i Non conteſtata lite. De hoc uide per Specul. in ſua pratica in tertia parte in tit. de libel. concept. & in c. in quibus caſibus ſit offerēdus libellus ante finē, uerſi. & gñaliter.

k Alij plures. Vt puta ſi ſint cauſæ uiles. Aut. niſi breuiores. C. de ſent. ex breui reci. Si ex cōſenſu partium fuiſſet remiſſa hæc ſolennitas, ſi conſuetudo haberet, ut non detur libellus, ſunt & multi alij: quos enumerare ſit magis laborioſum quàm ſubtile, & latius per Spec. in tit. de libel. concept. in c. in quibus caſibus uel cauſis ſit offerendus libellus uel non in iij. parte ſui operis.

l Probè fecerit. Quod hic dicitur ſumitur ex c. paſtoralis. de iudi. non tamen ſecundum intellectum quem ibi cōmuniter uidentur tradere Doct. Sed ſecundum intellectum & opi. Abb. in ſua practica. c. xxxvj. quod eſt ſub iſta inſcriptione. *Quod reus petat libellum offerri per actorem.* qui ualde poſt Speculat. commendat practicam faciendi quod hic dicitur, gratia litium finiendarum, uel minuendarum, & breuiandarum.

m Principales perſonas. No. quòd ea quæ conſiſtunt in facto debent non per aduocatos uel

ſidium etiam aduocatos [a] factū ipſum proponere iuſſerit & ſine tela iudiciaria controuerſiam terminare [b] tentauerit.

Oblato libello debent reo dari dilationes ad excipiendum, & ad euitandam obſcuritatem, una materia eſt uno in loco tractanda. h.d.

Oblato tamen ſecundum iuris ordinē libello, certæ reo conuēto indulgēdæ ſunt induciæ, [c] quibus deliberet cedendum ſibi ſit, an contendendum, acceptandus an recuſandus iudex [d], denique ut proponat ſi quas habet exceptiones. Quæ propterea comparatæ ſunt, ut ij aduerſus quos inſtituūtur actiones defendantur. [d] Harum uerò quædam ante litis cōteſtationem opponendæ erunt, quædā uerò etiā poſt conteſtatam litē. Sed ne ſi qui inter has alieni tractatus medij fuerint interiecti, huiuſmodi ſectio obſcuritatem [e] pariat. Videamus nunc generaliter de exceptionibus.

DE EXCEPTIONIBVS ET replicationibus. VIII

Quid ſit exceptio, & quòd duplex eius eſt ſpecies, dilatoria, & peremptoria. Et quòd dilatoriarum, quedam reſpiciunt iudicem, quedam actorem, quedam reum, quedā cauſam. h.d.

EXceptio eſt actionis uel intētionis excluſio. [e] Exceptionum ſumma diui

uel procuratores proponi, ſed per principales perſonas. fac. no. per Gloſſ. & Doct. in l. ij. de iuram. calum. ex quo infertur per Abb. in c. paſtoralis. de iudi. unde hæc litera ſumitur, quòd cum litis conteſtatio fiat per propoſitionem negocij, petitionem & reſpōſionem ad illam. l. uni. C. de lit. conteſt. per ipſas principales partes nō autem per procuratores & aduocatos fieri debet, quod tamen limita ut ibi per eum, & per ea quæ habentur infra de lit. conteſt. §. de illo.

a Etiam aduocatos. Vel procuratores: ut not. in cap. paſtoralis. de iudi. & per Ab. in ſua practica. cap. xxxvj. ſub Rubri. *Quòd Reus petat libellum offerri per actorem*. & erit hoc cum principales ſunt indiſcreti & nimię ſimplicitatis: quod intellige, ut per Ab. in d. c. paſtoralis.

b Terminare. Et iſta terminatio non fiet per ſententiam diffinitiuam, caſu quo ſine tela iudiciaria liqueat iudici de negocio: ſed faciet iudex præceptū parti confeſſæ ut ſatisfaciat intra certum tempus: ſecus ſi præceſſiſſet libellus, & ſecuta eſſet confeſsio: quia tunc debet ferri ſententia: ut not. per Gloſ. & alios in cap. dudum. el ſecondo. de elect. refert, & commendat Abb in ſua practica in loco in præcedenti notula allegato.

c Induciæ. Scilicet uiginti dierum. Aut. offeratur. C. de lit. conteſt. uidetur tamen in hoc ſtandum conſuetudini ipſius Curiæ ſecundum Bart. in d. Aut. & in Aut. qui ſemel. C. qūo, & quando iudex. & in l. ij. ff. de re iudi. erit ergo hoc arbitrio iudicis. Ab. in c. cū in ueteri. uerſicu. quinto. nota de elect. Quandoque etiam nullo modo dantur tales induciæ, puta, ſi citatorijs literis libellū continentibus (ut quibuſdam locis & caſibus practicatur) potuerit reus inſtrui, & ex eis deliberare: ut per Legiſtas in d. aut. offeratur. & per Cano. in c. ij. & c. literas. de dilat.

d Defendātur. Vt inſtit. de excep. in princ.

e Obſcuritatē. Quaſi dicat tractatum illarū exceptionum quæ proponūtur poſt litem conteſtatā, debeat pręcedere tractatus ipſius litis cōteſtationis: ſed quia facere diuiſionem et tractare prius de his quæ præponūtur ante litem conteſtatam, & poſtea de litis conteſtatione, & poſtea de exceptionibus quę proponuntur poſt litem conteſtatam, pareret obſcuritatē, meritò eius uitandæ gratia, tractemus ſemel de omnibus exceptionibus. Eſt autem huiuſmodi ſituatio arbitraria: ut per Abb. in Rubrica de except. poſt Io. And.

DE EXCEPTIONIBVS.

f EXcluſio. Declara hanc deſcriptionem ſequendo Abb. in Rubrica, eo. ut exceptio dicatur actionis excluſio, cum in ueritate competit actio & eam

per

ſio in duo genera [a] deducitur, aut enim ſunt dilatoriæ, aut peremptoriæ. Dilatoriæ ſunt quæ rem [b] & iudicium [c] differunt. harum quædam iudicis perſonam reſpiciunt, quædam agentis, quædam rei conuenti, quædam uerò actionis, & cauſæ qualitatem. Perſonam iudicis reſpiciunt, uel quæ illius incompetentiam [d] arguūt, uel quæ de ipſo ſuſpicionem ingerunt, ſecundum ea quę ſupra [e] ſuo loco latius expoſuimus. Et hæ declinatoriæ quoq; poterunt appellari. Actoris partē illæ ſpectāt, quæ illum non legitimam in iudicio ſtandi perſonam habere demonſtrant, quales ſunt procuratoriæ, ut puta ſi quis per monachum, aut regularem, aut clericum agere [f] uelit. Item ſi quis ut tutor, uel curator, uel procurator, uel ſyndicus compareat, & illum tutorē, uel curatorē, uel procuratorem, uel ſyndicum eſſe negetur, [g].

per exceptionem excludi oportet, ut cū promitto tibi uel metu compulſus uel dolo: nam ex ſtipulatione mero iure ciuili oritur actio: ſed aduerſus eam excipitur de dolo uel metu: ut in princ. inſtit. de except. dicitur, etiam exceptio excluſio intentionis quando actio in ueritate non competit, actori agit tamen de facto, ut ſi petas a me decem, & ego excipio me ſoluiſſe: nam ſi hoc uerum eſt nulla tibi competit actio, cum ſolutione eius qđ debetur tollatur omnis obligatio, inſtit. quib. mod. toll. obli. in prin. erit ergo tūc exceptio excluſio non actionis quæ nulla eſt, ſed intētionis quæ ſolum eſt facti hoc caſu non iuriſ. uide de hoc quod habeť in l. ij. ff. eo. & aliquid per Bart. in l. Iulianus. ff. de cond. indeb. & per Inno. in c. cum dilecti. & in cap. dudum. ij. de elect. ubi appellat exceptionem intentionis. quando excipitur contra eum qui non petit: ut refertur per Abb. in Rubric. eod.

a In duo genera. In hanc primam ſectionem omnes conueniunt, ut apparet ex not. per Gloſſ. & Doct. in cap. exceptionem. eo. & per Hoſt. in ſumma eo. §. quæ ſit exceptionum diuiſio. & per Specul. eod. titu. §. j. & paſſim per Doct. Verum eſt quòd prædicti ultra iſta duo membra addunt tertium dicentes alias etiam eſſe quas appellant mixtas uel anormalas, de quibus etiam hic dicitur: ut infra eo. §. ſunt & quædam. & §. ſunt & aliæ. Sed non placuit ſtatim hic in iſta prima ſectione huius generis meminiſſe, tum ob exemplum inſtitutionum iuris ciuilis in §. appellantur. eod. titu. tunc etiā quia illę quas uel mixtas uel anormalas appellant, ſunt uel dilatoriæ, uel peremptoriæ quantum ad ſui eſſentiam licet participent de alterius natura, ut diximus de petitione hæreditatis, quæ proculdubio eſt realis quo ad ſui eſſentiam & ſubſtantiam, licet participet de perſonalitate. l. hæreditatis. C. de petit. hæredi. uel ſi habet ſubſtantiam ſeparatam non poſſunt dici mixtæ, ex natura dilatoriarum & peremptoriarum, uel ſi conſtant ex ſubſtantia utrarumq; ueniunt ſub enumeratione ſimplicium. fac. §. j. de action. ubi non fit mentio de mixtis in prima ſectione & merito. ſi enim ſunt anormalę merito & modo quodā anormalo debuit de his tractari.

b Rem. Ut ſi ſit factum pactū de non petēdo intra certū tēpus: quia hæ nō ſolum differunt iudicium oppoſitæ, ſed etiā rem: ut in §. appellantur. inſtit. eo. & per Ab. in c. exceptionem. uerſi. ſecundæ dilatoriæ. eod.

c Iudicium. Ut ſunt illæ quæ ſpecialiori nomine appellātur declinatoriæ, de quibus ſtatim hic dicit, quæ licet iudicium differant, tamen non differunt rem principaliter.

d Incompetentiam. c. ſi diligenti. & per tot. titulum. de foro compet.

e Supra. Ut ſ. de iudi. §. recuſatione. cū ſeq. c. cū ſpeciali. de appe. c. ſuſpicionis. de of. deleg.

f Agere uelit. c. j. de ſynd. c. qui uere. xvj. q. j. & ſupra de procur. §. ſed nec oēs. & per Hoſt. in ſum. eod. tit. §. quis dare. uerſi. ſunt aūt. & §. quis dari. uerſi. item monachi. & fac. §. pen. in ſtit. eod. fac. C. qui lēg. perſo. hab. ſtandi in iudi. per tot. & l. ſi. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. & ibi per Doct.

g Eſſe negetur. Ut per Bart in l. iij. §. defendi. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. & hæc quæ prouenit

uel ſua nõ intereſſe, [a] uel audiri non [b] debere proteſtetur, & ſi quæ ſunt his ſimiles, Ex perſona rei deducuntur, ueluti ſi quis ab eo, qui alienam litem defendit, de iudicato ſoluẽdo cautionem poſtulet, [c] aut ſi ab actore ſe ſpoliatũ [d] eſſe reus conuentus coram iudice queratur. Et propterea reſtitutionis beneficiũ imploret, uel ſi actorem ex legitima cauſa domum reuocet. [e] Actionem & cauſam reſpiciunt, ut cũ proponitur de ineptitudine, aut incertitudine libelli, [f] aut de litis pendentia, [g] aut cum non diem ſolutionis [h] uteniſſe prætenditur.

Declinatoriæ exceptiones proponi debent ante omnem exceptionẽ, alioqui amplius opponi non poterunt. h.d.

Hæ uerò regulariter [i] omnes ante litis conteſtationẽ proponi debẽt. Sed quas declinatorias appellauimus non modo ante litem conteſtatam, uerũ etiam ante omnem [k] dilatoriam exceptionem opponere reum oportebit: alioqui ſi aliam [l] primo propoſuerit, cũ per hoc in iuriſdictionem eius coram quo propoſuit conſenſiſſe uideatur, eiuſdem iuriſdictionem ſero declinare conabitur.

Dilatoriæ exceptiones nõ declinatoriæ regulariter proponuntur ante litem conteſtatam, quandoque tamen etiã poteſt. h.d.

Ergo [m] in initio litis declinatoriæ opponi debent & proba

uenit ex defectu mandati, poteſt opponi etiã poſt latam ſententiam: ut infra eo. §.ergo in initio. Ab.in c.in nr̃a.uerſi.item nota.de proc.

a Non intereſſe. Quæ pariter eſt dilatoria: ut not.per Gloſ.& Abb. in c. ex parte.de teſti. & per Abb.in c.j. de accu. per Bart. in l. poſthumus. §. ſi quis ex his.ff. de inoffi. teſtam.

b Audiri non debere. Vt ꝑ Ab. in c. quia fruſtra. de uſu.in fi.

c Cautionẽ poſtulet. Vt l.ꝗ proprio.§.qui alium. ff.de procur. l.exigẽdi. C.eo.tit.de procurat.

d Spoliatum eſſe. c. cũ dilectus, ubi latiſsimè per Abb. & Doct.de ordin. cogni.

e Reuocet. Vt ca. fi. de fo.compet.& l.ij.ff.de iudic.

f Libelli. Hæc autem licet ſit dilatoria poterit tamen interdũ opponi etiam poſt ſententia, uidelicet cum talis eſt ineptitudo libelli: quæ non cõcludit ius agendi, nec ſuper eo ſententia formari poteſt uel firmari: ut per Ab.in c.cũ dilecti.de emp.& uẽdi.

g De litis pendentia. Vt per Bal.in l.peremptorias.in fi. C.ſent.reſcind.non poſſe.& in l. ſenatus.C.qui accuſ.non poſſunt. Fely.in ca. exceptionem.eod.

h Diem ſolutionis. Vt in l.j.in fi. ff.quando dies uſusf.ced.hoc tamen quandoque opponitur ad proceſſum, quandoque ad merita cauſę, itaq; ſecundũ modũ ꝓponẽdi uariandũ erit & tẽpus: ut ꝑ Ab.& alios in c.exceptionẽ. eo.

i Regulariter. Hoc ideò dicit: quia quãdoq; etiam poſt litem conteſtatã proponuntur, ut patet ex ſuperioribus notulis, & habetur latiſſimè per Canoniſt.in c.exceptionẽ.eo.& infra eo.§.proxi.uide aliquid per Legiſt.in l.naturaliter. §.nihil cõmune. ff. de acqui. poſſ.ſuper cõbin. Bart.

k Omnem. iij. q.vj. §. exceptio. c.paſtoralis. eod. c.inter monaſterium.de re iudi.l. apertiſſimi. & l. cum ſpecialis. C. de iudi.l.fi. C.eo. l. exceptionẽ. C. de prob. & ibi habetur. & in c.quoniam contra. de probat.

l Si aliam. Puta dicendo quòd aduerſarius eius qui excipit eſt excõmunicatus,& ſup hoc ſnia feratur, & ſic approbatur perſona iudicis, unde ipſum poſtea reprobare excipiens non poterit.iiij.q.iij. §.itẽ ſi quis teſtibus. & iij. q.viij. c.cuius in agendo. fac.l. ſed etſi ſuſceperit.ff.de iudi.& habes latè in ca. inter monaſterium. de rei iud.

m Ergo. Bene ergo: quia hoc ex ſupradictis infertur:& not.in hac materia quatuor tẽpora ante litis ingreſſum, & tunc regulariter proponuntur declinatoriæ & peremptoriæ litis finitæ: ut infra eo. §.harum. poſt litis ingreſ. ante conteſtationem, & tunc proponuntur regulariter dilatoriæ illę quę nõ cõcernũt perſonã iudicis. Tertium poſt litẽ conteſtatã ante ſententiã,& hanc regulariter proponũtur peremptoriæ. Quartum poſt ſententiam, & tunc

proponi

proponi poſſunt,quædam dilatoriæ,puta quæ retroactum proceſſum nullum redderent: ut hic in fi.& quædam perēptoriæ:ut per Specul. eod.tit.noſtro. §.dicto.num.14. & per Bal.in l.j.C.de iur.& fact.igno.

e Iureiurando. No.caſum in quo iuramentum eſt legitima probatio. Vtrum autem hoc habeat locum in peremptorijs uariè loquūtur Doct.ut habetur in c.paſtoralis.eo.& per Specul.in §.dicto.eod.

ri. Cæteræ poſt oblatum libellum ante litem conteſtatā intra terminum à iudice [a] aſsignatum, quandocunq; opponi, & probari [b] poterunt. Sed & lite cōteſtata quandoque eas opponere licebit, ueluti ſi qua nuper [c] reo competens exorta fuerit, uel is qui eam opponere uoluerit, ſe poſtmodum [d] ad eius notitiā perueniſſe iureiurando [e] fidem faciat, uel eſſet huiuſmodi quæ retroactū proceſſum nullum [f] redderet, ut eſt ea quæ uel mandati uel iuriſdictionis defectum arguit.

Et ex loco, & ex tempore, & ex alijs fontibus ducuntur exceptiones.h.d.

Ducuntur autem huiuſmodi exceptiones non ſolum ex ſupra poſitis cauſis, ſed etiam ex loco, [g] ex tempore, [h] & ex alijs pluribus, [i] ut tā Pontificij quàm Cæſarei iuris libris facilè eſt legētibus cognoſcere.[k]

Exceptio excommunicationis licet ſit dilatoria, tamē poteſt opponi & ante & poſt litem conteſtatam.h.d.

His annumeranda eſt etiam excommunicationis exceptio, quæ licet & ipſa dilatoria [l] ſit, à cæteris tamen diſsimilem naturam ſortita eſſe deprę henditur: nec enim poſt oblatum tantum libellum ante conteſtatam litem uelut cæteræ, ſed in qualibet parte litis opponi poterit [m] peremptorio

a A iudice. No. iudicem ex cauſa poſſe abbreuiare terminum à iure ſtatutum. nam ad proponendas dilatorias ius præfigit terminum litis cōteſtationis, c.inter monaſterium. de re iudica.l.fi. C.eo. & tamē iudex poteſt abbreuiare ut hic & cap.paſtoralis. eo.unde ſumitur. & hoc tenet Bart. in l.ij.ff. de re iu.

b Probari. Immo dilatoria ſolutionis ꝓbabitur, poſtquam actor fundauerit intentionem ſuam. l. exceptionem. C. de probat. & tertia q. vj. §.exceptionem.habetur in cap. exceptionem.eod.

c Nuper. Nihil eſt enim quòd imputetur reo quòd non propoſuerit ante litem conteſtatam. fac.cap.inſinuante. ubi Doct.de offic. deleg.& cap.paſtoralis. eo.argu.in l.de ætate. §.ex cauſa.ff.de interr.actioni.& in l.j.in prin. ff.de uent.inſpic.c.cæterum. de iuram. calum. & diſtin.50.c.ut conſtitueretur. fac.l.ij. C.de conſort.eiuſdem lit.

d Poſtmodum. Id eſt, poſt terminum intra quem omnes exceptiones dilatoriæ proponi debent, ſic c.præſentium.de teſtib. latè habetur in c.paſtoralis. ubi inquit Abb. quòd non poſſet proponi hæc dilatoria ſi diceretur orta poſt concluſionem in cauſa.

f Nullum redderet. Habetur latè in cap. in noſtra. de procura. Hoſt. in ſumma. eod.§.hæc de dilatorijs.uerſi. ſed certè. Idem ſi partes fuiſſent proteſtatę uelle ſe aliquis huiuſmodi exceptiones opponere.c.paſtoralis.eo. uide latè ꝑ Fely. in ca. exceptionem. eod.per Legiſtas. in l. ita demū curat. & in l.licet. C.de ꝓcu.

g Ex loco. Vt, quia dicatur non tutus. Cle.paſtoralis de re iudic. & ſupra de in ius uoc. §. locus. ubi not. uel quia alio loco ſit quid ſoluendum.c.uni.de plus petit.

h Ex tempore. Vt ſ. de in ius uocād. §. ſed etſi.te.

i Pluribus. Vt puta ratione reſcripti, ut ꝑ Spec. eo.tit.nſo. §.j.uerſi.dilatoriarum autē. & ſunt plures exceptiones q̄ actiones: ut per eundem. eod.tit.§.uiſo.ante fin.uerſic.poſtremo.no.

k Cognoſcere. Sic inſtit.eo.§.hæc exempli.

l Dilatoria ſit. Quo ad ſui ſubſtantiā, & regulariter opponit̄ ſi quādoq; in uim perēptorię, puta ad perimendam electionem propter excōicationem eligentiū, uel electi, quo caſu non haberet locū qđ hic dicitur, & in c.j.eo.in vj.& ibi etiam not.& not.in Cle.j.eo.

m Opponi poterit. c.exceptionem.eod.c.j. eo.in vj.Cle.j.eod.

termino ad proponẽdum exceptiones declinatorias, & dilatorias, pręfixo minimè [a] obſtante. Quod eſt in hac exceptione ſpecialiter obſeruãdum, ne quiſquam in periculum [b] animæ ſuæ excõmmunicato cõmunicare compellatur, quòd ſi eam reus omiſerit, ut actor [c] ſumptibus & laboribus fatigetur, in expẽſis legitimis [d] cõdemnandus erit.

In opponenda exceptione excommunicationis, ſeruanda eſt certa forma. h.d.

Sed cum per malitiam [e] hæc exceptio in iudicijs opponeretur frequentius Innocentiana conſtitutione [f] cõſultiſsimè cautum eſt, ut certa in ea propõnẽda forma ſeruari debeat, uti ex ipſius conſtitutionis tenore facilè apparere poteſt.

Exceptio excommunicationis poteſt actori opponi in prima tantum inſtantia, non in ſecunda. Idem de cæteris dilatorijs. h.d.

Hæc tamen in prima tantum inſtantia ſibi locum uindicant; quòd ſi ſuccumbens actor appellauerit prętextu excommunicationis oppoſitæ à proſequutione appellationis minimè excludendus [g] erit, quod & in cęteris dilatorijs multò magis locum obtinet. [h]

Reus excommunicatus licet reconuenire non poſſit, admittitur tamen ad proponendas ſuas legitimas defenſiones. hoc dicit.

Reus autẽ [i] nullo

a Minime obſtante. No. quòd terminus præfixus ſimpliciter ad aliquid faciendũ ſeu proponendum ad id ex cuius omiſſione imminet animæ periculũ, uiã nõ præcludit. Et hæc eſt ratio ob quã in cauſa matrimoniali ſententia abnegatiua matrimonij nõ tranſit in rẽ iudicatã. c. lator. & c. conſanguinei. de re iudi. ubi etiã not. de quo plenè per Abb. in c. iurauit. de probat. & aliquid in ca. exceptionem. eo.

b Periculũ animæ. No. quòd etiam ĩ iudicio nõ ſine periculo communicat: de quo dic ut not. in c. intelleximus. de iudi. & ex hac ratione aliter dicendũ eſt de ſuſpẽſo quã de excommunicato, de quo latè per Abb. in c. Apoſtolicæ. eo.

c Vt actor. Requiritur ergo quod reus malitiosè diſtulerit opponere: alias non procederet quod hic dicitur. Vnde ſi deſtiterit opponere ex cauſa rationabili, puta quia non habebat in promptu probationes, ceſſaret hæc cõdemnatio. pro quo allegat Hoſtien. l. argentarius. §. pen. ff. de æden. Ab. uerò in c. exceptionem. eo. adducit bonũ tex. in c. plerunque. ij q. vij.

d Legitimis. Quę aũt ſint expenſę legitimę, dic ut per Ab. & alios in c. exceptionẽ. eo. Sed nunquid iudex teneatur cõdemnare in expenſis, etiam ſi non fuerit petitum. Item ſi non cõdemnauerit an pars poſsit appellare? uide per Abb. in c. ſignificauerunt. uerſicu. ſed circa prædicta. eod.

e Malitiam. Quæ ſemper creſcit. xij. q. j. c. omnis ætas. & xx. q. iij. c. procliuus. & §. mitiores. Aut. de nupt.

f Conſtitutione. Vt in c. j. eo. in vj.

g Excludendus erit. Sed cõtra. c. per tuas. de ſent. excom. Sol. contrarium procedit quãdo quis appellat à ſententia excõmunicationis, quã dicit iniuſtam, hic loquitur cum appellatur ab alio grauamine, & de excommunicatione nihil ipſe dixit, nec cõtendo eã iniuſtam, neque nullam: ſed aduerſarius opponit de excommunicatione ad finem iſtũ repellendi: quod non debet admitti, cum iſte ſe defendat. Ita ſolu. Ab. in c. ſignificauerũt. & in cap. fi. eo. Sed quid dicemus ſi qs ſit excõmunicatus ob illam eandem cauſam ob quam appellauit? Reſpon. adhuc habet locũ, quod hic dicitur, nec procedet. ca. per tuas. ut per Abb. in d. c. fi.

h Locum obtinet. Vt habetur in l. ita demũ. C. de procur. aliquid etiam per Abb. in ca. paſtoralis. eo. & in c. coram. de reſti. in integ.

i Reus autem. Intellige hoc de reo neceſſario non autem de uoluntario, ſecundũ ea quæ diffusè not. per Ab. & alios in c. cum inter. eo. ubi ponit quòd in tantum neceſſitas uel præiudicium imminens aditum præbet ad eſſendũ in iudicio, ut ob hanc cauſam admittatur quis etiam tanquam actor: ut puta. ſi reus eſſet fugitiuus, ſi res eſſet tempore peritura, cum enim quis ſtimulatur ad agendum ex imminenti

obſtante excommunicationis uinculo, uelut rectè conuenitur, ità ad legitimas [a] defenſiones ſemper admittitur. Satis enim abſurdum [b] eſſet, ſi actore impugnãte defenſionis copia reo denegaretur. Quia ſic multoties condemnaretur [c] abſoluendus. Recõuentionis tamẽ poteſtas eidem minimè permittitur. [d]

Superius dicta de excommunicatione, intelliguntur de maiori. h. d.

Cæterum quæ ſupra de excommunicatione diximus, non de quacunque excommunicatione ſunt intelligenda, ſed de ea tantum quæ à perceptione ſacramẽtorũ, & à fidelium communione ſeparat, [e] ut etiam ipſa Innocentianæ cõſtitutionis uerba demonſtrant. [f]

Peremptoriæ exceptiones ſunt quæ ius actoris perimũt, & ſemper agẽtibus obſtant. hoc dicit.

Peremptoriæ [g] ſeu eliſoriæ [h] exceptiones ſunt, quæ in totũ ius agẽtis perimũt, [i] & ſemper [k] agẽtibus obſtant, qualis eſt doli mali, metus, pacti conuenti, [l] ſolutionis, iuriſiurandi, præſcriptionis, trãſactionis, & rei iudicatæ, & ſi quid cõtra leges [m] factum eſſe dicatur.

nenti periculo, poteſt dici hæc actio defenſio quædam, quod tamen penitus non firmat.

a Legitimas defenſiones. c. cum inter. eo. c. intelleximus. de iudi. ubi ordinarrè.

b Abſurdum. No. arg. ab abſurdo. ſimile in c. ex ore. de priui. & c. quemadmodum. de iureiu. c. cum inter. eo. l. ná abſurdum. ff. de bon. libert.

c Condemnaretur. Quod eſt abſurdum: arg. l. abſentẽ. ff. de pœ. Sed an reus excõmunicatus poſsit petere à iudice ſententiam ferri pro ſe & uidetur, cum enim permittatur ei eſſe in iudicio, uidetur etiam permitti ut faciat oẽs actus quos poteſt facere tanquam reus in iudicio. Contrarium tenẽt cõmuniter: ut per Doct. ĩ c. cũ inter. eo. & in cap. intelleximus. de iudi.

d Permittitur. Vt ca. cum inter. eo. & § fi. infra de mut. peti. An autem poſſit excõicatus compenſare. not. in d. ca. cum inter. in fi. & in d. §. fi.

e Separat. Hoc eſt de maiori quæ appellatur anathema, ut infra de ſent. excom. in prin. & c. ſi quem. eo. ti. & huius deciſionis ratio eſt in promptu: quia ſcilicet minor excommunicatio non ſeparat à communione fidelium, ſed tantum à participatione ſacramentorum: ut not. in locis ſupralleg. Vnde non mirum ſi poteſt eſſe in iudicio excõicatus minori, cum non uetetur communicare cæteris fidelibus. fac. c. Engeltrudam. iij. q. iiij. & habetur per Specul. in §. uiſo. uerſic. & minor.

f Demonſtrant. c. j. eo. in vj.

g Peremptoriæ. Simile. in §. appellantur. eo.

h Eliſoriæ. Vt intelligamus quid ſibi uult iſta duplex appellatio, ſciendũ eſt, quòd Ab. in ſua praxi. c. xvj. ubi tractat de peremptorijs exceptionibus, facit differentiam inter peremptorias & eliſorias, & perẽptorias putat eas appellari oportere: quæ funditus, uel in totũ (ut hic dicitur) perimũt, & tollũt obligationem ciuilẽ & naturalem: ut exceptio ſolutionis, & acceptilationis; & has potius putat dicendas defenſiones, q̃ exceptiões: quia non ſunt actionũ excluſiones. Aliæ uerò & pacti conuenti, doli metus, quæ non perimũt ſed elidunt, putat melius appellari eliſorias, q̃ perẽptorias, & licet hæc differẽtia denominationis nõ ſit ſeruata in §. appellantur. inſtitu. eo. tamẽ, quia nõ eſt cõtraria iuri, immo adiuuatur rationibus, non fuit uiſum ab re, hanc differentiã quaſi digito oſtẽdere, quæ uidetur etiã de mente Spec. ut per Ab. ibi, & fac. ad hoc quæ dicit Ab. in Rubr. eo. & not. s. eo. in prin. & per eundẽ Ab. in c. exceptionẽ. uerſic. circa perẽptorias, & quòd not Glo. ij. in c. j. de lit. conteſt. in vj ubi etiam Doct.

i Perimunt. Vt ſolutionis acceptilationis.

k Semper. Id eſt, ſine præfinitione tẽporis, ut. ff. de doli except. l. purè. §. fi.

l Pacti cõuenti. Scilicet de amplius nõ petendo, quæ tanq̃ peremptoria non impedit litis cõteſtationẽ, ut per Bart. in l. ſi tibi. §. pactus ne peteret. ff. de pac. Sed an exceptio pacti de non agendo impediat litis conteſtationem? Reſp. Doc. uariè ſentiũt, de quo poſt alios uide per Peruſi. in c. j. de lit. conteſt. in vj.

m Contra leges. Verbi grã contra legẽ Iu-

Exceptiones peremptoriæ litis finitæ ſunt, quæ impediunt litis ingreſſum.h.d.

Harum quædā dicuntur peremptoriæ litis finitæ, quædam ſimpliciter peremptoriæ. Peremptoriæ litis finitæ ſunt, quæ litis impediunt ingreſſum,[a] & aduerſus agētem omni tempore opponi poſſunt, qualis eſt exceptio tranſactionis,[b] iuriſiurandi,[c] & rei iudicatæ,[d] quæ uel in ipſo limine iudicij proponi poterunt. Cum enim ſuper negotijs, tranſactione, iureiurando, & ſententia deciſis, aliàs lis inchoata terminata fuerit, ualde abſonū uiſum[e] fuit, ſuper eiſdē nouū aſſumi debere iudiciū, & quaſi in infinitum forenſia iurgia protrahere. Inde quoque litis finitæ exceptiones appellantur, quòd ut aliquis eſſet finis litium inſtitutæ fuerint. Idē iuris eſt in alijs etiam peremptorijs exceptiōibus, quæ uulgo manifeſtę ſint, & notoriæ[f] habeantur.

Exceptiones peremptoriæ proponuntur poſt litem conteſtatam ante ſententiā.h.d.

Cæteræ uerò litis conteſtationem minimè impediunt,[g] at-

liam fundi dotalis. inſtitu.quib.alien.li.uel non.l.iij.& ibi not.ff.eod.

a Ingreſſum. Scilicet ſi ante litem conteſtatam opponantur & in uim declinatoriarum, ſed oppoſitæ poſt litē conteſtatā cenſetur oppoſitæ ad merita cauſæ. Bal.& Doсto. in l.poſtquā liti. C.de pact.& l.exceptioné. C. de probat. Legiſtæ communiter. in l.nam poſtea. ff.de iureiur. & in l.eleganter. §. ſi quis poſt tranſactionē. ff.de cōd. indeb. & l. fin.ff. pro ſuo. & pleraſque differētias quæ reſultāt utrū tales exceptiones opponantur tanquam declinatoriæ uel tanquam peremptoriæ per Peruſi. in ca.j. de lit.conteſt. in vj. poſt Glo.& alios. Si aūt non apparet utrum ſint oppoſitæ tanquā peremptoriæ, uel tā quam declinatorię, in dubio quales ſint reputandæ per eundem ibidē. Debet tamen eſſe cautus is qui opponit exceptioné litis finitæ tanquam declinatoriá, ut offerat ſe paratū in continenti probare: aliàs ſi aduerſarius negaret dictas exceptiones eſſe ueras, tūc non impediret litis cōteſtatio: ſed deberet reſeruari poſt litis conteſtationē: ut tradit in l. nā poſtea.§.j.ff.de iureiu.& latè Peruſi.i d.c.j.

b Tranſactionis.c.j.& ibi.Ab.de tranſact.& not.in c.ſi.eo.in vj.

c Iuriſiurandi. Siue ſit pactū iuratū de non petendo, ſiue de non agendo, ſiue ſimplex iuramentum de non petendo, omni caſu exceptio ex iuramento deſcendens impedit litis cōteſtationem, & ad reſcriptū, & ad proceſſum opponi pōt, ut ſic periurium uitetur: ut tenēt cōiter Doct. quos refert Peruſi.in ca.j.de lit. conteſt.in vj.reiecta diſtinct. Io.And.& fac.l. ij.ff.de iureiu.& l.non erit.§.dato.ff.de iureiu. c.etſi Chriſtus.eod.tit. & c.ueniens.de accuſ. de hoc p Spec. ī §. dicto.eo. tit.noſtro.nu.45.

d Rei iudicatæ. Ab eo. ſcilicet cui fuit ius iudicādi.l.iiij. §.cō demnatū. ff.de re iudi.l.nō putauit. §.non quæuis. ff. de bon. poſſ.contratab.aliàs nō tenuiſſet ſnia. c.at ſi clerici.de iud.Vnde ſnia lata ab excommunicato & ſchiſmatico non pareret hāc exceptioné, p not in c.j. de lit. cōteſt. in vj. Idē ſi ſit iudicatum non ſeruato iuris ordine, ij. q.vj. §.diffinitiua. Idē ſi ſimus ī cauſa cuius natura repugnet huic exceptioni, ut eſt cauſa matrimonialis in caſibus, c.lator. de re iud. Et procedit quod hic dr̄ tam in cauſa ciuili, quàm criminali. cap.de his. de accuſ. Peruſi.in dicto cap.primo.

e Viſum fuit.l.cauſas.& l fratris.C.de trāſac.

f Notorię.Fac.not. per Ab.in c.j.de no.ope. nunci.uerſi.fac.qd no.in ſimili, poſt not. in l. poſt rem iudicatā.ff.de trāſac. & in c.j.de lit. cont.in vj.& per eundē Abb. in c.exceptioné. num.16.eo.& in c.j.de ordi.cogni.ubi reaſſumit totam materiam.fac.c.qm̄. de fil.presbyt. & Peruſi.in d.c.j.ponit regulam ꝙ perēptoriæ debent opponi poſt litem conteſtatam, cui accommodat quadraginta tres limitationes.

g Impediunt.Ergo per talem exceptionem non fit litis cōteſtatio: aliàs nō requireret an impediret uel nō.c.ij.de lit.cōteſt.in vj.& quēadmodum hæ perēptoriæ nō impediunt litis conteſtationē, ita etiā illarum taciturnitas nō faceret reſcriptum ad lites ſurreptitium, quo

minus

minus ſaltem procedatur ſecundum formam iuris. Inno. in c. ex parte. de lit. conteſt. Peruſi. in c. j. eo. tit. in vj. niſi eſſent litis finitæ, uel niſi eſſemus in reſcriptis gratioſis ad beneficia, ſecus in reſcriptis ad beneficia iuſtitiæ: quia tūc ſtamus iuri communi, ut latius p Peruſi. in d. c. j. in prima col.

a Regulariter. Ideò dicit regulariter: quia dantur multi caſus in quibus tales exceptiones etiā poſt ſententiam opponi poſſunt, ut eſt exceptio falſitatis. c. cum uenerabilis. eo. per Ab. in c. licet. de proba. & plures caſus poſuit Accur. in §. appellantur. inſtitu. eo. & per Spec. §. dicto. nu. 14. hoc eod. tit. & per Bal. poſt Accurſ. in l. j. C. de iu. & fact. igno.

b Denegabitur. Secus ſi non dolo proponē re diſtulerit: quia potuerunt opponi. l. per hanc. C. de temp. appel. c. cū Ioannes. de fid. inſt. & hoc ꝙ differens doloſè opponere in prima inſtātia nō poterit poſt in ſecunda opponere, uidetur audacius: forte appoſitum hic, cum non ſit de hoc in promptu tex. aliquis niſi c. exceptionem. eo. arguendo à ſpeciali. Sed hoc & æquiſsimū uidetur, & tenet Io. And. & Hoſtien. in c. inter monaſterium. de re iudi. & Ab. in c. j. eod. & idem Abb. & Ant. de Burri. in d. cap. exceptionem. nume. 17. & uidetur commun. opin. Canoniſtarum.

c Appellari poſſunt. Et ſic eas appellat Abb. in ſua practica. cap. lxj. quod inſcribitur de exceptionibus peremptorijs. fac. §. præiudiciales. inſtitut. de action. & nob. per Abb. in capitulo tertio. de ordin. cognī.

d Petat. Et ſic libera perſona uendicari poteſt adiecta tamen cauſa, ut quia filius meus eſt, maritus meus eſt fac. l. prima. ff. de rei uendit. & not. in capitulo ex parte. de reſtit. ſpol. ubi Innoc. & alij, & not. per Abb. in capitulo primo. de ordin. cogni. unde hic ſumitur. & not. uerbū petat, qđ deſignat ꝙ id qđ dicit hic habet locum cum agit̄ petitorio, ſecus enim eſſet ſi mulier ageret poſſeſſorio: quia tūc nō admitteretur exceptio conſanguinitatis, ſeu alia concernens defectū proprietatis, c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. & per Abb. in dicto cap. j.

que ante ſententiam erūt regulariter [a] proponendæ, quas quidem ſi dolo malo, ſuo tempore in prima inſtantia reus proponere diſtulerit, etiā in cauſa appellatiōis opponendi ſibi facultas denegabitur. [b]

Præiudiciales exceptiones ſunt quæ alteri cauſæ præiudicium afferunt, puta exceptio conſanguinitatis, cauſæ reſtitutionis uiri, exceptio natalitiū, petitioni hæreditatis h. d.

Sunt etiam quædā exceptiones, quæ præiudiciales appellari poſſunt, [c] ex eo quòd alteri cognitioni præiudicium afferūt, utpote, ſi qua mulier Titium in uirum petat, [d] qui ad mulieris intentionem [e] elidendam conſanguinitatis obijciat exceptionē, qua probata, cū quæſtio principalis perimatur, de ipſa eſt cognoſcendū ante, quā ad diffinitionis [f] articulum procedatur. Idem ſi petenti hæreditatem nataliū obiecta ſit exceptio. Cum enim ſucceſsionis cauſa à cauſa natalium dependeat, poſteriore quoque loco cognoſcenda [g] erit.

Spoliatus opponens de ſpolio in modum exceptionis, nō cogitur reſpondere ante quā ſit reſtitutus. h. d.

Sed etſi quæſtio ſpolij in modū exceptionis, [h] petentibus

e Intentionem elidendam. Quæ prius eſt fundata unde reus condēnādus ueniret, niſi ſe defenderet: debet enim iudex iudicare ſecundū merita cauſæ, quę panduntur aſſertione partiū. l. fi. C. ſi per uim uel alio modo. Vnde ut appareat utrum reus ſit abſoluendus uel nō: debet diſcuti ſua exceptio, & hæc eſt decidendi ratio hoc caſu, ſecundum Abb. in c. j. de ordin. cogni.

f Diffinitionis. Scilicet cauſæ principalis & matrimonij, ſup qua ſufficit ut pnuncietur, de quo tamen latè per Abb. in c. j. de ordin. cogni.

g Cognoſcēda erit. c. iij. de ord. cogni. & ibi p Glo. & Doct. fac. c. lator. qui fil. ſint legit. & iij. q. xj. § ſi de hæreditate. & §. ſi crimen. & l. ij. C. de ordin. cogni. & l. quoniam. C. de adul. & l. præſes. C. de plagi.

h Exceptionis. Et iſta exceptio ſpolij eſt dilatoria. Ab. in c. dilectus. unde ſumitur. de ordi. cogn.

obiecta fuerit, probationes ſup ſpolio primitus erunt audiēdæ. Eoque legitimè probato, reus nō cogetur reſpondere poſitionibus donec integrè reſtitutus [a] fuerit.

Non debet iudex in cauſæ ſuperſedere obtentu exceptionis ſpolij, niſi dicatur factum ab actore, & hoc in ciuilibus: in criminalibus uerò poteſt etiam obijci de ſpolio à tertio facto, ſi quis dicatur uel tota ſua ſubſtātia, uel maiori parte ſpoliatus, nec agenti ſuper rebus Eccleſiaſticis, poteſt opponi exceptio ſpolij rerum priuatarum, uel contra. h.d.

Sed quia huiuſmodi exceptionem nonnūquam in iudicijs calumnioſè propoſitam cauſas Eccleſiaſticas continebat impedire, & per interpoſitas appellationes principalis cauſæ cognitionē perimere, [b] conſultiſſimè Innocentiana [c] conſtitutione decretum fuit, ut in ciuilibus negotijs ſpoliationis obiectu ab alio, quàm ab [d] actore factæ, iudex in cauſa principali procedere non poſtponat. In criminalibus uerò etiam ſi à tertio [e] ſpoliatus fuerit, dum tamen uel tota ſua ſubſtātia, uel

cogni.& per Doct.in c.uenerabilis. de offi.deleg.& per Lanfr.in Rub. de cauſ. poſſ. & propri. Et licet uideatur hic poni inter peremptorias, tamen ponitur reſpectu quo ſapit naturā præiudicialium exceptionum. Et quod hic dicit in modum exceptionis, procedit in iudicijs ciuilibus, in quorum tractatu ſumus, in criminali autē ꝑcedit quod hic dicitur, etiam ſi per uiam actionis ſpolium intētetur. iij. q.j. per tot.& ij.q. ij. per totū. & per Abb.in c.ij. uerſi. quæro, hic tex. dicit. de ordi.cogni. & de hoc. §. inter ſcholares. J. eod.

a Reſtitutus fuerit. Quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos opponere debemus. cap.j. de reſtit.ſpol.in vj. Sed non habet locum quod hic dicitur ubi notoriè conſtat de nō iure ſpoliati. Innoc. in cap. conſtitutus. de fil. presbyt. Peruſi.in c.propoſuit. de appel. & per eundem in d.c.j.§.fi.in prin. Abb.& alij. in c. ij. de ordi. cogni. Item in cauſa depoſiti ſecundū quoſdam, quod ſatis poteſt admitti, ſi conſtaret de depoſito. Item non habet locum quando quis conueniretur ex ſua obligatione iurata. Sunt etiam alij caſus in quibus non militat quod hic dicitur pro quibus recurrendum eſt ad ea quæ Doct in d. c.ij.

b Perimere. De facto intelligas non de iure, hoc eſt, quia multi propter tot impedimenta, & timorem expenſarum ius ſuum indiſcuſſum relinquebant, nec enim ſpoliationis exceptio eſt peremptoria, ſed dilatoria: ut no. ſupra. eo. §. proxi. Nec ob. l. ſi quis in tanta. C. unde ui. quia licet priuatio dominij inſurgat conditione ex illa lege, non tamen oritur ex exceptione: ut not.in cap. paſtoralis. de cauſ.poſſ.& propri.& in cap.j.de reſt.ſpol.in vj. unde ſumitur, uel dic perimere, id eſt, differre, ut not.in d.c. j. prima placet.

c Innocentiana conſtitutione. ca. j. de reſti. ſpolia. in ſexto.

d Ab actore. Eſſet.n. iniquū quòd reus exciperet cōtra actorē de ſpolio facto à tertio, cùm in hoc nō deliquerit actor, & ideò factū alterius ſibi nō debet obeſſe. l. ſi quis in ſuo. §. fi. C. de inof. teſ. & l. non debet. ff. de reg. iu. & peccata ſuos authores tenere debēt. l. ſancimus. C. de pę. & procedit hoc ēt ſi res ſpoliata peruenerit ad ipſū agentem, licet contra eum poſſit agi remedio. c. ſæpe. de reſt.ſpol. ſecundū Io. An. & Peruſ. in c.j. eo. tit. in vj. in princ. Itē ēt ſi ſpoliatio facta eſſet à ꝓcuratore ipſius agentis ſuo proprio nomine ſpoliante. l. procurator. ff. de except. doli. Et idem ſi ſpoliatio ſit facta à ſyndico collegij, etiā ſi ipſe ſyndicus ſit de collegio, cum nec tūc de tali ſpoliatione excipi poſſit, per plura alle. per Peruſi. in d.c.j. licet poſſit opponi ſecūdum quoſdam executionem ſententiæ. Bern. tamen in d.c.j. dicit ſe nō uidiſſe aliquem ſic excipientem in ciuilibus, ut ibi refert Io. And.

e A tertio. Hæc eſt differentia inter cauſam ciuilem & criminalem, & intellige hoc ut non habeat locum quando denuntiaretur ad pœnitentiam, uel quando ex crimine ageretur ciuiliter ad intereſſe agentis, ſed ſolum qñ ex crimine ageretur criminaliter, & ꝑ accuſationē. Sed quid ſi procedatur inquirendo? & cōiter uidetur teneri quod hic dicitur obtinere, etiā hoc caſu, ueluti & ſi accuſaretur, & per Peruſi. in c.j. de reſti. ſpol. in vj. licet quidam contra.

maiori parte [a] ipſius ſe per uiolentiã [b] priuatum [c] affirmet, obiecta exceptio proceſſum differet, pœnis [d] ſtatutis, ſi eandem intra certa [e] tempora non probauerit obijciens. Eo quoq; ſalubriter adiecto, ut rerũ priuatarum ſpoliatio, agenti ſuper Eccleſiaſticis, uel ex cõtrario, non opponatur. [f]

Accuſato excipienti de ſpolio à tertio facto, debet indulgeri tempus, intra quod reſtitutionem petat, & cauſam ſi poteſt finiat, quo elapſo non obſtante tali exceptione accuſari poterit. h. d.

Inter ſcholares [g] olim dubitari cõtigit, ſi ſpoliatus à tertio [h] contra ſuum accuſatorẽ de ſpolio excipiat, an ei tempus [i] indulgeri debeat, infra qđ reſtitutionem imploret, ne fortè ſic exiſtẽs omnem accuſationẽ eludat: & id æquitati, & iuri ſatis conſonum uiſum fuit. Vnde ſi infra tempus indultum reſtitutionem non petierit: & cauſam cum poſſet ad finem non perduxerit, [k] non obſtante exceptione [l] ſpolij, deinceps accuſari poterit.

Exceptiones contra teſtes, peremptoriarum naturam ſapiunt, ideò ante ſententiam proponendæ. hoc dicit.

Sunt & aliæ exceptiones, quas propriè neq; dilatorias, [m] neque peremptorias, [n] appellaueris, cuiuſmo

a Maiori parte. Not. quòd ſpoliatio omniũ bonorum & maioris partis ęquiperantur. l. omnes. §. lucius. ff. quę in fraud. credi. iuncta. l. in ſumma. ff. de pecul. & l. j. C. de iu. emphy. & qđ habetur in c. potuit. de locat. latiſſimè per Tiraq. in l. ſi unquã. C. de reuo. donat. in Glo. uel partis.

b Per uiolentiã. Requirit ergo ꝙ talis ſpoliatio ſit facta per uiolẽtiã expulſiuã uel ablatiuam: ſecus ergo ſi eſſet ſpoliatio tãtum doloſa: quia non haberet locũ quod hic dicitur ſecundum Io. An. & Peruſi. in c. j. de reſti. ſpon. in vj.

c Priuatũ. Not. ꝙ requiritur ꝙ tẽpore quo agitatur iudicium quis ſit ſpoliatus omnibus bonis, uel maiori parte: ſecus ergo ſi recepiſſet bona uel maiorem partem bonorum, & hoc ſi opponatur de expoliatione facta à tertio. Sed ſi de expoliatiõe facta ab accuſatore, tunc requiritur ꝙ ſpoliatus ſit integraliter reſtitutus, ſicut eſſet quando ageretur ciuiliter. Peruſi. in c. j. de reſti. ſpol. in vj.

d Pœnis ſtatutis. Expenſarum uel etiam arbitrarijs, ut not. in c. j. de reſti. ſpol. in vj.

e Certa tempora. Scilicet quindecim dierũ ut in c. j. de reſti. ſpol. in vj. Sed an hæc tempora poſſint prorogari? reſpon. ut per Doct. in d. c. j. & in c. pia. de excep. in vj.

f Opponatur. c. j. §. fi. de reſti. ſpol. in vj. ubi etiam not. quæ ſit ratio.

g Scholares. Sic c. j. §. ſolet. de reſti. ſpol. in vj. & not. quod fuit reſponſum ad conſultationem ſcholarium, nec mirum, cum illorum authoritas ſit probabilis: ar. l. quæſitum. in prin. ff. de fund. inſtru. & l. cum ſcriptum, ff. de dot. præleg. & in caſu præponitur ſcholaris doctori: ut not. in l. j. C. de anno. ciuil. lib. xij.

h A tertio. Id eſt, ab alio quàm ab accuſatore. iij. q. j. c. epiſcopi. & q. ij. c. cum eccleſiæ. & not. in c. j. de reſt. ſpol. in vj.

i Tempus. Iudicis arbitrio ſtatuẽdum, cum non reperiatur iure determinatum. l. j. ff. de iure deli.

k Perduxerit. Not. caſu in quo quis compellitur agere. fac. not. in l. uni. C. ut ne. inuit. age. uel, accu. & decem & ſeptẽ hmôi caſus ponũtur per Io. And. in c. j. §. ſolet. de reſt. ſpoliat. in vj. & de hoc per Bald. in l. diffamari. C. de ingen. manumiſ. & latiſsimè ibidẽ ꝑ Cæſar. Contard. Celebrem aduocatũ in Romana Curia, & per Bar. in l. ij. ff. de re iudi.

l Exceptiõe ſpolij. Not. quòd excluſus per lapſum temporis ab agendo, uidetur etiam excluſus ab excipiendo, quod ideò eſt ſecundum Peruſi. in c. j. §. ſolet. de reſtit. ſpol. in vj. quia terminus tendebat ad excluſionem exceptionis: aliàs annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum. l. ij. in fi. ff. de dol. except. l. j. & l. inuaſor. C. unde ui. ubi Doct. & habetur in Cle. j. de reſti. in integ.

m Neque dilatorias. Quia non differunt ꝓceſſum ſuper principali ſicut faciunt dilatorię. fac. ſimile de iudi. cap. exhibita, & quia non eſt neceſſe eas proponere ante lit. conteſtatam ſicut dilatorias. §. j. ſupra. eo. c. inter monaſterium. de re iudi.

n Neque peremptorias. Cũ non concernant

di ſunt quæ aduerſus productos teſtes opponuntur, utputà, ſi quis Mæuium examinatum, infamem, excommnnicatum, uel aliàs criminoſum eſſe dicat. Quæ tamen cũ ad peremptoriarũ naturam [a] adcedere uideantur, ipſæ quoque ante ſententiam proponendæ erunt.

Ponit differentiam utrum teſti obijciatur crimen, de quo nunquam aliàs fuerit conuictus, uel obijciatur crimen de quo aliàs quis confeſſus, & conuictus fuit. h.d.

Multum tamen intereſt an per exceptionem tantum teſtibus opponantur crimina de quibus nunquã accuſati fuerint, an uerò ea de quibus aliàs conuicti, uel confeſsi fuerunt. Primo enim caſu, obiectorum criminum probatio anteà exhibenda [b] erit, quàm cauſa per ſentẽtiam [c] terminetur, & ſi conuicti, uel confeſſi [d] fuerint, ordinaria ceſſante pœna, ſufficiet [e] quòd à perhibẽdo teſtimonio repellãtur, præſertim [f] cum obiectum crimen minimè cauſam contingat. [g] Poſteriore uerò, cum non ſit cuiquam cõtra alios credendum, niſi ſe prius probauerit innocentem [h] à ferendo teſtimonio penitus repelli poterunt.

actionẽ & eius excluſionem, quod faciunt peremptoriæ. l. j. & l. ij. ff. de except. & ſupra eo in prin. Item non poſſunt opponi publicatis atteſtationibus. c. de teſtibus. de teſti. & not. Abb. in c. præſentium. eo. tit. in prin. licet contra uideatur id quod notat Abb. in c. j. eo. ut in notulla ſequenti, ſed dic ut per Abb. in ſecundo not.

b Innouari poterit. Vt ext. eo. per tot. & eod. titu. in vj. per tot. Quod intellige de his quæ pertinent ad iudicem, & cauſæ proceſſum, Ro. Rom. hoc eod. titu. deciſio. iij. Item innouatio lite pendente nemini præiudicialis ualet, ut per Felyn. in cap. cæterum. nume. 15. de reſcript. quo in loco multa ponuntur ad declarationem huius tituli. Item ius nouum impetrare non eſt attentare Staphil. in titu. de gratijs & ſpectatiuis. §. ſubſequenter. nume. 33. Quando aũt tacita litis pendentia uitiet reſcriptum uel priuilegium, & quando illa allegari poſſit, Felyn. in cap. j. & in capitu. ſuper literis. de reſcript. & eſt notandum quòd facta lite pendente ſunt odioſiora, quàm ſi aliàs facta fuiſſent. Hinc licet contra ſpoliatum poſſit opponi exceptio alterius ſpolij. cap. fin. de ord. cogni. & ſupra. de reſti. ſpolia. in prin. contra ſpoliatum tamẽ lite pẽdente nõ poteſt talis exceptio opponi. no. in Clemen. ij. de appel. & per Ab. in cap. bonæ. de appella. Item contra ſpoliatum lite pendẽte non poteſt opponi exceptio excommunicationis, ſecundum Rotam Rom. deci. ij. de reſtitu. ſpol. Additur quòd reſtitutio de ſpoliato facta lite pendente fit officio iudicis. capit. penul. & capit. fin. eod. Nec mirum quia ſpolians lite pẽdente non ſolum offendit partem, ſed etiam iudicem, unde magis peccat. not. in l. j. C. de pact. latè Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 67. ff. de acqui. poſſeſſio.

c Lis autem. Sic Cle. ij. ut lit. penden.

d Hoc reſpectu. Scilicet quo ad innouationem impediendam, & fortius quo ad iuriſdictionem perpetuandam. cap. propoſuiſti. de foro competen. cap. gratum. de offic. delega. ſed quo ad quædam alia non ſufficit citatio. ſed requiritur litis conteſtatio: ut ſupra titu. ſecundo. §. igitur.

e Poſtquàm. In pendentia ponderamus principium, & finem, hic determinat principium aliud autem, id eſt, quando deſinat, patet in ca. j. eod. in vj. & cap. quia res. xj. q. j. ſcilicet lite finita, quod eſſe poteſt per ſententiã à qua non eſt appellatum, uel aliter: ut not. in cap. j. de lit. conteſt. in vj. & in locis allegatis. in Cle. ij. eo.

f Competenti. Competentem hoc loco appellamus iudicem, qui cauſæ iuriſdictionem habet cum exercitio dato quòd illa poſſit per exceptionem elidi, ſiue exceptio contingat perſonam, ut quia ſuſpectus, ſiue iuriſdictionem, ut quia reſcriptum ſurreptitium, ualet enim hoc caſu proceſſus in principali ſi nõ excipiatur. capit. inter monaſterium. de re iudic. & capit. ad audientiam. ſecundo de reſcript. ſicut autem requiritur competentia in iudice, ſic & in citatione, ut hic, & in Clemen. ij. eodem. ubi not.

emanarit, [a] & ad partem citatam peruenerit, [b] uel per eam factum [c] eſt, quominus ad eius notitiam perueniret, [d] dum tamen in citatione ea ſint expreſſa, [e] per quæ poſſit quis inſtrui, ſuper quibus in iudicio conuenitur.

Ob dilapidationem etiam lite pendente fit ſequeſtratio. hoc dicit.

Plane ab eo, qui poſt quàm à ſententia prouocauit, poſſeſsionis fructus diſsipat etiam lite pendente ſequeſtrari [f] poterunt.

Litis pendentia non inualidat matrimonium contractum. hoc dicit.

Sic etiam [g] ſi dum ſuper matrimonio lis pendet, ſecundũ quis matrimonium ritè [h] contraxerit, ſi primũ non tenuiſſe declaratum [i] fuerit, pendentis litis obtentu ſecundum irritari non poterit. [k] Ei tamen qui in contemptum contraxerit competens pœnitentia [l] imponenda erit.

DE PROBATIONIBUS. [m] XIV.

Quid ſit probatio, & quibus modis fiat. h. d.

PRobatio igitũ [n] eſt idoneis argumẽtis, [o] & legitimis me-

a Emanarit. Limita hoc duobus caſibus qui ponuntur per Fely in c. ſuper literis. nu. 32. de reſcrip. ubi & alia ualde notanda in materia. & fac. ad hoc c. cauſam. & quod ibi not. de teſti. Item limita in electione ſecundũ ea quæ ponit Ab. in c. cũ ueniſſet de reſt. ĩ integ.

b Peruenerit. Licet ergo quo ad ꝑpetuandam iuriſdictionẽ ſufficiat citationẽ emanaſſe, ſecundum Canones: ut not. in c. gratum. & in cap. ſi. de offic. deleg. & in ca. propoſuiſti. de fo. comp. tamen quo ad inducendam litis pendentiam non ſufficit emanaſſe niſi ꝑuenerit.

c Factum. Scilicet doloſè.

d Perueniret. Concor. Cle. cauſam. de teſti. cum alleg. in Cle. ij eo.

e Expreſſa. Concor. Cle. non poteſt. de procur. cũ alleg. ĩ Cle. ij. eo. Et eſt cõſilium ꝙ actor inſerat citationi libellum. de quo dic ut not. in d. Cle. ij.

f Sequeſtrari poterunt. c. ſi. de ſeq. poſſ. & fructu. l. ab executore C. quorum appel. nó recip. & hic eſt unus ex caſibus in quibus fallit hic titu. Et an ſit opus in ſequeſtro quòd res ſit in iudicium deducta. Item num cadat in rebus corporalib. ꝑ Ab. & alios in c. examinata. de iudi.

g Sic etiam. Ponit alium caſum in quo litis pendentia non operatur. de his ſupra. eod. in princ. in uerb. emanarit. fac. c. cum in Apoſtolica. de ſponſal. unde ſumitur.

h Rite. Et rectè.

i Declaratum fuerit. Et uerè non tenuerit filij tamen concepti lite pendente ante ſententiam diuortij ſunt legitimi cap. cum inter. ubi Abb. qui fil. ſint legit.

k Non poterit. c. cum in Apoſtolica. de ſponſa. & fac. ſimile de electione, ſecundum opi. illorum qui dicunt quòd electio facta lite pendente non retractatur ſed differtur eius executio; ut in c. cum ueniſſent in & ſuper Glo. ſi. de reſt. in integ. ſed illud ob poſſeſsionem. Sed contrà uidetur c. conſiderauimus. & c. audiſtis. de elect. Solu. ſecundum Hoſt. & Abb. in c. cum in Apoſtolica. cõtrarium procedit in uinculo inſtituto per eccleſiam, contra qđ eccleſia ſtatuere potuit ad libitum, hic & in d. c. cum in Apoſtolica in matrimonio carnali, quod fuit inſtitutum à Deo, circa quod eccleſia non tantã habet poteſtatem

l Pęnitentia. Et intra tempus pęnitentiæ ſibi carnali comercio interdicetur. c. cum in Apoſtolica. de ſponſa. & ibi not.

m DE PROBATIONIBUS. DE probationibus. Cõtinuatio ſumitur ex præcedenti tit. in prin. & ſub hoc titulo compræhenduntur plures tituli, qui tam in Gregoriano, quàm in ſexto ponuntur ſeparatim & diſtinctè. Itidem feciſſe uidemus Iuſtinianũ in tit. de legatis, & alijs, ubi ſub unius Rubricæ inſcriptione concludit plures titulos digeſtorum, & C. Additur quòd ita rubricando ceſſant, anguſtiæ & oppoſitiones quas ponunt Doct. in Rub. eod.

n Igitur. Reaſſumptiuè ad principium tituli pręcedẽtis. Fuit autem per antiquos deſcripta probatio ut uidere eſt tã per Hoſt. in ſum. eo. quàm per Ab in Rub. ex quibus hæc fuit elicita, de cuius declaratione ibi uidendum.

o Argumentis. Sume pro indicijs præſumptionibus & alijs adminiculis, uel ſecundum Hoſt. pro omni ſpecie probationis.

dijs [a] facta demõſtratio. Contingit autem quid ꝓbari uarijs modis,. utputà confeſsione partium, depoſitione teſtium, inſtrumentorum exhibitione, iuriſiurandi religione, inſpectione iudicis, notorietate rei, ſuſpicione uehementi, fama, atque alijs adminiculis.

Quomodo naſcatur probatio ex confeßione, & quæ ſint poſitiones. h. d.

Partium confeſsione [b] tunc conſtat probatio cum reus poſitionibus [c] reſpõdẽdo, uel aliàs in iudicio de intentione confitetur actoris. Sunt [d] autem poſitiones breues quę dam narrationes, facti ſeriem continentes, ad eliciendam ueritatem conceptæ, ſuper quibus quis petit ab aduerſario [e] reſpõderi, [f] quas ad faciliorem expeditionem litium propter partiũ confeſsjones, [g] & probationum defectũ [h] uſus longæuus in cauſis admiſit, & iuris ꝓbauit authoritas. [i]

Recuſans reſpondere poſitionibus, habetur pro confeſſo. hoc dicit.

a Legitimis medijs. Puta teſtibus, & inſtrumentis.

b Conſeſsione. Nota ergo quòd appellatione probationis continetur etiam confeſsio, qđ quidam negant propriè, cum potius ſit releuatio ab onere probandi, de quo dicut per Doctor. in Rub. e. & hoc principium eſt ueluti ſummariũ totius huius tituli.

c Poſitionibus. Pro intelligentia ſciẽdum eſt quòd poſitiones differunt ab articulis, & libellis. ab articulis differunt: qa poſitiones sũt breues &c. ut hic dicitur. Sed articulus eſt pars intentionis, continens id quod quis probare intendit, puta, per teſtes, uel ſcripturas. Bal. in l. generaliter. §. iuramento. C. de reb. credi. Spe. in ti. de teſte. §. nunc uidẽdũ. col. j. uerſ. ſciendũ eſt igitur. & habetur plenè in c. prẹſentiũ. de teſt. in vj. Et fiunt poſitiones ꝑ uerbũ ponit, ad eliciẽdam cõfeſsionem ab aduerſario. Articulus fit per uerbũ probare intendit, & reſpicit probationes faciendas per teſtes, uel ſcripturas, caſu quo poſitiones negẽtur. Item poſitio fieri poteſt merè negatiuè, & tenetur illi pars reſpondere. c. j. de confeſ. in vj. Sed articulus nõ poteſt concipi negatiuè: quia eſſet in probabilis, niſi cohæreret loco & tempori. Alex. in l. inter ſtipulantem. in prin. ff. de uer. obl. Item ponens poſitum confitetur, ſi poſitio fuit in iudicio præſentata, nec poteſt reuocari niſi doceatur de errore, ſiue poſitio fiat in ſcriptis ſiue non. Spec. in tit. de poſitionibus. §. decimo uerſ. quid ſi actor, & uerſic. quid ſi ponens. Bal. in l generaliter. §. ſed iuramento. uerſi. not. ſuper uerbo. &c. C. de reb. cred. & not. in c. cum. contingat. de offic. deleg. & habetur per Abb. in c. examinata. de iudi. & in c. cauſam. de iuram. calum. Sed articulans non cenſetur fateri quod dicit in articulis. Abb. in c. cum uenerabilis. in fi de except. Io. And. in c. fi. de iureiu. in vj. Doct. in c. fin. de confeſſ. Bart. in l. ij. §. qđ obſeruari. C. de iu. cal. Bal. in l. ſicut in fi. C. de repud. hære. A libello autem differunt poſitiones: qa libellus habet concluſionẽ, & reſpõdens libello litem cenſetur conteſtari, ut not. ſupra de lit. conteſt. in princ. niſi fortè eſſemus ĩ ſummarijs. habet de hoc in c. ij. de confeſſ. in vj. Capitulorũ autem generalior eſt appellatio (licet interdum promiſcuè his nominibus utamur) & compræhendit tã articulos, quàm poſitiones. Vnde terminus datus ad capitulandum cenſetur datus tã ad ponendum, quàm ad articulandum. Bald. in d. §. ſed iuramento.

d Sunt autem &c. Iſta deſcriptio ſumitur ex his quæ ponit Spec. in tit. de poſitio. §. j. iunctis not. per Bal. in l. generaliter. §. ſed iuramento. C. de reb. credi.

e Ab aduerſario. Nõ autem ab aduocato, uel alia tertia perſona, niſi tamen pars ſit ſimplex, & probabiliter timeatur ne capiatur. nam ſecundum Hoſt. poterit reſpondere per aduocatum. Idem ſi ſit perſona indiſcreta, ſecundũ Inno. ut per Ab. in c. paſtoralis. in fi. de iudi.

f Reſponderi. Quod clarè fieri debet: aliàs fiet interpretatio contra reſpondentem. Abb. in c. cum cauſam. de iu. calum.

g Confeſsiones. Fac. Cle. ſæpe. de uer. ſig. unde ſumitur. Sed ſi pars negat quod petitur, qđ releuat poſitiones facere, quas etiam negabit? reſ. ut not. in d. Cle. ſæpe. in uerbo cõfeſsiones.

h Defectum. c. j. de confeſ. in vj.

i Authoritas. ut in c. dudum. ij. de elect. c. j. de

de lit.conteſt.c.j.& c.ij.de confeſ.in vj.& Cle. ſæpe.de uerb.ſigni.

a Si quis igitur &c.Siue reus ſit ſiue actor, ſecundum comm.reſolutionem. quidam tamen hoc intelligunt in reo tantum & eius procuratore, pro quibus uidetur c.fi.de cōfeſ.in vj. qui text. ſolū meminit de reo.Hæc litera deſeruit utriq; opin.

b Requiſitus.Scilicet per iudicem nō per partem: ut not.in c.j.de confeſſ. in vj. Valeret tñ ſpontanea confeſſio ſi fieret ad inſtantiam aduerſarij iudice non præcipiente. l. ſi ſine. ff. de interrog. actio.Doct.in c.per.de do. & cōtu. & plura alleg. Peruſi.in c.fi. de confeſſ. in vj.

Si quis igitur [a] poſitionibus ſibi factis reſpondere requiſitus [b] recuſauerit, uel ne reſponderet ſe per cōtumaciā ſubtraxerit, pro [c] confeſſo habendus erit. Hoc tamen ita demum obtinet, ſi à iudice [d] reſpondere iuſſus, illum abſentem fieri contigerit: ſed ſi antequàm [e] iuberet contumaciter abſceſſerit, tunc pro confeſſo minimè reputabitur, ſed contra eundem tā quàm contumacem, procedēdum erit, pro ut iuris ratio dictauerit. [f]

Confeſſus & probationibus conuictus æquiparantur: & confeſſio erronea ſi ſtatim reuocatur non affert præiudicium.hoc dicit.

Redditis igitur [g] circa exhibitas poſitiones reſpōſionibus, diligēter ab actore diſpiciendum erit, an à reo [h] ſuper cōtrouerſia legitimam [i] con-

c Pro confeſſo.Sed quæritur,an ipſo iure an potius per ſententiam? Archid. & Io.Andr.ꝙ ipſo iure.Contra Io. Monach.quòd immo requiritur declaratoria,& eius opi.uidetur ſequi Abb.in c.cum cauſam.uerſi. item aduerte.& in c.cum in cauſa.uerſi. quæro hic dicitur.de iur. calum & Legiſtę.in l.ij.§.quod ſi actor.C.eo. tit. pro quo fac. not. in l. eius qui debitorem. ff.de iu.fiſci.& c.j.de homi.& c.ſi felicis.de pę. in vj.& in c.cum ſecundum. de hæret. eod.lib. ubi quantūcunq; pœna imponaꝛ ipſo iure,ſemper tamen requiritur declaratoria, ſed poſſunt opi.concordari,ut per Peruſi. in c. fin de confeſſ. in vj.qui limitat quod hic dicitur quinque modis,dic ut per eum.

d A iudice.Ergo quod hic dicitur non habet locum in citato per nuncium uel epiſtolam:ut not.in c.fi.de confeſ.in vj.& tenent Archi.Dy. & Peruſi.ibi,qui tamen limitat hanc opi. duobus caſibus.Primo cum contumax dixit ſe nolle reſpondere uel uenire. Secundo quando iudex in citatione fuit comminatus ꝙ niſi compareat habebit poſitiones pro confeſſatis, per allegata ibi per eum intelligentem hoc quādo quis eſt citandus ſecundo, ſecus ſi primo tantum:quia nō haberet locum quod hic dicitur. Intellige ergo cum iudex ipſe interrogat in tā tum quod ſi notarius ēt ex commiſſione iudicis interrogaret non haberet locum quod hic dicitur niſi iudex eſſet præſens.

e Sed ſi antequā. No. caſum in quo quis non reſpondens poſitionibus non propterea habetur pro confeſſo. de alijs pluribus habetur in ca. fi. de confeſſis per Gloſſ. & Docto.

f Dictauerit.Qđ habes in c. pro ut. de do. & contu.& ſ.de do. & contu. per totum.

g Redditis igiꝛ. Sic Spec. in tit. de confeſſ.in princ.

h A reo Vel procuratore eius, licet non ſit ſemper eiuſdē efficacię cō feſſio procuratoris cuius eſt rei,ut,quia nō facit fidē in alio iudicio uelut confeſſio principalis: ut per Ab.in c.per inquiſitionē.nu.12.de elect.

i Legitimam confeſsionem.Sed quæ nā concurrere debent ad hoc ut dici poſsit legitima confeſsio? reſ.multa. & primo ꝙ fiat à pubere uel maiore. nec enim tenet cōfeſsio facta à pupillo xxij.q.v.c paruuli.c. ex parte. de corpo. uitiat.& c.cum uirum.de regulari.fa.c.l.j.C.de falſa mone.l.certum.§.ſi à pupillo. ff. de confeſſ.Minor tamen. xxv. ann. licet obligetur ex ſua confeſsione:tamen reſtituitur. l.ſi ex cauſa. §.ij.ff.de min.& multa in materia per Hoſt.in ſumma de confeſ.in prin.Secundo, ꝙ ſit ſpōte facta aliàs non teneret.c.j.de his quæ me. cau. l.j.§.diuus.& §.ſi quis ultro. ff.de q̄ſti. & xxxj. q.ij.c.Lotharius.Tertiò, ꝙ non ſit facta per errorem.c.fi.de confeſſ.& hic.Quartò,ꝙ non faciat pro cōfitente ſed contra. l. de ætate.§.j.ff. de min. Quintò, ꝙ fiat coram ſuo iudice,aliàs nō teneret.c.at ſi clerici.ubi Abb. de iudi.Hoc intellige ſi pro tribunali ſedeat,ut ibi traditur. Sed quid ſi proceſſus in quo emanauit cōfeſsio ſit nullus? reſp.nihilominus tenet confeſsio:ut in d.c.at ſi clerici & per Ab. in c. dudum.ij.de

feſsionem extorſerit: a a quo quidem caſu,& ipſe probationū oneribus releuabitur , & iudicis in cognoſcendo b partibus ceſſantibus ſtatim ſuper tali confeſsione pronunciandum c erit. Planè ſi per errorem d facti huiuſmodi confeſsionem emanaſſe doceatur confitenti (ſed tamen cōfeſsionem ſuā ſtatim reuocanti) nūllum præiudicium generabitur, e alioqui quod ſua quiſque uoce dilucidè f teſtatus eſt, proprio non ualebit amplius teſtimonio infirmare. g

elect. niſi cauſa nullitatis percutiat, & afficiat etiam confeſsionem, puta: quia facta tempore feriato, uel coram non ſuo iudice. Ab. in c. Piſanis. de reſti. ſpol. Sexto, ꝙ fiat in iudicio per ea q̄ ſupra, & per Spec. in tit. de confeſ. §. nunc uidendum reſtat. ubi diſtinguit. Septimò, ꝙ fiat præſente aduerſario: ut in l. certum. §. ſi qs abſente. de confeſſ. Octauo, ꝙ ſit certa. d. l. certum. Requirunt & alia de quibus diffusè per Spec. in tit. de confeſ. § ſequitur. & per Hoſt. eo. tit. §. qualiter. ꝑ quatuor col. per Doc. in c. olim. de reſc. & in c. ſi. de cōfeſ.

a Extorſerit. Dicetur autem extorta confeſsio nō ſolum quo ad id qđ qs eſt expreſsè cōfeſſus, ſed etiā omne id quod ſequitur ex illo. Ab. in cap. cum uenerabilis. de except.

b In cognoſcendo. Et etiā in pronunciando, aliquādo ſumus in ciuilibus: ut per Ab. in c. querenti. de off. deleg. licet ſecus in criminalibus, quo caſu confeſſus non habetur pro condēnato, ut per eundem in c. atſi clerici. de iud. de quo latè per Hoſt. in ſumma de confeſ. §. ſi. ubi habes ꝙ ēt in ciuilibus ſæpe in cōfeſſum eſt pronūciandū.

c Pronunciandum erit. Vt in c. præterea. ij. de tranſact. & tenet Spe. de confeſ. in prin. hoc tamen non procedit indiſtinctè ut in proxima notula, & per Hoſt. in §. ſi. de confeſ. & per Docto. in l. j. C. de confeſ. Sed uidetur habere locum cum confeſsio fit poſt litem conteſtatam: ut per Bar in l. j. ff. de confeſſ. & per Doct. communiter in c. quærenti. de offi. deleg.

d Per errorem. Vel iracundiam, uel nimiam feſtinantiam. Ab. in c. cum uenerabilis. de except. uerſi. opp. uidetur enim ſtatim. Forte uſque ad diffinitiuam ſententiam non poſt, licet poſt præceptum iudicis de ſoluendo confeſsio poſsit reuocari. Abb. in c. ex parte. de uerb. ſig.

e Generabitur. c. ſi. de confeſ. ubi Abb. ſubtiliter diſtinguit an, & quando poſsit confeſsio prætextu erroris reuocari, poſt Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & per Hoſt. in ſummā de confeſ. §. an error.

f Dilucidè. Qđ erit etiam ſi reſpōdeat per uerbū credo ſi interrogetur ſuper facto ꝓprio. Ab. in c. literas. & c. cum cauſam. de iuram calum.

g Infirmare. ta. per tuas. de proba. l. generaliter. C. de non num. pecu.

Reus nō tenetur edere actori, niſi inſtrumēta cōmunia. h. d.

Non tamen h quia poſitionibus reus reſpōdere compellitur, i documenta quoque quæ ad cauſam pertinētia penes ſe detinet. niſi ſibi cū actore ſint communia, k exhibere compellendus erit: nam graue nimis l eſſet illum ad eorum exhibitionē urgeri per quæ ſibi poſteà præiudiciū fieret. Sed actor ipſe inficiāte reo ſum ptis congruis, dilationum temporibus intētionis ſuæ proprias ꝓbatiōes afferet, m uel teſtes inducendo, uel īſtrumēta, & alias ſcripturas producendo.

h Non tamē &c. Hic ponitur ratio dubitādi. §. iſtius. uidebatur enim ꝙ quemadmodū dū reus cogitur reſpōdere poſitionibus, poſſum ab eo quā quàm inuito, confeſsionem extorquere contra ſe ipſum, ita etiam poſſimus cogere eundem ad edendum quanquam poſsit ex tali editione damnum pati, quę ratio uiſa eſt adeò fortis quibuſdam legiſtis. in l. j. C. de eden. quòd fuerunt auſi tenere quòd reus hodie teneatur actori edere, quod tamen expreſsè eſt contra iura in d. l. j. & l. nimis. C. de teſti. & in c. j. eo. ubi pleniſsimè de tota materia per Abb. & alios.

i Compellitur. Vt c. ij. de teſti. in vj.

k Communia. Not. caſum in quo reus edit actori. fac. c. G. perpetuus. de fid. inſtru. & de alijs habes per Cano. in c. j. eo. per Legiſtas. in l. j. C. de edend.

l Graue nimis. Sic in l. nimis. C. de teſti.

m Afferet. Sed contra uidetur l. ſi poſt. C. de aſſeſſ. Sol. ibi non probationem ſed perſonæ præſentiam pars exigit, uel illud eſt ſpeciale:

ut

ut not. in l. nimis. C. de teſtibus.

a Admoneri. Perſonaliter uel ad domum, nõ tamen ſemper ſufficit citatio ad domum, de quo per Abb. & Doct. in c. cauſam. de dolo & contu. & in c. fi. de eo qui mit. in poſſ. Sed ſi nõ fuit pars citata nõ ualet depoſitio, ut hic. Excipiuntur quidam caſus per Doctor. in cap. ij. de teſti. & inter alios caſus quẽ ponit Bar. in l. Theopompus. ff. de do. præl. ut ſi teſtator mãdet ſtari ſuper aliquibus dicto alicuius, quem dicit informatu: qa ſine ulla citatione poterit deponere, hoc tamen bonis rationibus reprobat Abb. in d. ca. ij. Sed num ſufficiet unica citatio, uel potius requiratur trina? reſpon. ut per Ab. in c. conſuluit. de offic. deleg.

Reus citandus eſt ad uidendum iurare, et deponere teſtes, et teſti iniurato non creditur, niſi fuerit remiſſum iuramentum à parte. h. d.

Debet autem in primis ſi ex dictis teſtiũ rei ſit eruenda ueritas admoneri [a] aduerſarius, quòd auditurus [b] iuramentũ ueniat, [c] ne ſi prætermiſſum id fuerit, quod contra leges actum deprehenditur, nullam habeat firmitatem. [d] Sed & teſtium depoſitiones non aliter recipiet iudex, quàm prius iuriſiurandi religione firmauerint, ꝙ tantum quę uera nouerint ꝓfeſſione ſuæ teſtificationis aperient: [e] nullius enim teſtimonio quantuncunq; religioſus [f] exiſtat niſi iuratus [g] depoſuerit in ꝓiudiciũ credi dẽt alteri, [h] niſi fortè iuramẽtũ ab aduerſa parte [i]

b Auditurus. Immo contra: quia teſtes audiendi ſunt in ſecreto, & ſigillatim recipiendi. c. uenerabili. de teſtib. c. inquiſitionis. §. j. de acuſat. c. nullum. C. de teſtib. Quomodo ergo ueniet pars teſtes auditura? Solu. ſecundum Glo. & Doct. in c. ij. de teſt. unde ſumitur, quòd hęc litera non intelligitur ita iudaicè ut pars debeat audire dicta teſtium, dum ipſi deponunt: ſed poteſt audire teſtes iurantes, & poſt publicationem uidebit etiam dicta teſtium. Vel aliter hoc intelligitur quando teſtes deponunt in cauſa publicationis, id eſt, ad perpetuã rei memoriam. ut in c. quoniam. §. ſunt & alij, ut lite non conteſt. prima uerior ſecundum Ab. in d. c. ij. & fac. pro prima not. in capit. conſtitutus. de fideiuſſ.

c Veniat. Quid ſi nolit uenire? reſ. recipientur, & ualebunt depoſitiones ac ſi ueniſſet cum uenire, uel non ſit in poteſtate partis niſi in caſu ut not. in c. conſtitutus. de fideiuſſo. Et hoc etiam intellige quando lis fuit conteſtata, ut in titu. ut lit. non conteſt. & not. in c. ij. de teſtib. Quid ſi pars non poſſit uenire? an depoſitiones ualeant? reſpon. de hoc ſunt opin. uidentur tamen mero iure depoſitiones tenere licet legitimè impeditus ſit reſtituendus ad opponendum contra teſtes, ſecundum Abb. in cap. ij. de teſtib. reſtituetur etiam aduerſus depoſitiones ipſas teſtium.

d Firmitatẽ. Ita ut nec indiciũ quantumuis modicũ faciãt depoſitiones. Abb. in c. ij. de teſti. Bar. in l. maritus. ff. de quæſtio. not. ergo quòd actus geſtus contra legem eſt ipſo iure nullus. l. nõ dubium. C. de ll. ca. quæ contra. de re. iu. An autem hoc uerũ ſit ubi eſt appoſita pęna? dic ut per Bar. in l. prætor. ff. de oper. no. nunc. & per Ab. in c. ij. de teſti.

e Aperient. Vt iij q. ix. c. hortamur. ſunt & alia plura quæ debet teſtis iurare antequàm deponat, de quibus per Specul. in tit. de teſte ſub capite de teſtium iuramento. & per Hoſti. in ſumma de teſtib. §. quid debeant iurare.

f Religioſus. c. nuper. de teſt. etiam ſi eſſet epiſcopus uel Cardinalis. Ab. in c. cum olim. nu. 5. de priuileg. licet hi non tangãt ſcripturas. c. fi. de iur. cal. & §. in hac tamen parte. ſ. eo. tit. dictum tamen magni uiri iurati faciet præſumptionem. Ab. in c. cum olim. de do. & contu.

g Iuratus. Licet non citatus. Ab poſt Spe. & Dom. de Ro in c. ij. de teſt. uerſ extra Gl. q̃ro.

h Alterius. Secus forte ſi dictum teſtis non eſſet in præiudicium alterius, puta: quia deponat quẽm baptizatum, uel eccleſiam conſecratam: quia crederetur forte uni etiam non iurato. c. paruulos. & ibi not. & c. cum itaq;. de con ſec. diſt. iiij. Item ubi quis uult probare ſe egiſſe pœnitentiã per cõfeſſorem ſuum. c. nemo. de ſimo. fac. c. omnis. de pęni. & remiſ. uel deponeret tanq̃ peritus in arte. Ab. in c. ꝓpoſuiſti. eo.

i Parte. cap. tuis. de teſti. unde ſumitur, licet autem & ibi & hic fiat mentio in ſingulari numero de parte, debet tamen utriuſq; partis interuenire cõſenſus, teſtis enim iurat pro utraq;

parte uerum dicere, & ex falſo eius teſtimonio poteſt utraque pars lędi:ergo.c. quod omnes.de reg.iu.in vj. Sed an requiratur conſenſus etiam iudicis?quidam quòd ſic, ne circunueniatur illius authoritas,pro hoc.l.acta.ff.de re iudi.Contra tenet Abb.in d.cap. tuus. quando ſcilicet cauſa eſt merè priuata, tum,quia iuramētum debet eſſe neceſſariū. ca. & ſi Chriſtus. de iureiur.quæ neceſſitas ceſſat ex quo partes de quarum fauore principaliter agitur, remittunt, tum per l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. & reſpon. ad l.acta. ut ibi per eum.Et pro hac opi.fac.quòd iura non meminerunt de iudice. Sed ſi non apparet remiſſum uel præſtitum,an præſumatur interueniſſe? reſpon.non, cum ſolennitas intrinſeca non præſumatur.ca.dudum.ij de elect. ibi, non inueni mus eſſe factam. per Legiſtas latè in l. ſciendum.ff.de uerb. oblig.

remittatur. [a]

Teſtes recuſantes iurare, ſunt ſub pœna excommunicationis cogēdi,et iuramentū de non deponendo non tenet.h.d.

Quòd ſi teſtes à iudice moniti [b] ſeſe,uel odio,uel gratia, uel timore à ferendo teſtimonio ſubtraxerint, per cenſuras Eccleſiaſticas teſtificari compellendi [c] erūt, nec [d] audientur quod ſeſe quo minus deponant proprij iuramēti [e] uinculo īnodatos [f] aſſerāt.

Diligens debet eſſe iudex examinando ſuper oībus qualitatibus totius cauſæ. h.dicit.

Interrogabit ergo iudex teſtes ī qualibet cā ad min⁹ duos [g] (nulla [h] enim cā eſt regulariter, q̄ unius teſtimo

a Remittatur.Cum igitur iuramentum poſſit remitti, patet quòd non eſt de ſolennitate formali ipſius teſtimonij, & ut quidam dicunt eſt magis de ordine quàm de ſubſtantia. Sed contrarium tenet Abb.in c.tuis.de teſtib. per cap.de teſtibus. eod. titu. & cum per hanc ſuam opinio. uideatur dicendum quòd nō poſſit à partibus renuntiari tanquàm formæ: arg. not.in l.j.ff.de uer.obl.& in c. cū dilecta.de reſcri. limitat ipſe illa dicta, ut non procedant quando forma principaliter concernat fauorē partis.fac.l.fin. C. de fideicomm.cum ibi not.

b Moniti.Not.quòd teſtes antequàm cogātur moneri debent.fac.c.ſuper. de teſt. cogen.

c Cmpellendi.c.ſi. de teſt.cogen.& per totū.

d Nec audientur.Non ualet ergo iuramentū de non teſtificando.fac.c.intimauit. & c.conſtitutis.de teſti.& c.quia pleriq;. de offic.ord. in vj. Cum enim teſtimonium ferre ſit munus publicum, compelli quis poteſt uel inuitus. l. ſi quando.C.de teſt.& de teſt.cogen. per tot.& xj.q.iij.c.quiſquis.& c.j.de crim.fal. & de hoc per Abb.in c.qualiter. de accuſat.etiam in ca. omnis.de pœnit.& in c.dilectus.de exceſ.prælato.& in c.ij. de offi. ordi.

e Iuramenti. Sed uidetur quòd tales iurātes non ſint compellendi contra iuramentum proprium deponere.c.debitores.c.etſi Chriſtus c. quanto. de iureiu. Et ſi dicatur quod nō tenuit iuramentū: ergo tales iurando peccauerunt, & ſic peccatum debet eos arcere à ferēdo teſtimonio? reſ.ſecundum Ab. in c. intimauit.de teſti.quod iſtud iuramentum tanquàm illicitum non pōt obſeruari ſine pec cato, cū celare ueritatem ſit peccatum. Non obſtat temeritas iurantis:quia ſicut temerarium iuramentum nō remouet à promotione.c.ſicut.de iureiu.Sic nec à teſtimonio. Vel ſolue diſtinguendo:ut per Ab.in c.conſtitutis.el.j.de teſt.

f Innodatos. Cum uerè non ſint innodati,ut in ſuperioribus notulis,ideoque ſecūdum Ancha.in c.intimauit. de teſt. non erit neceſſaria abſolutio,licet cautè faciant qui petunt. Spec. in tit.de teſte.§.de teſtium compulſione.uerſi. quid ſi quis iuramento.

g Duos. Quia in ore duorum uel trium &c. c.licet.de teſt.

h Nulla enim &c. Intellige hoc regulariter. Nam triginta caſus in quibus dictum unius facit plenam probationem enumerat Specul. in titu. de teſte. §.reſtat.uerſic. hoc tamen fallit. plures enumerant Legiſtæ in l.admonendi.ff. de iureiur.& Canon. in cap. ueniens. de teſtibus. Et Abb.in cap.ſuper eo. de teſtib. per illum textum ponit regulam. quod ubicunque agitur ad peccatum impediendum, nec ius alterius læditur,ſufficit dictum unius.fac.not.in cap.nuper.de teſti.& cap.ſolennitates.de conſecra.diſtin.j.& ij.q.j.capitu.multi. & not.per Abb.in cap.atſi clerici.de iudi. & allegatur bonus text.in cap.quicunque.xj.q. j. de cuius intellectu.per Abb.in d.c.nuper. & in cap.ij.eo. An autem ualeat cōſuetudo quòd uni teſti credatur,per Abb.& poſteriores.in d. c. ij. & per Iaſ.in l.de quibus.ff.de ll.

Diligen-

a Diligenter. Hæc diligentia cõſiſtit in multis quę hic ponuntur, quibus adde quòd debet eos ſigillatim examinare & de per ſe. c. uenerabili. de teſti. quod intellige pro ut per Abb. in c. cauſam. & c. ſicut. de teſtib.

nio quantũuis legitimo terminetur) eoſq; diligenter [a] examinabit de ſingulis circunſtantijs[b] diligenter inquirens de [c] cauſis, uidelicet de perſonis, [d] loco, [e] tempore, uiſu, [f] auditu, [g] ſcientia, [h] credulitate, [i] fama, & certitudine, cæteriſq; q̃ ad rẽ facere, [k] & negotio conuenire exiſtimabit. Illud quoq; ſubtiliter animaduertere non omittet, quo uultu, qua cõſtantia, quave animi trepidatione teſtes deponãt, cum interdum ex his, uel ipſis inuitis teſtibus magis quàm ex uerborum ſerie rerũ ueritas eluceſcat.

b De ſingulis circunſtantijs. Aliàs nõ perueniẽ ad ueritatẽ. ca. occidit. xxiij. q. viij. & de his habes in l. iij. ff. de teſti. & in §. ſi teſtes. iiij. q. iij. Sed an ſint examinãdi teſtes etiam ſuper occultis circunſtantiis? dic ut per Inno. Hoſt. & Ab. in c. qualiter. j. de accuſat.

c De cauſis. Debet. n. iudex quærere de cauſis ſcientiæ, quam ſi teſtis non reddiderit non ualebit dictum eius. iiij. q. iii. §. ſolam. & xxiij. q. iij. c. ſi habes. & in Aut. de teſti. §. & licet dudum. nec faciet quidem præſumptionem. Idem erit ſi reddiderit rationem, ſed inutilem, Abb. in ca. cum cauſam de teſti. Sed quid ſi iudex non quæſiuerit, & teſtis ſimpliciter reſponderit ſe ſcire? reſp. ualebit eius teſtimonium. c. ſicut. ubi de hoc de re iudi. & cõmuniter in c. cum cauſam. de teſti. & not. in l. iij. ff. de teſti. Vel diſtinguendum eſt: ut per Innoc. in d. c. cum cauſam.

d De perſonis. Scilicet ipſorum teſtium, an ſint honeſtæ uel turpes perſonæ. iiij. q. iij. §. ij. uel dic de perſonis, id eſt, de conteſtibus.

e Loco & tempore. Id eſt, quo loco, & quo tẽpore actus de quo q̃ritur fuit geſtus. Nã ſi in his teſtes eſſent diuerſi, non ualeret eorũ teſtimoniũ. c. nihilominus. & ibi not. iij. q. ix. ubi hoc limitat glo. & declarat Ab. in c. cũ cãm. de teſti. uel dic de tpe. id eſt ex qualitate uel tarditate tẽporis qua teſtis utitur in reſpõdẽdo. Nã ex tarditate deponendi redditur teſtimoniũ ſuſpectũ. iiij q. iij. §. idem in teſtibus. fac. not. per Ab. in c. nihil. de uerb. ſigni. de teſte qui loquitur præmeditatum ſermonem. uel per omnia ſe remittit, prima accommodatior literę.

f Viſu. Accipe hic de ſenſu uiſus ſpeciali, quem habemus per organum oculorum. Nã aliàs ſenſus uiſus eſt generalis ad omnem ſenſum, unde ſi deponatur per hunc ſenſum uiſus ſuper re perceptibili alio ſenſu non uitiaretur teſtimonium, de hoc not. iij. q. ix. cap. teſtes. Bart. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcend. & per Bal. in l. ſolam. C. de teſt. Abb. & alios in d. ca. cum cauſam. eo. tit.

g Auditu. Sed an cæcus poſſit eſſe teſtis ſuper re perceptibili auditu, ſi habeat notas voces contrahẽtiũ? reſp. comm. quòd ſic, ut per Abb. in c. cum cauſam. de teſti. licet ille diſtinguat, Ang. tamen in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. tenet quòd iſta depoſitio cæci non facit plenam probationem.

h Scientia. Et debet reddi cauſa ſcientiæ per illum ſenſum corporeum, quo percipitur actus ſuper quo deponitur, ut ſi deponendũ ſit ſuper re perceptibili uiſu debet dicere: quia uidi, ſi ſuper re perceptibili auditu; quia audiui, & ſic de ſingulis, licet ſenſus uiſus ſit generalis ad omnem ſenſum: ut in notula in uerbo uiſu. Et idem in ſenſu tactus, ſecundum Bal. in l. ſolam. C. de teſti. Iaſ. in l. manumiſſiones. ff. de iuſti & iur.

i Credulitate. Scilicet an credant ea quæ deponunt. Sciendum eſt tamen quòd de auditu, fama, & credulitate interrogantur teſtes ad præſumptionem, non ad plenam probationem: ut per Abb. poſt Goffr. in cap. cum cauſam. de teſti. & de hoc per Vero. in caut. 45.

k Ad rem facere. Fac l. de minore. in fi. ff. de quæſtio. l. iij. §. j. ff. de teſti. cap. conſtitutus. in in fi. de fideiuſ. & quæ ponit Specu. in titul. de teſte. §. nunc tractandum, uerſic. ſæpe pallor. & illud Naſonis. Heu quàm difficile eſt crimen non prodere uultu. Et ea ſuper quibus examinari debent teſtes clauduntur his uerſibus.

Auditus, uiſus, perſona, ſcientia, cauſa.
Fama, locus, tempus, ac certũ credulitasq;
Dũ teſtes recipit iudex hæc cũcta notabit.

Sed nunqd teneat reſpõdere teſtis utrũ ſit criminoſus?

minoſus? uel talis qui nõ poſsit teſtificari? Reſpondeo de hoc ſunt multæ ac multæ opin. & ſex refert Ab. in cap. cum cauſam. de teſtib. uide per Cano. in cap. ij. de confeſ. in vj. præcipuè per Bellenzin.

Ex cauſa delegabit iudex examen teſtium. h. d.

Si qui tamen eorum qui interrogandi ſunt ualetudinarij, a uel ſenes, b uel debilitate confecti habeantur, uel etiam ita paupertate depreſsi, c ut ad præſentiam iudicis uenire non poſsint, d idoneum deliget iudex quẽ ad ſuſcipiendas illorum atteſtationes dirigat. e

a Valetudinarij. Valetudinarij autẽ qui ſint, relinquitur iudicis arbitrio: ut p Ab. & alios in ca. quoniam frequenter, præcipue uerſ. quarto quæro: ut lit. non conteſta.

b Senes. In caſu noſtro ſenes dicũtur poſt ſeptuageſimum annũ: quia ante non excuſantur à muneribus tutelis & ſimilibus. l. maiores. ff. de iu. immu. & ita tradit Ab. in cap. ſi qui. de teſti. unde ſumitur. Aliàs autem multæ ſunt opi. qui dicantur ſenes: ut per eundem in c. quoniam frequenter. uerſ. tertio principaliter quæro.

c Depreſsi. Immo non uidetur quòd ad teſtẽ pauperem debeat iudex mittere, cum nihil impediat quin poſsit ſe conferre ad iudicẽ? Reſpondeo fortè hoc dicitur: quia teſtis poſſet eſſe nobilis, & pudore afficeretur ſi ſentus & pannoſus compareret coram iudice. Ita not. in ca. ſi qui. de teſti. Ex quo nota ꝙ pauperes nobiles excuſantur à muneribus publicis quæ palã explicanda ſunt, ſi ob paupertatem domo non egrediuntur. Sed adhuc contra: quia paupertas repellit à teſtimonio. ij. q. j. cap. in primis. & iiij. q. iij. cap. ſi teſtes. Sol. contrarium procedit quando teſtes eſſent aliàs ſuſpecti: ſecus ſi ſint honeſti uiri, licet pauperes. Ita commu. in d. cap. ſi qui.

d Non poſſint. Idem ſi ſint egregiæ perſonæ. debet enim iudex ad eas mittere, niſi illæ ſuo priuilegio renuntiare uelint, l. ad egregias ff. de iureiu. Vel niſi ſit cauſa criminalis. Vel aliàs ita ardua ut teſtis debeat deponere in præſentia iudicis: quia tunc potius debet egregia perſona ire ad eum quàm contra: ut per Abb. & alios in cap. ſi qui. de teſti. Et quibus caſibus iudex mittit ad examinandũ citanda erit pars aduerſa, ut uadat ad uidendum iurare ad domum teſtis. Barr. in l. ad egregias. ff. de iureiu. niſi teſtis ſit mulier. quod Ab. in d. c. ſi qui. admittit de honeſtate, non de rigore.

Teſtes conſiderantur conditione, natura, & uita. h. d.

Teſtes uerò nõ omnes recipiendi ſunt, ſed fideles f dumtaxat, & idonei. g Cẽſentur h aũt teſtes conditione, natura, & uita. Conditione ſi liber teſtis ſit nõ i ſeruus: ſeruus enim ſæpè metu dominãtis ueritatis teſtimonium ſupprimit. Natura, ſi uir ſit, non fœmina. k

e Dirigat. Nota ergo ꝙ articulus receptionis teſtium eſt delegabilis, Clem. un. de offic. delegat. Sed hoc non procedit in cauſa criminali. pro quo fac. not. in cap. at ſi clerici. de iudi. in & ſuper Gloſ. ij. & hoc procedit regulariter: ut in Aut. apud eloquentiſſimum. C. de fid. inſtrum. nã ſi talis ſit iudex quem non deceat ire ad domum teſtium, & teſtes ita grauantur ut non poſſint accedere ad iudicẽ, poterit tunc iudex mittere ad eos, licet cauſa ſit criminalis: ut per Ab. in cap. ſi qui. de teſti. fac. not. in cap. mulieres. de teſti. in vj. alij tamen putant diſtingueudum: ut habetur in d. cap. ſi qui.

f Fideles. Fac. l. j. ff. de teſti. & ij. q. vij. c. non oportet. & cap. ſi hæreticus. ſic nec ad accuſandum c. alieni. & c. quęrendum. eadem cauſa & q. excipe tamen caſum in cap. contra Chriſtianos. de hæret. in vj. & ibi not.

g Idonei. Id eſt, integri debent autem quatuor concurrere ad hoc ut dicantur idonei uel integri, de quibus per Ab. in c. i. de exceptio.

h Cenſentur. Reputantur ſunt magis & minus in pretio reſpectu illorum trium quæ hic ponuntur. fac. inſtit. de iu. na. gent. & ciuil. in ſi. princ. in uerbo cenſeri, ſecundum expoſitionem Guil. Bud. fac. tex. in c. forus. de uerb. ſign. unde ſumitur, ubi eſt uerbum non cenſentur, ſed conſiderantur ꝙ in idem recidit.

i Non ſeruus. iiij. q. iij. c. ubi. §. item ſerui. & c. item idonei. & xj. q. iij. c. quatuor. Aut. ſi dicatur. C. de teſti.

k Non fœmina. Intellige diuerſo modo. ſecundum diuerſos reſpectus. Nam reſpectu teſtamenti

nam uarium, [a] & mutabile ſemper fœmina.

Mulieres nō ſunt in forum trahēdæ gratia teſtimonij ferendi, ſed ad eas eſt mittendus tabellio.h.d.

Cuius tamen teſtimonium ſi quādo neceſſarium [b] fuerit, cū mulieres honeſtas [c] ipſa, ac naturalis pudor uirorum cœtibus immiſceri [d] ꝓhibeat, quacunque authoritate [e] teſtimonij ferēdi cauſa, uel alia quę iure non exprimatur [f] in iudicium perſonaliter euocari, uel trahi [g] non poterit, ſed ad eam mittendus tabellio, [h] & iuxta Boni-

menti fœminæ penitus arcētur. §.teſtes.inſtit. de teſtam.l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſtam. Idem in cauſis criminalibus, ſecundum Canones. xxxiij.q.v.cap.mulierem. licet arg. ſit contra xv.quæſt.iij.capit.ex eo.ſed illud ſecundum leges: ut not. in cap.forus. de uerb. ſignifi. & hoc regulariter. Aliquando enim admittitur in criminali cauſa etiā mulier, etiam malæ famæ, ut meretrix: ut in cap.tanta. de ſimon. Reſpectu tamen cauſaū in quibus mulier inteſtem admittitur, quòd eſt regulariter d. §. mulier. & latè per Fely. in capit. quoniam.de teſti.intellige quod hic dicitur quòd fęmina in comparationem maſculi non eſt perinde idouea, nec facit tantam fidem. Vnde ſi ſunt duo uiri ex una parte, ex alia duæ fęminæ, præferrendum eſt teſtimonium uirorum: ut per Ab.in d.capit.forus, quod intellige quando teſtimonium fœminarum non tenderet in fauorem rei: aliàs ſecus: quia præferentur fęminæ. Bell. in d.capit. forus.Gloſ.in cap.clerici.diſtin.lxxxj.Mars.in l. unius.§.in ea cauſa.in fin.de quæſtio.

a Varium.&c.Verba ſunt Poetæ lib.iiij.Aeneid.& habentur in cap. forus. de uerb. ſignifi. unde ſumitur.Fac.l.filia.C.de inoffi. teſtam.& eſt arg.in l repræhendenda.C.de inſtitutio. & ſubſti.Vnde uerſus.

Quid leuius fumo? flamen. quid famine? uentus.
Quid uento? mulier. quid muliere? nihil.

b Neceſſarium. Vt quia non ſunt alij qui ueritatem ſciant, uel non ita bene ſciunt. xiiij.q. ij.cap.quāquam.

c Honeſtas. Ergo quod hic dicitur non habet locum in omni muliere: ſed tantum inhoneſtè uiuentibus. Sic aliàs licet mulieres pro debito ciuili perſonaliter capi nó poſſint, Aut. ſed nouo iure.C.de cuſto.reorum.Nec poſſint tali priuilegio renuntiare, niſi pro reddenda adminiſtratione tutelæ, ut per Bart. in Authē. matri.& auiæ.C.quando mul. tutel. offic. mulier tamen inhoneſtè uiuens poterit indiſtinctè pro ciuilibus debitis perſonaliter capi. Gl. & Bal.in l.conſentaneū.C.quomodo. & quando iudex.

d Immiſceri. Periculoſa eſt enim ſexuum commiſtio. xviij. quæſt.ij. cap. diffinimus.l.maritus.C.de procur. l.fi.C.de arbit. & not. in capitul.ij. de iudi. in vj. unde ſumitur, facit l. prima.§.ſexum ff. de poſtulando.

e Quacunque authoritate. Etiam literarū ſedis Apoſtolicæ, uel legatorum ipſius, cap.ij.de iudic.in vj.niſi literæ Apoſtolicæ ſpecialiter hoc continerent, ꝙ non intelligas de literis legatorum. legatus enim.de latere, uel alij inferiores, non poſſunt cauſam committere contra iuris formam: ut not. in cap.fi.de hæret.in vj. & tenēt Domi. & Peruſi. in d.c.ij.

f Exprimatur. Exprimuntur autem hæ cauſæ in capitulo primo §.fi.de iudic. in vj. ſecundum aliquos, quos tamen reprobat Peruſi.poſt Ancha.in cap.ij.de iudi. in vj. putantes cauſas expreſſas eſſe omnes criminales: ut in Auth. ſed nouo iure. C.de cuſto. reo. Item caſus.l.j. §.ex hoc.ff.de uent.inſpici.

g Trahi. Scilicet inuitas, quod ſatis per ſe denotat hoc uerbum, uolentes, ergo poſſunt ad iudicem accedere, niſi ſimus in fęminis religioſis, quæ nec ſi uelit debēt iudicijs perſonaliter intereſſe, cap.ij.de iudi. in vj. unde ſumitur. Et nota hic caſum in quo mulieres ſunt melioris conditionis quàm maſculi. Ad idem cap.mulieres,& capit. ea noſcitur.de ſent. excommu.& cap. ex literis. de pigno.de quo latiſſimè per Legiſtas in l. ſecunda.ff.de re. iu.

h Tabellio. Vel alia idonea perſona, puta, presbyterum, uel alium honeſtum uirum: ut legitur, & not.in capitulo ſecundo.de iudi. in vj.& not.hinc quòd licet de iure ciuili examinatio teſtium, non poſſit committi niſi habenti iuriſdictionem: ut per Bart. in l. iudices

C.de

C.de fide inſtrum. de iure tamen cànonico poteſt committi etiam tabellioni, & priuatæ perſonæ.primo tamen debet iudex committere tabellioni ſi eius copia haberi poterit, Peruſi. in d.cap.ij.poſt Innoc.in capit. quoniam contra.eod.

facianæ conſtitutionis [a] tenorem procedendum erit.

Teſtis male uitæ caret fide hoc dicit.

Vita cẽſetur teſtis, ſi innocens ſit, & integer, [b] nam ſi uita bona defuerit, fide carebit. [c]

Clerici poſſunt teſtificari pro Eccleſia, et ſingulares perſonæ pro uniuerſitate ſua, niſi tamen aliqua cauſa probabilis impediat.h.d.

In ſumma quicunque iure minimè prohibentur [d] ad teſtimonium perhibendũ ſunt admittendi. Clerici [e] ergo à ferendo teſtimonio ſuper negotio propriæ Eccleſiæ, uel aliæ ſingulares perſonæ, in cauſa ſuæ uniuerſitatis [f] arcendi, non erũt, [g] niſi

a Conſtitutionis. Vt in capitulo.ij. de iudic. in vj.

b Integer. Quatuor concurrere debẽt ut teſtis dici poſſit integer. Primo quòd ſit omnino immunis à crimine, qđ intellige ut per Ab.in capitulo teſtimonium.de teſti. & dicetur aliquid in ſequenti notula. Secundo quòd procul ſit ab infamia: & an hoc procedat in infamia facti, Abb.in d.cap.teſtimonium. Suſpicione, id eſt, inimicitia.iij.quæſt.v.cap. accuſatores. dicens fraudulenter ſe inimicum, ut ſe à teſtificando ſubtrahat, licet mortaliter peccet: quia dicit mendacium in cauſa proximi. xxij.quæſtione ſecunda cap.ne quis. & capit.j.de crim. falſi.nihilominus fraude comperta reciperetur, & ei crederetur, Ab. in cap.inquiſitionis. §.j.de accuſ.uerſ.ulterius, Quarto ſuſpicione criminis: quia non debet in aliquo uacillare, ſicut opinio ordinandi. diſtinct.lxxxj.cap.tantis. & declarat Abb. in capitulo primo.de except.in tertio not.fac.illud Oratij Integer uitæ ſceleriſq; purus.

c Carebit. Ergo peccatum mortale repellit à ferendo teſtimonio, cap.teſtimonium.de teſti.& capit.j.de accuſ. Sed hoc non eſt indiſtincte uerum, ſed prout declarat Ab. in d.capitulo.teſtimonium. & in capit. illa. de elect. & in capit.accuſationis.§.j. ubi bonus tex. in materia.de accuſ. Illud not. ꝙ enormiter peccans non facit fidem etiam cum iuramento, Ab.in capit.j.de purg.cano.nec famam inducunt,tales teſtes, Ab.in d.capitulo inquiſitionis.§.ij.

d Prohibentur.Not.quod edictum de teſtibus eſt prohibitorium certarum perſonarum, & permiſſorium regulæ. quilibet enim admittitur niſi prohibeatur, ut hic. facit capit.cum apud. ubi Ab.in primo no. de ſponſal. & cap. j.de teſtibus.

e Clerici. Tam ſeculares quam regulares religioſi & conuerſi, nec enim in materia iſta inter hos eſt differentia, Ab.in cap.inſuper.in prima q. de teſti.Item tam clerici inferiores, quàm prælati Eccleſiarum, quod ſatis probatur in d.c.inſuper. ponderádo inſcriptionem d. cap. in ſuper, quæ eſt Priori & fratribus. Et cum prælatus poſſit eſſe iudex in cã eccleſiæ ſuæ, ij. quæſt.vij.cap.ſi quis. & ibi not.& in cap. cum perſonæ.de priuil.in vj. ergo multo magis poterit eſſe teſtis. cum facilius repellatur quis à iudicando, quàm à teſtificando. & ita arguit Abb.in d.cap.inſuper.facit cap.cum R. de offi. deleg.Hoc tamen limita primo non habere locũ ſi prælatus promoueret cauſam in qua uult teſtificari,d.cap.inſuper. Item quando ageretur de cauſa quæ ſpectaret ſpecialiter ad menſam epiſcopalem: ut per Abb.in d.capit.inſuper.uerſiculo ex his infertur, & de materia latiſſimè in dicto capitulo inſuper, & cap. cum nuncius.de teſti.

f Vniuerſitatis.Etiam ſecularis,eadem enim eſt in omnibus ratio: quia ſcilicet cauſa non eſt ſingulorum l.in tantum.ff.de re. diuiſio. & xij.quæſt.ij.cap.qui manumittitur. & per Canoniſtas in cap.inſuper.& capit.cum nuncius. de teſti. Legitur in l.parentes.C.eod.titulo.

g Non erunt.cap.inſuper.cap.cum nuncius. & cap.tuis.de teſti.cap.etſi Chriſtus. de iureiuran.& hoc intellige in ciuilibus. diſtinguendo tamen plenè, ut per Ab.in d.cap. inſuper. Secus in criminalibus. ca. ſuper pendentia.xiij. quæſt.ij.niſi eſſet res & criminalis quæſtio inter eoſdem de uniuerſitate: quia par affectionis cauſa omnem excludit ſuſpicionem,l.non ſolum.ff. de ri.nupt. & latè per Abb. in d.cap. inſuper

inſuper, immo ſecundum pleroſque non ſunt omnino integri, maximè quando per aduerſam partē perducerentur teſtes in contrarium: ut per Ab.in d.c.inſuper.

ad agendum, reſpondendumue fuerint inſtituti,[a] uel ipſos alia cauſa[b] probabilis impedierit.

Monachi de conſenſu Abbatis, poſſunt teſtimonium dicere.h.d.

Monachi quoque, & quicunque ſub alterius obedientia[c] conſtituti ſunt, de ſui præſulis licentia,[d] rectè teſtimonium dicēt.

a Inſtituti. Quo caſu non poterit teſtificari: quia nemo debet habere duplex officium in cauſa. iiij. quæſt. iiij.cap.j.& ca.ij. fac. capit.ſingula. diſtinct.lxxxix.& xvj.quæſt.j.capit. presbyteros. Et l. ille à quo.§.tempeſtiuū.ff.ad Trebell.l.ſi plures.ff. de pact. l. nemo. C.de aſſeſſ.

b Alia cauſa. Sed quæ nam erit iſta alia cauſa? Reſpondeo multiplex: ut excommunicatio, crimē graue, periurium, infamia,cap.teſtimonium. de teſti.& cap.ex parte.eod.titulo. Vnde nota quòd habilitatus ad certum actum reſpectu unius cauſæ, uidetur habilitatus ſolum reſpectu illius non aliarum cauſarum pariter impedientium.fac.cap.ex tuarum.de aut. & uſu pal. l.ſi domus.ff.de ſerui. uerb. prædio. fac. quod not. in capit. ſtatutum.de reſcript.in vj. & per Abb.in capitulo cum nuncius.de teſti.in prin.

c Sub obedientia. Vt ſunt canonici regulares, conuerſi, & alij religioſi huiuſmodi: ut per Specul.in titulo . de teſte.§.j.uerſic. Item excipitur quòd eſt monachus. ubi multa iura allegat in materia,ſuæ tamen allegationes ſæpe plus ualent numero, quàm pondere.

d Licentia. Sed quid ſi non habuerint licentiam? Reſpondeo quidam diſtingunt inter teſtimonium exhibitum in iudicio, & teſtimonium adhibitum contractui, magis tamē communi.tenetur quòd ualeat: ut per Specul.in titulo . de teſte.§.j.uerſicu.item excipitur quòd eſt monachus, quia non reperiuntur prohibiti, immo potius permiſſi, cap.nuper.de teſtibus, cap.etſi Chriſtus.de iureiu.cum ſimili, & hoc tenet Accurſ.in §.cogitandum. in Aut. de monachi.Bal. in Aut. ingreſſi.C.de ſacroſ. eccleſijs, Abb.in capit.cum nuncius. de teſti, per cap. Abbate.de uerbo ſignifi.& cap.ueritatis.de dolo & contum.Et quod hic,& in capitulo monachi.xvj.quæſt.j.dicitur. de licentia intellige ſecundum eum,quòd à principio debent habere licentiam prælati,cum nec legere literas debeant ſine licentia prælati.xij.quæſt.j.cap. non dicatis.Sed ſi teſtificati fuerint ualebit teſtimonium cum lex illud non annullet. Simile eſt, quòd licet non debeant fieri plures quàm unus patrinus, ſi tamen fiant plures cum omnibus contrahitur ſpiritualis cognatio, ut ſupra. de triplici cognatio.§. de eo. & ibi not. licet hoc ſit nouiſſimè per Concilium Tridentinum immutatum. Vel intellige de licentia quæ procedat de honeſtate non de neceſſitate. Quemadmodum etiam dicimus de teſte qui debet deponere ieiunus cap.j.de teſti. fac.cap.j.de deſponſ.in pub.in ſi.Nec ſumendum eſt hic arg. contrario ſenſu.

Chriſtianorum teſtimonia aduerſus infideles admittuntur,ſed non contra.h.d.

Chriſtianorū quoque teſtimonia aduerſus Iudæos in omnibus cauſis recipienda[e] erunt, nullis ſibi cōtra hoc principum priuilegijs[f] ſuffragantibus. Sed contra Chriſtianum, nec Iudæus,nec Paganus, nec Hęreticus,aut aliter infidelis,[g] neque excōmunicatus,[h] aut

e Recipienda erunt.c.iudæi.de teſti. An autem iudæus poſſit contra Chriſtianum de crimine excipere.dic ut per Ab.in d.cap.iudęi.

f Priuilegijs.Vt habes in Cle.j.de teſti.

g Infidelis.Vt cap.j.& c.licet.de teſti.l.quoniam.C.de hæret. cū Aut.ibi poſita.& per Specul.in titulo de teſte.§.j.uerſiculo item quòd iudæus. Sed contrarium uidetur probari in capitulo iudæi . eod. titulo. Sol. uerbum præſumant, tollit difficultatem ut ibi not.Item contra cum in iudicio ſit ſeruanda æqualitas, cap. ij.de mutu.peti.cap. cum inter . de except. ergo uidetur iuridicum quòd ſicut Chriſtiani iudæos non recipiunt contra ſe, ſic nec ipſi contra iudæos recipi debeant. Sol. ut not. in Cle.j.de teſtib.

h Excommunicatus.iij.quæſt.iiij.c.conſpiratores . cum concord.alleg. per Specul.in titulo de teſtibus, §.j.uerſiculo item quod eſt excommunicatus. Et idem dicas de ſuſpenſo: ut per

aliter criminoſus [a] rectè teſtimonium [b] dicent.

Criminoſus perſeuerās in crimine non poteſt teſtificari, emendatus uerò in cauſa ciuili poteſt, niſi fuerit reus periuru, uel niſi ſit affectus infamia. in cauſa uerò criminali, licet emendatus difficilius admittitur. h.d.

Plane [c] quod de criminoſo diximus diſtinctionem recipit: nam ſi is cui ab aduerſa parte opponitꝰ, adhuc in ipſo crimine [d] perſeuerat, tàm in ciuili quàm in criminali cã ab omni prorſus teſtificãdi officio [e] excludẽdus erit, ſi uerò ſit de crimine emẽdatus, [f] nec cũ comitetꝰ infamia, [g] non eſt in cã ciuili, uel etiam cũ de crimine ciuiliter [h] agitur, præterquàm

ut per Specul. in d.§.primo uerſiculo quod de ſuſpenſo.

a Criminoſus. Quod intellige ut in §. ſeq. & concord. iij.q.xj.c.neganda. & cap. non eſt. & iij.q.vij.c.qui ſine. & cap. poſtulatus. & xxxij. q.v.c.præceptum.

b Teſtimonium dicent. Sed nunquid orthodoxus poterit huic iuris diſpoſitioni renũtiare, & contra ſe admittere teſtimonium infidelis? Specul. in titulo de teſte, uerſ. ſed nũquid orthodoxus, quòd ſic. Cõtra tamen Io. And. ibi in additionibus: quia ſic daremus fauorem infidelibus, contra cap. excõmunicamus, & cap. ſi aduerſus. de hæreti. Eſt tamẽ ſciendum ꝙ ſi teſtis dicatur excommunicatus, infamis, fur, raptor, uel ita criminoſus ut non debeat admitti, nihilominus productus ſtatim examinabitur, & in fine diſcutietur an obiecta ſint uera. quilibet enim donec contrarium appareat bonus præſumitur cap. uni. de ſcrut. in ordi. faci. & latè per Specul. in tit. de teſte. §. j. uerſ. ſed quid ſi dicitur. cũ uerſiculis ſeq.

c Plane & c. Iſte. §. continet ſeptem caſus in qbus quis repellitꝰ à teſtimonio in cã criminali, & tres caſus in quibus repellitur in cauſa ciuili, & ſumitur ex cap. teſtimonium. de teſti, quaſi aduerbum, in quo Ab. ualde diffusè explicat materiam proſequendo ſigillatim caſus ſingulos.

d Crimine. De quo autem crimine ſit hoc intelligendum, uariè loquuntur Doct. in cap. teſtimonium de teſti. Sed quid ſi teſtis tempore præſtiti iuramenti fuerit non criminoſus, ſed bene tempore depoſitionis? Reſpondeo non eſt legitimus teſtis, nec admittendus. Aliud eſt in caſu conuerſo, ſcilicet ſi criminoſus fuiſſet tempore iuramenti, & non fuit oppoſitum, non poteſt repelli tempore depoſitionis. Nam iuramentum aſtringit eum licet criminoſum. Ita Abb. in d. capitulo teſtimonium. uerſiculo circa hunc caſum. poſt Specul. & Ioan. Andreæ. crederem tamẽ quòd iudex impedire poſſet ex officio, uel eidem fidem uel modicam uel nullam adhibere deberet.

e Officio. Non ſic facile criminoſus repellitur ab alio officio quàm teſtificandi, de quo latiſſimè per Canoniſtas in cap. ſciſcitatus. de reſcriptis.

f Emendatus. In cauſa ergo ciuili emendatus nõ repellitur: quia iam incipit eſſe quod non fuit ca. ferrum. diſtin. 50. Sed qualiter probabitur quis emẽdatus? Reſpõdeo per ſacerdotẽ cui confeſſus eſt, qui de ipſo debet teſtimonium perhibere, c. in capite. diſt. 50. & ij.q.j.cap. ſi peccauerit. in fi. & in cap. nemo. de ſimon. ut per Gloſ. fi. de teſt. in cap. teſtimonium. ubi latius Doct. ubi ſpecialiter inquit Ab. quòd confeſſio quidem probabitur per ſacerdotem: ſed ſatisfactio per familiares & alios qui uiderunt. Quid ſi emendatio contigit per diſpenſationem? Reſpond. communiter quòd proſit quo ad omnes quæſtiones ciuiles & criminales. Sed Ab. in d. cap. teſtimonium putat conſultius eſſe ſi inſpiciantur uerba diſpenſationis.

g Infamia. Not. quòd infamia cõcomitatur & aſſociat infamem, adeò quòd eum ſequitur quocunq; ſe uertit tanquã lepra le proſum: arg. j.q.j.c. cito turpem. unde in quolibet loco poterit tãquã infamis repelli, ſac. ad hoc not. per Inno. in c. qualiter, & quando. de accuſ. & per Ab. in ca. teſtimonium. eo. uerſ. unum &c. Sed cum tria ſint genera infamiæ, quædam iuris quæ dicitur ciuilis, quædam quæ dicitur canonica, quædam quæ eſt infamia facti, quæ probè appellabitur infamatio, de qua erit intelligendum quod hic dicitur? Reſp. ſecundum uarietatẽ caſuum uariandæ erunt & reſponſiones, ut prolixè per Ab. in d. c. teſtimonium. uerſ. *Venio ad ſecundum*, & uerſ. *Ego in hac materia.*

h Ciuiliter agit. No. hic ꝙ appellatiõe cãꝫ ciuilis

uilis nō uenit cauſa, in qua agitur de crimine licet ciuiliter agat, ponunt enim hic iſta, ut di uerſa, & dic ꝙ iſta cauſa eſt quaſi mixta inter ciuilē & criminalē. c. tuę. de procu. c. ſuper his. de accuſ. quod eſt notandū pro interpretatione ſtatutorum, & aliarum ſimilium conſtitutionum.

pro reatu [a] periurij, repellendus. In criminali autē quæſtione, ſi in alio iudicio contra ipſum accuſatione de crimine inſtituta confeſſus, [b] uel conuictus [c] fuit, uel ſi tūc per exceptionem conuincatur, [d] aut eius grauata ſit opinio, [e] ex eo quòd quandoq; fuit tali modo repulſus, quamuis hoc caſu non excluderetur, in cauſa ciuili poteſt à teſtimonio licet egerit pœnitentiam [f]

a Reatu periurij. Fac. vj. q. j. ca. quicūque. & xxij. q. v. ca. paruuli. & c. ſi quis. cum ſimili. & procedat hoc quoties quis uiolauit iuramen tum licitum, uel de quo dubitatur an ſit licitum. ſi uero iuramentum ſit illicitum & temerarium, ſecūdum com. opi. nō repellit à teſtimonio, nec infamat, ſicut nec à dignitate repellit. e. ſicut. de iureiuran. & fac. quod no. in c. Florentinum. diſtin. lxxxv. Sed unde aduenit iſta ſpecialitas in periurio cum ſecus ſit in alijs criminibus grauioribus? ſufficit enim quòd quis ſit emendatus. Reſpon. ſecundum Io. And. & Goff. quòd in teſte pura & ſimplex requiritur ueritas. iij q. viij. cap. pura. & iiij. q. iiij. c. j. & iuramentum eſt ueritatis confirmatio. c. etſi Chriſtus. de iureiuran. Sol. nihil eſt æquè ueritati contrarium ac falſitas quæ eſt ueritatis immutatio. Aut. de inſtrum. cau t. in prīc. Item periurus quodam reſpectu uincit homicidam. xxij. q. v. c. ille qui. & hoc maximè, quando quis commiſit periurium in teſtificando. nam ex quo ſemel commiſit in illo officio ſuſpectus eſt ſemper in illo, l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. & arch. lib. x & cap. quicunque ſciens. vj q. j. & per Ab. in c. teſtimonium. de teſtib ſed uidetur quòd tam hic quàm in c. teſtimonium. ſit ſuperfluitas. ſufficiebat enim meminiſſe de infam. cum quilibet periurus ſit infamis. c. infames. vj. q. j. Sol. ut per Ab. in d. c. teſtimonium. uerſic. ſed contra.

b Confeſſus. Ex hoc nota quòd confeſſio facta in uno iudicio etiam criminali, facit fidē in alio contra confitentem, quo ad hoc ut repellatur à teſtimonio quaſi ſuggillet opinionem ipſius: ſecus quo ad alia. l pen. ff. de interrog. action. Item talis confeſſus non admittitur ad purgationem alicuius, e. conſtitutus. de purg. cano. & c. deniq;. §. j. de except. quod intellige ſecundum hunc. §. & fac. c. ſuper eo. el primo. de teſti.

c Conuictus. Multo magis ſi condemnatus, ſecundum Io. And. & Ab. in cap. teſtimonium. de teſti. & intellige hoc etiā ſi ſit emendatus ut ponat aliquid ſpeciale in cauſa criminali, quod ſatis innuit litera in ſi. fac. ca. ſup eo. j. de teſti.

d Conuincatur. Quia tunc etiam ſi eſſet emendatus non admitteretur, ſi cauſa eſſet criminalis, licet durum uideat, ꝙ ſemel delinquens quantūcunq; ſit emēdatus remaneat ſuſpicioſus, ſi tamen intraſſet religionem fortè remota eſſet omnis cauſa ſuſpicionis. c. pen. & ſi. xix. q. ultim. & ſentit Ab. in c. teſtimonium. de teſti.

e Opinio. Et ideo is cuius opin. eſt grauata ad teſtimonium admitti non debet in cauſa criminali: quia omni infamia debet teſtis carere. c. denique. de excep. & ij. q. viij. c. teſtes. & præcipuè in cauſa criminali, nec etiam tales ſunt admittendi ad honores. lxxxj. diſtin. c. tantis. & infra de accuſ. c. omnipotens & ca. ſi. de teſtib. in nullo enim debet uacillare opin. ordinandi. diſtin. xxxiij. c. laici. arg. l. reum criminis. C. de procur. & l. eos. ff. de decurion. & eſt hic argum. quòd res ſiue ſententia inter alios acta facit fidem in alio iudicio, ſed dic quòd ſola repulſio non ſufficit, ſed infamia inde orta ipſum repellit: aliàs iterum oportet crimen probari ut repellatur: ut not. in c. teſtimonium. de teſtib. unde hæc notula ſumiť.

f Pœnitentiam. No. ergo quòd emendatus de crimine non remanet omnino integer, unde non reſtituitur priſtinę præſumptioni naturæ qua quilibet bonus præſumitur. e. ſi. de præſumpt. immo in arduis remanet præſumptio contra fac. c. forus. in ſi. de uerb. ſignific. & ex hoc limi. ca. ferrum. diſtinct. 50. & not. quòd non præfigitur aliquod tempus ſed ſufficit probare quòd aliàs erat criminoſus. Ex quo infertur quòd peractio pœnitentiæ etiam cum interuallo longi temporis, non ſufficit ut purgetur ex toto præſumptio contra eam ex delicto orta. Argu. contra in Aut. de monach. §. humana

humana autem natura, de hoc per Abb.in c. teſtimonium.in tertio not.de teſtib.

a Remoueri. Et circa hoc datur per Abb.in c.quæſtioni.de appel.in fi.talis regula & concluſio, quòd omne iuramentum honoris eſt regulariter periuro interdictum, per ea quæ alleg. per Gloſſ. in d.c. quæſtioni. ſed iuramentum oneris quod tendit ad obligandum tenetur præſtare periurus ſicut alius. c. cum in eccleſijs. de maio. & obe. niſi ſit præſumptio quòd iterum deieraret. hunc enim nunquam eſt deferendum iuramẽtum etiam oneris, ca. clericos. de cohabi.mulie. & cle.

remoueri. [a]

Validum ab initio tractu temporis non infirmatur, etiam noua ſuperueniente cauſa. hoc dicit.

Illud in dubium non uenit eius teſtimonium qui integer depoſuit [b] infringi debilitarive minimè poſſe, quãquam illũ poſt depoſitionem factum eſſe contigerit criminoſum. Nec enim quòd rectè ſemel factum eſt ex huiuſmodi euentu poſteà debet infirmari, [c] cũ culpandus non ſit qui idoneum nunc in teſtem producit ſi aliquando eundem futurum malum non diuinauerit. [d]

Domeſtici & ſimilem habentes cauſam, non poſſunt eſſe teſtes.h.d.

Domeſtici [e] quoque, & qui ſimilẽ habentes cauſam conſimili quoq; morbo [f]

b Depoſuit. No. tẽpus depoſitionis attendendum. concor. l.ad teſtium. §.j.ff.de teſtam.ubi not.& l.iij.circa princ.ff.de teſt. & de hoc per Specul.in tit.de teſte. §.j.uerſi. quid ſi poſt datum.& eſt argu.quòd pubes factus non fert teſtimonium de eo quod uidit ante pubertatẽ, de quo not.in d.l.ad teſtium.§.j.

c Infirmari. Et meritò: quia factum legitimè infirmari non debet, licet caſus poſtea eueniat à quo non potuit inchoari. c.factum.de regu iu.in vj.fac.xxxij.q.vij.c.neque furioſus. ff.de his, qui ſunt ſui uel ali.iu.l.patre. fac.ca. pen.de eo qui cogn. conſang.uxo. ſuæ. & l.in ambiguis. §.j.ff.de re.iu. & l.adoptiuus. & l.ſi qua.ff.de ri.nup.& l.nec enim.ff.de itin.actuq; priua. Contra tamen uidetur. c.communiter. & c.uſque adeò.diſtinct.xxxiij. & c.presbyterum.& c.tua.de cle.ægrot. Sol.non infirmatur & retractatur totaliter, ſed quo ad effectum tantum, & ita not.in d.c.factum. Sic etiam cõtra licet quid ad eum caſum ueniat à quo potuit inchoari, non tamen firmatur quod ab initio non ualebat.c.non firmatur.de regu.iu. in vj.de quo dic ut ibi.

d Diuinauerit. No. quòd non tenetur quis diuinare.fac. c. uni. ut eccleſ.beneſ. ſin.dimi. confe.& l.ſi fideiuſſor.§.ſi cum debitor. ff.mandа.l.ſi putator.ff.ad leg.Aquil. Nam & Paulus licet eſſet ſpiritu Dei plenus, non tamen potuit ſecreta diuini conſilij perſcrutari. xxij.q. ij.c.beatus.diuinare autem ſumitur in malam partem: ut,j.q.j. c.nunqnam.

e Domeſtici. Concor. l.pen. ff. eo.l.ij. C.eo.& c. in literis. de teſti. & iiij.q.iij. §.teſtes. Sed qui nam dicuntur domeſtici uel familiares. Reſpon. propriè ij quibus imperari poteſt ratione patriæ uel dominicæ poteſtatis: ut not.in d.c.in literis. hic tamen non adeò ſtrictè ſumitur domeſticus: nam & alij ſeruitores q ſtant in domo ad ſeruiendum, & ſunt liberi, comprehenduntur in diſpoſitione huius tex.ut per Ab.in d.c.in literis.in iij.nota.per l.ij.§.familiæ.ff.de ui bono.raptorũ. & l.pronunciatio. §.j.ff.de uerb.ſigni.licet idem in eodem capitulo. uerſi.ſed contra prædicta. in fi. uideatur adhærere primæ expoſitioni & ſignificationi. Quidã tamen circa hos ſeruitores diſtinguũt an habeant ſalarium uel nõ habeant, ut quod hic dicitur locum habeat in primo caſu non in ſecundo: ut per Specul. in tit.de teſte. §.j. uerſi.ſed quid de mercennario. Verbum tamẽ familiares ſecundum aliquos latius patet, quã uerbum domeſtici: ut per Iuriſtas. in l.ij.C. eo.Sed an ſubditus teſtificabitur in cauſa domini. Reſpon. affirmatiuè:ut per Ab. & Doct. in c.accedens.ut lite non conteſt.

f Morbo, Id eſt. delicto, ſecundum quoſdã. fac.iij.q.v.ij.c.qui ſine.& c.poſtulatus.§.porro.in fi.& j.q.j.c.multi.in prin. & ca.cũ in tua. extra de ſponſal.Sic non poteſt alium corripere qui in ſimile delictum corruerit.diſtin. xv.c.ſi. Sed certè licet hæc diſpoſitio uera ſit in ſe, non tamen uidetur quadrare huic literæ: nam cum agitur de repellendo teſtem,nõ eſt neceſſe ponderare ſimilitudinem ſiue conformitatem

formitatem delicti, cum etiam diſſimile re- pellat.c.teſtimoniũ de teſti. Vnde uidetur melius intelligi poſſe de ſimilitudine cauſæ, non tamen de qualibet ſimilitudine, puta, quòd is qui emit non poſſit teſtificari in cauſa alterius qui emerit. Sed quoties eſt tanta cauſarum ſimilitudo ꝙ ex deciſione cauſæ in qua eſt teſtis infertur ad deciſionẽ cauſæ in qua eſt principalis, non ſufficit ergo ſimilitudo in genere, uel in qua non cadit affectio ut per Abb. in capitulo perſonas.de teſtib.

uerisimiliter laborare exiſtimandi ſunt, ſi [a] certum id ſit, aut ſuper eo legitimè conuinci poſsint, ſi ab alterutra partiũ teſtes adducti fuerint, ad teſtimonium admittendi non erunt. [b]

Non poteſt quis eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit aduocatus uel procurator.h.d.

Is quoque qui in prima inſtantia [c] alicuius cauſæ aduocationem [d] & patrocinium ſuſceperit, [e] licet aduocatus, [f] & procurator [g] eſſe deſierit, quia tamen ad-

a Si certum. Sed quid agendum ſi certum ſit me ſuper contractu non habere niſi teſtes de mea familia? Rñ.ſecundum Ab. in c.in literis.quòd debeo eos expellere, & poſt producere eos in teſtes.ſatis enim uidetur quòd tempore teſtimonij non ſunt mihi familiares.hæc tamen expulſio non debet eſſe de fraude ſuſpecta, ſecundum *Doct.*in l.j.§.ſi ſeruus. ff.de qq. & in d.c.in literis.

b Non erunt. Et ſic infertur quòd interrogandi non erunt. putat tamen Abb.in c.perſonas.de teſti. in fi non abſurdè dici poſſe ꝙ iſti admitti poterunt, ſed quanta ſit adhibẽda fides iudex ex uarijs circũſtantijs arbitrabitur:argu.not.in c.inſuper. & in c.in literis.de teſtib. erunt ergo teſtes huiuſmodi non omnino integri.Et quod dicitur eos non admittendos, intelligendum erit quo ad effectum plenę probationis. Et fac.pro eo quòd hic dicitur.c.cauſam.ij.de iud.ubi iudex qui habet cauſam conſimilem poteſt recuſari.

c Inſtantia.Inſtantia bene dicit inſtãtia quæ durat à litis conteſtatione uſque ad ſententiã, ut etiam per triennium, ſecundum ius ciuile. l.properandum. C.de iudi. ſecus enim eſſet ſi datus eſſet procurator ad unum actum tantũ, puta, ad impetrandum: quia poterit in alijs articulis diſiunctis teſtificari, ſecundum Io. Andr.& Peruſi.in ca.fi.de teſt.in vj. poſt Rot.

d Aduocationem.Quod intelligerem etiã ſi tantũ ſcriberet in camera & non compareat coram iudice, licet hic propriè non poſſit dici aduocatus, ſecundum Abb. in Rubrica. de poſtul.& prohibitus aduocare nõ cenſeatur prohibitus domi ſcribere. Sed hic uidetur eadem in utroque caſu ratio:ut ſupra in notula ſuper uerbo præſumitur.

e Suſceperit. Si quis ergo fuerit quidem procurator cõſtitutus mãdatum tamen nõ receperit teſtificari poterit. c.dilecto. de teſti. Idẽ etiam in aduocato, & de hoc no. in l.fi.ff.eo.ti.immo & ſi ſuſcepiſſet mandatum & re integra renunciaſſet, idem eſſet dicendum, ſecundum Inno.in c.inſuper.de teſti. fortius ſecundum Hoſtien.ibi idem diceremus ſi procurator agere incepiſſet, dummodo ante litem conteſtatã deſtitiſſet, & etiam ſi dictus procurator poſſet cauſam reſumere ſecundum formam ca.ſi duo.de procu.in vj.expone ergo ſuſceperit, ita ꝙ dominus litis factus fuerit, nõ aliàs, de hoc plene habetur in c.inſuper.de teſti.& in ca.fin. eod.tit.in v.

f Aduocatus. Intellige de aduocato qui intentionem ſuam propalauerit ex intẽtione Innocen.& Abb.in c.irrefragabili.de offi.ordin. qui ita etiam intelligunt. l.prætor. ff.de iuriſ. omn.iud.poteſt tamen eſſe teſtis in inſtrumento tranſactionis, & deſcriptus in inſtrumento poteſt eſſe aduocatus cum agitur ad executionem, ſed ſi in aliquo dubitetur de iuribus inſtrumenti non poteſt teſtificari. Abb.in c.ex literis.de tranſact. & ſic nota quòd cuius uiui uox non fac.fidem facit deſcripta.Et fac.ad q. an notarius procurãs poſsit producere inſtrumentum à ſe confectum in fauorem ſui principalis, de quo per Io.And.in c.cum quid una. in Mercu.fac.no.per Barto. in l.deferre. §.idẽ reſcripſerunt.ff.de iu.fiſci.

g Procurator. Patet quòd hic loquitur de procuratore ad iudicia. Sed nunquid ſit idem de procuratore ad negocia? Reſpon. ſecundũ Hoſtien.quòd in negocio quod procurauit de conſenſu partium poteſt admitti, ſicut & iudiciarius & mediator. §.quoniam uero. Aut. de teſti. in alijs uerò etiam parte inuita cum

non

huc affectus cauſę pręſumitur, a in iudicio appellationis b in teſtem recipiendus nõ erit. c

Ad teſtes examinandos etiam tres dilationes dari poſſunt, & ex cauſa etiam quarta ſub certo tamen iureiurando. h. d.

Dabunt autem iudices tã in Eccleſiaſticis, quàm in ciuilibus d cauſis ad exhibendos teſtes non ſolum unam, ſed ex cauſa e ſecundam etiam & tertiã dilationẽ, f quartam uerò diſceptantibus nõ largientur, g niſi præſtito ab eo qui poſtulat

non prohibeatur. l. j. ff. eod. & not. in ca. fi. de teſtib. in vj. Notarius quoque qui ſcripſit acta non prohibetur eſſe teſtis, habetur in d. c. fi. Iudex quoque poteſt deponere coram alijs iudicibus de geſtis corã ſe. c. inter dilectos. ubi Ab. de exceſſ. præla. & in c. non ſine. de arbi. plenius in c. cum nobis. de teſtib.

a Præſumitur. Sed qũo hoc præſumit cum ceſſet lucrum? Reſpon. quia huiuſmodi perſonæ reputant uictoriam cauſæ ad honorẽ & perditionem ad dedecus: quia memores ſui officij fortè ueritatem nõ deponerent, & ſic nota ꝙ honor & cauſa affectionis non minus repellit teſtem, quàm lucrum. Peruſi. poſt Bal. in c. fi. de teſti. in vj. fac. c. ſtatuendum. ij. q. vj. & fac. quia aduocatus dicitur offendere eum contra quem aduocat, unde tanquàm non amicus uidetẽ repellẽdus, per ea quæ dicit Ant. in c. cum ſacerdotis. de poſt. ubi inquit quòd promittẽs ſub certa pœna non offendere, incidit in pœnam accipiendo contra eum officium aduocationis: quòd nota pro inſtrumẽtis pacis. Contrariũ tamen ibi & melius tenet Ab. Sed quid ſi uehementiores præſumptiones urgerent in contrarium? fortè non procederet quod hic dicitur l. diuus. ff. de reſtit. in integr. niſi dicas hanc eſſe præſumptionem iuris & de iure, quæ non admittat probationem in contrarium.

b Appellationis. Videbatur tamen dicendũ contrarium, cum cauſa appellationis uideatur diuerſa à cauſa principali propter diuerſitatem iudicis, aduocati, & procuratoris, ſed dic quòd non eſt ſimpliciter alia, ſed quo ad quid. not. in c. fi. de teſti. in vj.

c Non erit. Fac. quod not. Ab. in c. cum uenerabilis. uerſic. *ex prædictis etiam inferatur,* ubi inquit quòd ſi approbaui aliquem, poſſum eũdem reprobare reſpectu alterius diſſimilis. Vnde ſi approbaui aliquem in iudicem poſſum reprobare ſi producitur contra me in teſtem: quia perſona criminoſa poteſt eſſe iudex, ad not. in c. ſciſcitatus. de reſcri. non autem teſtis §. uita. ſupra eod. & c. teſtimonium. de teſtib. Sic approbatus in Rectorem ſtudij poteſt reprobari in examine, nec ſtatutum uniueſitatis in contrarium ualeret.

d Ciuilibus. Id eſt, quæ aguntur in foro ſeculari, eccclesiaſticis quæ aguntur in foro eccleſiaſtico, uel ciuilibus, id eſt, quæ aguntur de rebus temporalibus eccleſiaſticis, id eſt, ſpiritualibus, uel criminalibus, utranq; expoſitionem amplectitur Ab. in c. in cauſis. de teſtib. unde ſumitur. c. ſecundũ primam expoſitionem nota quòd regulariter cauſæ eccleſiaſticæ regulantur ad inſtar ciuilium. fac. Cle. diſpendioſam. de judic. per locum à ſpeciali. & in c. j. de iuram. calum. in vj. fac. not. in d. ca. j. de nou. oper. nunciatio.

e Ex cauſa. Fac. not. in d. c. in cauſis. & in ca. pen. de teſt. & in l. fi. ff. de fer.

f Dilationem. Aliàs productionem, & ita reperitur litera in c. in cauſis. & in c. pen. de teſtib. unde ſumitur. & erit ſenſus quòd etiam in unica tantum dilatione non poterunt fieri niſi tres productiones. & hunc intellectum ſequitur Ab. & alij magni uiri tam in d. c. in cauſis. quàm in d. c. pen. multis comprobans, conſuetudo tamen quæ eſt optima legum interpres, c. cum dilectus. de conſuet. approbauit alium intellectum, ſcilicet ut in dd. iuribus exponamus productionem, id eſt, dilationem, in qua ſcilicet fiunt productiones. & ob id hic ad tollendas difficultates meminit de dilatione. & pro hac intelligentia. fac. quòd not. iij. q. iij. c. ſpatium. pro alio tamen intellectu fac. c. ſignificauerunt. de teſti. & Auth. qui ſemel. C. de probation.

g Largiẽtur. Sed quid dicemus ſi iudex hãc quartam largiatur ommiſſa ſolennitate iuramenti, de qua hic dicitur. Reſp. licet uarij uaria ſenſerint, comm. tamen eſt opi. quòd teneat iſta quarta productio, ſi à parte non fuerit reclamatum & appellatum. & ita Butri. & alij in c. pe. de teſti. c. per Ab. fusè in c. in cauſis.

ſis.eod.tit. Idem erit ſi productio fuerit facta poſt terminũ aſſignatum tacente parte. Imol. in c.fraternitatis. de teſtib.

iuramento, [a] quòd non per caliditatem aliquam quartã productionẽ [b] poſtulet. Sed quia illorũ, quos inſtat nunc de nouo producere prius notitiam habere nequiuerit, [c] quodq; neq; per ſe, neque per [d] alium teſtificata ſubtraxerit, [e] uel didicerit, quo caſu quartam quoq; dilationem accommodabit [f] iudex maximè ſi ꝓductioni teſtiũ nõ fuerit à partibus renuntiatum. [g]

Multa conceduntur ne probationes intereant, quæ aliàs non concederentur. quod probatur hic tribus exemplis. hoc dicit.

Siquidem ne [h] probationes depereant multa permittuntur, quæ alioqui nõ concederentur, ut ecce ſi is in cauſa [i] iudex datus fuerit, quẽ in teſtẽ ꝓduci ſit neceſſariũ [k]

a Iuramento. Sed cur exigitur hoc iuramentum cum ſemel ſit iuratum de calumnia. Reſpon. ut not. in c. pe. de teſti. & eſt not. ſecundum Innocen. quòd hæc quarta dilatio nõ datur indiſtinctè ſeruata ſolennitate de qua hic dicitur. ſed oportet ꝙ petatur intra tẽpora ſtatuta de quibus in l.j. C. de dilat. & iij.q. iij.c.ſpacium. ſequitur Ab. in ca. pen.de teſti.

b Productionẽ. Id eſt, dilationẽ in qua fit productio, uel ſecundũ alios capi debet hoc uerbum prout iacet: ut not ſupra in uerbo dilationem, ſecundum quem intellectum ſequitur quòd ſi quis habuiſſet tres dilationes tamen non potuiſſet facere niſi unam aut alterã productionẽ, quòd in danda quarta dilatione non haberet locum quod hic dicitur de iuramento exhibendo, ſequitur Ab. in cap. in cauſis. de teſti. uerſicu. ex his habes clarè intellectum, &c.

c Nequiuerit. Simile in c.paſtoralis. de excep. & in c.præſentium. de teſtib.

d Per alium. Nec enim refert utrum quis faciat per ſe uel per alium, ubi idem reſultat effectus, quòd procedit etiam in pœnalibus: ut xvij.q.iiij.c.ſi quis ſuadente. iuncto. c.mulieres. de ſent.excom. & quod ibi per Abb. & per Iuriſtas. in l.ſ. C. de ſer.fugi.

e Subtraxerit. Eo enim ipſo quòd ſubtraxit teſtificata, præſumitꝰ ꝙ didicerit. prçſumitꝰ enim cõtra ſubtrahentẽ ex delicto, ſecundũ Inno Hoſt. & Ab. in c.in cauſis. argu. l.ſi de poſſeſſione. C. de proba. ſi igitur ceſſaret iſta ratio, puta, ꝙ in dilationibus uel productionibus teſtes nõ fuerint examinati, nõ haberet locum quod hic dicitur, ſecundum Ab. in d.c. in cauſis. uerſic. ex hac ratione.

f Accommodabit. Sed quid ſi pars ſimpliciter petit quartam productionem uel dilationem, non adiecto cum ſolennitate legali? Inno. dicit quòd eſt iniuſta petitio, & iuſta denegatio, & ſi à denegatione appellaretur eſſet iniuſta appellatio: de hoc tamen latè per Ab. in c. ſignificauerũt. de teſti. Nota tamen unũ ꝙ diſpoſitio huius §. non ſeruatur in Romana Curia: quia in ea tales ꝓductiones ſiue dilationes dãtur pro iudicis arbitrio, ut accepi ab Antonio Maſſa cenſore huius operis & excellentiſſimo practico.

g Renuntiatũ. Tunc enim pars quæ probationibus renuntiauit; non eſt ad hoc ulterius admittenda. c.cum ueniſſet. & ibi not. de teſtibus.

h Siquidem. &c. Quaſi dicat non mirum ſi ſuperiore caſu datur etiã quarta dilatio: quia multa ſunt inducta ne probationes pereant. fac. l.quoniam. C. de hæret. & mani. & l.curẽt. ff. de teſti. & ff. ad leg. Aquil. l. in lege. & c.quoniam frequenter: ut lit.non conteſta.

i In cauſa. Etiam criminali licet in ea teſtes non cogantur: ita tenetur communiter in c. dilecto. de teſtib.

k Neceſſarium. Vt quia ille qui probare intendit non habet niſi unum teſtem, niſi remoueatur iudex datus: ut in cap.dilecto. de teſti. Sed nunquid idem ſit dicendum ſi iſte qui uult iudicem remoueri haberet duos teſtes præter illum? & non uidetur, cum duo teſtes ſufficiant. l.ubi numerus. ff. de teſti. c.licet. eod titu. c.relatum. de teſtamen. Sed ſatis poteſt dici illum poſſe & debere remoueri à iudicio, præcipuè ſi illi duo non ſint maiores omni exceptione, & quia teſtes non habent omnia in memoria. l.ij. §.ſi quid autem in tanta. C. de iu.uet.enucl. & l.peregrè. ff. de acquirend.poſſeſſ. Si autem plures haberet nõ deberet remoueri: quia ubi quis habet ſuffi-

remouendus, a & alius in eius locum ſubſtituendus erit. Sic & aliàs citato b aduerſario recipiuntur, & publicantur teſtes quos reus c inducēdos duxerit, ſic & eccleſia neceſſariæ probationis omiſsione læſa etiam aduerſus eccleſiam reſtituenda d erit.

Publicato proceſſu nō poſſunt teſtes examinari ſuper eiſdem nec in prima nec in ſecūda inſtantia, ſecus ſuper emergentibus de nouo .h.d.

Elapſis igitur tribus dilationibus poſtquàm renuntiatū eſt probationibus, & publicata dicta teſtium, regulariter e producendi teſtes, rurſus nō erit f dāda copia, & ſicut non licet ſuper eiſdem, uel directo cōtrarijs g articulis, alios, uel eoſdem teſtes in principali cauſa producere, h

cientes teſtes alij non compelluntur.c.de teſtib in fi.de teſti. niſi tamen aduerſarius meus in fraudem procuret ut cauſa committatur ei, quo ego uolebam uti in teſtem: quia tunc remouebitur, licet habeam plures, quos uolebam & poteram in teſtes producere ne meo aduerſario ſua fraus proſit. c.nobis. & c.ſicut. de ſimon. c.ſuper literis.de reſcript.l.itaq;.ff. de furt.

a Remouendus erit. Niſi iudex uellet iurare, quod nihil ſcit in illa cauſa: ut not. in c.dilecto.de teſti.

b Citato. Citari enim debet pars non modo quando producūtur teſtes directè in cauſa in judiciū deducta. c.ij.de teſtib. Sed etiam quando producuntur indirectè quadam uia extraordinaria ad futuram rei memoriam: ut in Auth. ſed et ſi quis. C.eo.tit. ſecundum unum intellectum: quia eadem eſt in utroq; caſu ratio. Semper enim præmitti debet citatio ubi agitur de præiudicio abſentis. iij.q.ix.c. caueant.& c.omnia.& cum hæc qualitas citationis ſit extrinſeca, non præſumitur niſi probetur, habetur in cap.tuis. de teſtib.& in l.ſciendum.ff.de uerb.oblig.

c Reus &c.c.ſignificauit. de teſti. ſecundum intellectum magis communem, & minus dubium, licet ſecundum aliquos ille tex. poſsit intelligi & in actore & in eo qui poteſt eſſe actor & reus.

d Reſtituenda erit. c. auditis.de reſtitu.in integr.

e Regulariter. Concor.cap.cauſam. ij.cap. conſtitutus. & cap.cum ueniſſent.de teſtib. & dicit regulariter quia dantur aliqui caſus in quibus non habet locum, quod hic dicitur, de quibus per Abb.& alios in ſuprallegatis capitulis præcipuè in capitulo cum ueniſſent. & in capitulo fraternitatis. ubi Ioann.Andr.enumerat ſexdecim caſus in quibus non procedit diſpoſitio huius literæ, duos addit ibidem Abb.in dicto loco. Sed nunquid ſola publicatio impediat productionem, an uerò etiam requiratur quòd pars didicerit teſtificata? Quidam quòd non ſufficit ſola publicatio, ſed quòd requiritur quòd pars inſpexerit dicta teſtium, magis tamen communiter cōtra quòd ſola publicatio ſufficiat: ut per Abb.in dicto capitulo fraternitatis. & deducit, & defendit nouiſsimè Ioann. Bapt. Feret.conſil.153.

f Non erit. Admiſſa tamen probatio licet contra iuris diſpoſitionem ualebit, ſecundum Ioannē Andreę, & Sozin. in capitulo fraternitatis. de teſti. & per Abb.in capitulo cum contingat. de offic.delega. Excipiuntur & alij plures caſus: ut per Doct.in dicto capitulo fraternitatis. & per Sozin.in ſuis regulis & fallentijs ſi tamen illæ Sozin.ſunt.

g Contrarijs. Vt eſſet probatio furoris, & ſanæ mentis, uirginitatis & corruptionis, præſentiæ & abſentiæ, quando ſcilicet talia & ſimilia de eiſdem perſonis & actibus, & eodem temporis inſtanti ſic contrariæ formarentur, indirectam uerò contrarietatem bene licet per teſtes probare poſt atteſtationes publicatas puta abſentiam teſtis, uel partis à loco eo tempore de quo deponit: ut in capitulo ex tenore. de teſti. & l.optimam. C.de contra.& commi.ſtipul. ſuper directa uerò contrarietate non licet. Clemen.ij.de teſti.unde ſumitur, niſi opponeretur falſitas directa ipſius teſtis cum corruptione: ut not.in dicta Clemen.ſecunda.& in capitulo licet. de probat.& per Abba.in capitulo fraternitatis. de teſtib.

h Producere. Parte ſcilicet inuita: ut per Ioannem Andreæ in capitulo fraternitatis. de teſtib.

Appella-

ſic non debet in cauſa appellationis [a] licere, cum non minus in ea, quàm in principali teſtium ſit timenda ſubornatio. [b] Quòd ſi noua [c] contingat emergere capitula ſuper quibus partes teſtes nouos uelint inducere, recepto ſolenni iuramento [d] teſtium non obſtante publicatione ſuper ueteribus facta, nec in primo, [e] nec in ſecundo [f] iudicio reijcien di erunt.

Qualiter & quando poſſit in teſtes obijci. h.d.

Sed interdum accidit, ut eos qui iure in teſtes recipi non debuerant admiſſos tamen eſſe ab aliqua partium [g] prætendatur, in qua ſpecie ſtatutum eſt, ut

a Appellationis. Clem. ij. de teſti. unde ſumitur. damnatur itaque ex hoc opin. plurium Legiſtarum tenentium, quòd in iudicio appellationis poſſint ſuper eiſdem capitulis noui teſtes examinari: contra quam fac. etiam textus ipſorũ do minorum iuris ciuilis in Auth. de teſti. §. quia uerò. cui ſatis friuolè ipſi reſpondent: ut not. & habetur in c. fraternitatis. eod. titu. & in dicta Clemen. ij. & cum Canoniſtis tenet Bart. in l. per hanc. C. de temp. appella.

b Subornatio. Sed quare magis timetur de ſubornatione poſt publicationẽ, quàm ante, cum ſemper à principio potuerint partes teſtes ipſos ſubornare: argumen. capitu. ſicut de teſti. & capituli. licet. eo. Reſpon. ſecundum Ioan. Andr. & Ab. in c. fraternitatis. de teſti. ante publicationem non eſt tantus timor, cum pars ueriſimiliter ſperet ſe poſſe probare intentionem ſuam, uel aduerſarium defecturum in probando, ſed poſt publicationem probationum cum uidet ſe ſuccubiturum: quia non probauit, uel quia aduerſarius plenè probauit facilius inducitur ad corruptionem teſtium, tanquam omni alia ſpe deſtitutus. Item ante productionem non poterat aliter prouideri, cum neceſſario teſtes eſſent producendi ad cauſæ inſtructionem, quod non eſt in iudicio appellationis, cum potuerit inſtrui ex actis prioris inſtantiæ.

c Quòd ſi noua. &c. Duplex conſiderari poteſt ſpecies nouorum capitulorum. quidam enim ſunt omnino noui, ut ſunt illi qui nó cócludunt, nec adiuuant intentum articulantis, & de his non intelligit hic: quia ſuper his non admittuntur teſtes, ſiue ſint publicatæ depoſitiones, ſiue non. Nec enim quis admitti debet ad probandum, quod probatum non releuat. capitu. cum contingat. de offic. delegat. l. ad probationem. C. eod. fac. quod not. in capitulo primo. de confeſſ. in ſexto. Secunda eſt ſpecies nouorum capitulorum dependentium ab antiquis, ut ſunt ij qui fundant, uel adiuuant intentionem articulantis in eadem cauſa. exemplum in capitulo cum Ioannes. de fide inſtrumentor. & plura exempla ponunt Ioannes Andreæ & Antonius de Butr. in capitulo fraternitatis. de teſti. ubi etiam Abbas & not. in capitulo cauſam. eodem titulo. & Legiſtæ latè in lege per hanc. C. de tempo. appellation.

d Solenni iuramento. Hoc tamen nó habet locum duobus caſibus. Primo ſi tale iuramentum à parte remittatur. capitulo tuis. de teſtib. Secundò, quando teſtes ſimpliciter ſuper tota cauſa fuerunt producti, & ſuper tota cauſa iurauerunt: quia tunc non ſolum iurare non tenebuntur, ſed nec produci poterunt: quia non poſſunt emergere noua capitula cum teſtes fuerint generaliter examinati: ut per Abb. in capitulo fraternitatis. de teſtib. uerſicu. omnia prædicta limita. ubi etiam uide in quo conſiſtere debeat ſolennitas & forma talis iuramenti poſt Gloſſam. ibi in uerbo iuramentis.

e Nec in primo. cap. ex tenore. & ibi not. de teſti.

f In ſecundo. Clementin. ſecunda. de teſti.

g Partium. Ex hoc quòd dicit partium plurali numero, uidetur hæc litera inferre quòd etiam actor poterit opponere contra teſtes quos produxit, quod nó uidetur permittendũ, cum producendo adeò illos approbet, ut non poſſit poſtmodũ eoſdẽ reprobare. ut iiij. q. iij. c. ſi quis teſtibus. Sed dic quòd hoc non infertur neceſſariò ex hac litera: quia licet actor regulariter

ſi quid in [a] eos habent, ante publicationem debeant objjcere, poſtea uerò tunc demum id licebit, cum [b] iuramento partes firmauerint, quòd non dolo uelint ad opponendum deſcendere. Sed & ſi oſtendere [c] quis paratus fuerit poſt publicationem didiciſſe ſe quod in perſonas uult objjcere, tūc quoque opponendi patere debet aditus. Idem iuris eſt, ſi fortè quis ante publicationem id fuerit proteſtatus. [d] Cæterum cum quis proteſtatus fuerit uelle ſe poſt publicationem depoſitionum perſonas teſtium repellere, ſi quid in fauorem proteſtantis dixerit non de facili [e] fides adhibebitur.

gulariter producat teſtes: tamen etiam reus producit ad probandas ſuas exceptiones, quo caſu eſt actor.l.j.ff.de exception. unde & reus opponet contra teſtes actoris, & actor contra teſtes rei: unde rectè dicit partium & non partis. Vel dic aliter quòd non ſolum reus objjcit in perſonas teſtium quos examinauit actor, uerum etiam quandoque ipſemet actor, utputa, ſi uellet reprobare tales pſonas pro producenti tempore productionis uerisimiliter incognito: ut in capitulo nulli.de electione. in ſexto. Alium caſum habes per Abb. in capitulo in præſentia. de teſtibus, ut latè de materia. per Antonium, & alios.

a In eos. Puta quòd ſint periuri, infames, ſerui, inimici, conſpiratores, & alia de quibus habetur in capitulo teſtimonium.de teſti. Et bene dicit in eos: quia in dicta eorum objjcere poſſunt, etiam illi qui teſtes produxerunt. quarta quæſtione tertia. §.ſi quis teſtibus. Et eſt ratio differentiæ: quia cum produco teſtem perſonam eius approbo: & ideo contra perſonam eius dicere nō poſſum. Sed quid ſit dicturus ignoro, & ideò in dicta dicere poſſum ſi uideo quòd contradicit ſibi ipſi, uel etiam alijs teſtibus meis, uel facit pro aduerſario meo, licet argumen. ſit contra in capitulo præſentium. de teſti. & ibi not. Sed an idem ſit in producente inſtrumenta, ut poſſit producens contra illa objjcere. Reſpond. non. diligenter enim debuit prouidere an inſtrumenta facerēt pro ſe, uel contra, antequam produceret, quod in teſte fieri non poteſt: quia teſtes frequenter dicunt ſe ſcire quod neſciunt, & neſcire quod ſciunt. poteſt tamen quis proteſtari dicendo quòd non intendit uti inſtrumento producto ſi falſitatis arguatur: ut in l.iij. C.de fide inſtrumen. & not. in dict. cap. præſentium.

b Iuramento. Iuramentum eſt hic legitima probatio: quia quilibet præſumitur bonus niſi probetur malus. cap. uni. de ſcrut. in ord. fac. cap. dudum. de præſump. Sic etiam conſcientia, uel fides, probatur per iuramentum. cap. ſi uerò. ij. de ſent. excōmunic. fac. cap. paſtoralis. de exception. fac. ca. fin. quod met. cauſa. Sed non uidetur hoc iuramentum præſtandum cum ſemel de calumnia iuratum fuerit, quod iuramentum nō eſt iterandum. Authen. in hoc ſacramento. C. de iuramen. calumn. Sol. contrarium procedit in iuramento calumniæ, quod hic dicitur in iuramento malitiæ. quod declara ut per Ab. in c. præſentium. de teſtib.

c Oſtēdere. Sed quomodo poterit id oſtendi? Reſpon. per iuramentum, ut in caſu proximo. fac. cap. paſtoralis. de except. & not. in capitulo præſentium. de teſtib. fac. c. nulli. de electione. in vj.

d Fuerit proteſtatus. Sed qualis erit proteſtatio iſta, ut admmittatur quis poſt publicationem ad opponēdum? Reſpon. quòd quis proteſtetur, quòd uult teſtes repellere tanquā non idoneos, & ſi ita concipiatur non eſt neceſſarius conſenſus partis uel iudicis: nam per eam tollitur ſuſpicio malitiæ. At ſi quis generaliter proteſtetur quod liceat dicere in perſonas teſtium, prout habet communis practica, non releuat talis proteſtatio niſi iudicis & aduerſarij accedente conſenſu, iuſta not. in capitulo cum M. de conſtitut. & in capitulo Cumana. de elect. & latè deducitur per Inno. & Abb. in capitulo præſentium. de teſtibus.

e Non de facili. &c. Et meritò, nam per præcedentem proteſtationem uidetur quòd noluerit adhibere fidem dictis illorum contra

Teſtes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, ſed reprobatorios, reprobatoriorum nõ licet. h d.

Illud etiam admonẽdi ſumus quòd nõ ſolum teſtes [a] ſuper principali negotio deponentes alijs teſtibus licebit repellere, ſed etiam cõtra ſecundos primorum reprobatorios probationes proferre licebit. Et non admittente iudice, appellationis [b] remedium licitum erit interponere. Vlterius autem partibus ad reprobationem teſtium aſpirare minimè [c] licebit, ne ſi producendi quartos contra tertios, & ſic deinceps partibus licentia tribuatur negotium cõtingat in infinitum [d] protelari.

Qualiter iudex penſare debet dicta teſtium, & quòd poteſt illos repetere, & interrogare, uſque ad ſententiam. hoc dicit.

Publicatis igitur atteſtationibus non ſolũ ad multitudinem [e]

tra ſe, non ergo debet habere pro ſe. c. ſi Romanorum. diſtinct. xix. & iij. q. viij. cap. cuius in agendo. & c. cum olim de cenſib. l. penul. C. de ſolut. l. qui falſas. C. de falſis. l. Papi. § meminiſſe ff. de inoffi. teſtamen. & eſt abſurdum redire ad renuntiatum. l. ſi quis iuſiurandũ. C. de reb. credi. Sic contra, ſemel probatũ reprobare non poſſum. viij. quæſtione ſecunda. c. dilectiſſimi. l. Põponius. ff. de neg. geſt. l. ſi uxor. ff. de adult. c. quemadmodum. de iureiuran. Et quod hic dicit de facili uariè cõſueuit exponi. quidam enim dicunt de facili, id eſt nullo modo. Simile. ij. q. vj. cap. biduum. uerſic. ſi aduerſarius. cum concor. alleg. in cap. præſentium. de teſti. Sed hęc expoſitio non uidetur omnino literæ cohærere. Vnde dic quòd circa hoc plurimũ poteſt arbitrium iudicis: ut per Abb. in dicto capitulo præſentium. unde ſumitur, licet circa hoc magna ſit controuerſia inter Hoſt. Io. And. Goffre. Inno. Abb. & alios in d. cap. præſentium. ubi uidendum.

a Non ſolum teſtes. Concor. ca. licet. iij. de teſti. unde ſumitur. Sed an quod hic & ibi dicitur habeat locum in reprobatione dictorum. Item in reprobatione inſtrumentorum? dic ut per Abb. in d. c. licet.

b Appellationis remedium. c. ex parte. de teſti. uidetur autem eſſe in iudicis arbitrio an primo admittat teſtes, an exceptionem contra eos quibuſdam caſibus exceptis, de quo latiſſimè per Doct. in d. c. ex parte.

c Minime licebit. Videtur quòd hæc iuris diſpoſitio contineat abſurditatem. Nam in iudicijs debet æqualitas ſeruari. capitulo. j. & ij. de mut. peti. cap. non licet. de regu. iur. in vj. l. ſi. C. de fruct. & lit. expenſ. ſed ſecundum id quòd hic dicitur & in c. licet. iij. de teſti. actor habebit duas productiones teſtium, ſcilicet probatoriorum & reprobatoriorum, reus uerò habebit ſolum unam, ſcilicet reprobatoriorum. Reſpond. ut not. in dicto capitulo licet. reus ſibi debet imputare qui non produxit teſtes in principali: quia ſi produxiſſet fuiſſet æqualis cum actore. Vel dic quòd ſemper ſeruatur æqualitas. Nam aut reus probat in principali, & tunc indubitanter ſeruatur æqualitas reſpectu eius, aut ſolus actor produxit teſtes in principali, & tunc etiam ſeruatur æqualitas reſpectu facultatis reprobandi: quia quælibet pars habet unam duntaxat reprobatoriam, & in poteſtate rei fuit producere teſtes in principali, & in hoc potuit ſibi præiudicare. Nam & idem uidemus in reo quando ipſe ſolus produxit teſtes ſuper exceptione ſua. actor enim habebit ſolum unam productionem reprobatoriorum, & reus duas productiones habebit, ſcilicet probatoriorum & reprobatoriorum & ſic quocunque te uertas inuenies æqualitatem.

d Infinitum. Nota infinitatem uitandam, l. inter diuinum. C. de ſacroſanct. eccleſ. & per Felynum, latè in capitulo licet. tertio de teſtibus.

e Ad multitudinem. Nota ex hac litera tria ex quibus teſtes teſtibus præferuntur. Primo ex eorum qualitate: quia ſunt honeſtiores, ditiores, & famæ melioris. Secundo ex depoſitorum qualitate: ut quia ſunt iuri communi conſona, uel aptiora negotio de quo agitur cap. ſi teſtes. quarta quæſtione tertia. c. licet. eo. & per Innocentium in capitulo auditis. de præſcrip. Tertio ex eorum multitu-

teſtium reſpicere iudicem oportet, ſed etiam ad qualitatem illorum. item depoſitiones rimari, & diligenter inſpicere debet, & ex his, quibus potius ueritatis lucem aſsiſtere iudicabit, animi ſui motum informabit, [a] quòd ſi circa alicuius teſtis dictum iudicis hæſitet intellectus, eundem rurſus ad examen reuocare poterit. [b] Et generaliter iudex uſque ad prolationem ſententiæ interrogare ſub facto poterit ubicũque aliquid dubitationis inciderit. [c]

Teſti ſtatim ſeipſum corrigenti, non adimitur ob id fides: & poteſt iudex teſtem repetere ſuper omiſſis. h.d.

Eum quoque qui non ſtudioſè, [d] ſed linguę lubrico errauerit,

dine, quæ licet hic in ordine literæ ponatur primo loco, ſi tamen loquendi modus perpendatur in ordine ſenſus & intellectus uidetur poſita tertio loco. Primo enim loco recurrendum eſt ad authoritatem teſtium. Nam ut dicebat Hoſt. & ſequitur Abb. in capitulo, in noſtra. de teſtib. poſſent ex una parte eſſe centum ribaldi, & uiles homines, ex alia duo tantæ authoritatis & honeſtatis quòd eis potius ſtaret quàm malorum multitudini, licet aliud eſſet dicendum ſi eſſet multitudo teſtium idoneorũ, licet pauciores eſſent magis idonei, ſecundum Innocentiũ, & alios in dicto capitulo in noſtra. Secundo eſt recurrendum ad ueriſimilitudinem: argumen. cap. quia ueriſimile. de præſump. cap. ſuper hæc. de renunt. cap. ſolicitè. de teſti. ſpol. Tertio ad multitudinem. Addebat & Hoſtien. & quartã qualitatem, ſcilicet perſonæ producentis, ex qua dicebat poſſe præſumi de teſtium corruptela: dic tamen quòd in his re uera certa doctrina tradi non poteſt, ſed iudex ex uarijs cauſis animi ſui motum informabit: ut hic & in l. tertia. ff. de teſtib. & in dicto capitulo in noſtra. Et not. circa hoc quòd modicus exceſſus in probationibus actoris non facit quo minus reus debeat abſolui. Abb. in capitulo ex literis. eod. & idem Abb. in cap. ad noſtram. in fin. uerſic. ex quo infero.

a Informabit. c. in noſtra. & cap. præterea. de teſti. capit. in præſentia. de renuntia. & iiij. quæſt. iij. capitulo. ſi teſtes. & l. tertia. ff. de teſtibus.

b Reuocare poterit. Concor. c. cum clamor. de teſti. qui licet loquatur in cauſa criminali, & cum proceditur per inquiſitionem: tamen communiter tenetur procedere, etiam in cauſa ciuili. per multa quæ ibi allegantur. ſed contra uidetur obſtare quòd non ſit teſtis rurſus reuocandus ad examen: quia ſi teſtis obſcurè deponit, fieri debet interpretatio contra producentem. cap. in præſentia. eod. cap. contra eum. de re iud. in ſexto. Secundo, quia eſt timor ſubornationis, cap. fraternitatis. de teſtib. Sol. quod hic dicitur obtinet, quando iudex procedit & mouetur officio ſuo non ad inſtantiam partis. Nam iudex poteſt interrogare quandocunque ſibi uiſum fuerit. xxx. quæſtione quinta. capitulo iudicantem. l. ubicunque. ff. de interro. action. & §. fi. infra eo. nec impedit quòd diſceptatio eſt inter partes, dummodo repetitio non fiat ad illarum inſtantiam: ut per Docto. in dicto capitulo cum clamor. fac. no. in dicto capitulo in præſentia. & in capitulo per tuas. de teſti. & d. cap. iudicantem. & in hoc multum prodeſt habere iudicem fauorabilem: nam licet poſſit hoc facere ex ſuo motu proprio: tamen non tenetur hoc agere ad partis inſtantiam ob timorem ſubornationis, niſi in caſibus not. per Abbatem in dicto capitulo per tuas. & quibus caſibus teſtes repetuntur debent denuo iurare: ut per Butr. in capitulo primo. de ſacra. unctione.

c Inciderit. Concor. capitu. cum Ioannes. de fid. inſtrumen. & l. ubicunque. ff. de inter. action.

d Non ſtudioſè. Sed an docere habeat teſtes quòd non ſtudioſè errauerit: & afferre debeat probabilem cauſam erroris? Reſpond. non: ut per Abbatem in capitulo præterea. de teſtibus cogend. unde ſumitur. Et idem erit in parte reuocantè incontinenti confeſſionem ſuam, pro quo eſt hæc ratio, quòd difficilius teſtis corrigit errorem ſuum, quàm pars confeſſionem ſuam, & hoc propter timorẽ ſubornationis: arg. d. cap. præterea. iuncto c. fi. de confeſſ. Sed teſtis poteſt

& ſeſe confeſtim [a] correxerit reprobare iudex non debet: ſecus autẽ ſi correctioni ſuæ tempus interpoſuerit. Repetere autem non ſolum obſcurè deponentem poterit, ſed etiam ſi à principio ſuper certis capitulis [b] eundem interrogare poſtulante aduerſario, uel negligentia, uel caliditate [c] prętermiſerit.

Probationes fiunt non ſolum teſtibus, ſed & inſtrumẽtis: & inſtrumentorum appellatione non largè ſumpta continentur ſolum ſcripturæ quæ in iudicio exhibentur. h.d.

At ſi partes [d] uiuæ uocis adminiculo in ꝓbando deſtitutę fuerint, ad inſtrumentorum productiones decurrere eas oportebit, & licet inſtrumentorum adeò latè pateat appellatio, ut hoc nomine etiam teſtes contineantur, [e] quippè & ipſi cãm inſtruunt. Nos tamen in præſenti pro ſcripturis [f] in iudicio exhibẽdis magis utimur, quæ qui-

teſt incontinenti etiam non docto de errore: ergo fortius pars. fac. c. ex literis. & quod ibi notat. de diuort. & c. diuortium. de pœni. diſtin. j. debet tamen iudex multum diligenter attendere modum & cauſam correctionis, de quo per Innocẽtium, & Abb. in dicto capitulo præterea.

a Confeſtim. Id eſt, in eadẽ inſtantia, ſecũdum quoſdam. Alij quouſque nullum actum eſt interpoſitum contrarium depoſitioni: argument. l. continuus. ff. de uerborum obligationi. & l. quod ait. §. fi. ff. de adult. Alij quòd uſque ad ſententiam quemadmodum & principalis. Innocen. diſtinguebat an teſtis uellet corrigere dictũ ſuũ, an addere, ut habetur in capitulo præterea. de teſti. cogen. Alij exponunt confeſtim, id eſt, prius quàm depoſitio & dictum fuerit redactum in ſcriptis: ut uidetur not. xxxij. q. j. c. apud. Tu dic quòd hoc erit iudici arbitrarium conſiderata qualitate perſonæ, & ſpacio interualli, colloquio partium, & reliquis circunſtantijs, & hæc placet Abba. in d. c. præterea. Quid enim ſi cauſa eſt inter uiles, & epiſcopus, & alia notabilis perſona producitur in teſtem, qui ex interuallo corrigit dictum ſuum: quia melius tunc recordatur, debemus ne dicere quòd pręſumatur corruptus à uili & ruſtico? certè nõ arg. cap. etſi quæſtiones. de ſimo. & fac. ad hoc quod dicit Bal. in c. iurauit. in iij. col. eod.

b Certis capitulis. Non impertinentibus & captioſis, ſed concernentibus ſubſtantialia negocij. Immo & ſuper incluſis & connexis ipſis capitulis debet interrogare, ſecundum Inno. & Ab. in c. per tuas. de teſt. unde ſumitur. Vnde ſi pars articulauit ſimpliciter de præſcriptione, interrogabit iudex de titulo, bona fide, & temporis continuatione, ex quo hæc ſunt neceſſaria ad præſcriptionem, & ſi non fecerit debent teſtes repeti. fac. ad hoc not. per Inn. & Ab. in c. fraternitatis. de teſt. Idem erit ſi non exhibitis capitulis teſtes fuerit examinati ſolũ ſuper petitione, per eandẽ rõnem de qua hic, & in d. c. per tuas. Nõ procedit tamen quod hic dr̄, quando iudex à pricipio correxit capitula, uel interrogatoria, & patefecit partibus & nemo appellauit: quia non põt peti ut teſtes ſup reſecatis iterũ examinentur, etiam ſi iniuſtè iudex reſecauit: quia illa reſecatio hẽt uim interlocutorię, unde imputãdũ eſt parti, quæ non appellauit. Ita Abba. in d. c. ꝑ tuas. uerſic. circa tamen.

c Caliditate. Nota casũ in quo malitia & negligẽtia æquiperãtur: aliàs differũt, ubi agitur de puniẽdo doloſum uel negligentem. c. ſuper literis. de reſcri. & in c. ad falſariorum. de crim. falſi.

d At ſi partes. Dixit hucuſque de probationibus faciendis per teſtes, nunc de faciendis per inſtrumenta de quibus uſque ad. §. quod ſi nec teſtibus. infra. eo. excluſiuè.

e Contineantur. Secundum latam ſignificationem. concor. c. peruenit. j. de teſt. cogen. l. j. ff de fid. inſtru. l. notionem. §. inſtrumentorũ. ff. de uerb. ſig. c. forus. eo. titu. Secus ſecundum ſtrictam ſignificationem: quia ſunt diuerſa. c. cum Ioannes. de fid. inſtr. & c. forte. in fi. xxiiij. q. iiij. & hoc etiam apparet ex diuerſitate titulorum: ut ponderat Abb. in Rub. de fid. inſtru. inde uidemus quòd poſt publicationem atteſtationum poſſunt inſtrumenta produci, teſtes uerò non. c. cum dilectus. de fid. inſtr. fac. l. teſtium. C. eo. tit. quod not. pro interpretatione ſtatutorum, quandoque hoc uerbum ſumitur latiſſimè: ut in c. fraternitatis. & c. ex literis. de frig. & per Abb. in d. Rub.

f Scripturis. Etiam priuatis dummodo fidẽ faciant.

dem in litibus exercē dis eandem [a] cum depoſitiōe teſtium uim obtinent.

Inſtrumenta poſſunt exhiberi uſque ad concluſionem in cauſa h.d.

Exhiberi autē in iure poterunt, inſtrumēta non ſolū ante atteſtationū publicationē ſed & poſtea [b] uſque ad diffinitiuæ ſnīæ calculū, antea tamen quā in cauſa concluſum [c] fuerit. In cā autem cōcluſum eſſe tunc dicimus, cum à partibus oībus probationibus renūtiatum [d] fuerit.

Scriptura ſolum publica in iudicio fidem facit, & quæ ſit ſcriptura publica h. d.

Nō tamen oīs ſcriptura in iudicio producta fidē faciet, ſed ita demū ſi per manū publicā [e] ſcripta fuerit, ita ut appareat publica, [f] aut authētico ſigillo [g] muniatꝰ, alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

Exempla ſolenniter ſumta, fidem faciunt. h.d.

Idem & de exemplis [h] dicendum erit, quæ tamen ſi ſolenni-

faciant: ut per Ab. in Rub. de fide inſtru. in fi.

a Eandem. c. cum Ioan. de fid. inſtr. l. in exercendis. C. eo. tit. quod dic uerū niſi in probatione facti antiqui & perplexi & dubij: ut per Spe. in tit. de prob. §. iij. & niſi ſcriptura eſſet de ſubſtantia actus, de quo p Bal. in l. iij. C. ſi mi. ſe maio. dix. & p Doct. ī l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & in l. optimā. C. de contra. & cō. ſtip. Spe. in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat. uerſ. ſed ſi alij.

b Poſtea. c. cum dilectus. de fid. inſtru. ubi ſumit. dubitatio forte fuit illa: quia forte diu tacuit cū proteſtari uel edere debuiſſet. l. j. §. edere. & §. edēda. ff. de edē. uel illa erat dubitatio: quia poſt publicationē teſtiū non licet producere alios teſtes, unde uidebatur quod non liceret producere inſtrumenta: quia nomine inſtrumentorum & teſtes continētur. c. peruenit. de teſt. cog. & ſ̄. eo. §. prox. ubi not. Sed nō eſt ita: quia in inſtrumētis non timetꝰ ſubornatio ſicut in teſtibus: quia ex multis cauſis & facilius dep̨rehenditꝰ falſitas inſtrumentorum. c. inter dilectos. de fid. inſtr. & c. licet. eo. & not. in d. cap. cum dilectus.

c Concluſum fuerit. Sed an teſtium publicatio, & concluſio in cauſa ita ſint de ſubſtātia iudicij ut illis non præcedentibus, ſententia lata non ualeat? reſ. cōmuniter tenetur non eſſe de ſubſtantia, ſed de iuſtitia: ut per Bar. in l. prolatam. C. de ſent. & alios quos recenſet Ab. in c. cum dilectus. de fid. inſtr. An autem procedat quod hic dicitur etiam ſi certum terminum iudex productioni præfixerit? uide ibidē per Ab. in d. c. cum dilectus. uerſ. nunc quæro an liceat.

d Renuntiatū fuerit. Cōcor. c. cum dilectus. ubi not. de fid. inſtr. c. auditis. & c. paſtoralis. de cauſ. poſ. & propr. & per Spe. in tit. de renun. & concluſione. §. j. uerſi. & not. & intellige quod hic dicitur, ꝙ poſt concluſionē nō licet inſtrumenta producere. ſ. in cauſa in qua facta eſt cōcluſio: ſecus in cauſa appellationis. c. cum Ioānes. de fid. inſtru. & not. in c. j. de except. de ratione per Ab. in d. c. cum dilectus. poſt Specu.

e Manū publicā. Id eſt, per notariū q eſt ſeruus publicus. l. j. ff de rē pupil. ſal. fo. & no. in c. ij. de fid. inſtr. unde ſumitꝰ, & de requiſitis pluribus ad hoc ut inſtrumentum & notarius faciat fidem latè habetur in c. j. & ca. cum P. tabellio. de fid. inſtrumento.

f Appareat publica. Idē ſi appareret authētica licet non publica, ut ſtatim in ſequēti uerbo. non .n. omnis ſcriptura authentica eſt publica. Autentica eſt quæ fidē facit, quaſi ex ſe authoritatē habens, ſecūdum Ab. in c. j. de fid. inſtr. ſiue ex appoſitione ſigilli authentici, ſiue alio modo, ita ꝙ ad ſui ualiditatem nō requirit aliud adminiculum, ut eſt ſcriptura priuata confeſſata & per teſtes iurata. Item in ſcriptura confecta ab aliquo officiali ſuper pertinētibus ad officiū ſuū. Vel in ſcriptura repoſita in Archiuo publico: nam his caſibus cū non ſit ſcripta manu publica nō dicetur ſcriptura publica: ſed quia fidem facit bene dicetur authentica. Abb. in d. cap. j. poſt Bart. in l. quædam. §. nummulario. ff. de edend. & in Authen. etſi contractus. C. de fid. inſtrum. priuata uerò ſcriptura dicetur quælibet quæ ex ſe fidem non facit.

g Authentico ſigillo. Puta ſigillo epi. c. poſt ceſſionem. eo. & xj. q iij. c. curæ. Itē capituli. c. iij. eo. & diſt. lxxiij. c. in nomine: Itē & ſecularis principis, creditur .n. ei ex conſuetudine. c. cum dilectus. de fid. inſtr. cum not. in c. j. eo. tit. & de materia ſigilli diffusè in c. ij de fide inſtrumē.

h De exemplis. c. j. de fi. inſtr. auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.

Sumpta

ter ſumpta fuerint [a] eandem [b] cũ originalibus habitura ſunt authoritatẽ. Solenniter aũt tunc dicẽtur ſumpta, cum coram Ordinario [c] iudice, uel ad hoc ab ipſo ſpecialiter [d] delegato pręſentata fuerint, atq; is diligenter [e] inſpecta, dũ nulla parte ſui uitiata [f] comperit, per publicã perſonam [g] exempla ſumi præcipit.

Redacta in publicam formam poſt mortem tabellionis faciunt fidem. h.d.

Eandem etiam authoritatem, & ea obtinebunt quę ad petitionem eorum, ad quos pertinent permiſſu iudicis ordinarij in publicam formã [h] redacta fuerint, ſi tabellio morte pręuentus [i] ea non perfecerit, ſed in notas tantum redacta moriens reliquerit.

Inſtrumentis non uitiatis, & de uitio non ſuſpectis creditur, & error unius literæ, et raſio in loco non ſuſpecto, non uitiat inſtrumentum. h.d.

Exhibebũtur ergo inſtrumenta publica non cancellata, neque abolita, nec ulla parte ſui uitiata, aut aliquo pacto de falſitate ſuſpecta, quãquàm ſi exceptor literã [k] imprudens omiſerit, aut documentũ in loco non ſuſpecto [l] interleuerit, nõ propterea ueri fides, & inſtrumenti

a Sumpta fuerint. Quod tamen non permittitur niſi ex iuſta cauſa, ut puta, quotieſcunque uериſimiliter timeẽ ne pereat probãdi facultas propter uetuſtatem originaliũ, ut ĩ c.fi.de fide inſtru. uel ob aliam cauſam, ut ibi not.

b Eandem. Not. effectum exemplationis. Vnde infertur ꝙ poſt exemplationem ſolẽniter factam non eſt opus ꝓducere ipſa originalia, ſi tñ ſit exemplatum totum inſtrumentũ, ſecundum Inn. & Ab. in c. fi. de fide inſtrumento.

c Ordinario. Et adminiſtrationem habente, ſecũdum Hoſt. Ab. in c.pe. de fid. inſtru. in ij. not. & an talis iudex eſſe debeat eccleſiaſticus uel ſecularis? per Abba. in cap. fin. eo. titu.

d Specialiter. Nota uerbum. Ex quo infertur ꝙ delegatus deputatus ad cauſam non poterit præſtare authoritatem huic exẽplationi, etiã ſi inſtrumẽtum faciat ad cãm illam, ut tenẽt Doct. ĩ c.fi.de fi.inſtr. Ar. cõtra in l.ij. ff. de iur.om.iu.

e Diligẽter inſpecta. Nõ ſufficit ergo ſimplex authoritas iudicis, ſed requiriẽ officiũ & opera in inſpiciendo. Quod nota contra practicam Modernorum. Nam tabellio qui tranſcribit atteſtatur quòd ipſe diligenter inſpexit, & nullũ uitiũ reperit: nã hoc eſt officiũ iudicis nõ notarij, ideo deberet dicere ꝙ iudex diligẽter inſpexit, & nullo uitio reperto, mãdauit ſibi notario ut exẽplaret, licet nõ ſit dãnoſum, ſi etiam notarius atteſteẽ de ſenſu ſuo: ut per Ab. in c.fi.de fi.inſtr.fac.not. ꝑ Inn. & Ab. in c. qm̃ cõtra.eo.

f Vitiata. Puta quòd ſit raſura in loco ſuſpecto: ut per Ab. in c. cũ uenerabilis. de reli.dom. in fi. uel ſimile uitium, de quo per Fely. in c. ex literis. de fide inſtr. & latiſsimè per Legiſtas in l.fi.C.de edict.di.Hadr. tollen.

g Perſonã. Et ſi publica ꝑſona nõ poſſet haberi, poterit inſtrumentũ exẽplari authoritate iudicis ꝑ honeſtas aliquas perſonas: ar. c. qm̃ contra.eo. & not. in c. fi. de fide inſtrum.

h In publicã formã. No. loquendi modũ: quia nõ dicit exẽplata fuerit, ſed redacta ĩ publicã formã: nam inſtrã aliàs publica dicunẽ exemplari nõ aũt publicari, cũ iã ſint publica, exẽplum tñ ẽt debet eſſe publicũ aliàs nõ faceret fidẽ ut hic, priuata uerò & nõ authẽtica dicunẽ publicari, uel in publicã formã redigi, ut hic & in c. cũ P. tabellio. de fid. inſtr. ubi Inn. & Ab. in j. no. Inſinuatio aũt differt & ab exemplatione, & à publicatiõe, de qua dic ut per Bar. in l. Modeſtinus. ff. de dona.

i Præuẽtus. Si n. uiueret non poſſet alteri committere completionẽ inſtrumenti, ſed ipſemet deberet complere inſtrumentum prout reperitur in ꝓtocolo nihil addẽdo uel diminuendo: ut in Aut. de tabel. col. v. & no. in c.pe. de fi.inſtr. poſt mortem uerò fiet ut hic dr̃ & in d.c.pe. & in l. contractus. C. de fid. inſtru.

k Literam. Exemplum in c. ex parte. de fid. inſtru. qui tex. licet loquatur ſpecialiter in literis do. Papæ: tñ multo magis obtinet in alijs ſcripturis, in quibus non tanta adhibeẽ diligentia quanta in literis Papæ, in quibus nihil dẽ eſſe diminutum: ar. c. cum adeò. & c. ad audientiã. de reſcrip. & c. apoſtolicæ. xxxv, q. ix. & ampliatur quod hic dicitur tribus uel quatuor modis de quibus per Abb. in d. cap. ex parte.

l Nõ ſuſpecto. Sed qui diceẽ locus ſuſpectus? reſpon.

ref.in nominibus iudicū, in data, in remotione appellationis, in nominibus partiū, rerū de quibus agit, & in multis alijs, ſuper quibus diſcretus iudex arbitrabitur: ut not. in c. inter dilectos. & in c. ex literis. de fid. inſtr. & no. ꝙ magis reddit ſuſpectā ſcripturā raſura, q̄ cōſumptio, ſcd̄m Doct. in d. c. inter dilectos. ꝑ c. fi. de fid. inſtr. & c. cum dilecta. de confir. util. uel inutilit.

a Legitimè. Id ē, plenè ut ſtatim innuit ex ſequēti.

b Suppleri. c. ex literis. & c. fi. de iureiu. & de hoc latè ꝑ Legiſtas in l. admonēdi. de iureiu. & in l. ī bonæfi. C. de reb. cre. & ꝑ Cano. ī c. fi. de iureiu.

c Cōfirmatio. c. etſi Chriſtus. uerſ. fic. & iurm̄ &c. de iureiur. & uide qd̄ not. xxij. q. j. ī ſumma. Hoſti. in ſum. eo. tit. §. j. aliter deſcribit iuramētū, aliter Cy. in Aut. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uēdi. uide per Abba. in Rubr. de iureiurand.

authoritas uacillabit.

Ad ſupplendam probationem poteſt iuſiurandum deferri. hoc dicit.

Quod ſi nec teſtibus, nec inſtrumentis intētionē ſuam actor legitimè [a] deduxerit permittēte iudice nō plenè probationes iuriſiurādi religione ſuppleri, [b] & cauſa terminari poterit. Nec enim aliud eſt iuramētū, quàm ueritatis cōfirmatio, [c] cum aliquid Deo teſte aſſerit.

Iuramentum aliud uoluntarium, aliud neceſſarium: & neceſſarium niſi ex cauſa recuſari non poteſt. h.d.

Sed cū ſit iuramentū multiplex, [d] duplex tantū in propoſito cōſiderari poterit: aut enim eſt neceſſariū, aut uoluntarium. Neceſſarium eſt quod ad ſupplendas probationes [e] à iudice parti [f] defertur, quod ꝓptereà neceſſariū nuncupatū, & ꝙ à iudice illud omnino deferri partibus [g] oportet, & quod ritè delatum ab eiſdem, niſi ex iuſtis cauſis recuſari non poterit.

Quæ ſint iuſtæ cauſæ recuſandi iuramentum. h.d.

Sūt autem iuſtæ recuſandi cauſæ, utputa ſi actor plenè [h] probauerit, aut ſi ſibi nō plenè cognitam rem ipſam aſſerat, [i] & ſi quę ſunt huiuſmodi. [k]

d Multiplex. De iſta multiplicitate uide no. in Rub. ff. de iureiu. & in c. fi. eo. tit. latiſſimè ꝑ Venuſ. in ſpe. aureo in ij. par. iudicij. in ix. actu.

e Probationes. Fac. c. ex literis. ca. etſi Chriſtus. & c. fi. de iureiur.

f Parti Sed cui parti actori ne an reo? reſ. circa hoc quot ſunt capita tot ſunt ſententiæ: ut per Legiſtas in l. admonendi. ff. de iureiur. per Cano. in cap fin. de iureiu.

g Partibus. Scilicet petentibus, ſcd̄m Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. Nec. n. tenetur iudex impendere officiū ad cōmodum partis nō petentis. l. iiij. §. hoc aūt iudiciū. ff. de dan. infect. Tu dic cōtra ſecundum Ab. ſ. quòd ēt non petēte parte tenebitur iudex hoc iuramentum deferre. l. in bonæfidei. C. de reb. credi. ponderando uerbum oportet. ſecundum unam literam. Nec ob. ratio Bart. quia ſatis eſt partem à principio petijſſe iuſtitiam, iudex autem debet cuncta rimari, & modis omnibus laborare pro ueritate habenda. xxx. q. v. c. iudicantem. l. nullus. C. de teſti. ut per Abb. in ca. fin. §. j. de iureiu. in quarto not. & in fin.

h Plenè probauerit. Sed quando dicetur actor plenè probaſſe? reſp. quando iudex ex his: quæ ſibi oſtenſa ſunt eſt adductus ad fidē & credulitatē eius quod intenditur. l. ad fidem. ff. de teſtib. l. quinquaginta. ff. d̄ proba. qualiter autem ad hoc adducatur non pōt dari certa doctrina, uide per Legiſtas in l. admonēdi. ff. de iureiu. & ꝑ Ab. in c. tertio loco. e. & in c. fi. §. j. de iureiu. uer. ſcd̄o q̄ritur. Sed an ſaltē iuramentum ſit deferendū eo caſu quo actor plenè probauit intentionem ſuam, & reus ſemiplenè defenſionem? reſ. ut per Doct. in l. in bonæfidei. C. de reb. cred. & in d. l. admonendi. & per Cano. in d. §. j. præcipuè per Ab. in uerſi. ſed quia ſupra, & per Bar. in l. manifeſtæ. ff. de iureiur.

i Aſſerat. Not. unum de ſex requiſitis ad hoc ut huiuſmodi iuramentum deferri ualeat, ſcilicet quòd requiritur quòd pars ſciat ueriſimiliter ueritatem per ſenſum corporeum, ut not. in l. admonendi. ff. de iureiu. in uerb. exacto. & in l. in bonęfidei. C. de reb. cre. & ideò non defertur hæredi: quia uerisimiliter ignorat ueritatem negotij, de alijs requiſitis latiſſimè in locis ſupra alleg.

k Huiuſmodi. De quibus per Legiſtas in l. manifeſtæ. ff. de iureiu. & per Canoniſtas in c. fin. eod. titu.

Si pro reo ſunt præſumptiones, ſibi deferendum eſt iuramentum, niſi aliter iudex arbitretur. h. d.

Sed etſi pro reo p̄ſumptiones fuerint, eidem hoc ſacramentum iudex deferet ad ſuam tuendam innocentiam, niſi inſpectis perſonarum,[a] & cauſæ[b] qualitatibus, illud actori deferendum cenſeat.

Voluntarium iuramentũ quod defertur à parte parti, quod deferenti poteſt referri, niſi ſimus in famoſis actionibus. h. d.

Voluntarium eſt quod à parte[c] parti in iudicio defertur. quod quia litem terminat, deciſorium[d] quoque nũcupari poterit. Et appellatur uolũtarium quia pars non niſi uolens deferet,[e] & ab eo cui defertur licitè recuſari, ac referri poterit. Planè ſi reus famoſis actionibus[f] conuentus fuerit, huiuſmodi iuſiurandum agẽti referre minimè permittetur, cum non actor, ſed ipſe qui conuenitur facti proprij,[g] cõſcius eſſe debeat.

Ponit exempla plura in quibus probationes reſpiciũt perſonam iudicis. h. d.

a Perſonarum. Quia non cuilibet defertur hoc iuramentum, ſed requiritur quòd is cui defertur ſit perſona honeſta, & bonæ uitæ: qa uili & ſuſpectæ de periurio non defertur, ut habetur in c. fi. §. planè de iureiu. & in l. admonẽdi. de iureiu. & ꝑ Bal. in l. qui accuſare. C. de edend. concord. cũ hoc d. c. fi. in fin. & inde hæc litera ſumitur. & ca. fi. de teſti. in vj.

b Cauſæ. Vt, quia cauſa nõ ſit magna ſed modica. Nec. n. huiuſmodi iuramentũ defertur in cauſa ardua uel criminali, ut traditur ĩ l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. dicitur autem parua uel magna cauſa ſecundum conditionem perſonarum, ſecũdũ Bart. in Aut. niſi breuiores. C. de ſent. ex breui. reci.

c Parte parti. Iudice tamẽ approbante, alioqui quod ſic dicitur de neceſſitate ſuſcipiendi iuramentum, uel referendi, non haberet locũ ſecundum Hoſti. in c. fi. de iureiu. quem ibi ſequitur Abb. & Bart. in l manifeſtæ. ff. eod. tit. probatur in d. c. fi. & in l. generaliter. §. ſin autem. C. de iureiu. Ratio; quia pars non poteſt neceſſitare partem ad iurandum, uel referendum: arg. eorum quæ not. per Abb. in c. prour. de dolo. & contum. ſecus ſi & iudex concurrat, Abb. in d. c. fi. uerſ. ſed contra prædicta.

d Deciſorium. Videtur hoc eſſe præter uel etiam contra id quod dicit Abb. in cap. fin. de iureiu. ubi in principio ſummando text. uidetur inferre quòd tam neceſſarium, quàm uoluntarium appelletur deciſorium. immo idem ibidem in prima col. uerſic. appellatur iſtud etiam. uidetur uelle quòd ſolum neceſſarium dicatur deciſorium; ſed, quia id conferat ad litis deciſionem. Sed re uera hæc appellatio potius conuenit iuramento uoluntario: nam neceſſarium licet conferat ad litis deciſionem, id tamen accidit non principaliter ſed in conſequentiam: quia ſcilicet ex probationibus lis deciditur principaliter tamen & immediatè, reſpicit ꝓbationes, ideò dicitur ſupplere ꝓbationes ſemiplenas, non ſic uoluntarium, in quo pars efficitur iudex, & propterea dicitur non minorem habere authoritatẽ, quàm res iudicata. l. j. & l. ij. ff. de iureiur. & l. non erit. §. dato. ff. eod. titul. Docto. in l. j. C. de reb. credi. & regulariter non admittitur probatio in contrarium, & ideò nõ eſt curandum de dictis per Abbat.

e Deferet. Et ſic tam reſpectu partis deferentis, quàm eius cui defertur, quàm etiam iudicis dicitur uoluntarium, fac. l. manifeſtæ. ff. de iureiurando. & ibi per Legiſtas latè.

f Actionibus. Vt in actione furti, & alijs famoſis actionibus. Item actione rerum amotarum non refertur iuramentum. ff. rer. amot. l. Marcellus. §. fin. cum ll. ſeqq. Idem ubicunque lex defert ius iurandum. l. fin. C. de fideicomm. & C. de iu. delib. l. ſancimus. §. licentia. & C. de iu. dom. iu pet. l. fin. & C. de his, qui ad Eccle. confug. l. præſenti. §. ſicubi, & C. de bon. aut iu. poſſi. l. fin. §. fin. niſi eadem lege permittatur referendi poteſtas. Item ſciendum quòd qui defert iurabit quòd per calumniam non defert, ut not. in cap. fin. de iureiur.

g Facti proprij. Nota rationem cur in actione famoſa non liceat referre iuramentũ, quidquid

Iudicis [a] inſpectione conſiſtunt probationes, utputa, cũ pro terminãdis finalibus [b] quæſtionibus proprijs [c] oculis loca iudex ſubijcit, aut ex aſpectu corporis ætatem [d] colligit, aut cũ ex literis Ordinarij, uel Apoſtolicis excõmunicatus, aut dignitatibus honeſtatus q̃s deprehenditur, [e] uel cum ad probandã uirginitatẽ ab honeſtis, & prudẽtibus matronis, uice ſua iudex inſpici mulierẽ [f] iubet.

Notorium probatione non indiget. hoc dicit.

Sed & ſi quid notorium fuerit teſtium depoſitionibus, uel inſtrumentorum exhibitione amplius declarari [g] non debet, [h] cum talia probationẽ, uel ordinem iudiciarium non requirant. [i]

Iudex debet aduertere ne dubium recipiat pro notorio. h.d.

Sed cum multa dicantur notoria, quæ non ſunt, proſpicere debet iudex ne quod dubium eſt pro notorio recipiat. [k]

Vehemens ſuſpicio interdum habet uim notorij. h.d.

quid aliqui dixerint uolentes alias rationes reddere, de quibus per Abb. in cap. fi. de iureiurand. in princ. uerſic. uenio nunc. Et cum ex ratione legis etiam coniecturata reſtringatur & amplietur legis diſpoſitio. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. & not. in l. non dubium. C. de ll. & per Bart. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locar. infertur quòd ſi actio famoſa eſt talis in qua accuſator ſeu actor poteſt eſſe ita bene uel forte melius informatus, quàm reus poteſt referri. ut ſi accuſo te quòd intuleris mihi iniuriam. Ita Barto. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de iure iu. & in l. lex Cornelia. §. hac lege. ff de iniu. ſequuntur Butri. & Abb. in c. fi. de iureiur.

a Iudicis. Habes hic aliquos caſus in quibus fit probatio p̄ aſpectum, maximè iudicis. plures alios cumulat Mandoſius in ſuo commẽto in regulas Cãcellariæ in reg. De ætate pro canonicatibus, q́ eſt xviij. nu 4. uerſ. aſpectu atrox iniuria.

b Finalibus. L. ſi irruptione. §. ad officiũ. ff. fin. reg fac. l. iij. C. eod. tit. & c. quia indicante. ubi Abb. ponit practicam, de præſcrip. & c. ex literis. & c. cum cauſam. de probat.

c Proprijs oculis. Vel etiam ſi mandet peritis, ut ſuo nomine inſpiciant, ut hic in fin. Sed an debeant iurare ut alij teſtes? reſp. non iurãt de ueritate, ſed de credulitate. Abb. in c. fraternitas. poſt Bart de frig. & ma.

d Aetatem colligit. L. minor xxv. an. adito præſide. ff. de mino. & plenè per Barto. in l. de ætate. eod. tit. & in l. tabularum. §. ſi dubitetur ff. quemad. teſta. ape.

e Deprehenditur. Cle. j. eo. Hoſti. in ſumma huius tit. §. fi. uerſ. decimo fit etiam.

f Mulierem. Not. caſum in quo facienda eſt mulieris inſpectio. fac. c. cauſam. & c. propoſuiſti. eo. Alius caſus eſt an ſit idonea matrimonio. c. fraternitatis. de frig. & male. Item an ſit prægnans. l. j. §. j. & §. de inſpiciendo. ff. de uent. inſpic.

g Declarari. Licet autem notorium releuet ab onere probãdi, ut hic dr̃, & in c. ſuper eo. de teſti. cogend. non tamen releuat ab onere proponendij, & allegandi: ut not. in Cle. appellanti. de appel. in uerb. iudicis. & ibi per Card. q. v. Idem tenet Peruſ. in ca. ut debitùs. eod. tit. in vj. & per Gemi. in c. j eo. tit. in vj.

h Non debet. Nec diſtinguitur utrum pars neget uel confiteatur. Vnde infertur ſecundum Abb. in capit. ſuper eo. de teſti. cog. quòd negatio partis non inficit notorium, nec reddit rem dubiam. fac. quod not. Inno. in c. tua. de cohabi. mul. & cle. & de materia latiſsimè per Doct. p̄ſertim per Butri. in c. ueſtra. de cohab. mul. & cle. & ſecundum Bal. in Aut. quod locum. C. de collat. decẽ teſtium depoſitio uidetur facere notorium.

i Non requirant. Quantum ad probationem ſicut nec in confitente neceſſariæ ſunt partes iudicis. l. proinde. ff. ad leg. Aquil. ſententia tamen eſt neceſſaria. l. j. ff. de confeſ. ca. porro. de diuort.

k Recipiat. c. cõſuluit. de appel. Eſt aũt notoriũ triplex facti, iuris, & p̄ſumptionis, facti q̄ ita ſe exhibet hominũ cõſpectui q̃d nulla põt tergiuerſatione celari. c. tua. & c. fi. de cohab. mul. & cle. & ĩ tali appellãs nõ audit̃. c. cũ Romana. i fi. & c. p̄uenit. de app. Et ĩ tali notorio credit̃ ſimplici officiali. iij. q. iiij. § aliq̃n. Nec requiritur ſcientia omnium ſed plurium: fac. ij. q. j.

ij.q.j.cáp.ſcelus.& cap.manifeſta. Iuris eſt de quo aliquis condemnatur. uel eſt in iure confeſſus,ut in cap.ueſtra.& cap.fi.de cohab.cle & mulie.l.fi.de ſta.homi.& l. res iudicata.ff.de re iudic. & in hoc notorio quandoq; requiritur probatio ſi negetur, ca.ſicut.de re iudic. Notorium præſumptum eſt paternitas filiatio.ff.de ĩ ius uoc. l. quia ſemper.ff. de in ius uoc. fac. l.Lucius.de cond. & dem.& cap.cõquerente. de fil. presbyt.& conſanguinitas, cap.porrò.de diuort.

Ad notorium propè accedit uehemens ſuſpicio,nam ſi(exempli gratia) de carnali copula quæratur,[a] & ſint qui ſolum cũ ſola, nudũ cum nuda in eodẽ lecto iacentẽ locis ſecretis, & ad hoc cõmodis,& horis electis ſe uidiſſe[b] deponãt: procul dubio ex ſuſpicionibus[c] tã uehemẽtibus ſequutam copulam pronuntiari poterit.[d] Planè ſi de graui crimine[e] actũ fuerit propter ſolã ſuſpicionem quãquam uehementem[f] nemo condemnabitur.

a Quæratur. Sumitur qđ hic dicitur ex cap.literis. cum c.ſeq. de præſump.& ex c.præterea.de teſtibus.

b Vidiſſe.Et quod ſe inuicẽ cognouerint credere,ut not.in c.literis.de præſumpt. & ſic nota caſum in quo ualet teſtimonium de credulitate,quando ſcilicet eſt coniunctum actibus propinquis rei probandæ.fac.not.per Ab.in c. quoties.de teſti. Sufficit enim dictum teſtis cõcludere præſumptiue, qñ præſumptio eſt uiolenta,& iuridica, no. per Legiſtas ĩ l.j.ff.ſi cer. pet.Sed quid ſi nihil deponãt de uiſu, ſed dicãt quòd audiuerũt ipſos cõmiſcentes? Reſp.licet teſtimonium de auditu proprio ſit aliàs per ſe ſufficiens,xiiij.q.ij.c.quãquã & not.in l.in ſumma.§.idem Labeo.ff. de aq.plu. arcend.hoc tamen caſu nõ ſufficeret:nã actus copulæ nõ percipitur ſenſu auditus tantum, ſed requiruntur & alia adminicula,puta,fama publica, riſus,iocus,miſſio nunciorum,& munerum,amplexus, oſcula,& ſimilia: ut per Ab. poſt Hoſt. in cap. præterea.de teſtibus. Sed poſſet dici ꝙ poſſent teſtes deponere de talium uerborum auditu ꝑ quæ probaretur copula, puta, ſi alter coeuntium fuiſſet auditus interrogans alium, an adhuc ſemen emiſerit, uel quam moram interponat emiſſioni,inſtrumẽtum totum uuluam fuerit ingreſſum,& alia uerba quæ inuenit effrenatus libidinis ardor.

c Suſpicionibus. Nec.n.aliter poteſt probari hoc delictum niſi per ſuſpiciones uehemẽtes, licet.n.teſtes uiderint uirũ ſupra mulierem,nõ per hoc neceſſario infertur ꝙ illam cognouerit, forte.n.uir erat frigidus, uel maleficiatus, uel nõ potuit tunc coire, licet aliàs eſſet potẽs: qa fortè erat mulier arcta: ut per Io. And. & Abb. in ca.præterea.de teſtibus.

d Poterit. Immo Bart. in l.furẽ ff. de furt.dicebat poſſe pronuntiari, etiam ſi tãtum quis fuiſſet repertus in domo alicuius pulchrę mulieris, licet idem aliter ſentiat poſt Gloſ. in l. capite quinto.ff.de adul. aliter etiam ſentit Ab. in c.tertio loco.eo.uerſ.ſed ego addo. & in c. tertio loco uerſ.ſed quęro hic.de pſũmpt.Et amplia quod hic dicitur ut habeat locum etiam ſi agatur ſuper adulterio. & inceſtu criminaliter: ut per Ab.in c.literis.de præſumptio.

e Graui crimine.Vt eſt crimen hæreſis: ut in c.literas.de pręſumpt.unde ſumitur.uidetur ergo à contrario ſenſu inferri primum, quòd in crimine non graui poſſit ex uehemẽtibus præſumptionibus ſequi condemnatio, de quo dic ut latè per Ab.& alios in cap. quanto. de præſumpt.Secundo infertur quòd adulterium non uidetur eſſe graue crimen, quod ſatis uidetur poſſe admitti, per cap. at ſi clerici.§.de adulterijs.de iudi.Contra tamen uidetur xxxij.q. vij.cap.quod in omnibus,Sol.ut not.in d.§.de adulterijs.& in d.c.quid in omnibus.

f Vehementem. Secus ſi ſit uiolenta: quia plus eſt quàm uehemens,ut not.in cap.literas. de præſumptio.Sed tu dic ꝙ uiolenta & uehemens idem ſunt in propoſito,ut in dicto capitulo literas. & in capitulo cum contumacia. de hæret. in vj. & deducit Ab. in cap. quanto. de præſumpt. uerſiculo. *Ego autem.* & in uerſiculo. ſic ex his etiam concludo. & in hac litera diuerſitatem inducit criminum grauitas, & diuerſitas non autem uehementia ſuſpicionis, & uiolentia.

Fama præſtat adminiculũ cæteris probationibus. Et iudex ex uarÿs debet animum ſuum inſtruere.h.d.

Fama quoque ſi de aliquo facto inuul-

Cæteris

a Cæteris præſumptionibus. Vt puta ſi agatur de matrimonio, & dicerentur uir & mulier diu ſimul habitaſſe, ſe coniuges nominaſſe, anulos detuliſſe: ut in ca. illud. & ibi plenè not. de præſumptio.

gata fuerit cęteris prę ſumptionibus [a] nō leue præſertim in quibuſdā [b] præſtabit adminiculum. Demum circunſpectus iudex motum animi ſui non ex una tantum re, ſed ex uarijs argumentis, & teſtimonijs, quç rei aptiora eſſe compererit, cōfirmabit. [c] Iudicaturum enim oportet cuncta [d] rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione [e] diſcutere, nec ſententiam prius ferre, quàm pactis oībus nihil habeat in quæſtione qđ proponat. [f]

b In quibuſdā. Puta cum agitur de matrimonio carnali & ſpirituali: ut per Ab. in c. illud. uerſiculo. tertium intellectum.

c Confirmabit. cap. Prætereà. de teſti. l. iij. ff. eo. titulo.

d Cuncta. Videtur ergo ꝙ à teſte poſsit inquirere an talis ſit qui teſtificari poſſit, ut ij. q. vij. c. quærendum: ut not. in ca. iudicātem. xxxv. quæſt. v. unde ſumitur.

e Plena inquiſitione. Scilicet in petitorio: ſecus ī poſſeſſorio: quia ſufficit ſummatim negocium tangere. l. iij. §. ſciendum. ff. ad exhibend. l. à diuo Pio. ff. de re iudi. cap. quoniam frequenter. in fi. ut li. non conteſt.

f Proponat. Et tam diu actio uentiletur quouſque ad rei ueritatem perueniatur, ut in capit. iudicantem. xxxv. q. v. In tantum quòd ſententia lata non uiſis uidendis non ualet, licet poſteà appareat, quòd illa quæ erant uidenda nó faciant ad tombum: arg. eorum quæ habentur per Abb. in cap. prudentiam. in fine principij ſuper Gloſ. in uerbo conſtare.

DE SENTENTIIS ET RE IVDICATA.

g De ſententijs &c. Quia ex probationibus deuenitur ad ſententias, & ex ſententijs ad rem iudicatam, ideò de his ſubnectit. Differt autem ſententia à re iudi. ſecundum Ioan. Andreæ: quia ſententia propriè & ſtrictè appellatur cum adeſt appellandi facultas, cum uerò non ſubeſt remedium retractatiuū appellatur res iudicata largè, tamen uidetur quòd etiam ſi ſubſit remedium appellationis poſſit appellari res iudicata. l. litigatoribus. C. de appellat. de quo tamen pro reſolutione uide p Legiſtas in l. j. ff. de re iudic. & per Ab. & aliòs. in Rubrica. eod.

DE SENTENtijs, [g] & re iudicata. XV

Duæ ſunt ſpecies ſententiarum, interlocutoria, & diffinitiua: & interlocutoria poteſt reuocari ante diffinitiuam. h. d.

Videamus nūc [h] de ſententijs, [i] & re iudicata. [k] Eſt aūt ſententia nihil aliud quā controuerſię propoſitæ à iudice ritè [l]

h Videamus nūc. Quaſi dicat poſtquam uidimus de probationibus, uideamus de ſententijs, quæ ſubſequuntur probationes.

i Sententijs. Tam interlocutorijs, quàm diffinitiuis, ut infra per totum.

k Re iudicata. Quæ differt à ſententia, ut ſupra eodem in Rub.

l Rite. Sed cur non dixit recte? Reſp. quia hoc uerbum reſpicit iuſtitiam ex cauſa, rite iuſtitiam ex ordine l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. cō tratab. omiſſio autem iuſtitiæ ex cauſa nō reddit ſentētiā nullā, & nō ſententiā, l. j. ff. de app. Sed omiſſio uel defectus iuſtitiæ ordinis, ita officit ut pronuntiatū non ſit ſententia. l. iiij. §. cōdemnatū. ff. de re iudi. & per Bart. in l. prolatā. C. de ſent. & p Ab. in cap. cū olim. uerſ. Sed in contrarium. Et in tantum omiſſio ſubſtantialis proceſſus releuat, quòd quāuis iudex appellationis regulariter ſententiam ex quocūq; etiam iuriſdictionis aut citationis defectu nullam reformare poſſit, ſecundum communem opinionem. Alexan. in conſi. lxvij. lib. vj. & conſil. cix. lib. v. & conſil. lxxix. lib. ij. ſententia tamen nulla ex defectu ordinis iudiciarij ſubſtantialis per dictum iudicem reformari non poſſit, ſed dumtaxat pronuntiari nulla, Ab. poſt antiquos in cap. cum dilecti. de empt. & uend.

Duæ

a Duæ ſunt ſpẽs. Immo plures. Nam præter diffinitiuam & interlocutoriam ſententiam numeratur etiam ſpecies quarundã quæ habent uim diffinitiuarũ: ut per Ab. in Rub. eod. Item ſententia præcepti: ut not. ij. q. j. in ſumma. Itẽ quaſi diffinitiua: ut ſentẽtia lata ſuper poſſeſſorio, ad not. in c. conſultationibus. de offic. deleg. & p Ab. in c. fi. de iudi. Reſp. hic ponitur Cardinalis diſtinctio & ſectio, ad quã omnes cuiuſcunque generis ſentẽtiæ redigi pñt. ſicut dicimus in actionibus, ꝙ aut ſunt reales, aut pſonales, & licet reperiantur etiã mixtæ, uel quæ hñt alias qualitates præter realitatem uel perſonalitatẽ, oẽs tñ redigũtur ad illã bimẽbrem diſtinctionẽ. fac. not. per Hoſt. in ſum. eod. i princ.

b Interlocutoria eſt. Hæc diffinitio ſiue deſcriptio ſumiẽ ex his quæ ponit Spec. in tit. de ſent. pro latione in princ. & ex Gloſ. in Clem. prima. de ſeq poſſ. & fruct. & ſequitur Abb. in Rub. eod. & ideo dicitẽ interlocutoria: quia iudex nõ diffinit cãm, ſed loquitur inter principium & finẽ cauſæ, uel quia iudex inter partes loquẽdo ſine ſolennitate ſcripturæ pnũtiat: ut p Hoſt. poſt Goff. in ſumma eo. §. ij. in prin. & p Ab. ĩ Rub. eod. & not. p Legiſtas in Rub. ff. de re iud.

c Emergunt. Vſq; adeò ut omnis uox iudicis faciens ad cãm poſſit dici interlocutoria. Bal. ĩ l. arbitro. ff. q ſatiſd. cog. & p Legiſt. ĩ Rub. eo.

d Dilationem. c. ſignificauerunt. de teſti.

e Exceptionibus. Siue dilatorijs, ſiue peremptorijs, ut not. in Clem. fin. de appell. licet lata ſuper peremptoria habeat uim diffinitiuæ.

f Nec in ſcriptis. Licet aũt non ſit neceſſe interlocutoriam ferri in ſcriptis, debet tamen in ſcriptis redigi ut appareat in actis, ca. qm̃ contra. & ibi no. in uerbo interlocutiones. de probat. Spec. ĩ tit. de ſent. §. iuſta. uerſ. quid de interlocutoria. not. in l. ij. ff. de app. recip. p Doct. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proc. & not. in cap. fi. eod. in vj.

g Poterit. L. qd̃ iuſſit. ubi latè per Legiſtas. ff. de re iudic. & per Cano. in ca. cum ceſſante. de appella. & §. ſed & ſi iudex. infra tit. px.

h Diffinitio iudicialis. Hoc uerbũ ſtat tanq̃ genus. Nam conuenit ẽt ſententiæ interlocutoriæ, nã & interlocutoria aliquid diffinit ĩ iudicio nẽpe id ſup quo fertur.

i Imponit. Terminat. n. iurgantiũ controuerſias l. j. ff. eo. c. iurgantiũ. ext. eod. l. qualem. ff. de arb. xj. q. iij. c. ſummopere.

k Habetur. j. q. vj. §. diffinitiua. qñq; nõ ualet etiam ſi contineat cõdemnationem, ut ſi iudex percipiat ſolui debitum, & quando ſententia eſt incerta, ut C. de ſent. quæ ſi. cer. quanti. quandoq; tenet etiam ſi nõ contineat condemnationem, uel abſolutionẽ. ij. q. vj. §. biduũ. & not. in d. §. diffinitiua.

l Denegabiẽ. L. iudex poſtq̃ cũ materia. ff. eo.

m Equiualens. Non enim tam uerba conſideranda ſunt, quàm uoluntas, cum non intentio uerbis, ſed uerba deſeruiant intentioni capitulo intelligentia. & capitu. præterea. de uerb. ſigniũ. & j. quæſt. j. cap. marchion. quod habet locum

facta diffinitio. Sentẽtiarum duæ ſunt ſpecies, [a] aut enim interlocutoriæ ſunt, aut diffinitiuæ. Interlocutoria [b] eſt illa, quæ inter principium, & finem cauſę fertur ſuper his quæ incidunt, uel emergunt: [c] qualis cum iudex dandã, uel negandam dilationem [d] ad examinandos teſtes, uel exhibenda iuſtrumenta interloquitur, uel ſuper aliquibus exceptionibus [e] pronuntiat, quã nec inſcriptis [f] ferri oportet, & ante diffinitiuã ſentẽtiam quãdocunque iudex reuocare poterit. [g]

Diffinitiua ſententia eſt quæ condemnando uel abſoluendo liti finem imponit, nec requiritur de neceſſitate in ea uerbum condemno, uel abſoluto, ſed ſufficit æquipollens. h. d.

Diffinitiua uerò ſententia eſt diffinitio iudicialis, [h] quæ condemnando, uel abſoluẽdo principali controuerſiæ finẽ imponit. [i] Diffinitiua enim quæ nec condemnationẽ, nec abſolutionem cõtinet pro nulla habetur: [k] hanc ſimul ac tulerit retractandi copia iudici denegabitur. [l] Non tamen ut ſententia ualeat cõdemnandi, uel abſoluendi uerbum neceſſario continere debebit, ſed ſatis erit quòd uerbum æquiualẽs [m] cõtineat. Vnde reſcri-

locum etiam in ſententijs, Abb. in cap.in his. de uerb.ſignifi.ſed an poſſit iudex pronuntiare per uerbum uidetur, ut puta,uideri ſibi &c.Reſpondeo ut per Abb.in cap.j.de iudi.in ultimo notando poſt Bart. in l.quid tamen.§.ſed arbiter.ff.de arbit.

ptum eſt eius diffinitionem,qui ita ſe ſtatuere,& pręcipere ,pronuntiaſſet, legitimæ ſententiæ obtinere firmitatem,[a]

Sentẽtia debet ferri ſedendo, & deſcripti recitatione, aliàs non ualet:& Epiſcopus facere poteſt quòd alius pro ſe recitet.h.d.

a Firmitatem. cap. in his. de uerbis ſignifi.

b Vocatis. cap. cum olim. de teſti. aliàs lata ſine citatione eſſet ipſo iurę nulla. Clę. paſtoralis. de re iudicata. etiam ſi eſſet lata in fauorem non citati: not. in l. ea quæ. C, quomodo, & & quando iud.& per Ab.in ca. cauſam quæ. de iudi.ante fi.& in c.quoniam contra. de probat.

c Loco.Eſt autem locus congruus iudicis is in quo prædeceſſores ſui ſunt ſoliti ius reddere: aliàs ſententia non ualeret l. pe.ff.de iuſti. & iu.& ibi per Legiſtas.& in l.cum ſententiam C.eo.quod intellige in ordinario, uel etiam in delegato ad uniuerſitatem cauſarum: ſecus in delegato ad cauſam particularem: quia is ex quo non habet certum locum poteſt ubicunque uult etiam in camera locum deligere. habetur in locis præalleg. Itẽ locus erit cõgruus ſi ſit tutus & non aliter,Bal.in l.j.C.de ſent.ex breui, reci. cap.ſtatuimus.de offic.deleg.in vj. Alios plures caſus in quibus iudex dum fert ſententiam in loco ordinario uel certo reſidere non tenetur ponit Venus. in ſpec. aureo in princ.tertiæ partis princ.iudi.ſub num.72.

d Tempore.Vt,quia tunc ius dicatur: aliàs non ualeret in l.fi.C.de fer. & in l.ij.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit, & in l.j.C.quomodo, & quando iudex.Item quòd feratur ſententia die & hora qua facta eſt citatio: aliàs non ualeret l aut qui aliter.in princ. & in l. ſi uitem.§.ſi.ff. quod ui aut clam. & l.cum non eo dic.C.quando prouoc. non eſt neceſſ. Item conſideratur tempus ut feratur ſententia non perempta inſtantia, ut per Legiſt. in l. properandum: in princ.C.de iudi.fac.ſimile de arbitro l. ſi cum dies §. ſi intra. & l. non diſtinguemus.§.compromiſſo. & §.ſi.ff.de arbit. Item ut feratur de die non de nocte, habetur in l. more Romano ff.de ferijs,& in c.conſuluit.de offi.deleg.Item quòd non ſit lata pendente dilatione.l.ſiue pars.C.de dilat.

e Sedens. Anima enim ſedendo & quieſcendo fit prudentior.Vnde Hieronymus ſuper Daniele ca.octauo ſuper illis uerbis *Antiquus dierum ſedit.* ſic dicit, ſedẽs deſcribitur ut maturitas ſententiæ comprobetur.

Vocatis[b] igitũ partibus, loco[c] & tempore[d] cõgruis iudex ipſe ſedens[e] ſententiam de ſcripti[f] recitatione proferet, aliàs ſi nõ iudex,ſed alius[g] legerit, uel ſcriptam litigatoribus tantum ediderit,[h] uel ſtando nõ ſedendo[i] tulerit,

f De ſcripti. Scribenda eſt autem ſententia nõ ut melius probetur. ut alia geſta: ſed ut cum maiore deliberatione & maturitate feratur, Ab. in cap. ſicut. eod, ante fin. uerſiculo uel tertio.

g Alius legerit. Quid ſi iudex nouiter excecatus eſt,uel neſcit legere? cum tales iudicare poſſint l.cæcus.ff.de iudi.ubi de hoc, & l. certi C.eo.titulo. Solu.deleget cauſæ diffinitionem alteri,uel faciat per alium legi petitionem & allegationem partium, & per ſe ipſum ab alio inſtructus proferat uerba diffinitionis cauſæ, ſcilicet abſoluo uel condemno, quod licet nõ uideatur probare Hoſt.in ſum.eod.§.qualiter. approbatur tamen ab alijs communiter, & à conſuetudine ut not.in c.ſi.eod.in vj.

h Ediderit.Scilicet iudex, nec eſt aliqua uis an edita fuerit aperta uel clauſa: ut not.in c.ſi. eod.in vj.Arg,contra in cap.appellatio.de appel.in vj. Sol. ut ibi per Ioan. Andr. & de hoc l.j.C.de ſent.ex breui:reci.

i Non ſedendo. Et hoc non ſolum cum iudices diffinitiuè pronuntiant, ſed etiam quoties res plenam cognitionem deſiderat, l.ij.§. dies.ff.quis ordo i bon.poſ.ſer. & §.ſancimus. igitur. Aut,ut ab illuſtr.& qui ſuper eam digni. ſunt §.ſedebunt Aut.de iudi.xxiij.q.j.cap.paratus,ibi, ſedes me iudicare. Quid ſi iudex ſedeat in alta turri,uel palatio, & partes erant in ferius? Dic quòd ualet ſententia. potuit enim ſibi prouidere de tuto loco ſi forte timebat, arg.cap.cum locum.de ſponſal.cap. bonæ.primo.de elect.& l.quod meo.§.ſi uenditorem.ff. de acqui.poſſ.& arg.l.iij.C.ubi ſen. uel claris, ante medium, ad hoc etiam cap. ſtatuimus.de offic.

offi.deleg.in vj.& cap.fi.de hæret. eod.lib.Idē poſſumus affirmare de eo qui ſederet ſuper equum: arg.l.qui ſella.ff.de ſerui. ruſti. præd. & cap.dilectus. & cap.ſignificaſti.de homicid. & not.de hoc in capit.fi.eo. in vj. & dicitur ſedendo & non in ſede: quia debet actu ſedere, nec ſufficeret ſi ſuper ſtaret uel iaceret, ſed ſi culus iudici doleret ita quòd non poſſet ſedere, dic ut not. in d.cap.fi.unde hęc notula ſumitur.

nullius penitus momenti erit, ut ab ea nec appellare ſit neceſſe.[a] Epiſcopo tamen, quem tantę dignitatis apex [b] attollit, inſtar perſonarum illuſtrium,[c] ſententiam per alium recitare permittitur.

Ex pluribus iudicibus ſufficit quod unus recitet ſententiam uſus plurali numero, ſecus in actu electionis.h.d.

Sed & ſi plures iudices [d] ſint, uel arbitri,[e] ſi cæteris pręſentibus, ac mādātibus [f] per unum tantum ſententia recitetur, ſi plurali [g] numero perlegendo uſus fuerit perinde habebitur, ac ſi ab omnibus recitata fuerit, licet aliud in electione [h] ſeruetur.

Si duo iudices ordinarij ſententias diuerſas ferant, tenet ſententia lata pro reo, niſi actoris cauſa ſit fauorabilis. ſi uerò delegati ſententia pendet ex uoluntate delegantis. ſi uerò arbitri neutra tenet: ſi uerò unus tantum ex pluribus pronuntiauerit, nulla erit ſententia.h.d.

Ex facto [i] dubitatū fuit duobus[k] iudi-

a Neceſſe. Vt ij q.j. cap.in primis. in fi. & c. fi. eod. in vj. cū ibi notat.

b Apex. Nec enim eſt dignitas in eccleſia Dei epiſcopatu maior. & fac. cap.ſanè.il. ij. de offi. deleg. & cap.ij. eod. tit. in vj.cū concord. alleg.in c.fi.eod.in vj.

c Illuſtrium.L.ij.C.de ſenten.ex bre.reci.§. ſancimus.in Aut.ut ab illuſtr.& qui ſuper eam digni.ſunt. habes ergo caſum in quo iudex nō recitat per ſe ſententiam, ſunt & alij in quibus ualet ſententia ſine his ſolemnitatibus: ut not. in cap.fi.eo.in vj.

d Iudices. Siue ordinarij ſiue delegati: ut not.in cap.pe.eod.in vj.

e Vel arbitri. Nota æquipatationem inter iudices & arbitros. Ad idem cap.uno delegatorum, de offic.deleg.& §.j.inſtitut.de action. interdum tamen magna eſt differentia.c.fi.eo. in antiqui.& c.ij.de arb.in vj.

f Mandantibus. Ergo ſi alij præſentes eſſent ſed non mandarent ſecus, & ſufficit ita eſſe ſcriptum.ff.qui & à qui l.proſpexit.vj.quæſtione iij.cap.ſcriptum eſt, & ſic taciturnitas hic non habetur pro mandato. & fac. cap.qui tacet. de reg. iu. in vj. & quod ibi Ioan. And. Nec enim in ſententijs procedit ratihabitio ſicut in alijs actibus, de hoc ix. quæſtione.ij. cap.j.cap.cum uos. de his quæ fi. à pcæl.&c. cautè ergo facit is pro quo lata eſt ſententia ab uno ſolo recitata ſi de mandato aliorum poſſit fidem facere, ſicut de ſententia, & pro hoc fa.quod not.in capitulo cum in iure. de offic.deleg.& in capitulo pen. eo. in vj. unde ſumitur hæc notula.

g Plurali numero. Idem ſi ſingulari, ſi collegæ qui hoc poſſent illi uices ſuas commiſiſſent non ſolum in recitando ſed etiam in pronuntiando: ut nota.in cap. pen.eo. in vj.i uerb.oportet.

h In electione. In ea enim (ut cēſeatur unica & communis) eſt ab uno uice omnium, ſiue per cōpromiſſum, ſiue per ſcrutiniū procedatur, electionis pronunciatio per uerba ſingularis numeri facienda, cap. pen. eo.in vj. Sed quid dicemus in collationibus ſi ad plures ſpectet collatio, erit neceſſe fieri ab uno, & per uerba ſingularis numeri? Reſpondeo negatiuè: nam ubi non habet locum capit.quia propter. de electio. ibi non habet locum quod hic dicitur, & in capitulo penul. eod. Sed in collationibus non habet locum decretalis illa, quia propter. & ita fuſius not.in d.cap.pen.

i Ex facto. Vt in cap.fi. eod.in antiq. unde ſumitur.

k Duobus. Idem ſi ſint plures in numero pari, puta quatuor ſunt iudices duo pronunciant pro una parte, alij pro alia: aliàs ſi pronuncient in numero diſpari, uel etiam pari, & ſint præſentes, & appareat quæ ſit maior pars, tenebit ſententia maioris partis, capitulo primo & capit.ij. diſtinctione lxv. & l. duo ex tribus.ff.de re iudic. & l.ſi in tres. cum l.ſequen.& l.diem.§.ſi plures.ff.de arbit. Fall. in caſu capitu. paſtoralis. primo reſponſo de reſcript. Item ſecūdum quoſdam fallit in cau-

ſa criminali epiſcopi, quia tunc non ualet ſententia niſi omnes concordent, vj. quæſtione.iiij.cap.j.& cap. ſi quis epiſcopus criminaliter.not.in cap.fi.eod.& per Legiſtas latè in l. duo ex tribus,ff.de re iudi.

cibus diuerſas proferentibus [a] ſententias, [b] utra ſit habenda potior, in qua ſpecie reſponſum eſt quòd ſi ex iuriſdictione ordinaria [c] proceſſerunt, tenet pro reo, [d] non pro actore lata ſententia: niſi agētis cauſa ſit fauorabilis, ut puta, [e] libertatis, [f] dotis, [g] matrimonij. [h] Si uerò ex delegata utraque ex delegantis pendebit arbitrio. [i] Quòd ſi ex compromiſſo, [k]

a Proferētibus. Hoc intellige qñ omnes ſunt præſentes: alias uel uno abſente lata ſententia erit nulla, capit. cauſam matrimonij.de off.deleg. & not.in cap.fi.eod.

b Sententias. Quid in alijs ordinationibus puta eccleſia poſita eſt in limite duarum diœceſum ita quòd ſubiecta eſt duobus epiſcopis, quid erit agendum ſi non conueniant in ordinando? Reſpondeo ſuperioris erit officium prouidere ut alternis annis diſponant: argum. l.quoties.ff.de uſufru. & not. in capitulo licet. xvij.quæſtione iij. & ſequitur Abb. in capit.fi. eod.uerſiculo in alijs. Ad materiam uide not. per Bart.in l.Pomponius, aliàs in l.ſi uni.ff.de re iudicata & Abb. in capitulo prudentiam.de offi.deleg.

c Ordinaria. Vt ſi ſint duo comites, duo conſules, & ſimiles, in eccleſiaſticis, potes ponere exemplum in duobus uicarijs eiuſdem epiſcopi qui habent ordinariam, not. in capitulo perlectis. diſtinctione xxv. & in capitulo licet.de offi.uica. in vj. & per Innoc.in cap. ſuam.de offi. uicar. Item in duobus epiſcopis qui ex ſpeciali diſpoſitione Papæ poſſunt præeſſe uni epiſcopatui.not.in capitulo nō autem. vij.quæſtione j.Item in duobus epiſcopis diuerſarum diœceſum quibus eſt eadem eccleſia ſubiecta,quod poteſt eſſe de iure communi,ut not.in proxima ſuperiori notula. Item in duobus eiuſdem coadiutoribus: ut habetur in cap. j.de cle.ægrot.

d Pro reo. Hoc ideò quia ſumus in fine cauſæ: nam ſi eſſemus in principio faueremus actori in medio utrique: ut per Bart. in l.de die.ff.qui ſat.cogan.per Abb. & alios in capitulo examinata. de iudic.fac.l.fauorabiliores. ff. de re. iu.l.non eſt nouum.C.de edend. cap. ex literis. de probat. capit. cum ſint iura. de reg. iur.

e Vt puta. Not. uerbum exemplificatiuum. unde cum exempla non reſtringant regulam l.ita uulneratus. & l.illud.ff.ad leg. Aquil.not. in capitulo primo ne cle.uel monac. Idem etiā erit in alijs cauſis fauorabilibus, cum caſus à regula excepti extendantur ad ſimiles, ad not. in l.j.C.de cond. in deb. cap. cum dilecta. de confirma. utili uel inutili. ſequitur Ab. poſt Vinc. in cap. fi.eo.

f Libertatis. Quæ omnibus rebus eſt fauorabilior l.libertas.ff de reg.iu.fac.cap.ex literis. de probat.l.inter pares.ff.de re iud.

g Dotis.L.j.cum materia ff. ſolu. ma.quæ in tantum eſt fauorabilis, ut dicat ibi Paul. de Caſtro quòd cum ad tollendam aliquam ambiguitatem non ſuccurrit aliqua reſponſio, bona erit reſponſio hoc ſpeciale eſt fauore dotis.fac. cap.nuper.de dot.poſt diuor. reſti.cap.ex literis.de pignori.

h Matrimonij. Scilicet ſi fertur ſententia in fauorem matrimonij: nam in dubio ſtandum eſt pro matrimonio,cap.licet ex quadam.in fi. de teſtamen. Inde Hoſtien. in cap. ſuper eo.de cogna. ſpi. dicit quòd ſi reperitur aliquorum opin.pro matrimonio, illa ſequenda eſt, licet multi teneant contrarium. quod ſequitur Ab. in cap.fi.eo.niſi eſſet euidenter falſa, aut poſſit conuinci rationibus probabilibus.fac.quod ponit Ioan.And.in d.capit.fi.& alij in capitulo pe.de deſponſ.impub.uidelicet ꝙ ſi non apparet quando furioſus habens dilucida interualla contraxerit matrimonium: præſumetur contraxiſſe tempore dilucidi interualli.

i Arbitrio. Ita ut poſſit neutram approbare, per ea quæ Abb.in capitulo fi. eo. uerſiculo ſi uerò, ubi & de delegato ad uniuerſitatem cauſarum,& de ordinario procedente cum delegato Papæ.

k Compromiſſo. Intellige hoc de compromiſſo uoluntario, non autem neceſſario, ſecundum Ioan.And. Vnde quod hic dicitur nō habebit locum in arbitris iuris,de quo plenius per Ab.in cap.fi.uerſiculo circa ultimam.eod. Sed quid in arbitratoribus? Reſpondeo idem quod

quod in arbitris uoluntarijs, cum ſit eadem ratio, ſecundum Ab. in d. c. ſi. uerſiculo & idem.

a Vtraque. Simile not. in cap. ſi duo. in tertia. Gloſ de procur. de duobus procuratoribus alicuius quorum unus negat alter confitetur, nam nihil putantur egiſſe.

b Deſtituetur. Sed quæritur de ratione diuerſitatis? Reſpondeo, ut not in capit. ſi. eo. i. Gloſ. ſi. & ibidem per Abb. uerſiculo. unde ego puto quòd ratio fundamentalis decidendi &c.

c Iudicibus datis. ij. quæſt. vj. §. item ſi plures. unde ſumitur. & de hoc ibi plenè not.

d Legibus. Nota differentiam inter iura ciuilia & canonica. Nam legum appellatione ueniunt iura ciuilia, appellatione canonũ ueniunt canonica, & largè ſumpto uocabulo omnis conſtitutio eccleſiaſtica poteſt appellari canon. cap. j. ubi Ab. eo. & ca. j. de conſtit. & cap. Nicena diſt. xxxj. uide de hoc Gloſ. in ſum. diſtin. iij. Item canones poſſunt dici leges d. cap. Nicena. argumen. contra d. ij. c. lex eſt. Et mirum probatur hic & in d. cap. j. unde ſumitur quòd ſententia lata contra leges ciuiles eſt nulla etiã in foro eccleſiaſtico. Quid autem ſi ſit lata contra extrauag. contra ſimile legis, contra rationẽ expreſſam, contra ſtatuta loci; diffusè in d. cap. j. & in cap. paſtoralis. §. quia uerò. de offi. deleg. & in cap. paſtoralis. de fide inſtrum. & fac. inſtit. de offic. iud. in princ. Quid aũt ſi ſit lata contra conſuetudinẽ? habetur in dicto cap. j. & in capit. cum cauſa. eod. & alibi ſæpe.

e Sententia. Nota ꝙ ſententia nulla appellatur ſententia, ſed hoc largè & improprie, ſecus ſtrictè, l. ſancimus. C. eo fac. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. not. in Clem. j. de ſeq. poſſ. & fructu.

f Non ſubſiſtet. c. j. eo. ubi de hoc latiſſimè per Abb.

utraque [a] firmitatis robore deſtituetur. [b] Quòd ſi pluribus iudicibus [c] datis unus tantum ex eis pronuntiaſſe proponatur, adeò nullas ſententia uires obtinebit, ut nec prouocationis remedium neceſſarium ſit futurum.

Iudicare ſecũdum leges, & conſuetudinem debet quilibet iudex, & ſumi. Pontifex, qui tamen ex cauſa poteſt ab illis recedere. h. d.

Sed ſiue ordinarius ſit, ſiue Delegatus iudex ĩ primis illud obſeruare debet, ne contra id iudicet quod legibus, [d] aut canonibus proditum ſit, alioqui ipſo iure ſentẽtia [e] non ſubſiſtet. [f] In cauſis quoque quæ ſummi Pontificis [g] iudicio deciduntur; cum in ſimilibus [h] cauſis cæteri teneantur iudicare ſimiliter, iuris ordo, [i] & ui-

g Summi Pontificis. Id eſt, Papæ Romani. Interdum enim & ſimplex epiſcopus appellatur ſummus ſacerdos, & Pontifex maximus, diſt. xxj. c. cleros. uerſiculo. Pontifex. fac. cap. in cauſis. eo. unde ſumitur.

h Similibus. Sed cõtra l. nemo. C. eo. Solu. contrarium procedit in ſententia inferioris: ſecus in ſententia principis: ut hic. & in capitulo in cauſis, eo. & in l. ſi. C. de ll. ratio diuerſitatis: quia quidquid prĩcipi placuit &c. §. ſed quod principi. inſtit. de iu. na. gent. & ciuili. Et quia non præſumitur quòd ꝓceſſus principis habeat maculã, c. in ſede. & c. hæc eſt fides. xxiiij. quæſtio. j. omnia enim præſumuntur per eum plenè examinata, cap. Apoſtolicæ. xxxv. quæſtione ix. argumen. l. uni. ff. de offi. præfect. præto. Sed inferiorum non ſic præſumitur iudicium integrum, nec habent legis condendę poteſtatem, uel interpretandi quo ad aliòs. fac. quod not. in capitulo primo. de poſtul. prę la. & per Inno. in cap. cum ſpeciali. de appell. Immo plus in re dubia iudicare debemus exemplo etiam inferiorum, cap. ſi quis. eod. cap. ſi ubi etiam Gloſ. d xx. l. ſi de interpretatione. ff. de ll. tenet Abb. in d cap. in cauſis, ubi prolixè & ꝑ diſtinctionẽ multorum membrorum hoc declarat, ſcilicet quando ſententia principis faciat ius quo ad alios.

i Iuris ordo. Hoc intellige reſpectu præiudicij quod generaretur ſi princeps non ſeruaret leges, æquitatem, & iuris ordinem, non quòd ipſe ſit magis aſtrictus quam cæteri, cũ ſit ſupra leges. l. digna uox. C. de ll. & l. princeps ll. ff. de ll. cap. propoſuit. de conceſſ. præbend. Immo ſententia lata per principem non ſeruato iuris ordine ualet, ſecundum tamen diſtinctionem Ab. & Doctor. in d. l. princeps. & l. ſi. C. de ll.

gor æquitatis ſubtiliter obſeruãdus erit, [a] niſi cum ille aliquid cauſa neceſsitatis, [b] & utilitatis diſpenſatiuè duxerit ſtatuendum.

Licet ſententia lata cõtra ius conſtitutionis, ſit nulla, ſecus tamen eſt in ſententia lata contra ius litigatoris. Et quando dicatur lata contra ius conſtitutionis, uel contra ius litigatoris.h.d.

Si tamen ſententia non contra ius conſtitutionis expreſsè [c] à iudice lata fuerit, ſed contra ius litigatoris, cum iure quidem teneat, legitimis medijs retractanda [d] erit. Dicitur [e] autem iudex contra ius cõſtitutionis pronunciaſſe, ueluti cum defunctus, & minor quatuordecim annis fuiſſe aſſeritur, [f] & teſtamentum iure feciſſe pronunciatur. Contra ius uerò litigatoris, ueluti cum minor quatuordecim annis, annum quartum decimum impleuiſſe, ac per hoc teſtamentum iure feciſſe aſſeritur.

Qui contra leges, & conſcientiam corruptus iudicat, uariè punitur.h.d.

Is aũt [g] qui in grauamẽ [h] partis alterius in iudicio [i] aliqd in-

a Obſeruandus erit. De hoc xxxv.quæſtione.ix.

b Neceſſitatis. Vel ſaltem utilitatis, nec enim Papa debet ſine cauſa diſpenſare. traditur in cap.de multa.de præbend.

c Nec enim &c. Concor. c. interpoſita. eo. unde ſumitur. Et not. ex hoc uerſi. j. quòd ex reiectione exceptionis legitimæ non iuſtificatur appellatio, niſi coram iudice ad quem probetur exceptio legitima. Vnde infert Abb. iudicem non grauare partem ex eo ſolo quòd exceptionem etiam probabilem nō admiſit, ut per eum latius in d. cap. interpoſita. Secundo not. quòd probationis oblatio & repulſio exceptionis propoſitę iuſtificat appellationem à iudice interpoſitam, ita quòd ſufficit coram iudice ad quem probare exceptionem legitimè interpoſitam, & oblationem probationis, & repulſionem. de ratione diuerſitatis uide per Ab. Peruſin. & alios in d. c. interpoſita.

d Offerens. Sed qualis eſſe debet hæc oblatio probationis ad iuſtificandam appellationem? reſp. ſecundum Io. And. realis, ut puta ꝙ ſecum habeat teſtes & inſtrumenta, & ea offerat iudici. ſed ſecundū Butri. Panor. & cæteros magis communiter in c. interpoſita. eo. ſufficit uerbalis, ut ſi dicat pars ego me offero ꝓbaturum hanc exceptionē, & ſimul petat breuem terminum ad probandum. Item ſciendum ꝙ hæc oblatio non ſemper iuſtificat appellationem: ſed regulariter, & quatuor caſus in quibus non iuſtificat ponit Ab. in d. c. interpoſita. Sed cōtra hanc literā eſt arg. in c. cum cauſa. de offi. deleg. & in c. ut debitus. & in c. dilecto. eo. Sol. ut not. in d. c. cum cauſa. & per Abb. in d. c. interpoſita.

e In expenſis. Hoc generaliter obtinet, quòd qui deficit in appellatione punitur in expēſis, c. ſignificauerunt. de teſt. fac. c. ut debitus. eo.

f Alioqui. Hinc patet quòd ſi iudex appellationis pronuntiat appellationem tenere, quòd per hoc eius officium non expirat: ſed incipiet poſtea cognoſcere de cauſa principali. l. generaliter. §. ſin autem. C. de reb. cred. & Authent. de ſanctiſ. epiſcopis. §. ſi quis contra aliquem, & not. plenius in cap. ut debitus. eod. in uerbo alioquin.

g Alias cauſas. Etiam notorias. ut no. in Cle. appellanti. eod. aliud tamen in appellatione à diffinitiua habetur in c. ut debitus eo.

h Nominatim. Fac. cap. conſtitutionem. de ſent. excom. in vj.

i Legitima. Vt cum cauſa non eſt in iure expreſſa,

preſſa, & iudex arbitrabitur an cauſa ſit legitima uel nõ, & ſi malè arbitrabitur, appellari poterit. l. arbitro. ff. qui ſat. cog. & ſcd̃m Io. And. cã appellatur dubia ueluti cum iudex recuſatur rõne confraternitatis, & affinitatis ad coniugẽ, & talis exceptio nõ admittitur, uel quando quæſtio eſſet dubia propter opiniones, de quibus late. in c. cum ſpeciali. & in c. paſtoralis. eo.

a Non poterit. Habes hic practicã quæ ſeruari debet in appellatione ab interlocutoria per iudicẽ ad quem, antequàm inhibeat. Primo enim citari debet appellatus ad opponendum contra appellationem, & ſi opponaturquòd cauſa in appellatione expreſſa nõ ſit legitima, uel uera, tunc ſi conſtet iudici ꝙ per appellationẽ ſit ad eum deuoluta cauſa, ut, quia conſtat eſſe appellatum intra decem dies, & quòd cauſa ſit legitima, debet tunc admittere appellationem ex cauſa legitima interpoſitã, & deinde cognoſcere de ueritate cauſæ. & his præcedentibus ſtatim poteſt inhibere, & non ante, ſecundum Domi. & Peruſi. in c. Romana. §. quid ſi obijciatur. eo. unde ſumitur poſt Ro. Roma. de quo dic ut ibi per eum.

b Iudex. Tam ordinarius, ut l. quod iuſſit. ff. de re iudi. quàm delegatus. c. cum ceſſante. eo. unde ſumitur.

c Conſilio. Not. quòd dicitur ſanum conſiliũ ſi quis reuocat quod malè fecit, nec notari debet de inconſtantia, ſed potius de ſapientia. ſa. xxij. q. iij. c. magnæ. & c. qualiter, & quando. el. primo. de accuſat. ubi Fely. & l. nonnunquàm. ff. de collat. facit illud Poetæ.

Quin aſpera Iuno
Quæ mare nũc, cœlũq; metu, terraſq; fatigat
Concilia in melius referet.

appellationem interpoſitam, & proptereà non admittendam eſſe, niſi prius appellatione recepta uelut emiſſa ex cã probabili, iudex ſuperior cognoſcere incipiat, ne procedatur inferiori prohibere non poterit. a

Ceſſante cauſa ceſſat effectus. hoc dicit.

Sed & ſi iudex b ſano uſus conſilio c ab eius executione deſtiterit d quod cõminando, e uel interloquendo in grauamẽ partis protulit, non obſtãte ꝙ ab huiuſmodi comminatione, uel interlocutione prouocatum fuerit, f ne ꝓceſſus negotij friuolis occaſionibus retardetur in cauſæ cognitione liberè g procedere poterit.

Iudex à quo, compellere nõ poteſt appellãtem à grauamine ipſius ueritatem probare, licet citare poſſit ad ipſius reuocationẽ audiẽdã, qua facta in cauſa ꝓcedere poterit eius contumacia non obſtante, ac ſi nunquàm appellaſſet. h. d.

Sed uideamus an ius dicenti obtemperare tenearis, à quo ꝓpter grauamen quod tibi illatum h aſſeris appellaueris, ſi tibi is

d Deſtiterit. Tunc autem dicetur deſiſtere, cum ſi eſt proceſſum ad factum, factum ipſum reuocauerit, ſi autem non eſt proceſſum ad actum facti, ſed ſolum ad interlocutoriã per cõtrariam interlocutoriam, nec enim ſufficeret ſi iudex diceret ſe paratum reuocare grauamen: nam requiritur ꝙ ipſum de facto reuocet, ſecundum Inn. & Hoſti. pro quo. c. ſi a iudice. eod. in vj. & ibi not. & ſequitur Peruſi. in c. cum ceſſante. eod. Sed qualiter iudex mutabit cõſilium ſuũ in alterius iniuriam, cõtra. l. nemo. ff. de re iu. Solu. quod hoc ſit lege permittente, & ne friuolis, &c. ut & in d. c. cũ ceſſãte. ubi Ab. & alij

e Comminãdo. Videtur ergo ꝙ ſi iudex comminatoria uerba proferat parti, ꝙ ẽt ex hoc poſſit appellari, niſi de hoc iudex ſatisfaciat, qđ quõ procedat habeẽ latè in c. cũ ceſſãte. eo.

f Fuerit. Quod nõ uidebatur, quaſi eius iuriſdictio per appellationẽ ſuſpenſa ſit, & ſic pertineret reuocatio ad iudicem ad quem. c. ut debitus eo. Et nota hoc ad ampliationẽ. l. quod iuſſit. de re iudi. Intellige tamen ſi appellans non fecit ſumptus ad proſequendam appellationẽ, l. ſi pecuniam. ff de cond. ob cauſ. tenebitur ergo appellans ante reuocationem reficere ſumptus appellato: ut not. in c. cum ceſſante. eod. Multi tamen contra, de quo ibi per Peruſi. uerſic. duodecimo limita.

g Liberè. Ita ut non ſit neceſſarius conſenſus partium. hoc enim importat uerbum, libere. ut not. in c. de multa. de preb. & c. licet epiſcopus. eo. tit in vj. & in Cle. dudum. de ſepult. quod non habet locum ſecundum quoſdam, ſi dicta ſententia tranſiſſet in rem iudicatam. de quo latè in c. cum ceſſante. eo.

h Illatum. Per ſententiam interlocutoriam,

uel aliter, dummodo non per diffinitiuam. illā enim iudex regulariter reuocare non poteſt, ſi ut bene ſiue malè iudicauerit. l. iudex. ff. de re iudi. c. in literis. & c. uenerabilis. de offi. de leg. interlocutoria uerò regulariter reuocari pôt ſed utraque regula habet ſuas exceptiones de quibus per Peruſi. in ca. ſi à iudice. eo. in vj. unde ſumitur.

a A iudice. A quo, debet enim eē de facto ſuo certus, c. ab excōmunicato. de reſcrip. l. quiſquis. C. de reſcind. uend.

b Perſpiciēdum ſit. Sed uidetur cō tradictio implicari. Quo enim hoc à iudice à quo pſpiciendum erit, ſi eius iuriſdictio eſt per appellationē ſuſpēſa? & ueritas cauſæ appellationis probāda ſit coram iudice appellationis? c. Romana. eo. in vj. cum ſimil. Sed dic quòd licet non poſſit cognoſcere in forma iudicij: debet tamen inquirere, & ſe informare extra iudicialiter, & apertè utrum cauſa in appellatione expreſſa ſit probabilis, & ſi poſt inquiſitionē remanet dubius, ſtabitur potius appellationi, quàm ſententiæ. c. dilectis. eo. quia præſumitur appellatū propter grauamen. c. tenor. eo. Peruſi. in c. ſi à iudice. eo. in vj. fac. not. in c. ſolicitudinem. eo. in uerbo. ſed quia.

c Suſpenſa. Non ergo extincta, de hoc not. ſupra eod. in prin. & in l j. ff. ad Turpil. & in l. furti. §. j ff. de his, qui not. infamia.

d Tenebetis. Quid ſi compareat appellans, & coram iudice ipſo à quo appellauit de grauamine doceat, nunquid ab appellatione uidetur receſſiſſe? reſpon. ut not. in cap. ſi à iudice. eod. in ſexto.

e Reuocauerit. Cum effectu. cap. ſi a iudice. eo. in vj. & ibi no. & fac. not. ſupra. eo. §. proxi.

ad docendum de grauamine, & ſi de ipſo liquerit ad eiuſdem reuocationem audiendā terminum præfixerit: & ſanè cum id ipſum à iudice [a] perſpiciendum [b] ſit, nec coram eo de grauamine docere, nec etiam tanquā coram iudice (cū per appellatiōem eius ſuſpenſa [c] ſit iuriſdictio) comparere teneberis. [d] Quòd ſi tantum ut reuocationem audias te uocandū duxerit, licet non compareas, ipſe tamen in termino grauamen reuocauerit, [e] perinde in cā ꝓcedeř poterit, ac ſi appellatio nūquā [f] fuiſſet interpoſita.

Poteſt appellantem ab interlocutoria pœnitere, & facere, ut prior iudex cognoſcat, ſed appellato ſunt reficiēda expenſæ quas is fecit ob appellationem. hoc dicit.

Ac ueluti in poteſtate iudicis grauamē reuocātis poſitum eſt non obſtante appellatione cauſam reſumere, ſic contra ſi is qui uocem appellationis emiſit, cuius adhuc nemini eſt demādata cognitio, [g] petierit [h] ut ad iudicem à quo prouocauit rurſus cauſa remittatur, id ei alterius partis contradictione minimè obſtāte indulgendum erit. Sed hoc ita ut in legitimis expenſis aduerſario, quas eum propter hoc feciſſe conſtiterit, condemnetur. [i]

Ponit quamplures caſus in quibus appellationi non eſt deferendum. h. d.

Non omnis ergo appellatio indiſtinctè recipienda erit: nam ſi adeò ſit uaga, & generalis, [k] ut incerti-

f Nunquàm. Nota quòd licet appellans non poſſit ſuæ appellationi renuntiare inuito appellato de quo in cap. ex parte. de reſcript. & in cap. ſacro. in fin. de ſenten. excom. & in l. ſi quis libellos. ff. de appel. iudex tamē reuocādo grauamen poteſt facere quòd appellans renuntiet ſuæ appellationi, appellante & appellato inuito, ut hic, & p Peruſi. in cap. ſi à iudice. eo. in vj.

g Cognitio. Sola ergo delegatio uidetur facere rē nō eſſe integram. concor. cap. interpoſita. §. ille. eod. unde ſumitur, dic ut per Abb. ibi.

h Petierit. c. accepta. & cap. interpoſita. §. ille. eo. aliàs non debet cauſa remitti ad iudicem à quo. l. eos. C. de appel. & ij. q. vj. §. ab eo. & c. per tuas. de ſentent. excomm.

i Cōdemnetur. Perinde eſt enim ac ſi ipſe nō fuiſſet proſecutus altero proſequente. c. reprehenſibilis. & c. interpoſita. §. ille. eod.

k Generalis. c. ij. & c. conſuluit. j. eo. arg. ergo ꝙ illud quod non ualet in genere ualet in ſpecie. l. ſi unus. §. pacta. & §. illud. ff. de pact. fac. l. in tradendis. ff. com. præd. & in l. at ſi quis §. quaſi.

tudinem [a] afferat, ſiue quòd omiſſo medio ſit interpoſita à parte opponatur, [b] cauſa nõ deuoluetur. Idem iuris eſt ſi ſuper notorio [c] crimine, uel de quo quis in iure [d] confeſſus [e] fuit, prouocetur: nec [f] enim ad defenſionẽ iniquitatis, ſed ad præſidium innocẽtię eſt appellationis remedium inſtitutum.

Regulares non appellant à correctione ſui prælati. Nec à iudice ſeculari ſedi Apoſtolicæ non ſubdito appellatur ad Papam. Et qui non defert legitimæ appellationi punitur. hoc dicit.

Et ideò nec regulares, [g] cum pro aliquo exceſſu corrigẽdi fuerint, cõtra regularem prælati ſui, uel capituli diſciplinam appellabunt, ſed quod ſibi ꝓ ſalute [h] iniungitur humiliter ſuſcipient, ſed nec tunc appellationi deferendum erit, cum à ſeculari iudice, qui temporali ſedis Apoſtolicæ iuriſdictioni non ſubijcitur, [i] ad Apoſtolicum appellatum fuerit & alijs quibuſdã caſibus: [k] alioqui is qui legitimæ appellationi etiã de minima [l] cauſa interpoſitæ non detulit canonicis pœnis [m] coercendus erit.

Appellans ab Ordinario poteſt coram eodem ſuper alia cauſa conueniri. h. d.

Licet autem prouo

§. quæſitum. ff. ſi quis caution.

a Incertitudinem. Hoc uerbum poteſt tollere contrarium c. conſuluit. de appel. & cõtinet rationem unius differentiæ inter ius ciuile, & canonicum. Nam de iure ciuili appellatio generalis reſpectu iudicum ualet, puta, ſi dicatur appello ad iudicem competentem. l. j. in fi. cum l. ſeq. ubi traditur. ff. de appel. quia per hoc non inducitur incertitudo: quia de iure ciuili non põt appellari omiſſo medio. l. Imperatores ff eo. Vnde genus quod non poteſt uerificari niſi in una ſpecie, non inducit aliquã incertitudinẽ: quia dẽt neceſſario intelligi de iudice ſuperiore ꝓximè immediate. ſecus eſt de iure canonico, quo poteſt appellari omiſſo medio non ſolum ad Papam, ſed etiam ſecundum aliquos ad legatum: ut no. in c. j. & in c. quod translationem. de offi. leg. eod. Item ad Patriarcam. ſecundum Inno. in c. antiqua. de priuil. & per Abb. in cap. dilecti. eo. el. ij. Vnde, quia talis appellatio induceret incertitudinem, non deberet ualere, ſi tamen euitaretur incertitudo ualeret, etiam de iure canonico: ut per Abb. in c. ij. eo.

b Opponatur. A contrario, ergo ſi non opponeretur ualeret appellatio omiſſo medio, & hoc communiter tenetur in cap. dilecti. ij. eo. ubi per Abb.

c Notorio. Per facti euidentiam, ut differat à notorio iuris, de quo ſtatim dicit. fac. c. cum ſit. & cap peruenit. & c. conſuluit ij. eo. & c. Romana. §. ſi autem. eo. in vj. Quid autem ſit notorium facti, & quid notoriũ iuris. per Io. Andr. in c. dudum. de elect. & in c. ueſtra. de cohamul. & cle. per Ant. de But. b.

d In iure. Aliàs non præiũdicaret talis confeſſio. c. fi. de confeſ. ſaluo eo quod habes in c. quàm ſit. de exceſ. prælat.

e Confeſſus. De quo. in c. Romana. §. ſi autem. eo. in ſexto.

f Nec enim. Sic in c. cum ſpeciali. §. porro. & c. adnoſtrã. & c. ſuggeſtũ. & c. præterea. eo.

g Regulares. ca. iij. & c. repræhenſibilis. eo. unde ſumitur. quid ſi appellarẽt & nõ euaderent notam trãſgreſſionis obediẽtiæ? Abb. in c. breui. de iureiur.

h Pro ſalute. Secus ſi excederetur modus in illis cohærcendis, ut habeť latè in c. iij. e.

i Non ſubijciť. Secus ſi eſſet de ſubiectis. ca. ſi duobus §. j. eo. & hoc intellige niſi conſuetudo eſſet in cõtrarium. d. §. j. nã nõ ſolum hoc poſſet conſuetudo, uerum ẽt poſſet induceř ꝙ laicus poſſet cõueniri corã iudice eccleſiaſtico, habeť in c. ſi clericus laicũ. & in c. ex trãſmiſſa. de fo. cõp. & in d. §. j.

k Caſibus. Quos collige ex c. peruenit. & c. conſuluit. & c. cũ parati. c. cum ſit. c. cũ ſpeciali §. j c. meminimus. c. ſuggeſtũ, & alijs capit. eo.

l De minima cã. c. de appellationibus. eo. Sed contra nř ꝙ immo de minimis nõ ſit curandũ. c. & ſi qq. de ſimo. & l. ſcio ff. de reſti. in integ. Sol illud procedit ubi eſt diuerſa rõ inter magna & minima, uel ubi agiť remedio extraordinario. Ita Ab. in c. de appellationibus. Sed q̃ dicaeť minima cã ? reſ. ut. no. in c. d̃ appellationib. & in auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex bre. reci.

m Pœnis. Quia ſi eſt clericus debet deponi. ij. q. vj.

cation e canonicè [a] à partibus intericcta iudicis à quo appellatũ fuit, officiũ in illa quidem cauſa [b] penitus conquieſcat, [c] ſi tamen is qui ab Ordinario agpellauit ſuper alia cauſa coram eodẽ conueniatur, pręſertim pro graui, [d] & manifeſto crimine appellationis obtentu, quo minus canonica cenſura puniatur effugere non poteſt. [e]

Innouata per iudicem poſt diſſinitiuam ſentẽtiam à qua appellatum fuit, reuocantur ſtatim per iudicem Apoſtolicum, etiam ſi ante appellationem fuerint innouata. h. d.

Interpoſita ergo à diffininitiua [f] ſententia appellatione, non ſolum poſt eam innouata debent per iudicem appellationis penitus & ante omnia [g] reuocari. (exceptis tamen caſibus [h] in quibus iura poſt ſententiam prohibent appellare) Sed etiam ea omnia quæ medio tempore inter ſententiam, & appellationem contigerit ĩnouari perinde ac ſi poſt appellationẽ innouata [i] fuiſsẽt.

Attentata poſt appellationem ante diffinitiuam non reuocantur, niſi primo de ueritate conſtiterit, uel niſi poſt inhibitionem debito modo factam attentata fuerint. h. d.

Illa uerò quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam [k] ſententiam innouantur, donec appellationis cauſam ueram eſſe conſtiterit, reuocari non debẽt. Niſi iudex appellationis poſtquàm ſibi conſtiterit, per appellationẽ emiſſam ex cauſa pro-

ij.q.vj.c.decreto, ſi laicus xxx.auri pondo mulctatur.l.quoniã.C.eo.& not.in c.de priore.eo.

a Canonicè. Secus ſi ex falſa cauſa.ca. ſuper. eo.eod.& ibi notat.

b Cauſa. Et ſi cauſa ſit acceſſoria, puta: quia appelletur ab interlocutoria conquieſcit officiũ iudicis etiã in principali, ſiue cauſa principalis ſit connexa articulo appellationis, ſiue nõ.c.ſuper eo. eo. ubi Ab. & Peruſi.

c Conquieſcat. Fac.c. dilectis.ca. ut noſtrũ.& c.præterea.& c. propoſuit.& c.adhęc.eo. Immo nec quo ad illam cauſam officiũ iudicis à quo penitus conquieſcit. Nã in his quę tendunt ad faciliorem exitum cauſę appellationis, iuriſdictio iudicis à quo non eſt ſuſpẽſa, dummodo abſtineat à cognitione cauſæ appellationis, unde nõ poteſt prohibere attẽtata de facto, & attẽtata reuocare, pro hoc c.ij.& qđ ibi not. de matri. cõtract. contra inter. eccleſ. ubi iudex à quo præcipit partibus ne appellatione durante ſuper matrimonio, de nouo contrahant. fac. cap. qua frõte.& quod ibi not.eo. & clarius in cap.cum teneamur.& quod ibi dicit Abb. in primo not.& in uer. mihi placet.

d Graui. Vt ſi uxorẽ alterius detineret, ſi manus uiolentas in clericum inijceret. c. conſuluit.j.eo.fac.c.præterea. & c. propoſuit. eo.

e Non poteſt. Not. ergo quòd appellatio iuriſdictionem non ſuſpendit niſi reſpectu cauſæ in qua fuit appellatum.fac.c.propoſuit.c.ſuper eo. c.adhæc. & c.poſtoralis.§.uerum. eo. & c. Romana.§.cum uero.eod.in vj. hoc tamen eſt uerum niſi appellans diceret illum in alia cauſa ſuſpectum quod poteſt, d. c. adhæc.& c.propoſuit. & ibi de hoc dicitur.

f A diffinitiua. Diſtinguitur ergo inter diffinitiuam & interlocutoriã, de ratione diuerſitatis infra. fac. ca. non ſolum eo. in vj. unde ſumitur.

g Ante oĩa. Et ſic nõ expectabiť euẽtus litis. Sed contra.l. cũ ex ea.ff.e. Sol. igi non negať quin ẽt ante reuocari poſſit, qđ concediť per alias leges. ff. nil no. ap. pend. & ſic non ſumitur ibi arg. à cõtrario ſẽſu, ſicut & in l. conuenticula. C. de epiſ. & cler.

h Caſibus. De quibus. ij.q.vj.§. ſunt quorũ.& l. j.ij.iij. iiij.v.& vj. C. quorum ap. nõ recip. & not.in c.non ſolum. eod. in vj.

i Innouata. Et ẽ rõ: quia ſicut poſt appellationẽ à diffinitiua nil attẽtari debet, ſic nec pẽdẽte iure quod cõpetit cõdemnato ad appellandum.ſ. uſq; ad x. dies. Indultum.n.à iure beneficiũ &c.c.indultũ de re.iu.in vj.& diſt. xxviij.c.de his. Vnde ſicut ius alicui nõ debet auferri, ita nec ſpes ad ius. ut ff. uſufr. quẽad. caue. l. ſi uſufruct. in prin. An aũt hoc habeat locũ in ſent. excõ. habeť p lo. An. in c. uenerabilib.§.porro.de ſent.excõ. i vj.

k Ante diffinitiuam. Scilicet ab interlocutoria, uel grauamine. hmõi autem dicti ratio eſt: quia in caſu iſto appellatio debet interponi expreſſa

babili fore ad ſe nego tium deuolutum [a] inhibeat canonicè iudici à quo appellatum fuit ne procedat: tunc enim quidquid [b] poſt inhibitionẽ huiuſmodi fuerit innouatum eſt per appellationis iudicem ante omnia in ſtatum priſtinũ reducendum, [c] licet eãdem cauſam [d] non eſſe ueram contingat.

Non refert quid ex aequipollentibus fiat, & facta plus operantur quàm uerba, h.d.

Appellaſſe autẽ dicetur non ſolũ is qui uocem appellationis emiſit, ſed etiam qui aliquo indubitato [e] facto prouocandi propoſitum declarauerit. Vnde reſcriptum eſt eũ in quem poſt iter ad ſedem apoſtolicã arreptum [f] excommunicationis ſentẽtia ab ordinario promulgata fuerit, excommunicationis uinculo non teneri, quaſi appellatione pendente lata fuerit, cum plus ſit facto quàm [g] uerbo ꝓuocare. Idem & in eo reſponſum eſt, qui licet ex ſimplicitate [h] fortè uerbum appellationis non expreſſerit ſe tamẽ & Eccleſiã ſuã cum moleſtaretur Romani Pontificis ꝓtectioni ſubiecit. [i]

Iuſtus metus excuſat adeò quòd non appellans habetur pro appellante, ſi fuerit proteſtatus, & cauſas appellationis expreſſerit.

Is quoque quem quominus appellaret

preſſa cauſa probabili & uera. cap. interpoſita.eo.eſt igitur neceſſe quòd prius conſtet de ueritate, in euentum ergo litis ſcietur an attentata ueniant reuocanda nec ne, ſimile in c. fraternitatis.de frig.

a Deuolutum. Aliàs inhiberi nõ poſſet.c. Romana §. ſi uerò. cũ ſeq. eo.in vj.

b Quidquid. Hoc intellige. ut not.in c. nõ ſolũ. §. niſi iudex. in uerbo quidquid eo.in vj.

c Reducendum. Intellige hoc de his quæ ſunt attẽtata per iudicem, quod apparet ꝙ hic & in c. nõ ſolum.§.ſi.eo.in vj. unde ſumitur, dicit inhibeat canonicè iudici. Si aũt aliquid attentaretur à tertio, id eſt, q nõ fuit pars uel iudex in cauſa illa attentata, non reuocantur ꝑ modum attẽtati à iudice ad quem fuit appellatũ, ſed per ſuum propriũ iudicẽ cognito de cauſa ſeruato iuris ordine. c. Romana.§.in aliũ eo.in vj.l.is à quo.ff. de rei uẽdi.niſi ille tertius ꝑ attentationẽ illam iuriſdictionẽ iudicis impediret.ca.j.de offi deleg. de quo dic ut pleniſſimè not.in d.c. non ſolũ.§ ſi.

d Cauſam. Ob quam fuit appellatum.

e Indubitato facto. Cum plus ſit facto, quàm uerbo prouocare, ut ſtatim dicit, & concor.c. dilecti.j.eo.unde ſumitur.& l.ſi tamẽ.§.ei qui. ff.de ędil.edic.& l.de quibus.ff.de ll.& c.ad audientiam.& c.ut noſtrum.eo. Sic facto renuntiat quis iuri ſuo.c.ex ore. de his quæ ſi. à ma. part.cap.& c.gratum.de offi.deleg. & etiam factis mentimur.xxij.q.v.c.cauete. & factis quis conſentit.ca. per tuas.de cond. appo.ut diffuſius not.in d.c.dilecti.

f Arreptum. Ad Papã, ſecundum aliquos in c.dilecti.eo.non ad alium ſuperiorem. Tu dic ſecundum Ab.ꝙ ad quemcunq; ſuperiorem ſit iter arreptũ, habet arreptio uim appellationis, ſed hoc intereſt ꝙ ſi ſupęrior eſt talis qui poſſit adiri ꝑ uiam querelę, tũc talis arreptio habebit uim extraiudicialis appellationis: aliàs ſi adiri non poſſit per uiam querelæ, ſi iudex talis iudicialiter procedat, & pars dum lis ꝓcedit iter arripiat, habebit arreptio talis uim appellationis iudicialis, & ita tollũtur contraria quędam de quib. habeť in d.c.dilecti.

g Facto quàm uerbo. Immo uſ ꝙ ſit minus: quia qñ quis appellat uerbo exprimet ut debet iuſtã cauſam, petet apoſtolos & cætera requiſita quæ nõ explicantur ſimplici itineris arreptione, Sol. ſecundum communem ſententiam quòd in itineris arreptione iſta omnia debent explicari, ut hoc latius explicatur in c.dilecti.j.eo.

h Ex ſimplicitate. Vnde eſt ei parcendũ,d. lxxxvj.c.tanta.& l.ſi quis id quod.§. doli.ff.de iuriſd.om.iud. concordant allega. in cap. audientiam.eo.unde ſumitur.

i Subiecit.c.ad audiẽtiã.eo.& ſic nota ꝙ ubi ad certũ actũ explicandũ non eſt præfixa uerborũ ſolennitas, ſufficit exprimere effectũ rei licet nõ exprimantur propria uerba actui conformia: quia uerba deſeruiunt intẽtioni.c. intelligentia.

iuſtus metus [a] impedierit, ad appellationis beneficium conuolaſſe reputabitur, dũmodo ĩfra tẽpus quo licitè prouocatur corã iudice; [b] à quo appellaſſe uellet; uel ſi ipſius copiã habere nequierit, coram probatis uiris [c] conteſtatione [d] ſuper hoc propoſita cauſas appellationis expreſſerit.

Sufficit appellare corã maiori parte iudicum. Et omniu delatorum intimatio parti appellatæ eſt facienda. h.d.

Quòd ſi à pluribus iudicibus appellandú [e] fuerit, quia nõ ſemper facilè eorũm præſẽtia ſimul haberi poſſet; coram maiori [f] parte ipſorum appellare, & apoſtolos ſeparatim petere licebit, ualebitq́; hæc appellatio perindè atq; ſi coram omnibus [g] interpoſita fuiſſet, omnium tamen ſubſecutorum [h] appellato ignoranti [i] intimatio legitimè [k] facienda erit.

Si unus ex pluribus appellet, & obtineat in cauſa appellationis, prodeſt uictoria conſortibus, ſi ſit idem negotium, & cauſa. h.d.

Idem [l] ex contra-

telligentia. de uer. ſig. ſecus ubi ſolẽnitas uerború requiritur. l. j. ff. de uer. ob. fac. c. pe. de in reiur. & intelligit Ab. & Doct. ꝙ tunc demum ſubmiſſio ꝓtectionis habebit ui appellationis cú habuerit requiſita in formali appellatione.

a Iuſtus metus. Id eſt, non uanus, ſed ꝓbabilis. fac. not. in c. pe. de in integ. reſti. & i l. j. ff. quod me. cauſa; non tamen requiritur ꝙ pars non dederit cãm metu, nam idẽ ſi pars fuiſſet cauſa metus. fac. l. nec timorem. ff. quod me. cauſa, & in c. ueniens. & qđ ibi not. de ſponſal. & per Ab. in c. fi. eo. unde ſumitur.

b Corã iudice. Not. quòd ſi non põt habere copiã iudicis à quo nõ debet coram alio ꝓteſtari. Sed nullius utilitatis uidetur hoc remediú: nam quemadmodum timet quis appellare, ita timebit & proteſtari, ſed dic ꝙ minus prouocatur iudex proteſtando, quàm appellando: ſed ſi timeret etiã proteſtari, tunc etiam quòd ipſius copiam haberet nihilominus proteſtaretur coram probatis uiris. ſecundum Abb. in c. fi. eo.

c Viris. Et ſic plures debent eſſe ij, corã quibus eſt facienda conteſtatio. l. ubi numerus. ff. de teſti. ſed communiter tenetur ſufficere conteſtari coram uno dummodo fiat in præſentia teſtium: arg not. in c. ut circa. de elect. in vj. & ſic pluralitas uerificatur in uno. ſimile in l. ij. §. quod ait. ff. de ui bono. rapto.

d Conteſtatione. Metus ergo licet ſoleat tollere efficaciam actui, tamen hoc loco non ſufficit niſi interueniat etiam proteſtatio. fac. l. ij. C. de his qui per me. iudi. non appel. & l. cum quidam. ff. de appel. ita etiam currit tempus ei qui agere non poteſt niſi iſtud proteſtetur. fac. cap. paſtoralis. in fi. de offic. ordi. & xvj. q. iij. §. peni. uerſic. is autem. & cap. fin. de elect. & l. ut perfectius. C. de anna. except. & l. fin. C. de epiſ. audi.

e Appellandum. In iudicio uel extra à ſententia uel grauamine. fac. Clem. j. eo. unde ſumitur.

f Maiore parte. Appellabitur quidem coram maiore parte. ſed tamẽ appellabit ab omnibus & hoc quãdo plures ſunt q̃ duo, nam in duobus non eſt dare partem maiorẽ, oportebit ergo tunc quòd coram ambobus fiat appellatio ſi diuiſim poſſunt haberi, ſed quid ſi ambo etiam diuiſim nõ poſſunt haberi, uel quando ſunt plures non poteſt haberi maior pars etiã diuiſim. Sol. ut not. in Clem. j. eo. in uerbo maiori.

g Coram omnibus. Videndum quod not. in capitu. ut circa. de electio. in vj. in præſentia enim iudicis eſt appellandum ij. q. vj. cap. biduum, ubi de hoc, & cap. ſuggeſtum. eo. fac. cap. pe. de re iudi. in vj.

h Subſecutorum. Scilicet appellationis delations, termini præfixionis, Cle. j. eo.

i Ignoranti. Sciens enim certificari non debet. l. j. ff. de act. empt. l. j. ff. de dot. præl. cap. eum qui certus. de re iu. in vj. præſumitur autem ignorantia. l. uerius. ff. de proba. cap. præſumitur. de reg. iu. in vj.

k Legitime. Per modum qui habetur in Cle. cauſam. de elect. quæ tamen nihil dicit de intimatione delationis uel termini, ſed tantum de appellatione, de ratione dic ut not. in Cle. j. eod.

l Idem &c. Octo requiruntur ad hoc ut ſententiam lata in fauorem unius proſit alteri. Quinque ponuntur in hoc. §. & in c. una. eod.

unde

rio, ſi plures una ſententia [a] condemnati fuerint, & unus ſolus ad appellationis beneficium conuolauerit, iſtius uictoria, cęteris quoque ſuffragabitur ſi communi [b] iure iuuentur idemq; negotium & eadē cauſa [c] defenſionis exiſtat.

Si per reſcriptum committantur plures articuli connexi, & in uno remoueatur appellatio intelligitur remota etiam in alijs. h. d.

Iam dubitari poterit, ſi ex pluribus articulis unis precibus cōprehenſis in uno tantum contingat appellationem uetari, utrū appellatio teneat ſi ſuper alijs prouocatum fuerit, & cum delegantis hæc ſit intentio, [d] ut de omnibus articulis, qui ī precibus ponuntur, iuſtitia [e] ſuū conſequatur effectū, in omnibus [f] appellatio interdicta intelligetur. Vnde nihil intererit, utrū appellatio inhibeatur in primo an in ſecundo in medio an ī fine. Sed hoc ita intelligi oportet, ſi capitula connexa [g] fuerint: cæterum quoties clauſula, per quā appellationis remedium tollitur, in medio literarū ponitur, ſi ſunt plura negotia, ſe minimè contingentia, tantum præmiſſa complectitur, niſi fortè, & in fine [h] literarum prædicta clauſula iteretur.

Appellari poteſt ſi locus nō tutus partibus aſſignatur, uel ſententia contineat manifeſtam iniquitatem, etiam ſi ſit reſcriptum appellatione remota. h. d.

Interdū etiam non obſtante prohibitione appellari poterit, ut decretum eſt in eo qui per delegatos iudices in iudicium ad locum nō tutū [i] uo-

unde ſumitur, alia tria per Abb. in d. cap. una. ubi copioſè de materia.

a Vna ſententia. Fac. ij. q. vj. c. ſunt quotum. & C. ſi unus ex plu. appellat. l. j. & ij. & intellige quod hic dicitur, quando res eſt cōmunis pluribus & corporalis, nec diuerſitas facti ſeparationē recipit ut in duobus reis debendi ſi oēs condemnati ſint, & unus appellauit, uictoria unius omnibus ꝓdeſt, ut hic dicitur, & in cap. una. eo. & ij. q. vj. cap. quādoq;. & d. l. ij. & ſint tales quinō iuuētur beneficio reſtitutionis, ſi uerò unus fauore minoris ætatis impetrauit contra ſententiam beneficiū reſtitutionis, hoc nō prodeſt alijs, per ſupraalleg. & ideò dicitur hic ſi iure cōmuni iuuētur. Si uerò res ſit incorporalis, cōmunis, & indiuidua, tunc uictoria minoris prodeſt maiori, l. ſi cōmunem. ff. quemad. ſer. amitta. in primo reſpōſo & in ſeruitute indiuidua.

b Iure communi. Secus ſi ſpeciali, puta beneficio reſtitutionis i integrum: ut not. ſuprà immediatè.

c Eadem cauſa. Exemplum in tribus tutoribus indiuiſam adminiſtrationē gerentibus cōdemnatis, ſecus ſi unus geſſit, & alter non; quia appellatio eius qui non geſſit non debet prodeſſe ei qui geſſit, l. j. C. ſi unus ex plu. &c. & ij. q. vj. §. quandoq;. Idem ſi habent diuerſas adminiſtrationes: quia tunc unius appellatio non prodeſt alteri: argumen. l. j. C. de diuerſ. reſcript.

d Intentio. Not. ꝙ uerba cuiuſcunq; diſpoſitionis ſunt amplianda uel reſtringenda ſecundum mentē diſponentis; quæ colligitur ex ratione expreſſa in diſpoſitione, ad hoc qđ not. in ca. ſi de re iudi. in vj. Idem ſi nō ſit expreſſa ſed poſſit rationabiliter & indubitāter coniecturari quæ fuerit: arg. not. in l. tale pactū. §. fin. ff. de pact. & not. Bal. in l. maximū uitium. C. de lib. præt. fac. cap. intelligentia. de uerbo. ſignifi. & l. cū pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij.

e Iuſtitia. Quæ ſæpe uiolatur ꝑ fruſtratorias appellationes.

f Oībus. Intellige depēdētibus & connexis, ut in c. inquiſitioni. eo. & de hoc in c. ſecundo requiris. eo.

g Connexa. De connexis. n. idē iudiciū, l. cū actū. ff. de neg. geſt.

h In fine. No. ergo quòd clauſula ſeu qualitas in fine diſpoſitionis poſita non reſtringitur ad immediatè præcedentia. fac. cap. inquiſitioni. eo, unde ſumitur, & per Abb. in cap. ſecundo requiris. eo.

i Non tutum. No. ꝙ iudex locū cōpetere de bētibus cōſtituere debet, quo partes ſine periculo poſſint accedere, & etiā teſtes, & aduocati, & ſimiles. xxxiij. q. ij. c. ſiue de cōiug. ij. & iij. q.

ſi.c.hortamur.ij.q.ij.c.ſi.& l.ſi locus.ff.de iud. immo nec altera pars quę nō pôt uenire honeſtè tenef ire ad locū inhoneſtū.l.ſi cum dies.§. ſi arbiter.ff.de arb. Itē nō ſolùm dicitur locus incommodus propter inimicitias, ſed etiā ſi excedat duas dietas, ut cap. nonnulli. de reſcript. Itē nec extra prouinciarum terminos eſt facienda citatio, iij.q.vj. c. neminem, niſi ex ſpeciali iuſſione pricipis, Aut. Sed hodie.C.de epi.& cleri.& ubi quis citatur ad locū periculoſum nō ſufficit præſtare ducatū,c.accedēs. exe. ut li. non conteſt. & not. in c.ex parte.tua.eod.

a Fuerit. Sed nūquid ſufficiet locū eſſe tutum procuratori licet nō ſit tutus domino? In. uidetur affirmare: quia poteſt quis mittere procuratórem. Hoſt.contra, concludit enim non ſufficere locum eſſe tutū ipſi domino niſi etiā ſit tutus procuratori,& nō domino,ratio: quia ſi ſibi & nō procuratori, priuabitur iſte facultate ſibi conceſſa à iure ut poſſit in cā procuratorē conſtituere l.j.ff.de procur. maximum autē eſt cômodum per procuratorē magis inſtructum cām promoueri.Ita ex cōtrario ſi locus eſt tutus procuratori & non principali, ſequeretur ꝙ in cā ardua compelleretur conſtituere procuratorem,contra cap. querelam.de procurat.& hæc opi.com.tenetur pro qua fac. cap.ſi ue de coniugij.xxxiij q.ij. & de hoc per Ab. in cap.ex parte.eod.

b Remedium.Sed quæritur an hoc caſu poſſit incontinenti appellare, an teneatur proponere corā iudice exceptionē loci non tuti, & ſi ſit proponenda exceptio debeat ne ibi ueritas probari corā iudice,litera hic, & in c.ex parte. eo. uidetur innuere ꝙ poſſit ſtatim appellari. Sed circa hoc plures ac plures ſunt opi. Doct. de quibus per Ab.in d.cap.ex parte.

catus fuerit:[a] niſi enim locum idoneum iudices aſsignent, nō erit propterea appellationis remedium[b] interclusum, quòd appellatione remota ꝓcedi debere mandatū fuerit. Idem[c] etiam obtinet cum ſentētia fertur iniqua, licet enī cauſa appellatione remota commiſſa fuerit. Sententiæ tamen ſtari non debet, ſi iniquitatē contineat manifeſtam.[d]

Lapſo anno, & ex cauſa biennio, appellatio eſt deſerta.h.d.

Illud tam iudiciali[e] appellationi, quā ei quæ extra iudiciū[f] interponitur commune[g] eſt quòd huiuſmodi appellātibus annus,[h] & ex iuſta[i] cauſa biennium[k] à die appellationis interpoſitæ[l] indulgetur: quo temporis ſpacio, & proſequi; & finire[m] appellationis cauſam compellendi erunt: alioqui ſi per negligentiam appellantis hoc

c Idem etiam &c. c.inter cæteras. de ſent. & re iudica.unde ſumitur.

d Manifeſtā. Puta quia lata eſt cōtra ius ſcriptum: ſ.contra leges uel canones c.j.ſupra eo. ita quod in ipſa ſentētia cōtinet error.ij.q.vj. §.diffinitiua.uerſ. itē ſi ſententia cō tra ius ſcriptū.ca. examinata. de cō firm. util.uel inutil. & ca.per tuas. de ſent.excom.ut habetur in c.inter cæteras, de ſent. & re iudic.

e Iudiciali.ij.q. vj.c.ei qui.& c.cū ſit Romana.eo,& per Ab. in c.uenerabilis.de iudi.

f Extra iudiciū. Vt in c. conſtitutus.eo, & c.cōcertationi. eo. in vj. & Cle.ſicut.eo.ti.

g Cōmune eſt. Licet in hoc iudicialis & extraiudicialis appellatio cenſeatur eodem iure. ſunt tamen inter eas differentiæ multæ de quibus per Doct.in cap.bonæ.eo.& not.ſupra.eo.§.j.

h Annus.ij.q.vj.cap.ei qui. & cap.cum ſit.& cap oblatæ.eod.

i Iuſta cauſa. Et euidenti,cap.cum ſit.eo. ubi no. Abb. ꝙ non ſtabitur aſſertioni partis, ſed oportet quòd aut probetur, aut cauſa ſit notoria, & qualis reputetur iuſta cauſa per Abb. in capitulo ex r..tione. uerſiculo ad quintā quæſtionem.

k Bienniū: Immo dabitur etiā triennium ex cauſa,cap.ex rōne. eo. & not. in c. cum ſit. eo.in princ. ſed ut dicit Ab. in d.c.cum ſit.hoc nullibi probatur expreſſè.

l Interpoſitę. Vel à die illati grauaminis,ubi à futuro grauamine appellatur. Cle.ſicut.eod. unde ſumitur, quæ tollit uarietatem opinionum circa hoc, de quibus per Legiſtas in l.ſi. C.de temp.ap.& per Ioan. And.in d.Cle.ſicut. ubi latè.

m Finire. In hoc cōuenit tempus reſtitutionis in integrum, Cle.uni.de reſtit. in integr.

Cum

temporis ſpacium fluxerit, adeò cauſa deſerta cẽſebitur; ut etiam ſi appellans ipſe cum appellato, [a] aut appellatus etiam per ſe, & principaliter proſequatur, non propterea minus in rem [b] iudicatã cenſebitur trãſiſſe ſententia, [c] à qua fuerit appellatum.

Ponit caſus quibus tempus ad proſequendum non currit h.d.

Quam diu [d] tamẽ per cõpromiſſum, [e] uel aliàs de partium expreſſo [f] conſenſu differtur proſecutio, tẽpus ad proſequendam appellationẽ ab homine uel à iure præfixum minimè currit [g] appellanti, [h] niſi fortè iudex ex dilatione periculum imminere [i] uidens in illa procedi præciperet. [k]

Tempus datum à iure ad proſequẽdam appellationem poteſt breuiari per iudicẽ ex cauſa. h d.

Et licet [l] anni, uel biennij ſpatiũ appellantibus indulgeatur, poterit tamen iudex à quo ſecundum locorum diſtantiã, [m] perſonarũ, & negotij qualitatem reciſius [n] tẽpus moderari, intra

a Cũ appellato. Licet ergo dilationes quas petit appellatus per quas protelatur proſecutio appellationis proſint appellanti, ſicut & reſtitutionẽ petenti proſunt quas petit reus contra quem petitur. l. pe. C. de tempor. reſtit. in integr. ipſa tamen proſecutio quam facit etiam appellatus ſibi non prõdeſt, ratio: quia ĩ appellato dicente malè appellatum & ſententiam trãſiſſe in rem iudicatã nulla eſt contrarietas, ut latè deducitur in Cle. ſi appellationem. eod. in Gloſ. appellatus.

b In rem iudicatam. capit. cũ ſit & c. ſæpe. eod.

c Sentẽtia. Quę tamẽ erat aliqua: ut quia cõtra ius litigatoris lata, ſi enim à principio fuiſſet nulla, ſicut propter appellationem omiſſam, nõ traſiret in rem iudicatã, ita nec propter interpoſitam & deſertam, cap. licet. & quod ibi not. de ſent. excom.

d Quandiu. Concor. Authen. ſi tamen. C. de tempor. appellat. & Clem. quandiu. eo. unde ſumitur.

e Compromiſſum. Nõ ſic in eligentibus qui compromittunt, quibus bene currunt electionum tempora, cap. ſi compromiſſarius. in prin. de elect. in vj. ubi ponitur diuerſitatis ratio, ſi ergo compromiſſarius non pronuntiat reuertitur appellans ad iudicem, idem ſi pronuntiat ſed appellans uult pœnam ſoluere, & appellationem proſequi. Item etiam ante pronuntiationem compromiſſo durante poterit appellans ad iudicem redire ſoluendo penam, cap. ſignificantibus. ubi not. de offic. deleg. & not. in Cle. quandiu eod.

f Expreſſo. Non ſufficeret ergo tacitus conſenſus, puta, ꝙ ſimul appellãs & appellatus domum redirẽt, uel longam peregrinationem ſimul arriperent, imputet enim ſibi appellãs qui ſic itinerat. Item per procuratorẽ proſequi poterat: ut not. in Cle. quandiu. eod.

g Currit. Non intelligas ꝙ compromiſſo finito habeat appellans tempus integrum, ſed ſolum habebit quantum tempore cõpromiſſi ſupererat, dormit enim tũc illius tẽporis curſus. fac. Cle. uni. de reſti. in integr. & cap. dilecto. de uerb. ſignifi. & l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. ff. ex quibus cauſis maio.

h Appellanti. Nec appellato.

i Imminere. Vt in cauſa electionis, & ſpiritualis matrimonij, cap. oblatæ. eo. unde ſumitur. Idem in matrimonio carnali, ſecundum Goffre. Hoſt. & Aegid. cap. quoniam. ut lit. non conteſt. Idem in alijs quæ celeritatem deſiderant, l. j. ff. de dan. infect. & l. j. & ij. ff. de ferijs. & tradunt Legiſtæ in l. j. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur.

k Pręciperet. Poſt illud ergo præceptum incipient currere tempora.

l Et licet. Sumitur hic §. ex cap. cum ſit. & cap. ablatæ. & cap. conſuluit. & cap. ad aures. & cap. adhæc. & cap. perſonas. & cap. ſuperior. eod.

m Diſtantiam. fac. diſt. lxiij. cap. cum longè. & xiij. q. ij. c. ubicunq;. & l. qui bona. §. fi. ff. de dan. infect. cum l. ſeq. & l. non nunquam. ff. de iudi. & l. ij. ff. de re iud.

n Reciſius. Arg. ꝙ iudex põt abbreuiare inducias datas à lege. ſic. ff. de re iudi. l. ij. c. oblatæ. eo. & c. quo ad conſultationem. de ſent. & re iud. Arg. cõtra d. xxviij. c. de his. & l. iiij. §. ſi quis cõdemnatus. & iij. q. iij. c. de inducijs. Sol. induciæ

quod ſi is qui appellauit, cauſam appellationis non fuerit proſecutus tenebit ſententia. Coget [a] ergo iudex partes appellatione non admiſſa, ut uel appellationem interpoſitam proſequantur, uel coràm eo iuris pareant æquitati.

Quando periculum eſt in mora, debet iudex breuiare terminum proſequendæ appellationis. h. d.

Superior [b] quoq; iudex ſi ex dilatione uiderit imminere periculum, [c] poteſt & debet neutro appellationem proſequente, ut periculum euitetur occurrere: puta ſi à ſententia lata ſuper confirmatione alicuius electi prouocatũ fuerit, & utraque pars uelit etiam ad annum appellationis proſecutionem differre, poteſt utique, imò debet is ad quem appellatũ fuit, prouide terminum moderari, ne diu gregi dominico cura paſtoris deſit.

Interdum ad proſequendã appellationem datur pluſquã biennium. h. d.

Accidit tamen aliquando ut nõ per annum, uel biennium, ſed etiam ulterius cauſam appellationis alicui proſequi concedatur, [d] utputa ſi quẽ per impotentiam [e] proſecutionem omiſiſſe conſtiterit, [f] uel cũ iudici ex proprio

induciæ quæ dantur à lege uel canone ſeruandæ ſunt, niſi iuſta cauſa interuenerit, ob quam ſint breuiandę & tunc id committitur arbitrio iudicis, cap. cum ſit. eo. & l. continuus. §. ſecundo. ff. de uerb. oblig. Quædam tamẽ ſunt induciæ à iure ſtatutæ quæ alterari non poſſunt, ut tẽpus x. dierum datum ad appellandum, tẽpus intra quod peti debet reſtitutio in integrum, & terminari, ut not. in d. cap. cum ſit. & in cap. prætere a. de dilat. Sed nunquid quod iudex poſſit diminuere de anno appellationis, ita ſimpliciter intelligendum ſit ut appellans teneatur cauſam appellationis finire infra minus tempus anno uel biennio? Reſpõdeo ut not. in d. cap. cum ſit. in uerbo reciſius. uerſiculo. ſed nunquid.

a Coget. cap. ad hæc primo capit. conſuluit primo cap. ad aures. eo. cum concord.

b Superior. Sic cap. oblatæ. §. ſuperior. eo. unde ſumitur.

c Periculum. Ne ſcilicet eccleſia in ſpiritualibus uel temporalibus ex mora detrimentum incurrat, cap. quam ſit. de elect. in vj. quo caſu poſſet etiam lite non conteſtata procedi, cap. quoniam. §. j. arg. cap. conſtitutus. eo. & not. in cap. oblatæ. §. ſuperior.

d Concedatur. Non exprimit ipſo ne iure an per reſtitutionem in integrum, & uerbum concedatur. hic poſitum eſt aptum utrunque comprehendere. de quo dic ut latè habetur in cap. ex ratione. eo.

e Impotentiam. Verbum hoc eſt generale ut in cap. ſciſcitatus. de reſcrip. unde hæc impotentia uarijs modis poteſt intelligi: ut quia appellantes fuerunt impediti iuſta de cauſa, uel per iudicem ſtetit, unde eis non imputatur. ij. q. vj. capit. anteriorum. §. adhoc. & §. biduum. & §. ſi forte. & cap. ex inſinuatione. eod.

f Conſtiterit. Sed quomodo poterit conſtare. Specul. in §. nunc breuiter. uerſic. quid ergo. eo. titulo, dicit per iuramentũ impediti. Sed Ioan. And. ibi in additionibus dicit hoc procedere quando appellaretur ad iudicẽ ualde remotum? quia tunc difficile eſt ſecum adducere teſtes, & ſi daretur terminus ad probandum in partibus occuparetur forte maius tempus. Si autem loci diſtantia nõ impedit, debet impedimentum plene probari, ſecundum eum. & hoc placet etiam Ant. de Butr. Sed Ab. in capit. ex ratione. eo. uerſic. quarta qõ. firmiter tenet ꝙ etiam data diſtantia locorum non ſufficiat hoc caſum probare impedimentum per iuramẽtum: quia ob impedimentum nõ tranſit ſentẽtia in rem iudicatam, cap. cũ ſit. cum ergo hic agatur de maximo præiudicio, & de abdicando iure iam quæſito appellato per deſertionem appellationis, debet impedimentum plenè probari, ſicut probari debet in quolibet facto graui non obſtante diſtantia locorum. & licet Abb. loquatur cum agitur de dando ſecundo fatali, tamen idem erit dicendum & multo fortius in terminis §. noſtri.

Officio.

officio [a] ſuper cauſa electionis etiam lapſo biennio cognoſcere conceditur.

Pars poteſt ſibi terminum proſequēdæ appellationis breuiare non prorogare.h.d.

Pars quoque [b] interdum ſibi [c] proſequendæ appellationis terminum præfigit. Sed cum hoc gratia litium citius [d] expediendarum indultum fuerit, iuris terminus à parte præueniri nō prorogari [e] poterit, ſicut nec in una cauſa tertio [f] prouocari licebit.

Confirmatio in forma cōmuni non præiudicat appellationi, nec laudum inualidum roborat, aut proceſſum impedit, ſed obiectā ſuper re ab aliquo pacificè poſſeſſa, facit ut quis non poſſit conueniri ſedi Apoſtolicæ.h.d.

Poſtremò ſciendū eſt, quòd ſi ſententiam appellatione ſuſpenſam, antequam ipſius appellationis cauſa commiſſa [g] fuerit, uel laudum contra [h] iuris, uel compromiſſi [i] formā latū Apoſtolico reſcripto

a Officio. Vt in cap. cōſtitutus.eo.nec enim ex negligentia appellantis ceſſat officium iudicis ubi iudex ſine parte potuiſſet procedere, quod eſt ubi concernitur utilitas publica? exēplum in cap. criminia. de colluſi.det.fac.l.quāuis.C.de adult. aliud eſt ſimile in ca. ſi forte. iuncta Gloſ. de elect. in vj. fac.cap.cū nobis.& cap. cum dilecti. de elect. Aliud eſſet ubi cauſa nō eſſet talis in qua officium iudicis exhuberaret, ut puta, concernēs merum commodum priuatū: quia tunc iudex non debet ſe impedire actore uel appellatore ceſſante, iuſta not. in cap. ad noſtrā. ij. de iureiu. fac. not.in l.iiij.§.hoc autē iudicium.ff. de dan.infect.& l. ad peremptoriū. & quod ibi Bart.ff. de iudi.

b Pars quoque. Ne dum iudex à quo.concor.cap.perſonas.eo.

c Sibi. Sed an appellatus ualeat talem terminum præfigere ſicut poteſt appellans & iudex? Reſp.hoc non reperitur iure cautū, nec mirū: quia eſſet in poteſtate aduerſarij duram conditionem imponere ſuo aduerſario, quod nō eſt cōcedendū, ſed appellās hoc pōt:quia ipſe imponit legem ſibi ipſi præiudicando reſtringendo terminum iuris,& hoc comm.teneť ut per Abb.in cap.perſonas.eo.

d Citius.cap.oblatæ.eo.

e Non prorogari. Quia inducta in unū propoſitum non debent operari contrarium l.legata inutiliter.ff.de leg j.

f Tertio.cap.directe.& c.tuæ.eo.& ij.q.vj.c. ſi quis in quacūque.& l.uni.C.ne li. in una eademq; cauſa ter.prouo.Sed contra ij.q.vj cap. quoties.ubi diciť quoties ſe putauerint grauari ad ſed.Apoſt.appellēt.Sed dic quoties, id eſt. ſecūdo & nō ultra in diffinitiua ſententia fuit ſuper eod.cap.ſic in d.c. directe. & ſic uerbum illud generale quoties,reſtringiť d.xviij.c.placuit.& d.lxxv.c.qđ dic.in fi.& xij.q.ij.c.ſine exceptione.& c.ſedes.de reſcrip. Vel dic ſecundū Ab.ꝙ uerbū quoties, intelligitur propriè, ſed uerificať in diuerſis grauaminibus: nā ſimillies quis grauareť in eadē cā. toties poterit appellare, hic aūt §.procedit qn̄ ſuper eodē fuit bis appellatū ꝑ eādē partē, & bis ſentētia fuit cōfirmata. Itē intellige reſpectu eiuſdē partis: ſecus diuerſæ: nā hoc reſpectu ſuꝑ quolibet articulo poterūt interponi quatuor appellationes,ut ꝑ Legiſt. in d.l. uni. & ꝑ Io. And. in d.c. directe. Sed adhuc cōtra ꝙ immo eadē pars ter appellat. xxxj. q. ij.c. Lotharius. ubi ꝙ Taberga ter appellauit. Sed dic ter appellauit,id eſt,ter uocē appellationis emiſit,dicendo.ſ.appello,appello,appello,nec.n.ꝑ hanc geminationē uideť recedere à iure ſuo,ſed potius loqui ex quadā cordis abūdantia.ad hoc c. bonę.eo.& fac. Cle j.eod. Et nota ꝙ hoc qđ nō licet tertio appellare ab eodē articulo,ꝓcedit etiā in ſentētijs quæ nō trāſeunt in rē iudicatā:ut not.in c.fraternitatis.de fri.& mal.Sic etiā in hmōi cauſis poſt x. dies licet appellari nō poſſit, pōt tn̄ agi ꝑ uiam querelæ.not.in c.ad reprimēdam. de offi. ordina.

g Commiſſa.c.bonæ.de confir. util.uel inut. ubi habes exemplum.

h Contra iuris. Quia fortè laudū fuit latum per ſordes uel per gratiā, & ideò nullum.l.iij. C.de arbit.& fac cap.examinata. de confirma. utili.uel inutili.unde ſumitur.

i Cōpromiſſi.Nil.n.pōt arbiter facere cōtra formā cōpromiſſi, c.cū dilectus de arbit.l.Pedius.& l.nō diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbit.& c.examinata. de cōfirm. utili uel inutili.

In

in forma a communi confirmari obtẽtum fuerit, talis confirmatio, nec appellationi præiudiciũ afferet, b nec inualidum laudũ ullo firmitatis robore muniet. Nam etiã ſi ante ſententiam litigioſæ c rei confirmationẽ ab Apoſtolica ſede quis impetrauerit, non propterea minus de cauſa poterit iudex cognoſcere,& eam fine debito terminare. Quanquã ſi rem pacificè quis poſſediſſet, cum inde cõfirmationem d obtinuit, e non erit licitum iudici de quæſtione poſtmodũ exorta abſque mandato ſedis Apoſtolicæ decernere: niſi certum ſit quòd per falſi ſuggeſtionem fuerit elicita. f

DE RESTITVTIONE g IN integrum. XIIX

Minor & Eccleſia reſtituuntur aduerſus ſententiam etiam à ſede Apoſtolica latã. hoc dicit.

ADhuc autem ijs q appellationis remedio deſtituti ſunt, auxilio reſtitutionis in integrum ſuccurritur, ſed nec omnibus, nec ſemper, nec ab omnibus. Minor igitur & Eccleſia, h ſi

a In forma communi. Dicitur autem confirmatio facta in forma communi, quado fit conditionaliter non cognito de cauſa, ut ſi dicatur confirmamus tibi poſſeſſiones quas iuſtè poſſides, uel per ſimilia uerba, uel ſub ſimili forma:ut per Ab. in ca.j. de confir. utili. uel inutili. de qua etiam uide tex. cum Gloſ. in c. quia diuerſitatem.de conceſſ. præben.

b Afferet. c.bonę de confir.util. uel inutili.

c Litigioſæ.c.j. de confirm. utili. uel inutili. & dicitur res litigioſa de cuius dominio cauſa mouetur inter petitorem & poſſeſſorẽ. Aut.litigioſa res. C de litigio.& ſic controuerſia ſup poſſeſſione orta non facit rem litigioſam, de quo dic ut not.in d.c. j. & p Caſſa. de reſcrip.deciſ.vj.

d Cõfirmationem. Pro declaratiõe materiæ ſciẽdum eſt ſecundũ Abb.in c.j.de confirm.utili.uel inutil. ſuper ſecunda Gloſſ. quòd quandoque confirmatio tribuit multum noui iuris, ut confirmatio electionis facta per ſuperiorem. Nam tribuit poteſtatem adminiſtrandi. c.tranſmiſſa. & ca. qualiter.de elect quãdoq; nulium ius tribuit, ut confirmatio conceſſa à Papa in forma communi, ſed ſolet ad cautelam impetrari, ne uideatur ſine ſcientia Papæ procedere,& ut magis timeatur,ut p Glo.in d.c.j.c.quãq̃.diſtin. xxiij.Quædã cõfirmatio uetus ius cõfirmat & cõſolidat, ut quando fit confirmatio ex certa ſcientia,& dicit ex certa ſcia.quando totũ negocium fuit Papæ reſeruatũ, & ipſe poſtmodũ confirmanit maximè apponẽdo clauſulam ex certa ſcientia. & hæc confirmatio operaẽ plus uel minus ſecundũ ſubiectũ diſpoſitum: nã ſi iuſtè poſsidebat ut inferior nõ poſſit amplius de illa re cognoſcere, ſcilicet utrũ iuſtè poſſideat nec ne. c.ij.de confir.util.uel inutil.& dẽ hic. Itẽ facit rem maioris authoritatis.c.qs neſciat. diſt.xj. Quãdoq; operaẽ maiorem effectum:nã ſi iſte iuſtè non poſſidebat incipit iuſtè poſsidere, unde ſolet Papa apponere clauſulam, *ſupplentes de plenitudine poteſtatis omnem defectum,&c.* & ſic inualidũ facit ualidum. ca.j. de tranſact. & iij. quæſt.vj.cap.hæc quippe.

e Obtinuit.Nõ facta mẽtione de litigioſo: aliàs ſi facta eſſet mentio arripitur illa cauſa ab inferiore iudice: ut in c. j.& ibi Abb. in j. not. de confirm. utili.uel inutili.

f Elicita. Vt in ca.j. & ca.ij.& ibi plenè pet Abb.& Doct. ſuper Gloſ.in uerbo exorta.

DE RESTITVTIONE g IN INTEGRVM.

DE reſtitutione in integrum. Continuatio patet ex principio tituli. Reſtitutio autem in integrum nihil aliud eſt, quàm in priſtinum ſtatum repoſitio.ij.q.iij.in ſi.& l.j C.de ſent.paſſ.

h Et Eccleſia. Habet ergo duos qui reſtitui poſſunt in integrum, Minorem ſcilicet & eccleſiam.fac.c.conſtitutus. & c. tam ex literis. eo. quod procedit etiam ſi prælatus iuret nõ petere talem reſtitutionem: nam licet ualeat

iuramentum,

iuramentum, nihilominus reſtitutio in integrum poteſt peti: ut not. in c.j. eod.in vj.& tenet Abb.in c.j.in antiquis. Adde tu tertiò etiā Remp.l Rempublicam. C.de iure reip. lib.xj. l.Reſpublica.C.ex qui.cauſ.maio. Sed an ciuitas? Hoſtien. in ſumma eo. §. cui tenet quòd non. Idem tenet Inno. in c.j.eo. Et quod dicitur de Republica intelligunt de Rep. Rom. l. eum qui uectigal. ff.de uerb.ſignifi. Contrarium not. Glo. in d.l.Reſp. quam uidentur ſequi Butri. Bart.& Bal.dicētes quòd ciuitas habebit reſti.in integ.ſaltē ex clauſula generali, ex quo enim regitur per adminiſtratores habet iuſtam cauſam petendi reſtitutionem in integrum, ſaltem ex clauſula generali.& hoc ſequitur etiam Abb.in c.j. eo.allegans.l.legatis. ff.de iudi. iūcta Aut.multo magis.C.de epi.& cler. Idem etiam tenendum eſt de caſtris,& uillis, & pijs locis, ut latè cōprobat idem Abb.in d.c.j.ubi tenet quòd etiam collegium ſcholarium poſſit petere reſtitutionem in integrum: quia in eo ſunt multi minores.

ſe prolatione ſententiæ grauiter [a] læſos conquerantur, [b] & appellandi tempora iam fluxerint, reſtitutionem in integrum implorare poterunt. Quod quidem adeò obtinet, ut etiam ſi ab Apoſtolico ſententia lata fuerit, non propterea magis in integrum reſtitutionis petitio impediatur. Nec enim negatur [c] Romanæ ſedis ſententiam in melius poſſe commutari, cū aut ſurreptum [d] aliquid fuerit, aut ipſa pro cōſideratione ætatum, [e] & temporum, [f] ſeu grauium neceſsitatum aliquid ordinauit.

Reſtituitur Eccleſia aduerſus quamlibet læſionem etiam aduerſus aliam eccleſiam.h.d.

Sed & ſi non ſententia, ſed uel contractu, [g] uel confeſsione, [h] uel probationis omiſsione, [i] uel temporis fluxu Eccleſia læſa fuerit reſtitutio indulgenda erit, nec ſolum contra priuatos homines, ſed etiam aduerſus aliam Eccleſiam. [k]

Beneficium reſtitutionis in integrrm non indulgetur,

a Grauiter. Pro modica enim læſione nō daretur reſtitutio in integrum. l.ſcio.ff.eod.l.ex cauſa iudicati.j.ff.de mino. c.pe.de reb.eccle. non alien. Sed quæ dicetur magna læſio, uel parua? Reſpon. ex conditione eccleſię: nam ſi eccleſia eſſet tenuis in reditibus modica læſio reputaretur grauis & enormis. contrarium eſſet in eccleſia ualde abundanti, ſic Abb.in c.j.eo.continebit ergo libellus enormem læſionem, ut habetur in c. tam ex literis. eo.

b Conquerantur. Et plenè probent læſionem & cauſam ex qua reſtitutione petunt: ut per Abb.in cap.tam ex literis. uerſic. dubium eſt.eod.& eſt tex. in Clem.j.eod. & in §. proximo ſequenti.

c Negatur. Sic xxxv. q.ix.ca.ſententiam.& c.tam ex literis.eod.

d Surreptum.c. cum olim. de re iudic.

e Aetatum. Diſtinct.lxxxvj. ca. tāta. & xxvj. q.ij. c.hoc ſcit. & cap. tempora. & diſt. 50.c.pœnitentes.

f Temporum. Diſtin. lv.ca.priſcis.& xxxv.q.vij. cap. neceſſaria. & c. quod pro remedio.

g Contractu.c.j.eo.cap.j.eod. in vj.l.j. C.ſi aduerſ. uend.l.j.C.ſi adue r.dona.

h Confeſſione. ca.ij.eod. in vj. l. certum. §.pen.ff. de confeſſ. Sed cōtra. Aut enim eccleſia confeſſa eſt ueritatem, cōtra quam non datur reſtitutio. Aut falſitatem, & hoc probato non nocet confeſſio: ut in d.c.ij.non ergo eſt recurrrendum ad extraordinarium remedium ex quo ordinarium competit. l.in cauſæ ij.ff.de mino. Sol.dixit. Hoſt.ꝙ poſſet eſſe ꝙ falſitas confeſſa probari non poſſet, unde expedit reſtitutionem dari. Vel dic quòd fuit confeſſa non per errorem, uel non poteſt error probari ſed læſio, uel fuit confeſſa tempore quo non debuit, uel lata eſt ſententia: tamen eſt adhuc infra quadriennium à die confeſſionis.

i Omiſſione.c.ij.eo. Quid ſi dicat eccleſia ſe læſam præſcriptione? Reſpon. ut traditur in c.auditis.eo.& uide per Hoſtien. in ſumma. eod.§.in quibus.

k Aliam eccleſiam. c.auditis. eo.quod non uidebatur, cum priuilegiatus contra pariter priuilegiatum ſuo priuilegio uti non poſſit, l.ſed

niſi intra quatuor annos, ſi non ſubſit aliqua rationabilis cauſa, ut dictum ſpatiũ prorogetur h.d.

Sed ſiue ſententia, ſiue contractu,[a] uel aliter ſe lęſam prætendat Eccleſia, & propterea ſe ad beneficiũ reſtitutionis in integrum admitti poſtuſtulet, ſi quadriennij[b] ſpatium à die læſionis lapſum fuerit, amplius reſtituenda non erit, niſi præuaricationis,[c] uel manifeſtæ fraudis[d] ꝓbetur[e] ſuper hoc interueniſſe commẽtum,[f] aut alia cauſa[g] ſubſit quæ iudicem ad hoc beneficium concedẽdum mouere debeat. Et ſi tempore læſa aſſeratur non fiet reſtitutio, niſi ad tantum tẽporis, in quantum ſe læſam eſſe legitimè probauerit.[h]

Reſtitutio in integrum ſemel negata non conceditur amplius, etiam in alio iudicio, niſi duobus caſibus hic contentis. h.d.

Quòd ſi ſemel reſtitutio in integrum in alio iudicio denegata fuerit, præterquàm ad appellationem omiſſam, non erit eidem amplius concedenda,[i] niſi nouis defenſionibus,[k] ad huiuſmodi beneficium admittenda fuerit.

Ponit qui & quando poſſunt de reſtitutione in integrum cognoſcere. h.d.

Huiuſmodi uerò reſtitutionum cauſæ ſolum coram iudicibus ordinarijs adminiſtrationem habentibus,[l] uel delegatis

l. ſed & milites. ff. de excuſ. tutorum.

a Contractu. No. unum quòd quando eccleſia petit reſtitui contra contractum, maius eſt eius priuilegium, quàm minoris: quia ſi minor iurat non contrauenire non reſtituitur. Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. ſi autem pręlatus iurat non repetere, uel non contrauenire in contractu dãnoſo eccleſiæ, licet contraueniendo deieret eccleſia, tamen eodẽ petente, uel alio ex iudicis officio reſtituitur. xxx. q. ix. ca. quod quis. & ca. ſi quis. de reb. eccleſ. non alien. cap. intellecto. de iureiu. c. cum ueniſſent de inſtitu. c. j. eod. in vj.

b Quadriennij. cap. j. eo. in vj. & Clem. j. eo. cum ibi allega.

c Pręuaricationis. Quo ad ſententiam, & quis ſit præuaricator, habetur in l. j. ff. ad Turpil. & ij. q. iij. § notandum.

d Fraudis. Reſpectu cõtractus, uel reſpectu utriuſque.

e Probetur: Quia qui allegat dolum &c. l. quoties. § qui dolo. ff. de probat.

f Commentum. Machinatio, deceptio.

g Cauſa. Verbi gratia ſecundum quoſdam, ſi prælatus malè contrahens uixit dicto quadriennij ſpatio. tunc enim non currit præſcriptio. xvj. q. iij. c. ſi ſacerdotes. & hoc tenuit Inno. in c. tam ex literis. eo. & ſequũtur plures: ut per Peruſi. eod. in ſexto. & licet quidam ſecus teneant, cum tamen hæc opinio faciat in fauorem eccleſiæ, ſcilicet tenentium contra, non tenenda. argum. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. uel iuſta cauſa erit ſi multas prælatorum habuit mutationes: ut not. in capit. j. in ſexto. Peruſi. tamen quòd hoc totum ſit reponendum in iudicis arbitrium.

h Probauerit. Clemen. uni. eo.

i Concedenda. Aliàs nullus eſſet litium finis, ſecundum Hoſtienſem, ſed de ratione iſtius diſpoſitionis uide per Abb. in cap. ſi. eo. unde ſumitur, uer ſic. ultra Gloſſam ſcias.

k Nouis defenſionibus. Tunc enim propter nouas defenſiones iterum auditur. l. j. ij. & iij. C. ſi ſep. in integ. reſti. poſtul. ex quibus ſumptũ eſt quod hic dicitur, & in capitu. ſi. eod. Sed quas intelligemus eſſe nouas defenſiones? Reſp. ſecundum quoſdã tam illas, quæ tunc erant, ſed non fuerunt allegatæ, quia occultæ erant, ſiue quę poſteà emerſerunt. Quidam tamen intelligunt de primis omiſſis tantum, quaſi non poſſint aliæ de nouo ſuperuenire, & hoc putat uerius Gloſſ. in c. ſi. de reſti. in integ. Sed cõtra hoc uidet: quia ex noua cauſa recuſat iudex poſt litẽ conteſtatam. c. inſiuante. de offi. deleg. ca. paſtoralis. de except. & iiij. q. iij. c. ſi quis teſtibus. & quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. § ex cauſa. ff. de interrog. actio. Sol. ut habetur in dicto. cap. ſi.

l Habentibus. Sicut eſt epiſcopus, poteſtas & huiuſmodi

& huiuſmodi, & alij etiam minores ordinarij contentioſam qui præſunt alicui uniuerſitati. l.j. §.fi. ff.de poſtul. l.fi. C.ubi, & apud quos.etiam xj.q.j.de perſona. & not.in c.pen. eo. unde ſumitur.

ab eis tractari poterunt, & terminari: ſiue hoc ipſis delegatis [a] ſpecialiter demandatum fuerit, ſiue cõmiſſo eis negotio, huiuſmodi quæſtionem incidere contingat. Delegati uerò ab Ordinarijs, qui adminiſtrationem non habent, [b] ſed tantummodo iudicãdi facultatem, ſiue arbitri de his cauſis cognoſcere nequeunt, niſi corã eis incidenter [c] motæ fuerint.

Per querelam & ſupplicationem retractatur ſententia. Et ſub qua forma ſupplicatio porrigatur. h.d.

Per ſupplicationẽ quoque Principi porrectam, aut per querelam [d] appellationis remedio deſtitutis ſubueniri ſolet. Erit autem ſupplicatio [e] intra decem dies poſt ſententiam offerenda, [f] quo ſubſecuto ſententia non aliter executioni mandabitur, quàm ſi uictrix pars idoneam fideiuſsionem præbuerit, tantum reſtituendi, cum legitimis

a Delegatis. Et multo magis delegatus à principe.fac.l.fi.C.ubi, & apud quos reſti.in integr.& c.pe. eod.unde ſumitur. Sed non uidetur quòd ordinarius demandare poſſit cognitionem iſtam, cũ in integrum reſtitutio cauſę cognitioné deſideret. l.iij.ff.de reſtit.in integr. & l.in cauſæ. §. cauſa. ff. de mino. & c.tam ex literis. eo. ſed quę officio iudicis cauſa cognita expediuntur, alteri demandari nõ poſſunt. l.necquicquam. §. ubi decretũ.ff.de offi.proco. Sol. reſtitutio in integrũ cõpetit iure magiſtratus,& trãſit cognitio reſtitutionis ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter committatur.d.l.fi. ſed ea quæ competunt iure magiſtratus delegantur. l.prima.ff.de offic. eius.&c.Sed adhuc contra: quia ea quæ magis ſunt imperij, quàm iuriſdictionis magiſtratus facere non poteſt, ſed reſtituere eſt magis imperij, quàm iuriſdictionis: ergo nõ permittitur magiſtratui. l.ea quæ. ff.ad municip.ergo multo minus poſſunt delegare. Sol. ut not.in c.pen.eo.in uer.delegatis.

b Non habent. Qui autem ſint iſti not. in c. pen.eo.unde ſumitur.

c Incidenter. Principaliter autem iſti cognoſcere non poſſunt de reſtitutione, cum cauſa iſta requirat maiores iudices, & hoc ex officio ſuo faciant, ſi autem inciderit quæſtio reſtitutionis in integrum in negocio de quo eſt compromiſſum,uel quod eſt alijs delegatis commiſſum, poſſunt tunc de reſtitutione cognoſcere.ſic l.quoties.C.de iudi.& l.j.C.de ordin.iudi.ibi enim iudex cognoſcit de cauſa ſtatus incidenter, qui aliàs cognoſcere non ualet. Nec dicitur arbiter tunc facere compromiſſum: quia huiuſmodi reſtitutio non eſt alia cauſa ſiue negotium ab eo de quo compromiſſum eſt, ſed oritur ex illo, & illi cohæret, de quo compromiſſum eſt, utputa, ſi omiſit probationem arbiter, de hoc & conſimilibus, quæ incidũt in cauſa poteſt cognoſcere: ut not. in c.penultim.eo.

d Querelam. Hoc uerbum largè ſumptũ includit omne remedium per quod quis recurrit ad ſuperiorem per uiã grauaminis, & tunc includet etiam appellationem,& in integrum reſtitutionem.l.ab eo. & ibi not.C.quomodo, & quando iud.& declarat Abb.in cap.querelam.de procu. & Fely.in c.querelam.col.penul.de iureiu. Accur.Bar.& alij in l.ſi ab arbitro.ff.qui ſat.cog. ſtrictè uerò cum ab eo qui remedio appellationis deſtitutus eſt iudex aditur, ut hic, & per Cardin.Alexand in c. cum ſit Romana.de appel. poſt Rotam,& tã per Canoniſtas, quàm per Legiſtas in locis ſupralleg. & per Gloſ.& alios in c.ad reprimendã.de offic.ordi.Ab.in c.conſanguinei.col. pen. in fi. de re iudi. & cõpetit hoc remedium querelæ tam in extra iudicialibus,ut per Card.in d.c.cum ſit, quã iudicialibus.Vnde ſi iudex tardaret expeditionẽ cauſæ licet ab hac tardatione nõ poſſit appellari. poterit tamen querelari.Bal.in l.fi.§.illud.C.de temp.appell.

e Supplicatio. Sic in Auth quæ ſupplicatio. C.de precib.Imp.offe.unde ſumitur.

f Offerenda. In ſcriptis.

Augmenti

augmentis, [a] quantū fuerit in condemnatione: ſi legitima retractatione ſententia reſoluatur. Et niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur, executio ſententiæ ſine fideiuſsione procedet, retractationis [b] iure illi ſeruando, qui ſe grauatum putauerit, ut intra bienniū ſupplicare ualeat.

a Augmentis. Ideſt fructibus, & acceſſionibus.

b Retractationis. Sed quomodo retractabitur? Reſpon. ut not. in Authen. quę ſupplicatio. C. de prec. Impe. offe. & no. hic quòd pendente ſupplicatione mandatur ſententia executioni, non ſic pendente appellatione. l. j. ff. nil nou. app. pend.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.

DE ACCVSATIONIBVS [a] DENVNTIATIONIBVS, ET INQVISITIONIBVS. I

Criminalia iudicia non habent aliquid ſimile cum ciuilibus: Et inſtituuntur per accuſationem, denuntiationē & Inquiſitionem. Et Accuſationem inſcriptio, denuntiationem charitatiua moni tio præcedere debet. h. d.

CRiminalia [b] Iudicia nihil fermè [c] ſimile habent cum cæteris iudicijs, de quibus proximè locuti ſumus: magnaq; diuerſitas [d] eorum eſt & in inſtituendis & in exercendis. Inſtituuntur autē aut per Accuſationem, aut per Denūtiationem, aut per Inquiſitionē: Per Accuſationem, [e] cum ſolenni præcedēte inſcriptione [f] ꝑ accuſatorem Rei crimen ad iudicem defertur. per Denuntiationem: ut cum nulla [g] præcedente inſcriptione, ſed tm̄ charitatiua monitione [h]

DE ACCVSATIONIBVS, DENVNTIATIONIBVS. a & inquiſitionibus. De accuſationibus. Continuatur ad præcedentia & ſequentia. Supra dictum fuit de iudicijs ciuilibus, ſequebatur uidere de criminalibus & quia ea inſtituuntur per accuſationem, denuntiationem, & inquiſitionem, meritò præmittit de his. Ad ſequentia, cum eſſet tractādum hoc quarto libro de criminibus, & ſuper his procedat per accuſationem, denuntiationem, & inqſitionē, meritò de his ꝓmittit.

b Criminalia. Sumpta eſt imitatio ex titulo de publicis iudicijs in inſti. ciuilibus. ſimilis imitatio ſupra in tit. de præb. in princ. & in tit. de reg. & monachis in prin. An autem dicātur criminalia ea iudicia in quibus pœna pecuniaria uenit imponenda, per Ab. & alios in Rubrica de iudi.

c Fermè. Melius hic dicitur fermè. quàm in inſtit. ciuil. de publi. iudi. in princ. *nec omnino quicquam ſimile.* habent enim aliqua ſimilia, & eſt hoc de intentione Accurſ. in d. princip. in utriſque enim libellus porrigitur, in utriſque de calumnia iuratur: ut no. in d. princip.

d Diuerſitas. Quia in ciuilibus agitur ut aliquid detur actori, in criminalibus autem nō ut aliquid detur principaliter, ſed ut puniatur accuſatus, & ita conſiderata petitione magna eſt diuerſitas, eadē eſt cōſiderato fine. Itē eſt diuerſitas etiā in exercitio, cū in ciuilibus probet actor tantū. l. qui accuſare. C. de eden. ſed in criminalib. actor & reus quādoq;. l. fallaciter. C. de aboli. & l. ubi. C. ad leg. Cor. de falſis.

e Per accuſationē. Adde ꝙ per exceptionē etiā intentantur interdum crimina: ut in c. ſuper his. eo. & §. accidit. infra eo. ſed nō adiungitur hic modus tribus hic enumeratis: quia licet per exceptionē opponantur crimina, nō tn̄ per illū modū uerè criminale iudiciū dicitur inſtitui, cū exceptio in iudicio ſit qđ depēdens, & concor. cum hac litera. ca. qualiter. ij. & cap. licet. Hely. de ſimo.

f Inſcriptione. Sed quando dicetur facta ſolennis ſcriptio? quidam ꝙ quando accuſator profitetur in fine libelli accuſationis ſe perfectum libellum dediſſe, ꝓ quod ſtatim obligatus intelligitur ad talionem. Alij ꝙ inſcribere eſt qn̄ accuſator profitetur & promittit de proſequenda accuſatione uſq; finem. & de hoc not. in l. ſi cui. ff. eo. & in l. in cauſis. C. eod. Tertij ꝙ tūc quis dicitur inſcribere cū ſe obligat ad eandē pœnā ſi nō probauerit, quam reus debuit pati ſi probaſſet ipſe accuſator: ut ij. q. viij. ca. quiſquis. & c. qui crimen. & hæc tenenda. pro qua, cap. tuæ. de procura. & per Gloſſ. in cap. ſuper his. eo. & ibidem Ab. Sunt autem caſus in quibus non eſt neceſſaria hæc inſcriptio, ut in crimine abigeatus. l. cui. C. de abige. Item in leuibus: argumen. l. leuia. ff. eo. Item in his quę apparitores referunt. l. ea quidem. C. eo. Item in crimine apoſtaſiæ. l. apoſtatarum. C. de apoſtatis. Itē cum accuſatur Chriſtianus qui contraxit cum iudæa, uel contra. l. ne quis. C. de iudæ. & nō. de his in c. ſuper his. eo. ubi etiam Abb. & per eundem in cap. ſi de calum.

g Nulla pręcedēte inſcriptione. c. ſup his. eo.

h Monitione. c. qualiter. §. fi. & cap cum dilectus. eo.

ad iudicis notitiā crimē dēducitur. Ideò [a] autem cum in modū Accuſationis, crimen obijcit eſt inſcriptio neceſſaria, non cū in modū Denunciationis: quoniam ad depoſitionē inſtituitur accuſatio: ſed ad correctionem eſt denūciatio facienda.

Accuſator non probans obiectum crimen tenetur ad pœnam talionis niſi ſuam innocentiam purgauerit, & interim dum purgat eſt ſuſpendendus.h.d.

Accuſator igitur ſi legitimis deſtitutus ſit probationibus, eā pœnam debet incurrere, quam, ſi probaſſet, reus ſubſtinere debebat. [b] Denuncians [c] uerò licet ad talionem non teneatur, ſi tamen in probatione deficiat, donec [d] ſuam purgauerit [e] innocentiam ab officio, & beneficio ſuſpendēdus [f] erit: ut cęteri ſimili [g] pœna perterriti, ad aliorum infamiam facilè non proſiliant. [h]

Pouit quando procedendū ſit per inquiſitionem.h.d.

a Ideo autem. Nota hanc rationem quæ ſumitur ex c.ſuper his. eo.quæ nihil aliud infert niſi quòd cum ex ſui natura modus procedendi per denunciationem non importet alicuius pœnæ impoſitionem, non conuenit rei & negocio ut quis ſe inſcribat ad talionis pœnam: quæ non uenit imponenda. finis enim cuiuslibet denunciationis eſt correctio, & licet denūciatus quandoque compellatur ſatisfacere, quando ſcilicet aliter ſe corrigere non poteſt, illud tamen accidit in quandam conſequentiā. unde non eſt in conſideratione.l.j.ff. de auth. tuto. Et in accuſatione inſtatur principaliter ad pœnam, unde non mitum ſi eſt inſcribēdum, & ſi opponatur quòd crimina quocunque claruerint ſunt punienda.xxiiij.q.iij.c.ecce. Reſpon. ſecundum Ab.in d.cap. ſuper his. quòd ſunt punienda ſecundum modum propoſitum & probatum. Idem tamen Ab.in c.inquiſitioni. ſuper Gloſſa in uerbo, *accuſationis*, uidetur contrarium ſentire cum dicit ſaluando dictum Hoſti. quòd ius non conſiderat modum procedendi ſed effectum pœnę, limita tamen & declara ſuperius dicta, ut per Abb.in cap.fi. ante finem de calumniat.

b Debebat. v.q.vj.c.j.& c.ij. & traditur de hoc.ij.q.iij.per totam.

c Denuncians.capitu.fin.de calum. unde ſumitur.

d Donec. &c. Sic in cap.fin.de calumn.& uidetur hoc mirabile quòd primo quis puniatur tanquam calumniator, & poſteà recipiantur probationes ſuper innocentia. uidetur enim hoc eſſe dupliciter abſurdum. primo: quia pœna præcedit probationem delicti, & quòd ſæpe innocēs poterit pœnam pati contra l.abſentem. ff.de pœn.dic quòd forte operatur præſumptio delicti. eo enim quòd non probat, non ſolum præſumitur denuncians uel accuſans calumniari, uerum etiam conuincitur, licet hoc pluribus caſibus non procedat: ut in c.fi. de calumniat.per Ab. Ana.& alios.

e Purgauerit. Sed quæ erit canonica purgatio. quidā, quòd per iuramentum denunciantis: argumen. c.pręſentiū. de teſti.& c.paſtoralis. de excep. Sed tu dic quòd huiuſmodi purgatio præſtabitur ad arbitrium iudicis ex quo iure nō determinatur. c.de cauſis.de offic.deleg. Itē omnes purgationes hodie ſunt arbitrariæ: uti de purga. cano. per to. & ij.q.v.c.omnibus.& c.conſuluiſti. ij.q.v.& not.in c.fi.de calum.per Gloſſ. Abb.& alios.

f Suſpendendus. Quam pœnam euitabit denuncians uel accuſator ſi probet intentionem ſuam, uel crimen obiectum per unum teſtē. Doct. communiter, in capitulo ſecundo. de calumniat. ſecus eſſet in pœna conuentionali: quia ipſam non euaderet niſi plenè probaret: ut in capitulo cum dilecti.de elect. & ibi pulchrè Abb. uerſiculo tertio, *oppono contra textum*.

g Simili pœna. Ita pœna unius eſt metus multorum.ij.quæſtione ſeptima.cap.qua propter. & l.capitalium. §.famoſos. ff.de pœnis. & capitu.irrefragabili.de offic.ordin. & cap.fin.de calumniat.

h Proſiliant. Deficiente tamen denunciatore uel accuſatore non prohibetur iudex ex ſuo officio inquirere ad utilitatem Reip. c.crimina. de colluſ.deteg.l.quamuis. C.de adult. & per Abb. in cap.conſtitutus. de appella. in primo notabili.

Per

Per Inquiſitionē [a] Criminale Iudicium inſtituitur, cum præcedēte diffamatione, ac quaſi denunciante fama, [b] de crimine Iudex inquirit: Conſtitutum eſt enim ne criminum facilis nimis ſit obiectio. Vt ſicut ad accuſationē legitima præcedere debet inſcriptio: & denunciationem charitatiua monitio: Ita & inquiſitionem clamoroſa [c] inſinuatio prędecere debeat.

Confeſſus crimina coram inquiſitore, non poterit confeſſionem ſuam eo pretextu reuocare, quòd non præceſſerit fama inquiſitionem. hoc dicit.

Si quis tamen [d] poſtquàm coram eo qui contra ipſum ſuper certis criminibus Inquiſitor deputatus [e] fuerat, eadē crimina confeſſus [f] fuerit, fruſtra poſtmodū

a Per inquiſitionem. Sunt inquiſitionis plures ſpecies. Quædam generaliſsima, ut cum prælatus inquirit ſuper ſtatu totius prouinciæ, de qua in c. ſicut.eo. & in c. Romana. de cenſ.in vj.& per Ab.in ca.qualiter. ij.eo. & in hac non eſt neceſſe infamiam præcedere. immo tenetur plạtus quolibet anno hanc generalem inquiſitionem facere. e. cum uenerabilis. de cenſibus. Quædam generalis, ut cum inquiritur ſuper ſtatu ciuitatis, caſtri, uel alterius particularis loci, nec tunc exigitur ꝙ infamia pcedat. fac. ca.j. de offic. ordi. l. congruit. ff. de offic.præſi. Quędā eſt ſpecialis contra certā perſonam, & hęc interdum fit non ad pœnam imponendam. Sed ex debito officij, ut puta ne carnale matrimonium ſtante legitimo impedimento contrahatur. Vel ut quis non promoueatur ad prælaturam. Vel non confirmetur electus: & nec hoc caſu exigitur infamia; quia non agitur ad pœnam ex quo fit ex debito officij.fac.c.poſtquàm.& cap.cum dilecti.& cap.nihil.cum ſimil. de elect. cap.fi. de cland. deſponſ.& not.per Innocen. in capitulo primo.de exceſſ. prælato. & per Hoſtien. in cap. uni.ut eccle.benefi.& per Abb.in dicto capitulo qualiter.& in cap.penult.eod. Quandoque iſta ſpecialis inquiſitio fit ad pœnā imponendam, & tunc ſi fit ad denuntiationem publici officialis, non eſt neceſſariū ꝙ fama pręcedat. l.ea quidam.C.eo.c.pręterea.de teſti.cogend. quāquàm dici poſſit ꝙ hoc caſu præcedat fama: quia nō denuntiantur niſi notoria, alioqui denuntianti nō creditur, ſecūdum Ab.in d.c. qualiter.not.in §.aliquādo. iiij.q.iiij. & in ſupralle.iurib. Qn̄q; fit ſpeciali fama deferēte, & tunc habet locū quod hic dicitur, quod tamē recipit aliquas diſtinctiones & limitationes, de quibus habet in d.c. qualiter, & in l.ij. §.ex publico.ff.de adult. ubi traditur quæ ſint inter has ſpecies differentiæ.

b Denuntiante fama. Sumitur hoc uerbum hic in malam partem, aliquando tamen & in bonam.c.nolo.xij.q.j.& ſic eſt nomen medium. fungitur ergo fama coram iudice uice accuſatoris, unde hoc caſu nihil probabit, licet aliquando plenè. aut ſemiplenè probet, iuſta ea, quæ habentur in ca. ueniens. de teſti. & in l.de minore §. tormenta. ff. de quæſt. quia ſi probaret in caſu noſtro teneret locū accuſatoris & teſtis, quod eſſe nō debet.iiij.q.iiij. c.j.& ca.forus.de uerb.ſigni. debet aūt hæc fama habuiſſe ortum non à maleuolis, ut traditur plenisſimè in c.qualiter.ij.eo.ubi habetur quis ſit effectus famæ quæ habet ortum à maleuolis. & an compellat infamatum ad canonicam purgationem.

c Clamoroſa. Id eſt, latè ſparſa. c.qualiter. ij.ubi Abb.& c.inquiſitionis. §.ad hæc.eo.

d Si quis tamen. Habes hic & in §.ſequen. duos caſus in quibus tenet proceſſus etiam nō præcedente diffamatione, alios caſus uide in c.unico ut eccleſ.benef. ſin.di. confer. & in l.ij.§.publico.ff. de adult.

e Deputatus. Non ſolum ab Apoſtolico, uerum etiam ab ordinario, ſecundum Archid. Ioan.And.& Peruſin.in cap.j.eo.in vj.unde ſumitur.fac.quæ habentur in c. quod ſedem.de offic.ordina.

f Confeſſus. Nullæ ergo ſunt partes iudicis niſi ut ſententiam ferat. quid enim quæremus de infamia, cum de crimine clareat, uigeſimaquarta quæſtione tertia. c.ecce. c.per inquiſitionem.de electio.c.ſi ſuper.de confeſ. l.ſi debitori.ff.de iudi.iam enim eſt notorium crimen.cap.ueſtra.& cap.fi.de cohab.mulie.& clerico.

eo prætextu [a] confeſſionem ſuam impugnare cōtendet, quòd ſuper eiſdē criminibus nòn fuerit anteà diffamatus.

Si iudex proceſſerit non excipiente inquiſito de n n diffamatione proceſſus tenebit. hoc dicit.

Idem etiam erit ſi is cui contra te commiſſa [b] ſuper certis criminibus fuerit inquiſitio, te præſente, [c] nec quicquam ſuper hoc excipiente, infamiæ inqſitione omiſſa, ad ueritatem eorundem criminum inquirendam proceſſerit. Nec enim proceſſum huiuſmodi, eo quòd non fuit de infamia primitus inquiſitum, ulterius impugnare poteris. [d]

Si crimen opponatur excipiendo, non eſt neceſſaria inſcriptio. h. d.

Accidit [e] autem interdum ut alicui nec accuſando, nec denuntiando, nec inquirendo, ſed excipiendo [f] crimen opponatur, utputa cùm quid obijcitur, ut quis ab accuſatione, uel teſtificatione repellatur, quo caſu non erit inſcriptio neceſſaria. [g]

Non eſt neceſſaria inſcriptio ſi crimen obijciatur, ut quis ab officij uel beneficij aſſecutione excludatur: quo tamen caſu ſi poſt confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria. h. d.

Sed an ſi propterea crimē opponatur, ut

a Eo prætextu. Vel illo quòd capitula ſuper quibus quis fuit inquiſitus ſibi non fuerint tradita. c. j. in ij. reſpō. eod. lib. vj. alio tñ prætextu puta erroris uel falſitatis ipſius cōfeſſionis, licet enim ex confeſſione in iudicio reſultet notorium. c. ſi. de cohab. cler. & mul. confeſſio tamen poteſt non ſolum exponi & declarari ita q̃ illa non perimatur. ca. cū dilecti. eo. ſed etiam reſpectu erroris uel falſitatis reuocari. fac. l. confeſſionibus. ff. de interrog. act. nec enim fatetur qui errat. l. non fatetur. ff. de confeſſ. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iudi. niſi tamen confeſſio facta fuerit deliberata: ut not. in cap. ex literis. de diuort. ſecundum Ioan. Andr. Archid. & Peruſi. in d. c. j. Quod ipſum tamen multis modis limitatur, ut per Peruſin. in dicto cap. j. poſt alios plures quos allegat.

b Commiſſa. Intellige ad petitionem alicuius: quia ſi Pápa motu proprio committit inquiſitionem criminum alicuius, iam illum approbat infamatum, cum epiſcopus & metropolitanus procedant etiam ad inquiſitionē omiſſo tali articulo. ij. q v. c. omnibus. c. ſicut olim. eodem. Sed ſi ad petitionē alterius commiſerit, tunc prius inquirendum erit de infamia, ſecundum Innoc. in ca. cum oporteat. eo. etiam ita not. in c. ſi. eo. in vj. quòd declara ut ibi per Peruſin. & alios.

c Præſente. Sciente, nec reclamante. ſecus enim eſſet ſi quis eſſet quidem præſens. ſed ignoraret quod teſtes deponerent ſuper principali omiſſa inquiſitione infamiæ: quia tunc non ualeret proceſſus. cap. inquiſitionis. §. tertio. eod. Vel ſi contumaciter abeſſet, ut per Docto. in capitulo ſecundo. eo. in vj. non tamen tenetē reſpondere niſi citatus. Abb. in capitulo primo. de iudic. nu. 15.

d Poteris. No. ergo q̃ infamiæ inquiſitio nō eſt de ſubſtantia proceſſus initi per uiam inquiſitionis, cum poſſit omitti non ſolū expreſsè, uerum etiam tacitè, de quo in cap. ſecundo. eo. in vj. & latè per Peruſin. in capitulo primo. eod. titu. & libro poſt alios. Aliàs autem iudex inquirens cōtra aliquem ſine indicijs ſine expreſſo uel tacito conſenſu inquiſiti, ſi eundem poſtea abſoluat, tenetur ſibi in expenſis. Abb. in cap. cum dilecti. uerſicu. Gloſ. ultima colligit argum. ex tex.

e Accidit. Ad ea quę in hoc & ſeq. §. ueniunt dicēda, uide per Hoſt. in titu. de exceptionibus. lib. v.

f Excipiendo. Sed an contra excipientē de crimine poſſit replicari de alio crimine, ad effectum remouendi reum ab exceptione? Reſpon. non admittitur triplicatio, ut traditur in cap. ſuper his. de accuſat. quia cuilibet quātumuis criminoſo reſeruatur defenſio legitima, ut in capitulo intelleximus de iudi.

g Neceſſaria. c. ſuper his. eo. c. cum dilectus. ubi latè de ordin. cogni. & hoc intellige iuxta uerba huius literæ, ſcilicet quandò excipitur de crimine ad hoc ut teſtis uel accuſator ſimpliciter repellantur à deponēdo uel accuſando.

quis à promotione officij, uel beneficij aſſecutione excludatur, neceſſaria tunc ſit inſcriptio? Et proditũ eſt, ſi ante confirmationem obijciatur, nõ cogi quemquam inſcribere: quia crimen hoc modo probatum promouendum quidem impedit,[a] nõ tamen iam promotum deijcit. Poſt confirmationem [b] uerò, cum ſcilicet ordinãdus fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus, quia & ab obtinẽdo repellit, & ab obtento deijcit, ad extraordinariam pœnam ſecundum arbitrium [c] judicis citrà uinculum inſcriptionis ſi defecerit in ꝓbãdo, eſt excipiens aſtringendus.

DE DVPLICI[d] purgatione.]I

Quid ſit purgatio, & quotuplex. Et quòd uulgaris purgatio eſt penitus improbata. hoc dicit.

Contingit etiam interdũ ut licet aduerſus criminoſum,[e] nec accuſator conſiſtat, neque teſtibus, aut propria ſit confeſſione conuictus, ita tamen alicuius criminis, uel maculæ publica laborat infamia, quòd ſuper manifeſta ferè nota eidẽ purgatio ſit indicẽda.[f] Eſt autẽ purgatio demonſtratio [g] innocentiæ ſuper obiecto crimine. Purgationis duæ ſunt ſpecies, uulgaris ſcilicet & canonica. Vulgaris purgatio eſt, quam uulgus uel inuenit uel ſequitur. Vt cum aquæ frigidæ, [h] uel candentis

do. hoc enim caſu nõ eſt inſcriptio neceſſaria. ſed ſi incidenter hæc exceptio operaretur alicuius iuris priuationem imponetur excipienti pœna extraordinaria: ut dicitur in §. ſeq. & in c. ſuper his. unde ſumitur. Si uerò exciperetur ad effectũ puniendi principaliter, qua ratione interuenire debet inſcriptio in directa accuſatione, eadẽ ratione debet & in exceptione hoc caſu interuenire. Ita Abb. in dicto capitulo cum dilectus. poſt Bart. in l. ſi cui. ff. eo. ſed an crimen probatum per uiam exceptionis infamet, per Abb. in dicto capitulo. cũ dilectus. uerſicu. quo ad tertium. & per eundem in cap. ſuper eo. de electiõ.

a Impedit. Immo obſtat in dignitatibus etiam acquirendis. c. ſuper eo. de elect. & arg. ij. q. j. c. prohibẽtur, & c. omnipotẽs. eo. quia ex iſta exceptione probata ſemper grauata remanet eius opin. l. Lucius ff. de his qui no. infam. ca. cum tu. de teſti. cap. ſuper eo. de electio. Sed contra uidetur facere: quia exceptio non debet operari ultra intentionem agentis. l. non omnis. ff. ſi cert. petat. ergo hæc exceptio non debet operari remotionem ab alia. Sol. ſecundum Abb. in dicto capitulo ſuper his. quod hoc non operatur uirtus exceptionis, ſed aggrauatio opinionis quæ ſurrexit ex prima repulſione: ut not. in dicto capitulo ſuper eo. An autem iſte poſſit ſe purgare ne repellatur ab alia dignitate conſequenda, per Abb. in dicto capitu. ſuper his. uerſicu. *& aduerte poſt Gloſſ.*

b Poſt confirmationem. Tunc enim ſpirituale coniugium eſt contractum. c. inter corporalia. de transla. prælato § fin. ſupra de confirmat.

c Arbitrium. Eſt hoc generale ubi certa pœna expreſſa non eſt in iure. ca. de cauſis. de offic. deleg. l. j. in fin. ff de iu. delib. & à tali pœna impoſita poteſt appellari: ſecus à pęna expreſſa in iure. l. antepenultim. ff. de uerbo. ſignific. & not. in capitulo ſuper his. de accuſat. uel poſſet peti reductio pœnæ ad arbitrium boni uiri. cap. Quintauallis. & cap. ueniens. ad fi. de iureiuran.

d DE DVPLICI purgatione. De duplici. Vulgari, ſcilicet & canonica.

e Criminoſum. Id eſt, qui putatur criminoſus.

f Indicenda. c. de hoc autem. de ſimo. & cap. nos inter. de purg. cano.

g Demonſtratio. Nõ quemadmodũ ſumunt Theologi, ut ſcilicet non poſſit res aliter eſſe, ſed per quaſdã cõiecturas uel media à iure adinuenta, quę uulgus uel ius habent loco demonſtrationum.

h Aquæ frigidæ. c. ex tuarum. de purg. cano.

ferri, [a] uel ſingularis certaminis [b] quis ſubit iudiciū, quæ cum Deus in ea tētari [c] uideat, meritò iuſſa eſt ſacris canonibus exulare: [d] licet.n. quoſdā [e] ſingulare certamen iniuiſſe diuina prodat hiſtoria, nūquā tamē ut is ꝑ lege teneē diuina ſāxit authoritas. [f]

Quæ ſit canonica purgatio. Et quales eſſe debent compurgatores.h.d.

Canonica purgatio dicitur quæ ſacris canonibus [g] eſt comprobata, ut cùm de crimine infamatus, iurat ſe non eſſe tali crimine uel macula inquinatum, & certa cō purgatorum manus eundem à crimine immunem, & uerum credere illum iuraſſe, ipſa quoque iureiurando firmat. [h] Erunt [i] autem compurgatores huiuſmodi honeſtatis, & opinionis, ut ueriſimile ſit eos amore, uel odio, uel obtentu pecuniæ non deierare: neceſſe etiā eſt, ut eius quem purgare intendunt, uitā & mores notos habeant.

Deficiens in purgatione habetur pro conuicto. Et ſuper notorio non eſt indicenda purgatio.h.d.

Quicunque uerò in canonica purgatione defecerint perinde [k] puniendi ſunt, atque ſi de crimine, de quo diffamati fuerint, legitimè cōuicti uel cōfeſsi fuiſſent. [l]

a Ferri.c.ſi.de purgat.uulg.

b Certaminis.c.j.de purg.uulg.ij. q. iiij.ca. monomachiam.

c Tentari.Quod eſt cauendum. xxiij.q. viij. c.ſi nulla urget.& xxij.q.ij.c.quæritur cur.

d Exulare. ca j. de purg. uulg. ca. monomachiam. ij. q. iiij. irrepſerat tamen abuſus quidam nuper in Italia ut paſſim fermè ſingulare certamen iniretur, ita ut aſſuetudine quadam licere uideretur, unde de eo tāquam de re non illicita luculenti tractatus ſcripti comperiuntur & Doctores paſſim conſulebant, ſed ſaluberrimè prouidit nuper Cōcilium Tridentinum in ſeſſione xxv. in xix. decreto in decretis reformationum. per qđ credendum eſt huic magnæ corruptelæ iam inpoſitum finem, cum non ſolum uolentibus pugnare, uerum & principibus, patrinis, aduocatis, magnæ pœnæ imponantur.

e Quoſdam. Vt Dauid cum Golia.

f Authoritas. Non ergo omnia quæ ſunt uel leguntur in ſacra pagina ſunt imitanda. Quædam enim in ea dicuntur narratiuè non approbatiuè, ut de Eſau ꝙ fuit uenator. capi. Eſau.d.lxxxvj. Quædā diſpēſatiuè, ut de Iacob quòd habuerit plures uxores c.gaudemus. de diuort.ſac.occidit.xxiij.q.ult.

g Canonibus. Vt de purg.cano.per tot.& ij. q.v.per tot.& xv.q.v.

h Firmat.c.cōſtitutus.de purgat. cano. cuius autem numeri eſſe debeat hæc manus, per Hoſti.in ſumma depurg cano.§.quotus numerus.

i Erunt autem &c. Not. requiſita in purgatoribus. Primum enim debent iurare ſecundum conſcientiam & opinionem ſuam. Secundum quòd probentur ab eccleſia. Tertium ut ſint bonæ famæ. Quartū quòd nō fuerint de crimine condemnati. Quintum quòd ſint uicini uel habeant conuerſationem cum purgando, ut in c.cōſtitutus. ubi Abb. de purg. cano. ca. cum dilectus. ca. cum P. Māconella.eod.tit.

k Perinde.c. cū P. Māconella. de purg. hoc tamen intellige ſecundū diſtinctionē Ab. in c.accedens. de accu. verſ.& ideò ultra alios. uidelicet ſi aliquis modus agendi præceſſit purgationis indictionem. nam tunc deficiēs in purgationē punitur ſecundum illum modum, unde ſi præceſſit accuſatio deficiens punieē ut mediante accuſatione cōuictus, ſi præceſſit inquiſitio ut conuictus medio inquiſitionis. ca. inter. & quod ibi not.de purg. cano. Aut nullus agendi modus præceſſit purgationem, & tunc deficiens punitur modo extraordinario, & ſuſpendetur tantū ab officio, ut per Io.And.in c. ſignificaſti. de adult. & de hoc per eundem Abb in c.ueritatis, uer. alius intellectus notabilis.de dolo & contu.& in c.cum dilectus.in Glo.j.de purga.cano.

l Fuiſſent.Quod ſi purgauerint ſe, an nihilominus poſt purgationem accuſari poſſint, uel inquiri? reſp.ſecundum diſtinctionem Abb.in c.ex tuarū.uer. ſed quo ad principalē. de purg. cano.

cano.notandum eſt φ ſi fuit præſtita purgatio ſuper crimine enormi, nihilominus purgatus pôt tẽporaliter ſuſpẽdi.c.inter. de purg.cano.

a Iudicantis æquitas. De hoc Fely. in c.accedens.de accuſ.poſt Hoſti.in ſum.de purg.can. §. quæ ſit pœna.

Niſi tamen aliud iudicantis[a] æquitas ſtatuẽdum duxerit. Planè ſuper notorio nulli erit indicenda purgatio,[b] ſed tantum cõdemnationis promulgãda ſẽtentia. Cum patrati ſceleris euidentia,[c] neque accuſatoris[d] clamore indigeat.

Criminum quædam ſolum Deum lædunt, quædam etiam homines.h.d.

Criminum[e] autẽ quædam diuinæ maieſtatis læſionem continent: quædam uerò & hominibus[f] damnũ irrogant. Quæ Deum principaliter lædunt, hæc fermè habẽtur, ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium. Hominib. uerò læſionẽ inferũt, homicidium, adulteriũ, ſtuprũ, rapina, furtũ, uſura, falsũ, iniuriæ, de quibus diſtinctius, ſed tamen breuiter uideamus.

b Purgatio. ca. cum dilectis. de purg.cano.

c Euidentia. ca. euidentia. de accuſa. ſufficit autẽ ſcelus eſſe euidẽs peritis & intelligentibus, non autem & idiotis ꝑ id qđ ponit Butr. ĩ c. literas.de tẽp. ordi.ubi dicit euidentem legis intellectum: qui extrahiẽ ſubtiliter. per peritos, licet non omnes ſcirẽt ita extrahere.

d Neque accuſatoris. Vnde nec purgatio admittetur, cum nec accuſator ſit neceſſarius, quod magis uidebatur dicendum, & not. arg.de accuſationẽ ad purgationẽ.

e Criminũ. Dixit hucuſq; de cã formali iudicij criminalis, exoritur nũc de materiali.

f Et hominibus. Copulatiua implicat quòd poſtea enumerata continent nõ ſolum damnum hominũ, ſed etiam læſionem Dei.

DE SIMONIA.

g Voluntas. Vr̃ ergo φ ſola uolũtate poſſit cõmitti, qđ ſatis uerum eſt quoad eccleſiã triũphantẽ, uel ſorũ poli.c.tua nos. eo. ſecus quo ad eccleſiã militantẽ, & in foro fori, ut declarat latè Hoſt.in ſum.eo.§.qđ ſit ſimonia.& j.q.j.in Glo.ſũmę, eſt quia antiquorum diffinitiones ſingulę rem totaliter nõ uidẽẽ cõplecti, ideò plures ponit.

DE SIMONIA. III

Quid ſit ſimonia, & unde dicta.h.d.

Simonia nihil aliud eſt quàm ſtudioſa uoluntas,[g] ſiue cupiditas emendi, uel uendẽdi ſpiritualia,[h] uel ſpiritualibus annexa.[i] Vel ſimonia eſt rei ſpiritualis, uel ſpiritualibus annexæ, cum aliquo temporali facta commutatio.[k] Appellata eſt autem à Simone mago qui primus huius deteſtandi ſceleris author fuit.[l]

Simonia aut eſt ſimplex conuentionalis, aut realis. Et realis ſubdiuiditur in realem conuentionalem, & realem mentalem.h.d.

Simoniæ duplex[m] eſt ſpecies. Nam aut eſt cõuentionalis aut mentalis. Conuentionalis eſt, cùm aut aliquid datum eſt, uel de dando in poſterũ tra-

h Spiritualia. Vt puta ordinẽ, & de his no.s̃. de re.diui.& i c. cõſulere. eo. & per Hoſti.ĩ ſum.eo.§.j.

i Annexa. Vt ius pcipiẽdi fructus perpetuo, ſecũdũ Hoſti in ſum. eo. §.j. Vel ius patronatus.c.de iure.& c. quia clerici. de iu.patro.ut latius pet Hoſt. ĩ d.§.j. dantur & aliæ diffinitiões ut ibi ꝑ Hoſt.& per Abb. in c.nemo.eo.

k Commutatio. Hęc diffinitio ponitur per Ab. ĩ c. nemo.eo.ubi declarat, & uř accõmodatior cęteris dic ut ibi per eũ.

l Author fuit. Vt apparet in actis Apoſtolicis c.viij. Sic ſenatuſ conſ. Macedonianum à Macedone homine malo fuit denominatũ, & licet conueniret huiuſmodi ꝑſonas delere de hominum memoria, tamen tolerabile eſt quòd per dedecus immortalitati commendentur.

m Duplex. Pro uerificatione, & declaratione huius diſtinctionis, adeundus eſt Abb. in cap.nemo.uerſ.ſed oppono contra Gloſſ.& in cap.cõſulere.eo.in fin.& cap. ueniens.eo.in

ſtatus interceſſerit, & conuentio. [a] Mentalis eſt cum nullū quidem interceſsit factū, ſed ſola praua dantis, aut recipientis mens, & intentio concurrit, & propterea rudi, ſed congruenti uocabulo [b] mētalis appellatur.

Cuiuſcunque muueris receptione ſimoniæ contrahitur. Et appellatione pecuniæ continetur quidquid homines habent in terra. h. d.

Contrahitur autem Simonia non mō cùm pecunia ipſa pro re ſacra datur, aut recipitur: uel de danda & recipienda tacitè, uel expreſsè conuentum fuerit, uerum etiam cùm dans à lingua [c] uel ab obſequio [d] recipientis munus exigit. Cum.n. ſpiritualia tribuēs manus ab omni munere [e] excutere debeat, id tunc facere intelligitꝰ, cū pro diuinis rebus, non ſolum pecuniam nullam, ſed nec humanum [f] obſequiū, aut gratiam aliquam requirit. Et ſicut ꝓ manus impoſitione non debet Epiſcopus, ita nec miniſter nec notarius in ordinatione ꝓ uoce uel calamo pecuniam recipere. [g] Pecuniam [h] uerò hoc loco accipiemus quidquid homines habent, hoc enim nomine ideò omnia continentur, quia antiqui quidquid fermè habebant, in pecoribus habebant. Contrahitur ergo ſimonia cùm quis ſacra quodā

j. not.& per Caſſad.in tit.de conſtit. deciſi.v.

a Conuentio. Simonia enim cōmittitur non ſolum recipiendo actualiter temporale pro ſpirituali: ſed etiam recipiendo ſolum obligationem temporalitatis.c.cum ſuper. ubi Abb.nota de confeſſ.fac.j. q.j capit.ſunt non nulli.

b Vocabulo. Argu.quòd magis curandum eſt de magiſtralitate quam de puritate linguę Latinæ, quod non ſolum fuit ſeruatū in hoc libr. Sed etiam ſeruatur in omnibus facultatibus quę habent ꝓpria ac peculiaria uocabula plerunque barbara, & facit hoc contra Iuriſconſultos Germanos, & Gallos modernos, & quoſdam etiam Italos qui īterdum adeò uerba ſpectant, ut rem poſt habeāt, contra illud Manilij. Ornari res ipſa uetat cōtenta doceri. fac. not. in l. ij. §. poſt hos.ff.de ori. iuris.

c A lingua. Munus à lingua eſt fauor.j.q j c. ſunt non nulli.

d Ab obſequio. Quod eſt ſeruitus indebitè impenſa.j.q.j.c.ſunt non nulli.

e Ab omni munere. Scilicet humano, ut declaratur ſtatim. Nam pro obſequio ſpirituali licitè promittitur aliquid ſpirituale: ut uidetur tenere Archi.in c.ſunt non nulli. j. q.j.niſi forte eius lectura ſit mendoſa, ſed quidquid dicat Archid. Ab.in c.cum eſſent.eo. tenet quòd idē ſit in ſpirituali quod in temporali.

f Humanum obſequium. Et ſic uidetur ꝙ non poſſim licitè ſeruire epiſcopo pro conſequendo beneficia.fac.j.q.j. c. ſunt non nulli.& c.cum eſſent.eo. Argu.contra.xij.quæſt.ij.cap. quicunque ſuffragio.& c.caritatem. & de cler. non reſiden.cap.de cętero. Item licitè quis ſperare poteſt dignitates.c.conſuluit.diſt. lxxiiij. & c.quid proderit.diſtin.lxj.cap.cum pridem. de pact. Sol.quòd propter ſeruitium principaliter non eſt licitum nec appetere, nec concedere beneficium, quia quod in ſe debitum eſt & honeſtum, nō debet exerceri fauore humanæ gratiæ, ſed recto iudicio ut c. nemo.eo. & c.grane. de præbend.& xj.q.iij. §. ſi ergo. ſed ſecundario bene poteſt ſperari, & concedi beneficium. Ita not.in d. c. conſuluit, & in ca. quid proderit. diſt.lxj. & per Inno.in c.uenerabilem.de elect. & ſi. in uerb. fiducia.& de hoc plenè in c. ſunt nō nulli. j. q. j.& in cap. cum eſſent. eod.

g Recipere. Etiā ſponte oblatū Cōcil. Trid.ſeſſi. xxj. in j.ca. in decretis reformationum.

h Pecuniam.fac.j.q.iij.c.totum. unde ſumitur. Item fac. prima extrauag. in communibus libro quinto, quæ eſt Vrbani Pontificis, incipit, Sane in uinea. Poteſt autem pecuniæ uerbum ſumi tripliciter, largiſſimè, ita ut contineat etiam incorporalia, puta, iura & actiones, & ita ſumitur hic, & in l pecuniæ. ff.de uerbo. ſigni.fac.l.quiſquis ff.de leg.iij.fac.l.j.§.fin.cū l.ſeq.ff. de calumniat. Secundo modo ſumitur largè non tamen largiſſimè, ſcilicet pro his tātum rebus quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, l.talis ſcriptura.ff. de leg.j. Tertio modo ſumitur ſtrictè, ſcilicet pro pecunia

quæ

modo [a] in commercium deducit. [b]

Ponit plura capita ex quibus committitur ſimonia. h. d.

Sed & tunc quoq; [c] ſimonia cõmitti dicitur, cùm quid pro pſonis Eccleſiaſticis deducẽdis in ſedem, uel ſacerdotibus inſtituẽdis, [d] aut ſepeliendis [e] mortuis, ſeu pro nubentium benedictionibus, [f] accipitur. Is quoque qui pro electione [g] præmia largitur, quia per electionẽ peruenitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habebitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.

Simoniacè dicitur quis electus etiam ſi quid ignorante eo datum fuerit uel promiſſũ.

Nec diſtinguemus ſciente an ignorante eo qui promiſsionis, uel dationis alicuius interuentu poſtmodũ electus fuit, promiſſũ quid uel datum fuerit quanuis enim electus tempore dationis, uel promiſsionis cõſcius non fuerit, non proptereà minus electio rei probanda [h] erit.

Epiſcopus non poteſt diſpẽſare cum electo ſimoniacè licet ignoranter ſed bene ſuper aſſertione beneficij ſimplicis præmia tamẽ reſignatiõe. h. d.

Sed uideamus an poſt reprobatam electionẽ cum eo ſuper prælatione ad quam quis ſic electus fuerit poſsit epiſcopus diſpẽſare, & cõſtitutum eſt

quæ eſt in numerato: ut xiiij. q. iij. c. j. ij. & iij. & §. pretium. inſtit. de emp. & uendi. & l. fi. C. de præd. decur. lib. x.

a Quodammodo. Hoc uerbum improprietatem denotat, quaſi dicat de facto ſacramenta ueniunt in comercium & permuttãtur non uerè.

b Deducit. Sed nunquid detur licitè pecunia ſacerdoti qui non uult aliter baptizare? reſpon. ut not. j. q. j. ca. baptizandis. Item nunquid licitè detur pecunia pagano ut ſe baptizet? reſpon. ut not. j. quæſtio. ij. cap. quam pio, & de utraque quæſtione per Abb. in c. cum in eccleſiæ. uerſ. extra glo. quæro. eodem.

c Tunc quoque. Quaſi dicat nõ ſolum cum uenduntur ſacramenta, uerum etiam in caſibus in quibus maior uidebatur dubitatio committitur ſimonia, & maior dubitandi ratio eſt, in caſibus hic enumeratis: qa longè minus continent ſpiritualitatis, quàm ſacramenta.

d Inſtituendis. Concor. c. cum eccleſiæ. eod. & j. q. iij. c. ſiquis obiecerit.

e Sepeliendis. cap. cum. eccleſiæ. & cap. ſuam ubi de hoc per Doct. eod. & §. fin. ſupra. de ſepult. ubi not.

f Benedictionibus. Sic c. cum eccleſię. & cap. ſuam. eo. pro matrimonio tamen aliquid dare uel recipere non eſt peccatum. j. q. j. c. quidqd. & xxxij. q. ij. c. honorantur. Sed quæ ratio differentiæ? reſp. quia in benedictione gratia confertur: ſecus in matrimonio. xxvij. q. j. c. nuptiarum. & xxxij. q. ij. c. connubia. Vnde eſt arg. q non idem eſt in acceſſorio quod in principali. Sed hæc reſp. non placet Io. And. tam in d. c. cum eccleſiæ. quàm in c. uni. de ſacra unctio. Aſſerit enim etiã in matrimonio gratiam conferri. Et reſpondet ad contraria quòd licet in matrimonio in actu copulæ carnalis non adſit præſentia ſpiritus ſancti propter horrorẽ, & quia homo efficitur totus carneus, poteſt tamẽ ibi adeſſe gratia, puta, ſi fiat copula gratia reddẽdi debitum: quia tunc coniux meretur. xxiij. q. v. c. j. & xxvij. q. ij. c. ſi tu abſtines. Vnde dic ſecundum Ab. in d. c. cum eccleſiæ, q dos & donatio ꝓpter nuptias ideò poſſunt in matrimonio interuenire: quia propriè & uerè nõ dantur ꝓ matrimonio, id ẽ. ut contrahatur ipſum matrimoniũ, ſed pro onere matrimonij. c. per ueſtras. de dot. poſt diuor. reſti. An autẽ aliud poſſit dari ultra dotẽ gratia contrahendi matrimonij, & quando, uide per Abb. in d. c. cum eccleſiæ, poſt Bart. in locis per eum ibi alleg.

g Pro electione. j. q. vj. in prin. unde ſumitur fac. c ſanè. xv. q. iij. & c. ſunt uiri. diſt. xl.

h Probanda. Concor. cap. nobis. eo. unde ſumitur. & ſic alienum factum alij obeſt. Sic et: ã alienum factum impedit uſucapionem bonæ fidei poſſeſſoris. l. j. C. de uſucap. pro empt. licet enim iſte non peccauerit, electio tamen uitioſa eſt propter eligentes. Idem cùm peccant electores in forma licet electus non ſit in culpa. cap. Cumana. & cap. eccleſia. de elect. fac. infra eo. § quin immo. ĩ fin. Sed an quod hic dicitur

uerum

non poſſe. [a] Quanuis circa eum qui per ſimoniacam prauitatē ſimplex beneficium [b] recipit, poſt liberam reſignationem [c] Epi diſpenſatio toleretur.

Datum in diſpendium eligendi uel illo etiam reclamāte non facit elect.onem ſimoniacam. hoc dicit.

Planè ſi cōſtet eos qui quid dederint uel promiſerint, quòd per fraudem [d] in diſpendiū eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipſo non modo ignorante, ſed etiam reclamante, nec aliquando ratum [e] habēte ſecuta electio minimè reprobanda erit: alioquin contigeret quòd factum inſidias inimico parantis [f] innocenti dannoſum [g] exiſteret, & uir malus de fraude ſua commodū reportaret. [h]

Simoniacè ordinans cū ſuo ordinato, & Clerico mediatore eſt deponendus, laicus uerò mediator excōmunicatur. h. d.

Ac ueluti uarijs modis [i] ſimoniaca labes committitur, ſic etiā uarijs pœnis [k] ſimoniacos percelli admonendi ſumus. Nam ſi quis ut ordinetur pecuniam Epiſcopo obtulerit, & qui turpiſſimi lucri cōmodo San

uerum ſit etiam ſi uni ſoli ex omnibus electoribus ſit pecunia data uel promiſſa, cęteris ſine labe exiſtentibus? & non uidetur. c. fin. de procu. ubi interuentus excommunicati admiſſi actum non uitiat. Cōtrarium uerius. d. c. nobis. quod Ab. reputat ibi mirabile. fac. c. pe. de elect.

a Non poſſe. Illa ſcilicet uice, & in illa uacatione. c. pen. de ele. unde ſumitur. uitium tamen hoc purgabitur per intermediam perſonam. c. ex trāſmiſſa. de fil. presbyt. hoc ideò tam uariè, quia ex his quę incontinēti ſiūt pręſumptio naſcitur. c. officij. de elect. & ineſſe uidentur quæ ſiūt incontinenti. l. lecta. ff. ſi cer. pe. & ex uicinitate conſortium trahitur. de pœni. diſt. j. ca. ſed & continuo.

b Simplex beneficium. Immo uidetur quòd etiam circa prælaturam. j. q. v. cap. præſentium. quod ſatis admittit Hoſtien. ſi id ſuadeat euidens eccleſiæ utilitas, & illum ſequuntur Doctor. communiter, ut per Abba. in cap. pen. de elect. alij aliter & uariè: ut in d. cap. pe. & in c. de ſimoniace. eo. ubi latè per Abba.

Conſentientes ſacrilegis, & Sacerdotes ipſis pœnitentiam dantes, uel ſepulturæ eorum interuenientes, uel ab eis eleemoſynas recipiẽtes pari pœna cum eis puniuntur. hoc dicit.

Nec ſolum talibus pœnis illi plectendi erunt qui ſacrilegium admiſerint, ſed etiam conſentientes [e] eis: Præsbyteri quoque uel Clerici qui in uita uel morte ſacrilegis pœnitentias [f] dare aut ſepulturę intereſſe, [g] uel eorũ eleemoſynas [h] accipeř auſi fuerint, ſiue rapinæ participes inuẽti fuerint, Eccleſiaſtico beneficio priuati ordinis ſui dãnum irrecuperabiliter [i] patiẽť.

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum quam perſonarum. Et qualiter intuitu rerum. h.d.

Sacrilegium autẽ admitti dicitur tã ratione rerũ [k] quàm perſonarum. [l] Rerũ ut cum quis ſacrum de ſacro, uel ſacrum de non ſacro,uel non [m] ſacrum de ſacro aufert: Sed & ſi non de ſacro aliquid, ablatũ fuerit, ſed intra certos paſſus [n] qui in circuitu eccleſiæ ſunt,

h Eleemoſynas. Not. quòd à publico peccatore non debet ſacerdos recipere eleemoſynã, ne uideatur illum fouere in delicto ſuo. concor.cap.ſuper eo. de rapt. uide no.in capitulo ex tranſmiſſa. de decim.& xiij.quæſtione prima in ſumma.

i Irrecuperabiliter. ca.ſuper eo. de rapt. & c.ſi qs. xvij.q.iiij. Sed ut detur hoc uerbũ ſuperfluò appoſitum, cum ſemel depoſitus nunquã recuperet ordinẽ, nã depoſitio eſt perpetua, ſuſpenſio ad tempus, ut in capitulo, at ſi clerici. de iudi. Reſpon. ſecũdũ Ioan. And.& Ab. in dicto capitulo ſuper eo, quòd hoc uerbum poſitum eſt ad denotãdum quòd epiſcopus proprius non poteſt hunc reſtituere, requiritur ergo Papæ diſpenſatio, in beneficio tamẽ poſſet epiſcopus diſpenſare, ſecundum Abb. ibi.ut in capitulo Salonitanæ. diſtinct. l xiij.fac.c.ij.& quod ibi not. Ab.de cle. pugn. in duello.

k Rerum. c.quiſquis.uerſic.ſimiliter.xvij.q.iiij.& quod ibi not. Archid.in princ.

l Perſonarum.c.ſi quis deinceps. & c. ſi quis ſuadente diabolo.& c.ſicut.xvij.q.iiij.

m Non ſacrum. l.diuus. ff.ad leg. Iul. pecul. quæ eſt cõtra Sol.illa corrigitur per hanc, & per c.quiſquis.xvij.q. ij. uel illud de iure ciuili,hoc de iure canonico.

n Paſſus.Xvij q iiij.c.quiſquis.immo & per turbationem ſolum rerum eccleſiaſticarũ nedum per inuaſionem huiuſmodi crimen committitur,c.conqueſtus.ubi Ab. de ſo. compe.

contrahitur etiam per inuaſionem rerùm patrimonialium ipſius clerici : ut per Ab. in c. cęterú. uerſic. nota ergo ex omnibus. de iudi.

a Violentas. Interdum etiam ſi non uiolentas : ut infra de ſent. excommun. §. uolentem. & c. cōtingit. eo. titu. in antiquis. fac. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. unde ſumitur.

b Dicatæ. c. im pudicas. xxvij. q. j.

c Suo loco. Scilicet infra de adult. §. pen.

d DE FVRTIS. D E furtis. Dictum eſt ſupra proximè de quadā ſpecie furti, ſcilicet de ſacrilegio quod eſt furtum factum de re uel loco ſacro, nunc de furtis generaliter, & incipit tractare de ſecunda ſpecie criminum, ſcilicet de his quę lędunt homines principaliter, iuſta § ſi. ſupra de dupli. purgat.

e Continentur. Xiiij. q. v. §. item obijcitur. & c. pœnale.

f Diximus. §. de fure. ſ. qui prom. non poſſ.

g Deijci. c. cum non ab homine. de iudi. Sed ſi clericus nō ſolū cōmiſit furtū ſed latrociniū etiam, tunc debet etiā detrudi in carcerem ad pœnitentiam peragendam. c. tuæ. de pœn. eſt enim differentia inter furtum quod fit ſine uiolentia, & plerunque in obſcuro ac de nocte, & latrocinium quod fit cum uiolentia, & apertè, ut faciunt deprædātes in ſtratis publicis. Vnde nō mirum ſi differentia eſt etiam in pœnis: nam & ius ciuile acrius punit lattrones, quàm fures occultos. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœn. Auth. ſed nouo iure. C. eo. argu. contra in c. ij. eo.

h Minimè orandum. Quia conſtat eos deceſſiſſe in peccato mortali. xxiij. quæſtione quinta. ca. placuit.

i Confeſſi fuerint. Non ſolum ſacerdoti, uerum etiam diacono, immo etiam laico, dę conſecr. di ſtinct. quarta. ca. ſanctum eſt, & de pœni. diſtin. j. ca. què pœnitet. circa fin. & diſtinct. ſexta. capitu. j. in princip. licet laicus nō poſſit concedere abſolutionem : quia non habet poteſtatē clàuiū, ſed Deus remittit peccatum propter contritionem : ut per Ab. in d. c. ij. Immo nec Papa poſſet dare hanc poteſtatem non ſacerdoti. de quo not. in cap. perue nit. diſt. xcv.

k Cōmunio. Id eſt euchariſtia. ſi mi. diſt. 50. ca. pœnitentes. Et ſepulturā etiam concedit eccleſia ex quo confeſſi ſunt. xiij. q. ultim. c. ſi. & not in cap. ij. eo.

adhuc ſacrilegiū committi dicitur.

Ratione perſonarum committitur ſacrilegium, cum quis Clericum percutit; uel cum Moniali rem habet. h. d.

Perſonarum ratione ſacrilegium perpetratur cū quis in Clericum uel Monachū uiolentas [a] & impias manus inijcit : uel cū perſonę Deo dicatę [b] per coitum appetuntur, de quibus infra ſuo [c] loco latius dicturi ſumus.

DE FVRTIS. [d] VI.

Furti nomine omnis illicita uſurpatio continetur, & fures promoueri non poſſunt, imo promoti deponuntur, & ſi ſint incorrigibiles debent excommunicari, & ſi occiſi fuerint in furto non eſt pro eis orandum, niſi ante mortem ſint confeſſi. h. d.

Furti quidem nomine omnis illicita uſurpatio alienæ rei concluditur, ſed nunc de is tantum agimus, quæ ſpeciali nomine deſtituta generali furti appellatione continentur. [e] Fures autem nō ſolum ſeculares leges uerū etiā canones acriter inſectantur : nam nec ad ſacros ordines promoueri (niſi ſecundū ea quæ ſupra primo libro diximus [f]) & promoti ab eiſdē deijci, [g] & ſi depoſiti incorrigibiles fuerint excōmunicari, & demum poteſtati ſeculari tradi debent. Et ſi dum furtum committitur occiſi fuerint, pro eis minimè orandum [h] erit : quanquam ſi cōprehenſi aut uulnerati confeſsi [i] fuerint, communio [k] eis non ſit deneganda.

Furtum committentes ob neceſſitatem mitius puniuntur, & pœna furum puniuntur partientes cum eis, & qui furtorum ſunt conſcij.

Sed hæc de illis intelligere nos oportet, qui nulla neceſsitate adacti furtum cōmiſerunt. Cæterū ſi quis

Propter

propter [a] neceſsitatem cibaria, ueſtem, uel pecus furatus fuerit longè mitiori pœna [b] puniendus erit: Nec fures ſolum ſupradictis pœnis tenentur, ſed ij quoq; qui aut cum furibus partiuntur, [c] aut qui furtorum conſcij fures quærentibus poſſeſſoribus [d] non indicant. [e]

DE VSVRIS. [f] VII

Vſura quid ſit & unde dicta, & habens poſſeſſionem in pignus recepta propria pecunia ſi recuſet fructus in ſortem computare uſuras committit. hoc dicit.

Vſura [g] eſt quidquid [h]

a Propter neceſſitatem. Scilicet modicam: quæ interpretatio colligitur ex eo quòd pœna uel pœnitentia imponitur. ſi enim magna eſſet neceſſitas nulla pœna imponeretur; cum in neceſſitate omnia ſint cõmunia. fac. de conſec. diſt. v. c. diſcipulos. & diſt. xlij. c. j. & xij q. j c. ij. & xxiiij. q. viiij. quod autem. & diſtinct xlvij. ca. ſicut. debuit enim credere dominũ permiſſurum. §. placuit. de oblig. quæ ex delict. ſic etiam dicimus ꝙ tpe neceſſitatis poterit religioſus facere eleemoſynam de bonis monaſterij: ut p Abb. in c. ſi quis. eo. Et uxor de bonis mariti, iuſta id quod putaret ipſum maritum daturũ, ſi non fuerit ſibi uetitum ab eo. Alij intelligũt procedere quod hic dicitur etiam in maxima neceſsitate; ſi poſteà ueniens ad pinguiorem fortunam non reſtituit. Et ſecundum hos nota quòd ſubtrahens aliquid tempore neceſsitatis, tenetur illud reſtituere cum poteſt, quaſi ceſſante cauſa: ut per Abb. in d. c. ſi quis propter. Sed an ex quo tempore neceſſitatis omnia ſunt communia, poſsit pauper agere contra diuitem, ut ſibi ſubueniat. Reſpon. non competit quidem pauperi actio, ſed bene poteſt implorare officium iudicis: quia diues peccat non ſubueniendo pauperi in neceſsitate. Ab. in d c. ſi quis poſt. & in c cum cauſam. de elect & in c. cũ dilecti. de emp. & uend. no. in c. ſicut. diſt. xlvij. Eſt & alius caſus in quo furari uidetur licere, uidelicet cũ quis aliter nõ poteſt ſuum recuperare Ab. in c. j. uerſi. *In Glo. ij. ibi.* de his quæ ui metusve cauſa. &c.

b Pœna. De qua in c. ſi quis propter. eo.

c Partiuntur. §. ſi uero opem. inſtit. de obli. quæ ex delicto. fac. not. in c. j. de offic. deleg.

d Poſſeſſoribus. Id eſt, dñis uel quibuſcunq; quorum intereſt. l. interdum. ff. de uerb. ſigni. cap. penultim. eo.

e Indicant. No. ergo ꝙ tenetur quis indicare furem uel furtum, de quo latè per Cano. in c. pen. eo. & per Legiſtas in. l. in ciuile. C. eo. Sed an furtum paſſus poſsit petere à iudice ut ſerutetur domum & ſcrinia etiam loca ſecreta Titij de quo forte ſuſpicatur? Reſpon. ut per Abb. & alios in d. c. penul.

f DE VSVRIS. De uſuris. Poſtq̃ ſupra uiſum eſt de furtis, cõpetenter ſubijcitur de uſuris, cum uſuram exercẽs quodammodo furtum cõmittat. xiiij. q. iiij. c. ſi quis uſuram.

g Vſura eſt. Hæc diffinitio ſiue deſcriptio ſumitur uirtualiter ex c. uſura. & ex c. plerique. xiiij. q. iij. uno tantum adito uerbo, ſcilicet mutuarã ꝙ conuenienter fuit additũ, ut dicet̃ ſuper illo uerbo. Sed hæc diffinitio ſiue deſcriptio ſecundũ Ab. non eſt pfecta: quia poſſet aliquid accedere ſorti gratis, & tũc nõ eſſet uſura: arg. j. q. ij. c. ſicut. & c. dilectus. & c. etſi qq. de ſimo. Vñ ipſe aliter diffinit, id eſt, uſura eſt lucrũ mutui ex pacto debitũ, uel exactũ. Sed hæc quoq; eſt defectiua: quia uſura cõmittitur etiã ſi abſit pactũ, dummodo adſit intẽtio. c. cõſuluit. eo. Vñ Hoſt. in ſum. eo. §. quid ſit. ponit aliã, quæ licet oppoſitionibus nõ uideat̃ relinquere locũ, lõgior tñ eſt quàm. §. Callimachus. qđ eſt contra naturã diffinitionis quæ nihil aliud eſt quã rei breuis explicatio: ut ait Craſſus apud Tulliũ de Oratore. Ideò dic ꝙ ſatis defendi põt illa quæ hic ponitur. Nec ob. quod opponitur de traditione facta gratis: quia uerbũ percipitur in ea poſitum põt tollere cõtrarium. nã percipere hoc loco denotat quãdam acceptionẽ non ſimplicem ſed fructuũ, uel earũ rerum quæ ſunt loco fructuũ, unde dicimus fructus percipit non ita donũ percipit. Idẽ erit in uerbo accedit, quo utunt̃. d. c. plerią;. & d. c. uſura. quia nõ bene dicitur donũ ſorti accedere quod utiq; ſtat per ſe. ſed accedere eſt alteri principali rei adhærere, ut eſt uſura ſorti, uel dic percipitur, ſcilicet ex pacto: ut no. in d. c. uſura.

h Quidquid. Siue ſit pecunia, ſiue electuariũ, ſiue

ſiue capella, ſiue quodcunq; nomen imponas, c.pleriq;.& c.uſura.xiiij.q.iij. etiã ſi detur factum in æſtimabile, ut ſi doctor mutuet ſcholari ut ſecum intret, aliter non mutuaturus: ut per Ab.in Rubric.eo.

ultra ſortem mutuatam [a] percipitur, [b] dicta ab [c] uſu, quia ſcilicet, ꝓ uſu pecuniæ recipit̃. Vnde [d] & ſi quis pignoris obtẽtu rei alicuius nactus fuerit poſſeſsionẽ, [e] ſi ſortẽ ſuã deductis expenſis [f] de fructibus iam perceperit, ſi eandẽ debitori reſtituere recuſet, & perceptos [g] fructus in ſortẽ cõputare, procul dubio uſurarum committitur crimen.

Pœnæ uſurariorum ſunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum & officiorum & eccleſiaſtica ſepultura amiſſio. hoc dicit.

Multiplicibus aũt pœnis ſacri Canones uſurarios [h] inſequuntur: nã præter inuſtã infamiã, nec ad Chriſtianã nec ad cõionẽ admittũtur altaris, [i] nec quiſquã de manu eorũ oblationes [k] accipiet. Et ſi Clerici fuerint tàm officij quàm beneficij eccleſiaſtici periculũ patientur. [l] Nullus [m] quoq; ſub pœnis Gregoriana cõſtitutione [n] comprehẽſis, manifeſtis Vſurarijs, aut locabit [o] domus, aut conductas habere permittet. Sed & ſi in hoc

a Mutuatã. Hoc ideò: quia uſura nõ cõmittitur niſi in rebus in quibus conſiſtit mutuũ, ſcilicet quæ cõſtant pondere, numero, uel menſura, ratio diffusè ponitur per Ab. in Rubr. eo. poſt Hoſt. in ſum. §.j. Immo nec in his cõmittitur niſi actualiter ſit deuẽtum ad mutuum, qđ deſignat hoc uerbum mutuatam, licet res ſit apta mutuari. Vnde infert Ab. in d. Rubr. ꝙ ſi ego cõmodarem tibi pecuniã nõ ut expẽdas ſed ut ad põpam retineas in banco, poſſum licitè aliquid lucrũ capere: quia tunc non eſt celebratus contractus mutui.

b Percipitur. Quaſi debitũ, & quaſi fructus.

c Ab uſu. Alij alias ponunt etymologias, ut per Ab. in Rubric. & per Archi. poſt alios. in c. uſura. xiiij.q.iij. quæ non reciperentur ab humanioribus.

d Vnde.&c. Quia in caſu ſequẽti aliquid accipitur ultra ſortem. & fac.c.j. & c.ij.eo.

e Poſſeſsionẽ. Idem dicendum de domibus & alijs rebus, debent enim ſoluta penſione extenuare ſortem. Abb. in c.j.eo.

f Expenſis. Quia quod ſupereſt eſt fructus. l. fructus. ff. ſolu. matrim. & xij. quæſt. ij. cap. nobis. & l. j. C. de fruct. & lit. expenſ. & pignus per fructus perceptos liberatur ipſo iure. l.j. & ij. C. de diſtr. pig. c.j. & ij. & c. conqueſtus. eo. Cuiuſmodi aũt debeant eſſe tales expẽſæ, & quo medio poſsint repeti, not. in d. c.j.

g Perceptos. Quid de percipiendis? Reſp. ut no. per Abb. in c.j.eo. ubi etiam alij.

h Vſurarios. Scilicet manifeſtos. ca. quia in omnibus. eo.

i Altaris. Id eſt, ad ſuſcipiendũ ſacramentũ euchariſtiæ; ſecundum Inno. Sed uterq; Ab. tã in c. quia in oĩbus, q̃ in c. cũ tu. eo. exponit ut hic uſurarius nõ admittatur ad eccleſiã, quãdo celebrant̃ diuina, & fortè ſecundũ Ab. iuniorẽ iſta expoſitio eſt melior, ut uſurarius rubore ſuffuſus facilius reſipiſcat. ſicut diximus & de excommunicato. ca. pia. de excep. in vj.

k Oblationes. c. quia in oĩbus. eo. Sed nunquid ſaltem eleemoſynã recipere quis poſsit ab uſurario? Rñ. ſic, ſecundũ Ioã. And. in c. cum uolũtate: de ſent. excom. ſequitur Ab. in d.c. quia in oĩbus. fac. not. in c. ex trãſmiſſa. de decim. & xiiij.q.v. in ſumma. Ratio differẽtiæ eſt: quia oblatio fit in publico, eleemoſyna de ſui natura fit in occulto, licet etiã in publico fieri poſsit. Sed an idem ſit in alijs peccatoribus manifeſtis? Reſpon. non, niſi in caſibus expreſsis ad hoc uidetur text. cũ ibi not. in c. oblationes. diſt. xc. Hug. cõtra, primũ æquius, ſecundum Abb. argumen. cap. multi. ij q.j.

l Patientur. c.j. eo.

m Nullus. Siue particularis pſona cuiuſcunque ſtatus uel conditionis, ſiue collegium, uel uniuerſitas c.j eo. in vj.

n Conſtitutione. c.j. eo. in. vj.

o Locabit. Quid ſi ignorabat locator uſurariũ eſſe conductorẽ, uel nõ locauit ad exercendũ fœnus? dic ꝙ probabilis ignorãtia illũ excuſat. l. ſi quis ignorãs. ff. loca. & c. ſi uerò. de ſent. excom.

excom.el ſecondo. & c.in audientia. in dubio tamen præſumuntur ad hoc conducere ſi con ſueuerunt uſuras exercere. l.ſi cui. ff.de accuſ. & c.ſemel.de re.iu.in vj.

a Sepultura.ca.q̄q̄.eo.in vj.c. quia in oībus. eo.ī antiqs,nec ꝑ derit defuncto ꝙ hęres eius uelit ſatisfacere,nā oportet ꝙ ipſemet reſtituat, uel de reſtituẽdo caueat, ita ꝙ appareat illum nō deceſſiſſe in illo peccato, de quo not.in ca. ij.eo. in vj. & in Cle.eos.de ſepul. & aliquid ꝑ Ab. in c.quia in omnibus.eod.

b Satisfieri.Debet aūt ſatisfieri ei à quo pecunia eſt extorta,uel eius hæredib. illis nō extātibus, uel nō petētibus, uel nō curantibus,pauperibus extortū erogabit.c.cū tu.eo. dicit tn̄ Guil.ꝙ hoc caſu debet publicē ꝓponi edictū in locis à quorū incolis uſuræ ſunt extortæ,& ſi aliqui appareāt quibus fides ſit adhibēda,potius illis reſtituent,q̄ pauperibus erogētur.fac.c.ſicut.§.eos.de homi.& not.formaliter in c.ij.eo.in vj.ſed quid ſi facta erogatione in pauperes appareāt illi quibus fieri debet reſtitutio? Reſpon.ut per Peruſin. in d.c.ij.

c Indiſtinctè. Id eſt,nō expreſſa aliqua quantitate:quia mādauit in genere reſtitui quæcunque extorſerat per uſurariam prauitatem.

d Mandauerint. Hoc fuit ſtatutū ne Concilium Lateranenſe de quo in c.iij.eo. eludatur. dicit enim ꝙ qui decedit in hoc peccato non admittitur ad ſepulturam eccleſiaſticā, ex quo aūt quis mādat de reſtituēdo nō dr̄ decedere in illo peccato.& ſic Lateranēſe Conciliū nō haberet locū. occurritur ergo ꝑ c.ij. eo.in vj. uñ ſumitur hæc lr̄a huic eluſioni. Ex hoc etiā refert Io.And.poſt Guil.ꝙ fœneratores Tuſci dicebāt ꝙ ſolum ultimus de gn̄e damnabitur, ex quo oēs prędeceſſores reperientur mandaſſe uſuras reſtitui. Tenebitur aūt hæres reſtituere,etiā ſi teſtator nō mādet, immo & ſi uſuræ

ſcelere deceſſerint eccleſiaſtica carebunt ſepultura. a

Licet quis de uſuris ſatisfieri mandet per hæredem,nō tamen eſt traditus eccleſiaſticæ ſepulturæ donec fuerit ſatisfactū, et cōtra faciēs incurrit pœnas eorundē, et teſtamēta uſurariorū nō ualent. h.d.

Et id adeò obtinet ut etiā ſi morituri in ultima uolūtate de uſuris ſatisfieri, b expreſſa quantitate, uel indiſtinctè c mādauerint, d donec ſecūdū Gregorianæ conſtitutionis e tenorem ſatisfactum f fuerit,Eccleſiaſtica ſepultura carere g debeāt. Quicunque uerò manifeſtos Vſurarios contra ꝓdictæ ſanctionis formā tumulare h auſi fuerint, pœna Lateranenſis cōcilij contra uſurarios ꝓmulgatæ ſubijciēdi erūt. Teſtamēta i quoq; ab eiſdē

ad eū nō peruenerint,in quantū ſe extendūt tūres hæreditatis.tradit in c.tua nos.eo. ſed hoc caſu nō cōcedetur defuncto ꝓpter reſtitutionē eccleſiaſtica ſepultura,cū in peccato deceſſerit,niſi aliàs de mortui cōtritione appareat. xxvj.q.vj. c.q recedūt.& c.nobis. ij.de ſent.excom.

e Conſtitutionis. ca.quàquàm. eo. in vj.

f Satisfactum. Quid ſit ſatisfacere habes in l.j.ff. qui ſatisd.cog.& in l.ſi rē. §.oīs.ff. de pign.act. & ex hoc modo loquēdi impſonaliter collige ꝙ nō ſolū ſufficit de uſuris ꝑ quēcunq; eſſe ſatisfactū,ſed ēt ſufficit ꝙ ſit idoneè cautū ꝑ quēcūq;, ꝙ intellige quo ad hoc ut uſurarius admitti poſſit ad ſepulturā,nō ad ualidandū teſtamentū:ut not.in Cle. j.eo.in uer.manifeſtos.ſequitur. Peruſin.in c. ij.eo.in vj.& dr̄ ſatisfactum ſi ſit ſatisfactū de uſuris tantum.non enim requiritur ꝙ ſatiſfiat de intereſſe ſecundum Archid.in d.ca.ij.& latius per Peruſin.uerſic. *Sed quærit hic Archid.*

g Carere debeāt. Eſt ergo hic opus facto,id eſt reſtitutiōe uel ſatisfactiōe,nec ſatis eſt bene uelle.c.nō ſatis.diſt.lxxxvj.uerba.n.ſunt cū effectu intelligēda.c.relatū.de cle.nō reſid.l.j. ff.ꝙ q ſq; iu.Sed nō ne qui ſolui mādat,ſoluere uidetur.l.qui mādat.ff.de ſolu.R n̄.illud habet locū facta ſolutione per mandatariū,qui enim per aliū,&c. c.qui per alium.de reg.iu.in vj.

h Tumulare.Idē ſi nō tumulauerūt,ſimulauerūt tn̄ tumulare,ſecundū Io. de Lig. Domi.& Peruſi.in c.q̄q̄.uerſi.cæterū.eo.in vj.ex quo enim ſimulādo dederūt alijs malū exēplū,& ſcādalizauerūt eccleſiā nō debēt à pœna excuſari.xj.q.iij. c.præcipuè de portātibus & aſſociantibus.per Docto.in d.c.quàquàm.& fac. Gloſ.in Cle.nos.de ſepul. in uerb.ſepelire.

i Teſtamenta.Quid de codicillis? & uidetur ualere,diuerſa enim ſunt hęc.l.ſi idem.C.de codicil. & conſtitutio. c.ij.eo.in vj. eſt pœnalis. ergo

ergo reſtringenda.c.ſtatutum.de elect. in vj.l. ſi præſes.& l.ſi de interpretatione. ff.de pœn.& prohibitis maioribus minora petere non prohibemur.l. cui pacto. ff. de ſeruis export.c.per uenerabilem.qui fil. ſint leg. Commu. contra per d.c.ij.quod in principio facit mẽtionem de ultima uoluntate in genere,& arg.c.cum eſſes.de teſtam. fac. qa codicillus largè dicitur teſtamẽtũ:quia mentis eſt teſtatio : ut xiij.q. ij.§.ſed aliud.& in ſtitu. de teſtam.in prin. l. conficiuntur.& l. ab inteſtato. ff. de codicill. & melius in l.ij.§. quintus. C. de iu. uet.enucl.& latiſſimè per Legiſtas in Rubr.ff.de leg. j. aliàs facile eſſet conſtitutionẽ eludere quod eſſe nõ debet.cap. ſi ciuitas.de ſentent.excommunica.in vj.

facta aliter [a] quàm ſecundum dictæ Cõſtitutionis formam non ualebunt ſed ipſo Iure erunt irrita.

Non debemus facere malũ ut poſteà faciamus bonum, et ſi non ſint quibus reſtitui poſſint uſuræ, eroganda ſunt in pauperes,& paupertas excuſat à reſtitutione. h. d.

Nec quicquàm proficiet quòd quis pro captiuis redimendis uel eleemoſynis[b] dandis ſeſe uſuras exercuiſſe [c] alleget,nec enim propterea magis cum uſurario diſpenſari [d] poterit,Cum ꝓ uita alterius nec mentiri [e] quidem nedum rapere liceat . Planè ſi nec ij à quibus quis uſuras extorſerit, nec illorum ſint hæredes ſuperſtites [f] non ſolum pauperibus [g] uſurarum nomine acceptũ erogare poterit, uerum etiam compellendus erit , niſi eum nota paupertas euidẽter [h] excuſet. [i]

Non ſolum fæneratores ſed etiam illorum hæredes debent uſuras reſtituere nulla obſtante appellatione.h.d.

a Aliter. Scilicet non facta ſatisfactione nec idonea præſtita cautione.

b Eleemoſynis. xiiij.q.v.per tot. cap,ſicut.§. eos.de homicid. de rebus enim reſtitutioni ſubiectis non poteſt eleemoſyna fieri. cap. innouamus.ubi Abb. de cenſib. & in cap. ex tranſmiſſa.de deci.

c Exercuiſſe. Licet hoc uerbum magis uideatur accommodari ad eum qui dat ad uſuram , quàm ad eum qui accipit.Inno. tamen in cap. ſuper.eo.eod.unde hæc litera ſumitur, tenet ꝙ diſpoſitio illius tex.uendicet ſibi locum etiam in accipiente,mouetur:quia ſi non reperiretur qui reciperet, peccatum uſurarum non reperiretur , cum ergo recipientes dent cauſam huic crimini,per conſequens,uidentur ipſi quoque eodem iure cenſendi cum dantibus. ſed in contrarium fac.c.debitores.de iureju. unde diſtinguendum eſt,ut per Abb. in d. c. ſuper eo.

d Diſpenſari. Arg. quòd prætextu boni malum fieri non debet.j.q.j.c. non eſt putanda.& xxiij.q.v.c.ſi dicat.& xiiij.q.v.c.j. iḷ. iij. & c. neque.arg.contra.xxvij.q j.c non oportet.dic ut plenè not.in c.non magno, ne cle.uel mon.

e Mentiri.c ſuper eo.eo.& xxij. q. ij. cap. ne quis arbitretur.ubi de hoc,& diſt. xiiij.in ſumma.& c.quod air. Et facit hoc contra doctores dantes conſilium contra conſcientiam , ut liberent quem à morte.Immo aduocatus habens iuſtã cauſam non debet niti ad obtinendum per mendacium :not. in c.cupientes. de ele.in vj.& per Abba.in cap.j.de his q̃ ui, metuſve cauſa fin. & per alios, ibi ad eũ notatos.

f Superſtites. Sed quid ſi principales ſint ſuperſtites: nunquid ut uſurarius liberet à peccato ſufficiat remiſſio illi⁹ à quo fuerũt extortę uſuræ? reſpon.ſufficere, ſecundum diſtinctionem tamen Ab. & aliorum in c.cum tu. eod. in fin. ubi & quid ſi ille cui debent uſuræ reſtitui ſit ualde abſens , an uſurarius teneatur ad eum mittere uſuras, & cuius expenſis.

g Pauperibus. Sed quibus pauperibus ? reſp. ſecundum Hoſtien. pauperibus illius loci ubi pecunia fuit extorta: quia facilius inter illos poterunt reperiri ij quibus eſt datum dãnum , ſed ſecundum Fed. conſi. xxxij. quem uidetur ſequi Abb.in cap.cum tu.eo.in fi.eſt hoc conſilium non præceptum.

h Euidenter. Si enim credatur habere uerberibus ueritas eruatur.v.q.v.c.illi qui.& xiiij.q. vj.cap.j. Vel iuret ſe non habere unde reddat, quod potius uidetur : quia non debet ulla pœna puniri, & inanis eſt actio &c. l. nam is . ff. de dolo.cap.olim.de reſti.ſpol.& not.in capit. cum tu. eodem.

i Excuſet.Si tamen uenerit ad pinguiorẽ fortunam tenetur ut antea.c.Odoardus.de ſolu.& l.ſi debitoris.ff.de ceſsio bon.& arg.xxvj.q.vj. c.ſi quis.de corpore.& not.in c. cum tu.eo.

Nec is tantum Eccleſiaſtica diſtrictione extortas uſuras reſtituere cogendus erit, qui fœneratus eſt, uerumetiam filij, [a] & quicunq; extranei hæredes, [b] qui omnes ſup uſuris cōuenti nullius appellationis [c] remedio reſtitutionem interfugere permittendi erunt.

Iudex fœneratori pōt præcipere ſub pœna excommunicationis, tàm ne uſuras exigas quàm ut exactas reſtituat, non obſtante Iuramento præſtito de non repetendis uſuris. hoc dicit.

Sed & ſi quis ſub uſuris pecuniam acceperit, & de eis nunquā repetendis fœneratori iurauerit, [d] adhuc iudex [e] uſurarios per cenſuram Eccleſiaſticam compellere poterit, tàm ut ab earum deſiſtant exactione, & iuramentū remittant, [f] quàm etiam ut exactas reſtituant, ne de dolo & fraude quemquam contingat commodum reportare.

Iudæi ſatisfacere debent de immoderato grauamine Chriſtianis, aliàs excommunicantur modo quo poſſunt. hoc dicit.

Iudæi quoque ſi à Chriſtianis quocunque prætextu graues immoderatuſve [g] uſuras extorſerint, &

a Filij Fac. c. tua. eo. unde ſumitur, & tenentur filij pro parentibus pro hæreditaria portione. fac. l. ex qua perſona. ff. de re. iu. Sed pone quòd alter hæredum efficiatur non ſoluendo ante reſtitutionem uſurarum, nunquid alter cōuenietur in ſolidum? dic ꝙ etſi non ſit defuncti hæres, ſed ad eum bona defuncti peruenerint, inquantum talium bonorum menſura patitur, eſt reſtitutio facienda: ut plenius no. in d. c. tua.

b Hæredes. Sed tantum iuſta uires hæreditarias in foro poli, in foro aūt fori eſt diſtinguendū utrum hæres fecerit uel nō fecerit inuentarium, ut plenè per Doct. in c. tua. eo.

c Appellationis. Intellige hoc in manifeſtis uſurarijs, ut in c. quàm pnicioſū. eo. Idē eſt in quolibet crimine manifeſto. ca. cū ſit Romana de app. aliàs ſi iniuſtè grauaretῑ nō eſt appellatio deneganda, ut plenius not. in d. cap. quàm pernicioſum.

d Iurauerit. Not. quòd iuramentum præſtitum de uſuris non repetendis, non inducit liberam remiſſionem uſurarum, immo uſuræ præſumuntur magis extortæ, cum iuramentum huiuſmodi, non præſumatur interuenire ex libero conſenſu iurantis. capitulo ſuper, de renuntia.

e Iudex. Not. caſum in quo iudex ſupplet commodum priuatarum perſonarum, cum mādat uſuras reſtitui. Sed dic quòd immo hoc facit iudex potius ob utilitatem publicam, & ut obuiet periculo animarum: aliàs non faceret. c. ad noſtram. ij. de iureiur. l. j. §. hoc autē iudicium. ff. de damn. infec. debet enim iudex etiam præuenire ante conſumationem peccati, cum uidet aliquem in præcipitio & actu peccandi. not. in c. ex literis. de ſponſal.

f Remittant. Hoc tunc eſt neceſſarium cum pars proprio motu intendit repetere, & ipſa implorat offiiū iudicis: ſecus ſi iudex pcederet ex officio nō implorato: quia tūc nō erit opus remiſſione uel abſolutione: qa pars nō uenit contra iuramentum: quia iurauit non repetere, non autē non recipere ſi redderentur ſecundum Ab. in c. tuas. eo. licet Gloſ. aliter ibi ſentire uideatur. Quid ſi iurauit abſolutionem non petere? reſp. adhuc poterit denuntiare. not. in d. c. tuas. Quid ſi iurauit non denū tiare? reſp. nō ualet iuramentum: quia non poteſt quis ſe obligare contra bonum caritatis, & diſpoſitionem euangelicam, ſi peccauerit &c. not. in c. ad noſtram. ij. & c. quemadmodum. de iureiur. de materia in ca. j. & in ca. debitores. de iureiu.

g Immoderatuſve. Fac. c. quanto eo. uidetur ergo ꝙ moderatas exercere poſſint à cōtrario ſenſu. diſt. xxv. ca. qualis. & l. cum prætor. ff. de iudi. contrarium uidetur uerius: ut in cap. poſt miſerabilem. eo. & ita ceſſat hic hoc arg. à contrario ſenſu. l. conuenticula. C. de epiſc. & cle. Sed cur hic inſertum fuit hoc uerbū, immoderatas, inducens hanc ambiguitatē? reſp. quia legitur in d. c. quanto. unde ſumiῑ. Et licet Doct commu. tenere uideantur ꝙ iudæi non poſſint fœnerari Chriſtianis per d. cap. poſt miſerabilem. uſus tamen & practica quæ eſt optima interpres legum ſuadet contrarium & Doctore-

ctores in hoc potuerunt decipi, ſed & ſi non fuerint decepti, qua ratione id uerbum legitur in d. cap. quanto, eadem ratione potuit hic uerbum huiuſmodi inſeri. Sed an iure Moſaico poſſint hebræi fœnerari Chriſtianis? mul ti quòd non, & ita etiam Abb. in d. c. poſt miſerabilem. potiſſimum per c. xxviij. Deuterono mij, ibi, alienigena fœnerabitur tibi. Facilè tenerem contrarium per d. cap. xxviij. Deut. ubi dicitur quod ſeruantibus legē nemo fœnerabit, ſed ipſi ſeruantes fœnerabuntur alijs, non eſt ergo dicē dum quòd in præmium obſeruātiæ legis Deus permit teret hebræis facere illud quod eſt peccatum, & quod in euentum in obſeruantiæ ipſi hebræi nulli fœnerabuntur; non dicitur ibi præceptiuè ſed per modum impoſitionis pœnæ. q. d. Deus eritis pauperes, & non poteritis exercere negotium ualde lucroſum, uobis à me aliàs permiſſum. Communiter tamen tenetur contrà, ut apparet ex his quæ habentur in d. cap. poſt miſerabilem.

a Seculares principes. Quorum legibus in temporalibus iudæi ſubijciuntur. c. quo iure. diſt. viij. & l. iudæi. C. de iudæ. non tamen intelligas quòd etiam eccleſia non poſſit eos compellere ad uſuras reſtituendas: nam cum hoc crimen ſit eccleſiaſticum, & ſit contra legem eorum, & contra naturam, licitè poſſunt compelli per iudicem eccleſiaſticum: ut per Inno. in c. quod ſuper. de uot. & uot. redemp. & per Abb. in cap. poſt miſerabilem. eo. Ideò autem fit mentio de principibus ſecularibus: quia per eos facilius compelli poſſunt cum habeant homines armatos, quos non habet eccleſia in loco ubi nō habet temporalitatem, & de iuriſdictione ſpiri

per ſeculares principes a & poteſtates illas remittere ſunt cōpellendi, & donec de immoderato grauamine competenter ſatisfecerint ab uniuerſis Chriſti fidelib. tàm in mercimonijs b quàm in alijs per excōmunicationis ſententiā eis omnimoda cōmunio c denegabit.

Ponuntur plures caſus quibus quis fructus in ſortem cōputare non tenetur. h. d.

Sunt tamen caſus d in quibus aliquid ultrà ſortem abſque uitio uſurarum licitè recipitur, utputa ſi Clericus Eccleſiaſticum beneficium e aliter redimere nō ualens prætextu pignoris de manu làici illud acceperit: nec enim hic in ſortem fructus tenebitur computare. Idem ſi terra non f ſit beneficij alicuius Eccleſiaſtici, ſed ad accipientē in pignus Iure dominij directi ptinere noſcatur. Idem ſi poſſeſſiones g pro non numerata dote genero h à ſocero pignori obligatæ fuerint. i Cum enim frequēter dotis

tuali parum curant iudæi. fac. not. per Abb. in c. poſtulaſti. de iudæ.

b In mercimonijs. Non peccāt ergo Chriſtiani communicantes iudæis in mercimonijs regulariter, licet nimia familiaritas & conuerſatio interdicatur. xxviij. q. j. c. ſæpe. & c. nullus & c. ad hoc. de iudæ.

c Communio. Et eſt hæc quædā indirecta excommunicatio in perſonis hebræorum, ut & in c. poſt miſerabilem. eo. unde ſumitur. ubi nota Abba.

d Caſus. Duodecim caſus tales enumerantur per Abba. poſt Gloſ. in c. conqueſtus. eo. & not. xiij. q. iiij. in ſumma, & generaliter ubicunque recipitur pecunia loco intereſſe nō cōmittitur uſura. Abba. in c. j. eo.

e Beneficium. c. j. in fin. eo. & idem in feudo. capitu. conqueſtus. eodem.

f Non ſit c. conqueſtus. ubi Abb. eo.

g Poſſeſſiones. Quæ debent eſſe traditæ ut eius fructus lucro genero cedant. l. de diuiſione. ff. ſolu. matri. & not. in c. ſalubriter. eo. unde ſumitur.

h Genero. Quid in hærede generi poſſidente ſeu detinente pignus poſt mortem generis. Inno. & Ab. in c. ſalubriter. eo. tenent hunc nō lucrari fructus: quia in optione eius eſt reſtituere pignus, & ſe ab obligatione liberare, quod nō eſt in genero & marito cum uel inuitus teneatur ad onera matrimonij. Idem tenetur de uxore cui ſoluto matrimonio pro reſtitutione dotis eſt datum pignus, unde debet eſſe cauta ut faciat ſibi conſignari poſſeſsionem in ſolutum aliàs fructus extenuabunt ſortem.

i Fuerint. Quid ſi promiſit ſocer certos annuos denarios pro quolibet centenario uſque ad ſolutionis tempus, an teneat conuentio? reſ. ualde

fructus nó ſufficiãt ad onera matrimonij ſupportanda pignòratarum poſſeſsionum fructus in ſortem computandi non erunt.

Non eſt uſurarius rem emens minus iuſto pretio, ſi tũc uerisſimiliter dubitetur an tẽpore ſolutionis plus uel minus eſt resualitura. Vel aliter dubius euentus uſurarum ſuſpitionem remouet. h.d.

Ille quoque qui dat decem ſolidos,[a] ut alio tempore totidem ſibi grani, uini uel olei menſurę reddãtur, ex hoc uſurarius cenſeri non debet. quia licet tunc plus ualeant, utrum plus uel minus ſolutionis tẽpore fuerint ualituræ uerisſimiliter dubitatur.[b]

Vſurarius eſt qui à debitore recipit aliquid ultra ſortẽ, etiam ſi ſuſcipiat in ſe periculum. hoc dicit.

Aliud tamen Iuris eſt, ſi quis nauiganti, uel ad nundinas eunti certam pecuniæ quantitatem, mutuatur, & ex eo quòd in ſe mutuans periculum[c] ſuſcipit, aliquid[d] ultra ſortem ut recipiat cõuenit: nam hic uſurarius reputandus erit.

DE ADVLTERijs & alijs coniunctionibus illicitis. VIII

Adulterij appellatio eſt generalis propriè tamen in nuptam committitur, & quæ ſit adulterij pœna. h.d.

ADulterij generalis[e] eſt appellatio, continet enim nõ modo alieni thori uiolationem, ſed omnem propè[f] illicitam fornicationẽ. Propriè[g] tamen adulterium in nuptam committitur. Pœna in laico excommunicatio,[h] in Clerico depoſitio,[i] uel in utroque certæ[k] pœnitentiæ impoſitio.

ualde dubitant. Abb. diſtinguit ut per eum in cap. ſalubriter. eo.

a Solidos. Sed cum pretij interuentus deſignet contractum emptionis, & uenditionis. l. ſi. C. de præd. decu. lib. x. non uidetur quòd hic poſsit cadere uſura, quæ non committitur niſi in cõtractu mutui. c. cõſuluit. eo. & 3. eo. in prin. & not. Abba. in rub. eo. Reſ. quòd quo ad formã cõtractus non eſt uſura, ſed quo ad intentionẽ contrahentium depravatam: ut not. Ab. in c. nauiganti. eo. unde ſumitur.

b Dubitatur. Ergo ſi certum eſſet q́ tẽpore ſolutionis plus ualerẽt uſurarius eſt cenſendus. c. in ciuitate. & c. ſi. in ſi. eod. & ita propter dubiũ excuſatur. ſimil. l. pen. C. de ſolu. Argu. q́ dubia in meliorem partem interpretari debent. c. ij. de re. iu. c. ex literis. de probat. l. Arria. ff. de act. & obli. Sed immo uidetur q́ in tali dubio abſtinendũ eſſet à talibus contractibus ob periculum animæ: ar. c. illud. de cle. egr. mini. c. ſignificaſti ij. de homi. & not. in c. uni. de ſcrut. in ordi. fac. Sol. hoc ꝓcedit in foro cõtentioſo, contrariũ in foro cõſcientiæ: ut ꝑ Ab. in d. c. ſi.

c Periculum. Quia iſte recipiebat in ſe periculum, uidebatur quaſi quadam compenſatione licitè aliquid ultra ſortem recipere poſſe: quia periculũ mutuatæ pecuniæ pertinebat ad debitorem, cum ſua facta fuiſſet, ſed nihilominus eſt uſurarius: ut in c. ſi. eo. & not. in c. conqueſtus eod. tit.

d Aliquid. Etiam modicum dummodo natura extimabile. xxiiij. q. iij. c. j. ij. iij. & ꝑ D. Thoma. ij. ij. q. lxxviij. artic. ij. ſiue id ſit res, ſiue factum, ſiue conſiſtat in uerbis, puta in ducendo, ſequitur Abb. in c. fin. eod.

DE ADVLterijs, & alijs coniunctionibus illicitis.

e GEneralis. xxxij. q. iiij. c. nemo. & q. v. c. non mechaberis & l. inter liberas. §. j. ff. eo. & l. inter ſtuprum. ff. de uerbo. ſigni.

f Prope. Hoc ideò: quia etiam generaliter ſumẽdo uerbum non continet omnes ſpecies fornicationis illicitæ. & de his habes. xxxvj. q. j. cap. lex illa.

g Propriè. l. inter liberas. §. j. ff. eo. l. inter ſtuprũ. ff. de uerb. ſign.

h Excommunicatio. xxvij. q. j. c. ſi quis epiſcopus. no. in cap. lator. ij. quæſtio. vij.

i Depoſitio. xxvij. q. j. c. ſi quis epiſcopus. per Ab. & alios. in c. ut clericorũ. & in c. peruenit. de adult. & latius in c. at ſi clerici. de iudi. licet quidã moderniores diſputent in cõtrarium, ut per Paul. Ghirl. in tract. de pęnis omniſa. coitus. q. vj.

k Certę. Quia ſcilicet laicum pęnitere debet ſeptem

ſeptem annis, clericus decẽ. lxxxiij. diſt. c. preſbyter. & xxvij. q. j. c. deuotam. & xxxiij. q. ij. c. hoc ipſum. & hoc intellige in foro pœnitẽtiali.

a Arbitrio. Not. horum delictorum pœnas eſſe arbitrarias: ut not. in c. hoc ipſum. xxxiij. q. ij. unde ſumitur.

b Societatis. Immo non ſolum natura hominũ hoc reformidat, uerũ etiam quorũdam brutorum.

c Sacro fonte. c. ſi quis à matre. xxxiij. q. ij. unde ſumitur. & xxx. q. j. c. omnis.

d Sodomitico. Nõ exprimit hic de maſculo, uel fœmina: quia in utroque paſsiuè dicitur poſſe committi Sodomia, ut per Abb. in c. in archiepiſcopatu. de raptor. poſt Gloſ. in c. omnes. xxxij. q. j. & de hoc in c. clerici. de exceſſ. prælat. Illa autem ratione cõtra Sodomiticos procedit eccleſia: quia huiuſmodi crimẽ eſt cõtra naturam, quo caſu eccleſia uindicat ſibi poteſtatẽ non ſolum in laicos uerum etiam in infideles, & ſic etiam procedit cõtra iudæos ratione criminis uſurarum: ut not. in §. iudæi. ſupra tit. prox. & per Inn. in c. quod ſuper. de uot. & per Abb. in d. c. clerici. & Sodomitas puniuit Deus, licet non eſſent de populo electo & Iſraellitico. ut in Gen. c. xix. ergo & eodem modo eius uicarius.

e Brutis. xv. q. j. c. mulier.

f Pœnitentiæ. De qua not. ſupra eodem in principio in uerbo certæ pœnæ.

Arbitraria eſt pœna inceſtus, Sodomiæ, & rei habitæ cum brutis. h. d.

Eadem uel etiam pro Iudicis arbitrio [a] maior aut minor eos manet pœna, qui inceſtũ commiſerunt. Vtputa cùm qui contra naturam humanæ ſocietatis [b] parentibus uel liberis, uel alijs eiuſmodi perſonis impudicè adhærent aut ſi cum illa, quam quis de ſacro fonte [c] ſuſceperit, aut quam ante Epiſcopũ tenuerit, cum ſacro Chriſmate inũgeretur fornicationis ſcelus perpetrauerit, aut cùm relicto naturali uſu contra naturam morè Sodomitico [d] fornicabitur, aut humani generis naturam tranſgreſſus ſeſe brutis [e] commiſcuerit.

Quæ pœna ſit ſtuprantis mulierem, & honeſtè uiuentem, & uirginem deflorantis. hoc dicit.

Quod ſi quis ſtuprũ admiſerit multum intererit, utrũ cum muliere honeſtè uiuente rem habuerit: an uirginem deflorauerit. primò enim caſu ſtuprator pœnitentiæ [f] ſubditus, pecuniaria [g] etiam pœna coercendus erit: poſteriore uerò dotata uirgine [h] eandem patre conſentiente habebit uxorẽ: ſi uerò pater uirginis dare noluerit, aut ſtuprator eam uxorẽ habere legibus impediatur, reddet peccuniã iuſta modum [i] dotis quam uirgines accipere cõſueuerunt, quod ſi conſentiente patre ſtuprator ipſe corruptam uirginẽ in uxorem ducere renuerit, corporaliter caſtigatus [k] excommunicatusque [l] in monaſte-

g Pecuniaria etiam pœna. Iuſta qualitatẽ, ſcilicet facti, & perſonarum conditionem: ut per Domi. & Abb. in c. ut clericorum. de ui. & honeſta. cle. & per Abb. in c. licet. de pœn. nec tolleretur iſtud arbitrium uel alia pœna certa iuris canonici uel ciuilis, ſi ſtatutum imponeret aliam pœnam. Doct. in c. j. eo.

h Dotata uirgine. Id eſt, aſsignata donatione propter nuptias, uel propriè meminit de dote: quia ſtuprator dabit pecuniam mulieri quã retinebit ſibi pro dote, qđ fieri poteſt. l. ſi quis uxori. ff. de don. inter ui. & uxor. & l. ij. C. de dot. caut. non numer. & ſi cũ ea ſtuprator non contrahat nihilominus mulier habebit eam. c. j. eo. unde ſumit. & ibi no.

i Iuſta modum. Qui æſtimabitur iuſta facultates illius, & dignitatem puellæ. l. pe. C. de epiſ. audi. Authen. ſed quamuis. C. de rei uxo. actio. & l. ſiue generalis. ff. de iure dotium. & xxx. q. v. c. nullũ. hæc olim fuit pœna in Exodo, hodie alia ſecundum leges: ut not. in c. j. & ij. eod.

k Caſtigatus. Ad arbitrium iudicis. cap. ij. & ibi not. eo. unde ſumitur, licet ſeuerius de iure ciuili agatur, quæ pœna ſeruabitur in ſuo foro.

l Excommunicatusque. Quo ad communionem ſacramentorum quouſque uiſum fuerit ſuperiori, finaliter tamen non compelletur eam recipe-

rium ad agendam pę nitentiam, retrudatur [a] de quo nulla erit ei egrediendi ſine iudicis pmiſsione licẽtia.

Raptorum pœna excommunicatio, depoſitio, & ſeruitus cum facultate tamen ſeipſum redimendi.h.d.

Maior legum ſeueritas raptores cohibet nam præter ſeculariũ [b] Sanctionum pęnas, anathemate [c] cũ ſuis adiutoribus feriri, aut ſi Clerici ſint proprij ordinis, & honoris amiſsionem ſubſtinere debent.

In propria ſponſa non cadit raptus, & raptus per conſenſum purgari poteſt.h.d.

Rurſus [d] autẽ tunc committi dicitur cũ illa de cuius nuptijs nihil actum fuerit anteà, abducitur. Vnde qui ſibi deſpõſatam [e] uel [f] parentibus reclamãtibus abduxerit in crimẽ raptus & in pœnas minimè incidit. Rapta quoque puella legitimè cum [g] raptore matrimonium contrahet, ſi prior diſſentio in cõſenſum [h] trãſeat. Raptor enim & rapta nomina ſunt uitiorum nõ perſonarum. Vitia autem cùm purgata fuerint, eorũ etiã nomina abolentur. [i]

Raptus Monialis purgari non poteſt.h. d.

Sed hæc de illis intelligẽda ſunt, qui mulierum laicarum conſenſum habuerunt, nã ſi qs Deo dicatas Virgines uel rapuerit, [k] uel uolentes [l] matrimonio ſibi ſociare tentauerit, [m] tanquàm [n] Sacrilegium [o] admittens pro tàm nephandi criminis attrocitate plectendus [p] erit. Nulla prorſus uoluntatis Sacrarũ Virginũ habita ratione.

recipere: ſed quia illam decepit, ad tempus punietur: ut not. in c.ij. eo.

a Retrudatur. Hanc intruſionem euitare poterit dotis conſtitutione, ſecundum Inn. licet non uitetur pœna corporalis, & excommunicatio, licet ſententia Inno. uideatur refragari literæ in c.ij.eod. unde ſumitur.

b Seculariũ ſanctionum.l. uni.C. de rap. uirg. l. raptores. C.de epiſ. & cleri.

c Anathemate. xxxvj.q.ij. c. eos. & c.raptores.& c. ſi quis uirginem.

d Raptus autẽ. Fac.xxxvj. q.j. ca. lex illa. uerſic.raptus. unde ſumit. & c.pe.de raptori.

e Deſponſatam. c.pe. de rapto. Idẽ fortè ſi non fuiſſet deſpõſata, ſed prę ceſſiſſet tractatus matrimonij, ſecũdum Abb. in d. c. pe.& in hoc corrigitur ſeueritas iuris ciuilis de qua in l.uni.C.de rap. uirgi.

f Vel. Id eſt, etiam.

g Cum raptore. Secundũ antiquos canones non poterat raptor contrahere cum rapta. xxxvj.q ij. cap.de puellis.& c.ſi autem.& cap.placuit.& C.de raptu uirgi. l.uni. §. ſin autem. hodie ſecus iure communi.cap.fin.de raptor.& xxxvj.q. ij.c.de nique. & c. tria. Nouiſſimè tamen per Concilium Tridentinum fuit conſtitutum quòd quãdiu rapta in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſit inter eos matrimonium conſiſtere, niſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta fuerit, & nihilominus raptor ipſe ac fautores acerrimis pœnis puniuntur: ut in d.Concilio ſeſſione xxiiij. ca.vj. in decretis reformationum.

h In conſenſum. Etiam tacitum ſecundum Abb. in c.fi.de raptoribus.

i Abolentur. xxxvj q.ij.§. his auctoritatibus, unde ſumit. fac.c.ferrũ.diſt. 50.& xxxiij.q iij. c. uides.

k Rapuerit. Cũ uiolẽtia, & de hoc in l. ſi quis nõ dicam rapere. C. de epiſ. & cler.

l Volentes. Nã hæc uoluntas non excuſat, ſic xvj. q. vj.c.placuit.& c.ſi quis epiſcopus. diſtin.xcij. quia moniales uelle nõ habent. xij. q.j.c.nõ dicatis. immo, & laica ſi uelit præſumitur ſeducta.l. uni.C. de rap. uir. & in cap.j. eo.ubi Abba. & not. in c. raptores. xxxvj q. ſecunda.

m Tentauerit. Sim. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cler.

n Tanquàm. Veritatẽ deſignat nõ improprietatem. fac.l.j.ff. de tranſactio.

o Sacrilegium. Cum inceſtu & adulterio. Nam tria hæc crimina uno inſtanti cum moniali ſe coniungens committit: ut not xxvij. quæſt.prima.cap.uirginibus. Adde tu & ſtuprum.d.quæſt.j. capit ſi qua monacharum.fac.l. inter liberas. & l. ſtuprum.ff. de adult.

p Plectendus erit.c.ſi epiſcopus.xxvij.q.j.xxxij.q.ij.c.raptores.xxx.q.j. ſi quis ſacerdos.

a Pœnitentiæ. xxxiij.q.ij. c. hoc ipſum.& xxij. q.j. ca.prædicandum. & xxx.q vij. adulterij.& xxxij q.iiij. c. meretrices.
b Pœna. Vt per Abb. & Docto.in c.ut clericorũ. de ui.& hon. cler.
c Statuet. Et hoc iure canonico: nã ciuili talis coitus eſt ipunibilis. Bar. in l. uerum. ff. de furt. & in l. iij. in princ. ff. de cond. ob.tur.cau.

DE CRIMINE falſi.

d Variè. Quæ uarietas apparet ex his quæ no.in c.ad audientiam.& in ca. ad falſariorũ. eo. & per Hoſt. i ſumma.cod. uerſi.qua pœna. in c.in memoriam.diſt. xix. & xj.q.iij. c.quiſquis.& iiij.q.iij.c. quæ falſo.
e Canones.c.ad falſariorũ. de crimi.falſi.
f Tradẽdi ſunt. Qualiter autẽ tradi debeant, habes in ca. nouimus.de pę.& ſupra,de depoſi. ſeu degrada. poſt prin.
g Legitimas cõſtitutiones. Eſt autem de iure ciuili pęna falſi in libero homine deportatio, & omnium bonorum publicatio, in ſeruo ultimum ſupplicium.l.j.§.fi. ff.eod.& l.ubi.C.eod.& not.in cap.ad falſariorum.eod.

Pœnã ſimplicis fornicatiõnis eſt arbitraria. h.d.

Demum ſi quis cũ muliere ſoluta, & impudica ſimpliciter fornicatus fuerit tam pęnitẽtiæ [a] modus, quã etiam alia pœna [b] in Iudicis potiſsimũ reponetur arbitrio, qui ex qualitatibus uarijs minorem, uel maiorẽ pœnam ſtatuet. [c]

DE CRIMINE FALSI. IX

Qui per ſe uel per alios literas Papæ falſant excommunicati ſunt cum ſuis fautoribus, & Clerici officijs & beneficijs priuantur, et degradati traduntur Curiæ ſeculari.

Aduers' eos quoq; qui falſi crimẽ commiſerunt uariè [d] ſtatutum reperitur, illos tamen cæteris acrius Canones [e] inſectantur, qui literis Apoſtolicis falſis uſi fuerint. Talium enim literarum falſarij cum fautoribus & defenſoribus ſuis, anathemate feriuntur. Et ſi Clerici fuerint, omnibus officijs & beneficijs Eccleſiaſticis perpetuõ priuabũtur. Ita ut qui per ſe falſitatis uitiũ exercuerit, poſt quam per Eccleſiaſticum Iudicẽ degradati fuerint, ſeculari poteſtati tradendi [f] ſint ſecundum legitimas [g] conſtitutiones puniẽdi: per quam & laici, qui fuerint de falſitate conuicti, legittimè punientur.

Qui falſis literis utitur ſi Clericus eſt, officijs et beneficijs priuatur, ſi laicus excommunicatur. h.d.

Mitius [h] cum illis agitur qui licet his utantur tamen ipſi non falſificauerũt: ſi enim Clerici fuerint, officijs & beneficijs Eccleſiaſticis ſpoliãdi erunt, ſi laici tandiu ex communicationi ſubijciẽtur quamdiu cõpetenter ſatisfecerint. in utriſque tamen malitia grauius quàm negligentia [i] punietur, [k] quod & de his qui falſas literas impetrãt obſeruabitur.

DE HOMICIDIO. X

Aſſaſsinium ſicuti omnium homicidiorum eſt atrociſsi—

unde ſumitur.
h Mitius. ca. ad falſariorum.§. fin. eo. unde ſumitur.
i Negligentia. Quæ tamen quandoq; comparatur dolo, cum ſcilicet diſſoluta eſt craſſa & ſupina.l. ſi fideiuſſor.ff. mand. l. latẽ.ff.de uerbo. ſig. & per Bart. in l. quod Nerua. ff. de poſ. & ſi in utẽte ſit probabilis ignorãtia nullo pacto punitur ſi poſt obiectionem falſitatis ab utẽdo deſtiterit. c.inter dilectos.ubi not.Abba.de excef. præl.
k Punietur. Nõ tamen circa hoc quod ſi notarius ſit condemnatus de falſo inſtrumẽto, hæc tamen ſententia non faciet præiudicium domino ad quẽ ſpectat inſtrumentũ. l. denunciaſſe. §. quæritur. ff. de adulter. ubi Barto. & per Abb. in capitu. quanuis. uerſic. ex quo infert quod licet &c. Item licet producens falſos teſtes ſit cõdemnatus de falſo, non de neceſſitate ſequitur quod ipſi ſint falſi. Bar. & Abb ubi ſupra. fac. tex. in l. Lucius. ff. de his qui. not. infam. & cap. cum dilectus. in fin. de ordin. cogni.

DE HOMICIDIO.

mum, ita etiam atrocißimè punitur. h. d.

CVm nō ad opera tãtū ſit reſpiciēdū ſed tēpus, cauſa, [a] uoluntas, perſonarū differētia, & omnia quæ operibus accidūt ſint peruestiganda, ſequitur ut nō ſit omnium homicidiorum eadē [b] conditio. Cūctorum uerò illud attrocißimū uidetur quod *Aſſaſinium* [c] uulgo nuncupāt. Vnde non ſolū aſſaſini ipſi ſed etiam receptatores, [d] occultatores, conſultores, & defenſores eorum. & qui per eoſdē quenquam interfici fecerit aut mandauerit, [e] dignitatib', honoribus, officijs, beneficijs omnibusq́ue bonis nudatus excommunicationis [f] & depoſitionis incurret ipſo [g] iure ſententiã, & tanquàm Chriſtianæ religionis hoſtis à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus [h] erit.

Interficiens per induſtriam ſimilis eſt Aſſaſinio. h. d.

Non abſimilis [i] eū tenet pœna qui licet non per aſſaſinium, p inſidias tamen, & induſtriam [k] hominem interfecerit.

Interficiens latronem non ex neceßitate punitur, ſecus ſi ex neceßitate. h. d.

a CAuſa. Omnes enim circunſtantiæ ſunt inquirendæ. capit. cum cauſam. de teſti. fac. capit. occidit. xxiij. q viij. & xv. q. vj. c. j. in fi. & l. aut facta. poſt prin. ff. de pęnis, & cauſa facti potius eſt inquirenda quàm ipſum factū. di. xxix. ca. ſciendum. & l. uerum. ff. de furt.

b Eadem conditio. Quod apparet ex toto hoc titul.

c Aſſaſiniū. Forſan ſic nuncupatū à uerbo Gallico Sayſire, quod eſt ſaginare: ut per Tiraquel. in tract. le mort. ſayſit le uif. in pręfa. declara. j. nu 3. quia cum aſſaſini ſpolient à ſe interfectos nimirum ſi ſaginantur à mortuis.

d Receptatores. c. j. eo. in vj. unde ſumitur. & tenētur ut aggreſſores l. prima. & ſecunda. C. de his qui latro. occul. peſſimi enim ſunt receptatores ſine quibus delinquens diu latere non poteſt. l. prima. ff. de recepta.

e Mandauerit. Licet ex hoc mors ſecuta non fuerit. cap. primo eod. in vj. quod non mirum: quia cogitatio non ſtetit in finibus ſuis: quia hoc ipſum mandare eſt delictum conſumare. unde talis mandans etiam ſi re integra mandatum reuocauerit pęnam incurret, ſecundum Ioan. And. in d. cap. primo. & ſic non obſtaret communis Doct. theorica. in cap. j. de eo qui mit. in poſſ. quòd ubicunque pęna imponitur ipſo iure requiritur delicti conſumatio, nec præparatio ſufficit, uel eſt hoc ob ſceleris immanitatem, cum reuocans re integra mandatum non puniatur. c. quicunque. de ſent. exc. in vj. de hoc per Peru. in d. c. j. eo. in vj. poſt antiq.

f Excommunicationis. A qua tamen poterit ordinarius abſoluere, ex quo papa ſibi abſolutionem non reſeruauit. ca. ad hoc. de ſent. exc & c. uni. de ſchiſm. in vj. & not. in c. j. eo. in vj.

g Ipſo iure. Requiritur tamen ſententia declaratoria, iuſta tradita in ca. cum ſecundum. de hære. in vj. & in c. felicis. de pę. eo. lib. & per Doct. in c. j. eo. in vj. unde ſumitur.

h Diffidatus. Et eo ipſo quòd perſona eſt diffidata intelliguntur eius bona diffidata. c. præcipimus. xij. q. j. c. præcipimus, ſecundū Peruſi. poſt Hoſti. in c. j. eo. in vj. Ideoque ſi ſtatutum permittit q aliquis poſſit impunè offendi in pſona fortius in rebus. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & ibi Bal. non tamē poſſet uxor talis adulterari. Bal. in fi. C. ſi contra ius uel. uti. Peruſi. in d. c. j. eod. in vj. nec in hoc crimine inducenda eſt differentia inter laicum & clericum, ſecundum Abb. in c. at ſi clerici. nu. 41. de iudi. Sed an idem dicēdum ſit de pirata quod de aſſaſino? reſp. non, ut reſp. Alciat. in xj conſi.

i Non abſimilis. Quæ autem ſit hæc pęna, traditur per Docto. latè in c. j. eo. cuius uarius eſt intellectus, & propterea hic pęna talis aliter non exprimitur.

k Induſtriam. Id eſt, ex propoſito, & ſic not. quòd uerbum induſtria ſumitur in malam partem. quia uerbum per inſidias, declarat uerbū per induſtriã. Idem eſt dicendum de uerbo ſtudioſè: ut per Bal. & Ang. in l. j. § huius ſtudii. ff. de iuſti. & iu. & per Bal. in Auth. ad hoc. C. de lati. lib. toll. & ibidē copioſè And. ſicul. in addi.

Quod ſi quis latronem,[a] uel furem [b] peremerit, [c] uideamus an ſit puniendus. & ſi quidem furem abſque occiſione comprehendere potuit,[d] certa aduerſus eum ſtatuta pęnitentia [e] reperitur, ꝙ ſi non potuit nulla occiſori erit ex neceſſitate [f] iniungenda pęna,

Non punitur homicidium fortuitum ſi nulla culpa caſum preteſſit. h.d.

Idem etiam obtinebit [g] ſi caſu perpetratũ fuerit homicidiũ, utputa ſi quis neceſſario inſiſtens operi arborem inciderit, & aliquis ſubtus tranſiens opprimatur: nam ſi neque uoluntate nec ulla incidentis culpa [h] factum fuerit ut pertrãſies opprimeretur, arborem incidens homicidij pœnis obnoxius non erit.

Pœnitentia certorum annorum eſt iniungenda parentibus opprimẽtibus filios. h.d.

Alia ratio eſt eorũ qui proprios filios oppreſsiſſe reperiuntur. Cum enim hos grauiter [i] deliquiſſe nõ ſit dubium, certorum annorum erit illis iniungenda pœnitentia. [k]

Filius à patre uel ab alio patre ſciente expoſitus liberatur à patria poteſtate: & expoſitum ſuſcipiens nullum in eo habet ius. h.d.

Quod ſi filius [l] à patre, uel ab alio, patre ſciẽte [m] fuerit expoſitus, aut eidem alimenta denegata [n] fuerint, hoc ipſo à ptãte

ſuis ad Bal. & not. Ab. in c. j. eo. unde ſumitur.

a Latronem. Non intelligas de publico nocturno agrorum populatore: quia licitè interficitur, præter quàm à clerico. l. j. & ij. C. quando lic. ſine. iudi. &c. & not. in c. ij. eo. unde ſumitur.

b Furem. Qui eſt q de nocte ſurripit, ſecundũ Abba. in c. ij. eod. qui dat de hoc uerſũ per quẽ deſignat differentiam inter latronem & furẽ. Tempore nocturno fur capie latro diurno. Tu dic ꝙ tempus noctis, uel diei non inducit differẽtiam inter hos, ſed modus ſurripiẽdi: nam latro palam, fur occultè ſurripit.

c Peremerit. Scilicet liberando ſe & ſua: ut in c. ij. e.

d Potuit. Ex hoc limitatur. l. itaq;. ff. ad leg Aquil. & declaratur. capit. ſi perfodiens. eod. ut ſcilicet nõ poſſit occidi nocturnus latro, quando poteſt comprehẽdi, & hoc intellige etiã ſi ab alio, uel alia uia potuit comprehendi, quàm per damnum paſſum. c. ij. eo. ubi eſt litera generalis, & ibi Abb. illam põderat, & infert quòd licet talis non poſſit de nocte comprehendi, ſi tamen fuit cognitus, & hoc poteſt probari, & per iudicem poſſunt bona rehaberi, quòd tunc non debet occidi. fac. not. per Abb. in l. furem. ff. de ſica.

e Pœnitentia. De qua in c. ij. eo.

f Neceſsitate. Quæ excuſat, & legẽ non hẽt.

g Idem etiam obtinebit. c. hi qui arborem. cum duobus ſeq. diſt. 50. & procedit quod hic dicitur, quãdo quis in priuato loco incidebat, tunc enim non potuit diuinare. l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil c. ut noſtrãm, ut eccle. benef. ſine dimi. confe. ſi in publico debuit clamare: ut nota. in d. c. hi qui. & in d. l. ſi putator.

h Culpa. cap. ſæpe. diſt. 50.

i Grauiter. Grauitas autem delicti commẽſuratur ex qualitate pręcedentis culpæ, & pro mõ culpæ imponẽt pęna uel pęnitentia: ut no. i c. fi. de his, q. fil. occ. Sed quid ſi non cõſtat paruulum interfectum à patre uel mr̃e, ſed euentus fuit cauſa mortis: reſ. nõ debet eis pęnitentia imponi. ad cautelam tamen tutius eſt ꝙ inde pęnitẽtiã agant; quia fortè minorẽ diligentiam illis adhibuerunt: ar. xxiij. q. v. c. excõicatorũ. & xxxiij. q. ij. c. in lectũ. & q̃a bonarũ eſt mentiũ ibi culpã timere, ubi culpa nõ ẽ. c. cõciliũ. §. ij. de obſer. ieiu. & c. q̃ſitũ. de pę. & remiſ. & fa. adhãc materiam. ij. q. iiij. cap. conſuluiſti.

k Pęnitẽtia. De qua in c. fin. de his qui fil. occi.

l Filius. Infans, uel languidus cuiuſcunque ætatis reſpectu denegationis alimentorum, ſecundum Inno. Vinc. & Ab. & Hoſtien. in cap. uni. de infantibus & languidis expoſitis, licet Goffre. nullam ſtatuat eſſe differentiam inter languidum & ſanum.

m Sciente. Et ratum habẽte. c. j. de infant. ex poſ. quæ ratihabitio in delictis retrotrahitur, & mandato comparatur. l. j. §. ſed & ſi cũ quis. ff. de ui & ui arm. c. cũ ad ſedem. de reſti. ſpol. & not. in d. c. j. & fac. c. ſi ſeruus ſciente. diſt. liiij. ſecus ſi ignorante uel inuito.

n Denegata. Siue filius ſit ſanus, ſiue languidus

dus, ſecundum Goff. communiter de languido tantum.

a Liberabitur. c. j de infant. & lang. expoſi & l. j. ij. & iij. C. de infant. expoſ. Idem in ſeruis ut in d. ll. & l. uni. §. ſed ſcimus. C. de lat. lib. toll. Sic & monaſteriũ debet propriũ monachum recolligere: aliàs queſita p neglectum & eiectum monaſterio non quæruntur: ut not. in d. c. j.

b Védicare. Sed an nutritor poſſit ſaltem expẽſas uel aliméta repetere? reſp. affirmatiuè, ſecundũm diſtinctionem tamẽ Abba. & aliorũ in c. j. de infant. expoſit.

c Odij meditatione. Idem ſi propter amorem. l. ſi aliquid. §. abortionis. ff. de pęnis, uel propter lucrũ: quia ſperabat ſucceſſionem ab inteſtato, ſecundũ Abba. in c. ſi aliquis. eo. unde ſumitur.

d Vt homicida. Quantum ad penam legalem. l. ſi aliquid. §. qui abortionis. & l. ſi mulierem. & quãtum ad pęnam ſpiritualem, ſed non eſt irregularis ac ſi hominem interfeciſſet; illa enim irregularitas non contrahitur niſi actu homo iam animatus interficiatur. c. ſicut. eo. & xxxij q. ij. c. quod uerò. & no in c. ſi aliquis. eo.

e Dolo malo. Vel culpa.

f Occaſionem. Id eſt, cauſam remotam.

g Non erit. Vt homicida nec enim qui non uixit poteſt mori. c. ad diſſoluendum. de ſponſ. imp. xxxij. q. ij. c. quod uerò & c. Moyſes. & fac. c. ſicut. eod. unde ſumitur. & ibi latius hoc per Doct. declaratur.

patria liberabitur.[a] Nec tamen propterea qui expoſitos ſuſceperit, aliquid in eis ius uendicare[b] poterit.

Impediens conceptionem, uel abortum procurans punitur ut homicida, ſecus ſi id caſu fieri contingat. h. d.

Is quoque qui uel cauſa explendæ libidinis uel odij meditatione[c] uiro aut mulieri aliquid fecerit, uel potandũ dederit quo minus poſsit generarẽ uel cõcipere, uel naſci ſoboles, ut homicida[d] puniendus erit. Quanquàm aliàs ſi conceptus nondum uiuificatus fuerit, nec ut abigeretur quiſquam dolo malo[e] fecerit, qui abortui occaſionem[f] tradidit puniẽdus nõ erit.[g]

Qui ſibi mortem inferunt habentur ſimiles illis qui impœnitentes moriuntur. h. d.

Nouiſsimè ſciendũ eſt pro his qui quocũque prætextu[h] uolũtariè[i] ferro uel ueneno, uel ſuſpendio, uel quolibet mõ ſibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciendã eſſe commemorationem.[k] & eccleſiaſtica eos debere carere ſepultura, non aliter atque illos qui ꝓ ſuis ſceleribus[l] impęnitẽtes[m] moriuntur.

DE INIVRIIS & damno dato. XI

Inferens iniuriam & damnum, debet damnum paſſo ſatisfacere, nec illum excuſat ignorantia. h. d.

Mitius[n] cũ his agitur qui in pugna, uel rixa aliquẽ lapide uel pugno ꝑcuſſerint. Si enim ille mortuus nõ fuerit, ſed in lecto[o] iacuerit, uel operas exercere fuerit impeditus, qui percuſſerit & opera eius, & impen-

h Prætextu. Etiam tedio uitæ. licet tales iure ciuili non puniãtur. l. ſi quis filio. §. eius. ff. de in in. rup. & irri. teſtam.

i Voluntariè. Secus ſi per furorem c. ſi quis inſaniẽs, & c. illud. xv. q. j. & c. placuit. xxiij. q. v. unde ſumitur cum ſeq.

k Commemorationem. Sed cum huic communicauerimus uiuo, & mortuo cõmunicare poſſumus, & debemus. xxiiij. q. ij. cap. ſanc. Sol. hic moriendo deliquit, cõtrarium cum in uita, licet aliter not. in c. placuit. xxiij. q. v.

l Sceleribus. Vt ſicut fures & latrones. c. fures. ext. de furt.

m Impęnitẽtes. Secus ſi contriti. iij. q. ij. c. ſi. & §. ſi. ſupra. de pęnit. ubi not.

DE INIVRIIS & damno dato.

n Mitius. Et tãto mitius quanto probabiliorem, uel excuſabiliorem habuit cauſam iniuriam inferendi. l. ſi adulteri. §. Imperatores ff. de adult. & per Abba. in cap. olim. de reſcript. nume. 6. & in cap. j. eod. unde ſumitur.

o In lecto iacuerit. Idem ſi non iacuerit in lecto. l. ex hac. ff. ſi quadr. paup. fe. di. & in l. fin. ff.

ſas in medicos reſtituet. [a] Et generaliter ſi culpa [b] tua datum eſt damnum, uel iniuria irrogata, uel alijs irrogātibus opem tuliſti [c] aut hæc imperitia tua [d] ſiue negligentia [e] euenerunt iure te ſuper his ſatisfacere oportebit, nec te excuſabit ignorātia [f] ſi ſcire debuiſti [g] ex facto tuo iniuriam ueriſimiliter poſſe cōtingere uel iacturam.

Si tuum animal damnum dabit poteſ liberari illud dedendo, niſi ſit ferum animal, & nocere ſolitum, & non fuerit adhibita debita diligentia. hoc dicit.

Quòd ſi animalia [h] tua nocuiſſe proponātur nihilominus ad ſatisfactionem tenеberis, niſi ea pronoxa dādo damnum paſsis, te ipſum uelis liberari, quod tamen ad liberationem non ſufficit, ſi fera fuiſsēt animalia, & quæ nocere conſueuerant, & quam debueras diligentiā non adhibuiſti. [i] Diuerſum ſtatuitur in eo q ut damnum non contīgeret nihil omiſit. [k]

de his, qui deiece. uel effud. ſed ideò de decubitu fit mentio: quia communiter qui non iacet, non perdit artificium ſuum, ſecundum Abba. in c. j. eo. & incluſio unius & expreſſio, quando exprimitur gratia frequentioris uſus nō eſt excluſio alterius. Auth. caſſa & irrita. cum ibi not. in uerbo per Italiam C. de ſacroſ eccle.

a Reſtituet. Etiā ſi iniuriatus remiſerit iniuriā: quia cenſetur remiſiſſe rancorem non dānum. Ab. poſt Io. And. & Spec. in d. c. j eo. & per Bart. in l. non ſolum. §. iniuriarum. ff. eo. & in l. ſi tibi decē. ff. de pac. & ſequūtur poſteriores. ff. eod. tit. de pact. & fac. ad hanc literā. l. ex hac. ff. ſi quad. paup. fe. di. l. fin. ff. de his, q deie. uel effu. l. qua actione in prin. ad leg. Aquil. deformitatis autem ratio non habetur. ut not. in d. c. j.

b Culpa tua. Etiam leuiſſima cum c. fin. eod. unde ſumitur loquatur indiſtincte, & ſic in hac actione legis Aquiliæ uenit leuiſſima culpa de iure canonico, & in foro animę, ſicut de iure ciuili: quia ex parte damnum paſſi non eſt mera pęna, ſed eſt emendatio damni: ut per Abb. in c. ſi egreſſus. & cap. fin. eod. fac. not. per Ioan. And in cap. quanquàm. de uſu. licet contrariū teneat Inno. in cap. ſicut dignum. de homi. plenius per Doctor. in cap. ij. de conſtit. ſecus eſt ſi nulla culpa interceſſit, puta, ſi infans uel furioſus dannum dederit. l. ſed & ſi. §. iniuriarum. & §. igitur. ff. ad leg. Aquil. & not. in d. capitu. fin.

c Opem tuliſti. l. item Mela. §. ſi alius. & §. item. ff. ad leg. Aquil. l. non ſolum. in princ. & §. ſi mandato. ff. eo. §. ope. inſtitu. de obli. quæ ex delic. naſ. cap. ſicut dignum. §. illi. de homi. unde ius ciuile & canonicum non differunt in hoc: ut colligit Abb. in cap. fin. eod. unde ſumitur. Secus tamen eſſet in ſtatuto: quia ſtatutum faciens mentione de faciente delictum, non includit præſtantem opem: ut per Abb. in d. c. fin. & in cap. inter ſolicitudines. de purg. cano. licet quidam diſtinguant utrum uerba ſtatuti ſint cōcepta in rē uel in perſonam: ut per Paul. de Caſtro in l. ſi neceſſarias. §. de uendendo. ff. de pign. act.

d Imperitia tua. Quæ culpę annumeratur. l. imperitia. ff. de re. iu. & § imperitia. inſtitu. de leg. Aquil. & l. ſi quis fundū. §. Celſus. ff. loca. & fac. hoc contra medicos male curantes: quia tenentur ad damnū, cōtra. l. illicitas. ante fin. ff. de offic. aduo. c. ad aures. de ætate & qualit. cap. tua. de homicid. Idem eſſet in doctore cuius ob imperitiam alicui dānum datum eſt, puta: quia cauſam prodidit: quia tenetur aduocatus ad emendam ſecundū Hoſt. in c. calumniam. de pęnis. & per Abba. in cap. fin. eodem.

e Negligentia. l. ſi ſeruus. ij. §. ſi ex plauſtro. ff. ad leg. Aquil. c. quæſitum. ubi de hoc traditur de pęni. c. ſi. eo. unde ſumitur.

f Ignorantia. Puta ſi cum uellem repercutere percutientē me, alium percuſsi. l. ſcientiam. §. pe. ff. ad leg. Aquil. l. eum qui. §. ſi iniuria. ff. eo.

g Scire debuiſti. fac. l. Iulianus. ff. ad Maced.

h Animalia. Non quælibet, ſed quæ contra naturam mouentur, ut bos cornu petere ſolitus, equus calcitroſus. l. j ff. ſi quadr. paup. fe. dicatur. & inſtit. eo. tit. & not. in c. ſi §. quid ſi animalia. unde ſumitur.

i Adhibuiſti. Quia huiuſmodi animalia non debent teneri in publico; & ubi eſt publicum iter. §. hic quoque. inſti. ſi quad. fec. dicat.

k Omiſit. Not. quod nihil eſt ei imputandum qui nihil omiſit in adhibenda diligentia.

l. qui

l.qui occidit.§.in hac.& l.qui foueas.& l.ſi putator.ff.ad leg.Aquil. & c. antepe. & ca. fin.de homicid.& c.ſi.in ſi.eo.

a Tribus modis. Et forſitam pluribus qui colligi poſſunt ex uarijs caſibus in titulo de iniurijs aggregatis, ſed uix eſt ut ad unũ de iſtis tribus non poſſint redigi.

b Inferuntur. Cũ certa animi deſtinatiõe:aliàs ſecus l. ſi quum ſeruo meo.ff.de iniu.

c Dicitur. Etiã ſi uerũ dicatur ſecũdũ Ab.in c.j. & in ultima q. de ſent. & re iudi.cõcord. l.j.in princ. uerſi. iniuriã.ff. eo. unde ſumitur.& l.itẽ apud Labeonẽ.§. conuiciũ.ff. eo.ti.

d Cõſcribitur. l. lex Cornelia.§. ſi qs librum. ff. eo. & l. uni. C. de famo.libell.

e Quaſi author. Author autem puniri debet ea pœna qua puniendus eſſet diffamatus, ſi crimen cuius prætextu diffamatur eſſet uerum: ut in l.j.C.de famoſ. libel.& in c.ſi.v.q j. ubi not. uel fortè capitali pœna punietur indiſtinctè d.l.j.

DE ECCLEſiaſticis cenſuris.

f ANnexa facit ſuprà de præb.in princ.

g Ad reliquos. Tractatus.

h Contumaciæ. Suprà de dolo & contu. in princ.c.quoniam frequenter.§.ſi.ut lit.non cõteſt.c.j. de dolo & contu.in vj.ca. conſtitutus. ubi not.de ſent.excom.in vj.

Iniuriæ inferuntur re,uerbis,literis, & pœna eſt arbitraria.h.d.

Inferuntur autem iniuriæ tribus [a] modis Re, Verbis, & literis. Re, ut cùm manus inferuntur, [b] Verbis ut cùm conuicium dicitur, [c] literis ut cùm in alterius uituperationem carmen, aut famoſus libellus conſcribitur, [d] quib.omnibus caſibus pro qualitatibus admiſsi & atrocitate, prudens iudex pœnas irrogabit.

Conſiciens famoſum libellum & manifeſtans pari pœna puniuntur.h.d.

Eo amplius ſi quis famoſum libellum inuenerit & non ſtatim corruperit uel combuſſerit, ſed eius tenorem doloſè manifeſtauerit, quaſi Author [e] plectendus erit.

DE ECCLESIAſticis Cenſuris. XII

Ponit continuationem præcedentiũ et ſubſequentiũ. h.d.

POſtquam tam primo libro perſonarum, quàm ſecũdò rerum Eccleſiaſticarũ tractatum cum his q̃ annexa [f] ſunt ſummatim cõplexi fuimus, ſubinde ad reliquos [g] uenientes iudiciorum tàm ciuiliũ quàm criminalium materiã & ſeriẽ explanauimus: delictorum & naturã & pœnas breuiter ꝑſtringentes. Cum tam ratione cõtumaciæ [h] quàm etiam aliorum exceſſuum Eccleſiaſticis cenſuris interdum aliquos innodari uarijs locis admonuerimus. Supereſt [i] nunc ut operi finem imponentes de ipſis cenſuris fuſius & diſtinctius diſſeramus.

Quid ueniat appellatione cenſuræ Eccleſiaſticæ, quid ſit excommunicatio, quid interdictum, quid ſuſpenſio.h.d.

Eccleſiaſticæ cenſuræ nuncupatio tria [k] regulariter complectitur [l] ſcilicet. Excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis ſententiam, Excommunicatio eſt à

i Supereſt. Nec enim nouum eſt, ut quibuſdam ſpecialiter enumeratis generalis clauſula aut tractâtus ſubijciatur, quæ omnia comprehendat. l. ſi ſeruus ſeruum.§. inquit lex. uerſic. ſed non eſt nouum. ff. ad leg. Aquil.

k Tria. Videtur ergo quòd iudex delegatus uirtute illius clauſulæ ſolitæ in delegationib.apponi cõpeſcẽdo cõtradictores p cẽſurã eccleſiaſticam,&c.non poſſit apponere aliam pœnã in iure expreſſam, uel arbitrariam: quod ſatis uerũ eſt uirtute clauſulæ, ut per Peruſi. in cap. j. de homicid. in vj. poſt princip. poterit tamen huiuſmodi pœnas imponere uirtute delegationis, nec hæc clauſula ad ampliãdum iuriſdictionẽ inducta, reſtrictionẽ operabitur: argum. capituli fin. de uerbo. ſignific. & deducit Ab.in ca. quærenti. eod.tit. unde ſumitur.

l Complectitur. Verbum

Verbú igitur animaduerſionis ſatius pater, continet.n.depoſitionem & aliàs pœnas. ca.j. de homic.in vj.ubi not.Peruſin.

a Excluſio. Variè per Doct.diffinitur excommonicatio, ut apparet per Hoſti. in ſum.& per Io.de Lign. Nic. Plo.& Archiepi. Flor. i ſuis tractatibus, ſed hæc eſt breuior ac ſimplicior; & rei accómodatior cum comprehédat utranque excómunicationis ſpecié. ad declarationé uide ſupraalleg. & Ab.in c.j.eo.

communione excluſio.[a] Interdictum eccleſiaſticũ[b] eſt à certis Sacramentis,[c] & omnibus diuinis officijs,& ſepultura eccleſiaſtica facta prohibitio. Suſpenſio[d] eſt inhabilitas quædam ordinum uel officiorũ executionem impediens. Sed ne de omnibus[e] ſimul tractantes legentibus difficultatẽ ingeramus, diſtinctè de ſingulis deſſeramus, ac primũ de Excommunicatione.

DE SENTENTIA[f] excómunicationis. XIII

b Eccleſiaſticũ. Sunt & profana interdicta: ut. ff. C. & iſt. de iterd.

c Certis ſacramentis. De hoc infrà tit. proxi.§. item cum loci.cũ §.ſeq.& in ca. qđ in te.de pœnit. & remiſ. dantur tamen & aliæ diffinitiones ut p Io. An Nic.Plo.& alios in ſuis tractatibus.

d Suſpenſio eſt. Hæc deſcriprio eſt de mentè Beati Antonini; in ſuo tractatu de ſuſpenſione, ubi latè declarat, & de eo dicetur infrà in tit.de ſuſpenſ.

e Omnibus. Quia ubi multitudo ibi confuſio Aut.de referendar. poſt princ.partitio aũt multum prodeſt ut not.in proœ. inſt.§.igitur.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

f De ſententia. Immo uř ꝙ excommunicatio non poſſit dici ſententia; quia nec diffinitiua: quia non diffinit cãm cũ petenti ab ſolutioné nunquã denegetur audiẽtia.c.ex parte.j.de uer.ſig.nec interlocutoria: quia interlocutoria eſt illa quæ fertur inter principium & finé cauſæ:not.in Clem.j.de ſeq.poſ.& fruct.& eſt ſuprà de ſent.& re iudi.in princ. ſed excõicatio quandoq; fertur extraiudicium.ca. dilecto.eo.in vj. Et multas differẽtias ponũt Doc. inter ſententiam & excommunicationẽ, & maximè procedit obiectio in excommunicatione quæ fertur à iure, dic ſoluendo quod largè & impropriè appellatur ſentẽtia, ſtrictè appellatur cenſura.c. quærenti.de uerb.ſigni.& §.j.ſupra ti. prox. & p Ab. ĩ rub.eo.

Minor excommunicatio à perceptione ſacramentorum, Maior etiam à fidelium communione ſeparat.h.d.

EXcommunicationũ duæ[g] sũt ſpecies minor ſcilicet & maior. Minor eſt per quam quis à ſacramẽtorum participatione conſcientia[h] uel ſententia[i] arcetur. Maior eſt per quam quis non ſolum à ſacramẽtorum excluditur perceptione, uerum etiã à communione[k] fidelium, quæ ab omni actu legitimo ſeparat[l] ac diuidit: &

g Duæ ſunt ſpecies. c. ad menſã. §.aliquando. & §. eſt & alia. xj. q. iij.& c. Engeltrudam.iij.q.iiij.

h Conſcientia. Vt, quia ob aliquod delictũ abſtinet à ſacramentis ſua ſponte.fac. c.ad mẽſam.§. aliquando. xj. q. iij. & ca.nunc autem. d.xxj.& cap. fi.de cohab.mul.& cle. & ca. à nobis. de excep.& cap.fi.de cle.excom. mini.

i Sententia. Vt cum fertur à iudice pro contumacia, quod tamen non eſt in uſu: quia communiter iudices ferunt excommunicationem maiorem, ut teſtatur Abb. in rub. eo. & de ea in dubio intelligitur capit.pen. eo. §. ſed quæri. infra eo. & hæc minor excommunicatio non eſt ſemper peccatum mortale: ut per Ab.in ca. dudum.ij.de elect.nu.24.& in c. ſacris. de his quæ ui metus cauſ.

k Communione. cap.ad menſam.§.aliquando.xj.q.iij.& cap.Engeltrudam.iij.q.iiij. & uidetur hæc ſpecies excommunicationis & ſuperior non fuiſſe Gentilibus ante Chriſtum incognita, ut de Gallis, Athenienſibus, Argiuis,& alijs teſtatur,& deducit Tiraq.in tractatu de retractu conſanguineorum.§. j. in gl. ix.num.271.

l Separat. Vt traditur in cap cum non ab homine. & in capit. intelleximus. de iudi. &

hæc alio nomine *Anathema* [a] appellatur.

Excommunicationum aliæ ſunt latæ ſententiæ, aliæ ferendæ. Et latæ ſententiæ eſt cùm quis ſine facto iudicis à iure excommunicatur.

Rurſus excommunicationū alia Canonis [b] alia iudicis, [c] Canonis eſt, qua quis ab ipſo ſolū canone abſque iudicis miniſterio innodatur, quæ etiam alio uocabulo *latæ ſententiæ excommunicatio nuncupatur*, Sciendū eſt enim cōplures eſſe caſus [d] in quibus adeò quis delinquere exiſtimatur, ut nulla expectata iudicis pronuntiatione ipſo iure excommunicationis uinculis innodetur, quod quidē quāquàm innumerabilibus propè exemplis declarari poſſit, unius [e] tamen tantum proſecutione contenti erimus.

Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ, à qua non poſſunt abſolui niſi per Papam, hoc dicit.

Si quis igitur in clericos [f] regulares monachos [g] ꝓfeſſos uel nouicios, [h] uel

in cap. pe. co. & licet hic dicat ab omni actu legitimo, nihilominus poteſt excommunicatus ſe ipſum in iudicio defendere, d. cap. intelleximus. ſed reus nō agit, ſed patitur potius, ſed uidetur his deſcriptionibus ca. Engeltrudā iij. q. iiij. aduerſari ubi dicitur ꝙ Engeltruda fuit excommunicata nō ſolum excommunicatione minori, quæ ſeparat à communione fratrum, ſed etiam maiori, quæ ſeparat à corpore Chriſti: ergo uidetur totum contrariū eius quod hic dicitur, ſcilicet ꝙ minor ſeparet à communione fideliū, maior uero ſacramētorū. Sol. per fraternam ſocietatē intellige illā quā cōtrahimus in ſacramentis, & per corpus Chriſti ēt collucutionem fidelium qui ſunt corpus Chriſti myſticum. quæ expoſitio licet uideatur dura, eſt tamen de mente Doctorū: ut per Ioan. de Ligna, in tractatu de cenſura eccleſiaſtica. §. ij. uerſ. aliquando.

a Anathema. Quod eſt ſeiunctio quædam & alienatio ſecundum uerbum græcum. licet aliter dicat Ab. in cap. cum non ab homine. de iudi. ubi, inquit quòd anathema propriè dicitur mucro epiſcopalis: quia tantum ipſi epī debēt illud proferre, & cum magna cā, cap. nemo epiſcoporum, xj. q. iij. fertur aūt aſtantibus duodecim ſacerdotibus cū candelis accēſis, quas debent poſt promulgationē ſententiæ proijcere. & pedibus cōculcare. Et non diſſimilis ſolennitas requiritur in abſolutione: ut in cap. cū aliquis. xj. q. iij. nec eſt maioris potentiæ quàm ſit ea quæ fertur ſine hac ſolennitate, ſed maioris terroris.

b Canonis. Et hæc eſt pœna criminis Ab. in Rub. eo. in princ.

c Iudicis. Et hæc eſt pœna contumaciæ. Abb. in Rub. eo. in princ. & in c. repræhēſibilis. poſt princ. de appella. fac. xj. q. iij. c. curæ.

d Caſus. De quibus not. in ca. eos. eo. in vj. & per Hoſt. in ſum. eo. §. quis poſſit, & latiſſimè per Ioan. de Ligna. in tractatu de cenſura eccleſiaſtica. §. ſeptimo.

e Vnius &c. Sic in l. ita uulneratus. uerſicu. multa aut iure ciuili. ff. ad leg. Aquil. & ī l. ſcire. §. fin. ff. de excuſ. tuto. & ab uno diſce omnes inquit Poeta. fac. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſis. Argum. contra utentes multiloquio.

f Clericos. Et eſſet tantum pſalmiſta: qa & is clericus dicitur cap. cleros. diſt. xxj. & xvij. q. iiij. d. ea. ſi quis ſuadente, ubi not. cap. non dubium. eo.

g Monachos. cap. parochianos. eo. ſed nunquid monachus poterit agere iniuriarum? Reſpondeo non, ſed aget monaſterium uel eius ſyndicus, ſicut de iniuria ſeruo illata agit dominus & non ſeruus, §. ſeruus. inſtit. de iniu. Sed an ſaltem poſſit remittere? Reſpondeo nihil agit, & adhuc monaſterium aget, ſicut nec filius remittens adimit ipſi patri iniuriam. l. j. §. uſque. ff. de iniur. Sed bene poterit monaſterium remittere talem iniuriam: ut not. in d. c. parochianos. Secus eſt ī ſeculari eccleſia: quia non poſſet remittere iniuriam factam clerico: arg. xvij. q. iiij. cap. quiſquis.

h Nouicios. Nec ob. quòd forte eras poterit eſſe merus laicus deponendo habitum, & renuendo profeſſionem: quia idem eſt in clerico conſtituto in minoribus ordinibus, qui tamen gaudet hoc priuilegio, xvij. q. iiij. c. quiſquis. niſi dicas quòd ordines retinentur etiam à coniugato. Argumen. contra l. ſtatu liber. ff. de

conuerſos [a] uiolentas [b] & impias manus [c] iniecerit ipſo iure Canonis incurret ſententiam, à qua præter quàm à Romano Pontifice, uel eius de latere legato, [d] à quoquam abſolui non poterit.

Complices inferētium manus uiolentas clericis pari pœna cum inferentibus puniuntur hoc dicit.

Sed & ſi manus q̃s uiolentas non iniecerit inferenti tamē, uel author [e] uel fautor uel adiutor fuerit, aut factum ratum habuerit, [f] pari pęna illum plectendum catholica ſanxit authoritas, eos etiam delinquentibus fauore interpretata, [g] qui cùm poſſunt [h] manifeſto ſceleri deſinunt obuiare.

Detinens uel ducens clericos in uincula incurrit excommunicationem latæ ſentētiæ, niſi faciat de uoluntate ſuorum prælatorum. h.d.

Interdum etiam ſi nullam corporis

de ſtatu lib. fac. capitul. religioſo. §. j. eo. in vj.

a Conuerſos. cap. non dubium, & cap. parochianos. eo. Sed an hoc procedat in conuerſis eccleſiarum ſecularium? & non uidetur: arg. c. lex continentiæ. xvij. q. j. tu dic contra ex quo enim ſe & ſua tradiderunt diuino obſequio ſiue in ſeculari eccleſia ſiue in regulari cā cenſentur eccleſiaſticæ perſonæ, & ex toto tranſlati ſunt in forū eccleſiæ, unde habent immunitatē eccleſiaſticam, & hoc ē benignius, ut ſcilicet illorū gaudeant priuilegio, quorum uitā & religionē aſſumunt, c. recolentes. de ſtat. monach. quidam tamē contra, ut not. in d. c. nō dubium.

b Violentas. Idē interdū ſi non uiolentas. ut infra. eo. §. uolētē.

c Manus. Idem ſi pedes, puta: quia calce percutiat clericū, uel ſi ſpuat, uel in eum aquā uel lutum profundat. Quid ſi ueſtes ſcindat? & idem uidetur: quia uiolentia fit perſonæ, nam quæ religioſis &c. l. quę religioſis. ff. de rei uēd. & not. in c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij.

d Legato. c. ea noſcitur. & c. ad eminentiā. & cap. quanuis. eo. & habent hoc ex officio legationis, cap. quod tranſlationem. de offi. leg. alij uerò legati qui de latere Papæ non mittuntur ſeruent quod dicitur in cap. pen. de offi. leg.

e Author. cap. quantæ. unde ſumitur, & cap. mulieres. eo. puta mandando. Sed quid ſi ante quam clericus uerberetur reuocatur mandatum, mandatarius tamen percuſſit antequam notitia reuocationis ad eum perueniret? Reſpondeo apud Deum quidem non tenetur, ſecundum Bart. Brix. & Ioan. And. Quid autem ſit apud eccleſiam militantem? uariè per Doct. differitur ut apparet ex his quæ not. in capitulo mulieres. eo. & in capitulo cum quis. eo. in ſexto.

f Ratum habuerit. Factum ſcilicet prius ſuo nomine, cap. cum quis. eo. in vj. puta ſi tui contemplatione famulus tuus uel amicus clericū qui tibi iniuriam intulerat percuſſit, quē tu poſtea receptaſti, & magis amicum habuiſti, & ſic ratum habuiſti, at ſi corde tantum ratum habuiſti, ſed hoc per aliqua exteriora apparere non poteſt, apud Deum quidem ligatur, non apud eccleſiam quæ de occultis non iudicat, cap. ſicut nobis. de ſimo. & no. in d. c. cum quis. Sed ſi ratum habes factum non tuo nomine utiq; peccas, ſed hac excommunicatione non ligaris d. cap. cum quis, cap. ratum. de re. iur. in vj.

g Interpretata. cap. quantæ. eo. ſic diſtin. lxxxiij. §. j. uerſi. non eſt grandis. & c. ſeq. & d. lxxxvj. c. paſce. l. necare. ff. de lib. agnoſ. & ita uidetur peccare quilibet qui non defendit alium ſi poteſt. xxiij. q. iij. cap. non inferenda. & cap. ſi. & ſi nō poteſt aliter defendat ſaltem clamore l. ij. §. hoc autem. ff. ad S. C. Syllan.

h Poſſunt. Tripliciter hanc poteſtatem interpretari poſſumus. Primò generaliter & indiſtinctè ſicut uerbum ſonat, ut ſit ſenſus quòd quilibet qui poteſt obuiare & non obuiat incurrat in hanc excommunicationem, quam tenuit Ioan. & alij quidam ante Hoſtien. ea ratione: quia hoc pertinet ad publicum ius. diſt. j. cap. ius publicum. unde ob publicam utilitatem hæc materia largè uidetur accipienda. fac. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fune. & fac. quia pro huiuſmodi iniuria competit actio popularis. Sed hæc interpretatio uidetur nimis dura ac grauis, cum ut ſolum periculum uitem poſſim hanc excommunicationem incurrere. Secunda eſt quòd lex. in capitulo quantæ. eo unde hæc litera ſumitur intelligatur de poteſtate quæ non ſolum eſt facti ſed etiam ſonat in ius, unde dicunt quòd hoc

hoc pertinet, ad ſolos prælatos, ſiue iudices; ſiue alios qui ratione poteſtatis ad hoc tenentur, xxiij. quæſtione iiij. capitulo fortè. & capit. duo. Et ſecundum hos ſi ego qui nullam habeo poteſtatem uideo quòd aliquis uult uerberare clericum ſine mea authoritate uel conſilio, ſi non prohibeo non ero excommunicatus, licet fortè peccem: quia ipſum non defendo cum poſſim & de his per Hoſtien. in ſum. §. quis. poſſit excõmunicare, uerſiculo Quintus. Alia & tertia eſt interpretatio ut intelligatur etiam in non habente poteſtatem ſeu iuriſdictionem, dummodo doloſè iniuriam inferri patiatur, ſecus ſi non doloſè, ſed negligenter, uel quia non uult ſe immiſcere rumoribus aliorum, & hæc fuit Innocent. & aliorum quorundam, & placet Abb. in d. capitulo quantæ, quia uidetur probari xvij. quæſtione iiij. in capitulo ſi quis ſuadente. & illis uerbis, ſuadente diabolo, quæ deſignant dolum. ubi ergo ceſſat dolus, ceſſat etiam illa diſpoſitio. & fac. in ſimili. l. penul. C. de adult. & l. j. C. de ſicar. Sed nunquid eo ipſo quòd quis fuit præſens & non obuiauit præſumetur dolus? Reſpondeo ut per Ab. in d. cap. quantæ. in fi.

læſionem [a] clericis quis intulerit excommunicationis tamen pęnam non euadet: utputa ſi laicus in publica uel priuata cuſtodia illos detinuerit [b] uel in uincula cõiecerit, [c] niſi tamen id de mandato [d] faciat prælatorũ, quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti: [e] tunc enim citra excommunicationis metum, & capere clericos & ad iudicium uiolenter [f] ducere laici poterũt:

a Corporis læſionem. Nota ex hac litera, & ex cap. nuper. eo. unde ſumitur. quòd detentus in cuſtodia ſeu uinculatus ex hoc ſolo non dicitur pati corporalem læſionem, hoc ideò ſecundum Abb. in dicto cap. nuper, quia uinculatio uel diſtrictio non fit ad pœnam, ſed ad cuſtodiam l. aut dannum. §. ſolent. ff. de pœnis, unde conſideratur quod ſit principaliter capit. cum uoluntate. eo. l. uerum. ff. de furt. fac. §. cæterum. inſtitut. ad leg. Aquil. & fac. hoc ad ſtatuta facientia mentionem de læſione corporali.

b Detinuerit. Quia attenditur ſola uiolentia non modus, fac. cap. contingit. eo. & per Ab. in cap. nuper. eo.

c Conieceerit. Not. æquiparationem carceris & uinculorum. Vnde dicit aliàs lex non referre utrum quis uinculis an parietibus contineatur, l. ſuccurritur. in fi. ff. ex qui. cau. maio.

d Mandato. Sed non ne ſufficit generale mandatum, quod continetur xxiij. quæſtione v. capit. princeps regum? Reſpondeo non ſufficit, ſed ſpeciale mandatum hic expectandum eſt, quàm diu enim non eſt notum ipſos eſſe incorrigibiles, & traditos curiæ ſeculari, non licet hoc facere ſine mandato prælatorum: qnia adhuc ſub regula clericali tenentur etiam depoſiti, lxxxj. diſtin. cap. dictum. niſi ſe enormitatibus immiſceant, cap. cum non ab homine. & capit. perpendimus. eo.

e Subiecti. Tam in criminalibus quàm in ciuilibus. nec enim ſufficeret prælatum iuriſdictionem habere tantum in ciuilibus. Vnde infertur quòd rector uniuerſitatis cum ad eum non ſpectet corrigere criminoſum clericum, non poterit etiam impunè mandare capi ſcholarem clericum, nec familia capiens tunc eſſet excuſata, ſecundum Abb. in capitulo ut famæ. eo. unde ſumitur. ubi qui nam ſint tales prælati qui talem habent poteſtatem.

f Violenter. Argumen. contra, cap. uniuerſitatis. eodem. Solu. quidam quòd contrarium loquitur de clerico corrigibili, hic de non corrigibili, hæc non bona: quia de mandato prælati licitè, per laicum clericus capitur quãtumuis corrigibilis, cap. ſi clericos. eo. in vj. unde dic quòd contrarium loquitur in uerberatione, hic in captura & detruſione: ut not. in dicto capitulo ſi clericos, & per Abb. in dicto capitulo uniuerſitatis, & capit. ut famæ. eo. & fac. hæc reſponſio pro Ant. & Anch. tenentibus quòd clericus non poſſit per laicum birroarium torqueri, quòd licet de iure uerum ſit, contrarium tamen ſeruat conſuetudo, & malè, ut per Abb. in locis ſupra alleg. fortè id accidit: quia in torquendo requiritur quędã dexteritas & aptitudo, quam non habent niſi qui id frequenter exercent.

cum hoc non ipſi ſed illi quorum authoritate [a] hoc faciunt agere uideantur, dum tamen non amplius [b] eorum ſe extẽdat uiolentia, quàm defenſio clericorum exigit.

Si Abbas imperet laico ut monachum etiam cauſa diſciplinæ uerberet, uterque incidit in excommunicationem, ſecus autem ſi imperet clerico ex cauſa neceſſitatis. h.d.

Quod autem diximus nõ facientes, ſed eos quorum fit authoritate quid facere uideri abſolute non procedit. [c] Nam ſi laicus qui in Abbatis ipſius ſeruitio [d] commoratur, eiuſdem iuſſu in clericum, uel conuerſum, uel monachum etiam ſubſiſtẽte [e] cauſa manus iniecerit, tã qui tales uerberari pręcipit, quàm qui mandato uerberat alterius, excommunicationis ſententiam non euadent. [f] Nam ſi diſciplinæ regularis gratia id faciendũ ſit, uel Abbas id per ſe ipſum [g] faciet, uel ſi neceſsitas urgeat, per clericum uel monachũ id fieri iubebit. [h]

Tam percutiens uolentem clericum, quàm clericus conſentiens ſunt excommunicati, hoc dicit.

Volentem [i] quoq;

a Quorum authoritate. Qui enim per alium facit per ſeipſum facere uidetur, capit. mulieres. eo. & ff. de admin. tuto. l. ita tamen. §. geſſiſſe l. j. §. deieciſſe. ff. de ui & arm. & omnia noſtra facimus quibus authoritatem noſtram impartimur, l. j. §. ſed neque. C. de uet. iu. enucle.

b Non amplius. Id eſt, cum moderamine inculpatæ tutelæ: aliàs ſi modum excederẽt tenerentur: argum. cap. olim. in fi. ubi de hoc. de reſtit. ſpol. & ff. ad leg. Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius.

c Non procedit. Vt in cap. uniuerſitatis. eo. unde ſumitur.

d Seruitio Not. ergo quòd obligatus ad ſeruitium alicuius non tenetur illi obtemperare in illicitis, & à iure prohibitis, & ſi non obtemperauerit mandato non obſtante punitur, & idem eſt in ſeruo quod plus eſt l. ad ea. ff de re. iu. quia ex quo Deus uel princeps prohibet non debet quis magis obedire domino ſuo, quàm Deo, uel principi, & fac. cap. Iulianus. & cap. ſi dominus. & cap. qui reſiſtit. xj. q. iij. Quin immo nec Papæ eſt obtemperandum, quando ex eius mandato ſecuturum eſt ſcãdalum, uel peccatum. Innoc. in cap. inquiſitioni. eo. Nam Papa non habet authoritatem peccandi, & per cõſequens eius authoritas non excuſat, capitu. j. diſtin. xl.

e Subſiſtente cauſa. Qui ergo aliter facit quã debeat nõ excuſatur, c. ſacro. & c. uniuerſitatis. eod. & ſic neq; in facto neq; in modo debet eſſe peccatum, c. Piſanis. de reſti. ſpolia. Arg. contra q̀ potius cauſa facti quàm ipſum factũ cõſiderari debeat, c. occidit. xxiij. q. ſi. & c. cũ dilecti primo. de accuſat, l. uerum. ff. de furt. nec tofert unde crimina claruerint dum corrigantur. xxiij. q. iij. c. ecce. Sol. contraria procedunt, qñ modus procedendi non eſt de ſubſtantia: ſecus ſi modus procedendi eſt de ſubſtantia. exẽplũ. in ſententia quæ non tenet quãuis iuſta, omiſſa citatione uel ordine iudiciario: ut in cap. eccleſia. de conſtit. & per Ab. in d. cap. uniuerſitatis.

f Non euadent. Etiã ſi uerberati cõſentiant. c. contingit. eo. §. uolentem. infra. eo.

g Per ſe ipſum. Sic v. q. v. cap. illi qui. & cap. uniuerſitatis. eo. Argum. contra in cap. nõ liceat. d. lxxxvj. & in Auth. ſed neq; C. de epi. & cleri. aliud in epiſcopo & ſpeciale eſt in eo qui ꝓprijs manibus nullum percutere debet cui ſantitas ignoſcendi gloriam dereliquit l. ſi quis in hoc. C. de epiſco. & cle. & quando non reperiret alium poſſet hoc epiſcopus facere etiam per ſe ipſum. no. in d. c. non liceat. fac. not. d. xlv. in ſumma.

h Iubebit. Moderatè tamen, ita q̀ non excedat debitam correctionem: aliàs poterit appellari, c. irrefragabili. de offi. ordin. puniri etiam debet talis, cap. de priore. de appellat. & incideret etiam in canonem: quia moderata dumtaxat caſtigatio permiſſa eſt, cap. cum uoluntate §. ij. eo. & §. item ſi qui. infrà. eo.

i Volentem. Idẽ ſi ſe ipſum irato animo uulneraret, uel grauiter ꝑcuteret: quia incidit in excõicationẽ: ut traditur. in c. cõtingit. eo. fac. c. ſi nõ licet. xxiij q. v. ubi Archi. & ꝑ Io. And. in c. j. de uita & hon. cle. in vj. & per Domi. in cap. ſi quis abſciderit. & cap. partem. diſtin. lv. arg. contra in l. ſed ſi damnũ. §. ſi ipſe ſeruus ff. de pecul. Sol. ut ꝑ Ant. de Butr. in c. ex parte. ij.

de

clericum ſi quis percuſſerit nihilominus excõmunicationis cẽſuram incurret. [a] Vt reſponſum eſt de eo clerico qui cum laico iniuriã intuliſſet, uolens ſecundum cõſuetudinem [b] patriæ pro iniuria illata offenſo ſatisfacere, ſpõte ſua fuſtiũ ſe ſubiecit percuſsionibus. [c] Quãquàm enim hæc manuum iniectio nõ ſit uiolenta tamen iniurioſa [d] uidetur, & canon reſpexit non tam fauorem clerici ordinati quàm clericalis ordinis: [e] unde hoc caſu tam percutiens quàm ſcipſum percuſſionibus ſponte ſubijciens excommunicationis ſententia innodabitur. [f]

Ponit tres caſus in quibus percutiens clericos in Canonẽ latæ ſententiæ non incidit, hoc dicit.

Ex contrario [g] accidit interdum ut etiam pro uiolenta manuum iniectione excõmunicationi quis non ſubijciatur. Veluti ſi clericum ſibi manus inferentem [h]

de corp.uiti.& ſecundum hoc tenent aliqui ꝙ ſtaturum imponens pęnam percutienti cõprehendat etiam ſe ipſum: ut per Ioan. And. in addi.ad Specul.in titulo.dę pęnit.§.j.in princ. uerſi.ſed quæro. ſed in hoc non eſt ſemper eadem ratio in ſe ipſo quæ in alio. & propterea ſi ſtatutũ permittit bannitum impunè occidi, non poterit bannitus ſe ipſum interficere. Bal.in l.j.ad fi.C.de ſer. fugi.

a Incurret. Sed quare excuſatĩ qui ioco percutit clericum licet inuitum, ut c.j.& non qui percutit uolẽtem? Reſp.quia ille temerarias manus inijcit. c.uniuerſitatis. eo. Itẽ cauſa ulciſcendi iniuriam ſuam ui detur hoc facere. Item:quia manus ſequit licet non iniuriãdo: arg.xiiij. q.vj.non ſic ille q ioco percutit: ut not.in cap. contingit.eo.unde ſumitur.

b Conſuetudinem. No.ualere cõſuetudinem quòd offendens poſſit ſe ſubijcere iudicio offenſi pro ſatisfactione, pro hoc c.Quintauallis. & c.ueniens. de iureiu. quod tamen eſt duobus modis reſtringendum. primo.ut hæc ſubiectio non ſit abſoluta, ſed tanquam facta in arbitriũ boni uiri, nec enim poſſet facere offenſum arbitrum & iudicem in cauſa & facto ſuo l.pen. ff.de arbit.l.uni.C.ne quis in ſua cauſ.& no.in d.c.Quintauallis.ſecundo.quando per ſatisfactionem non ingeritur uulneratio: nam nemo eſt dominus membrorum ſuorum.l.liber homo.ff.ad leg. Aquil.ut tradit Bart.in l.j.§.uſq; ff.de iniu.& per Ab.in cap.contingit.eo.

c Percuſionibus. Sed an tot incurrantur excõicationes quot inferuntur percuſſiones? Reſpondeo non: ut per Ioan.And.in cap.delictũ. de re.iu.in vj.& per Abb. in cap.contingit,eo. fac.no.per Bart.in l.nunquã.ff.de priua.delict.

d Iniurioſa. Sed quõ dicitur iniurioſa cũ uolenti nõ fiat iniuria. xxxiij.q.v.c.noluit. & l.j. §.uſq; adeo.ff.de iniu. & l. cũ donatione.C.de tranſact.& l.nemo uidetur.ff.de re.iu. Reſpondeo iniuria dicitur fieri eccleſiæ, unde cum pertineat etiã ad alios non põt quãtum ad alios remitti. xxxiij.q.iiij.c.ſi is qui. & c.cum deſideres.eo.Sic filius remittit iniuriam quãtum ad ſe non quãtum ad patrẽ. d.§.uſq; adeò.fac. l. iuriſgentium.§. ſi paciſcar.ff. de pact. & cap. Salonitanæ. diſt. lxiij. & traditur plenè per Doct. in cap. contingit.eo.

e Ordinis. Cui renũtiari nõ põt, c.ſi diligẽti. & ex. ſignificaſti. de fo. compet.

f Innodabitur. Sed diuerſimodè percutiens.n.ipſo facto, ſubijciens ſe p ſententiã:ut not. Ab.in c.contingit.eo. Sed cõtra hãc declarationẽ opponitur. Nam cõmunicans criminoſo in crimine pp quod incurrit excõicationẽ eſt excõicatus ipſo facto, ſed iſte clericus cõmunicat percutienti eũ in crimine percuſſionis, ergo incurrit eandem excõicationẽ cum ipſo.cap.nuper.eo. Sol.aliud eſt participare cum excommunicato in crimine, aliud ſubijcere ſe miſericordiæ alicuius, cũ poſſit cogitare illũ remiſſurũ offenſam. Vel ſol. aliter, ut per Ioan.And.& Panor.in d.c.contingit.

g Ex contrario. Ideò ex cõtrario: quia in ſuperioribus paragraphis ponuntur caſus in quibus quis incurrit excõicationẽ etiã quòd manuũ iniectio nõ ſit uiolenta, nũc ſequuntur caſus in quibus pro uiolenta manuũ iniectione talis excommunicatio non incurritur.

h Inferentem. Tunc enim ideò excõicatus non eſt offendẽs clericũ:quia iure naturæ licet

uim

ita quis in continenti ui repellat ut læſionem inferat, [a] aut in eum quem cum uxore, [b] matre, [c] ſorore uel filia turpiter [d] ſe gerētē inuenerit, manus uiolentas iniecerit. Idem ſtatuitur & de eo qui illū percuſſerit, quē probabiliter [e] ignorabat eſſe clericum.

Interficientes clericos qui poſthabito habitu committunt enormitates non ſunt excommunicati.h.d.

Quinimo etſi occiderit [f] quis clericos uel presbyteros qui contēpto clericali habitu [g] ſceleribus ſeſe immiſcuerint, [h] in odium clericalis exceſſus [i] canone latæ ſententiæ minimè coercibitur. [k] fruſtra [l] enim eccleſiæ implorat auxilium qui in eccleſiam ipſam committit.

Qui ratione officij uel intuitu diſciplinæ clericos percutiunt non ſunt excommunicati.hoc dcit.

Item ſi qui ratione officij [m] quod obtinent in eccleſia, aut ſi clerici ſeniores pueros uel adoleſcentes

uim ui repellere. l.ut uim. ff.de iuſti. & iu.c.ſi uerò. el primo. unde ſumitur. & ca. ex tenore eo.ſeruato tamen moderamine inculpatæ tutelæ.c.ſignificaſti.ij.de homici. & amplia hoc etiam in clerico aſportante res laici. nam pro recuperandis rebus licet clericū cū prædicto moderamine inuadere.cap.olim.ij.de reſtit. ſpol. & per Ab.in c.cum non ab homine. uerſi. & optimè facit. de iudi. & in d.c. ſi uerò.nó ſufficit ergo ad incurrendú hanc excómunicationem ſolú factum ſed iniuriandi animus requiritur.

a Inferat. Intellige hoc quando clericus uolebat iterū percutere: ſecus ſi clericus percutiens deſtitit: quia tunc ipſum percutiēs eſſet excommunicatus: quia non eſſet repellere uim ſed uindictam exercere, ſecundum Abb in ca. ſi uerò.j. eo.ad hoc.c.olim.ij.de reſti.ſpoliato.

b Vxore. Etiam non cognita dum ſit ſponſa de præſenti. quia lex præmittit illam accuſari iure mariti.l ſi uxor.§.j.ff.de adult.

c Matre. Quid in auia & alijs aſcendētibus? & idem uidetur.l.appellatione.ff.de uerb.ſign. tu dic literam hāc & c.ſi uerò.j. unde ſumitur. eo.reſtringendā ad perſonas tātum expreſſas: ut per Glo. Io.And.Pan.& alios in d.c.ſi uerò.

d Turpiter. Ignoſcit enim lex iuſto dolori. l.Gracchus.C.de adul.& lex ſic inuentú ꝑmittit occidi.l.quod ait lex. §.quod ait.ff.de adul. licet hoc nó ꝑmittāt canones.c.inter hęc.& c. admonere.xxxiij. q.ij.& not in d.c.inter hæc.

e Probabiliter. Vt, quia incedebat in habitu non congruenti ipſi clerico, & deferebat tonſuram more quorundam laicorum deferentium eam tempore ęſtiuo. Quid ſi & habitum & tonſuram deferebat & credens illum clericum percuſsiſti? dic ꝙ non incidis in excommunicationem, ut plenè traditur in c.ſi uero.ij.unde ſumitur. nemo enim ſola ſua opinione excōicatur, licet propter iſta accidentia grauius peccet: ut not.in c.in audientia.eod.

f Occiderit. Nedum uulnerauerit, uel percuſſerit.

g Habitu. Concor. c.cum nó ab homine.unde ſumitur, & c.perpēdimus. & c.in audiētia. eod.& fac. l.item apud Labeonem §.ſi quis uirgines. ff.de iniu. & l.ſenatoris filia. ff.de rit.nupt.

h Immiſcuerint. Secus ſi ſe nó immiſcuiſſet ſceleribus: quia tunc nó perdit priuilegiú clericale ob ſolā nó delationē habitus.c. ſi uero. ij. c.in audientia. ubi not. & ꝑ Ab. in d.c.cú non ab homine.& latius in cap.perpendimus.eo.

i Exceſſus. Et terrorē, correctionēq; ſimiliū.

k Coercebitur. Aſperior tamen pœna imponetur. cap. cum non ab homine. eo.in fin. nam ex perſona augetur crimen. diſtinct. xl. c.homo.l.omne.§.j.ff.de re milit.

l Fruſtra. Sic c.fi.de immu. eccleſ. & in c.ij. ne cle.uel mona. & xvij.q.iiij. c.frater. & c.in audientia.eo.unde ſumitur.& l.quia fruſtra.ff. de uſu, & l.auxilium. in fi.ff.de mino. & l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa.

m Officij. Not.ergo quòd ratione officij licet quod aliàs non liceret, hoc ideo, quia ex quo alicui commiſſum eſt officium, cenſentur commiſſa & alia ſine quibus commodè officium expediri non poteſt, concor.cap.cum uoluntate. §.fi.eo. unde ſumitur. Sic & iudex compeſcere poteſt omnes turbantes & impedientes iuriſdictionem ſuam.cap.primo. & ca. præterea.& capitu. prudentiam. & cap. ſuſpicionis.de offic,deleg. & §.ſed ſiue. ī.de iudic.

in minoribus [a] ordinibus conſtitutos diuinum turbantes officium, uel etiam ſi qui magiſterij uel prælationis obtentu ſubditos & ſcholares correctionis cauſa percuſſerint, [b] excõmunicationis ſentẽtiam non incurrent. Quod & de his intelligendũ eſt qui aliquos de familia [c] ſua, uel propinquos inferiorum graduum [d] ſimili modo ut ab exceſsibus prohibeãtur, & ſcientia bonisq; moribus informentur, corrigẽdos duxerint, & alijs caſibus cõpluribus. [e]

Ex cauſa poteſt quis abſolui ab alio quàm ab Apoſtolico. h.d.

Quod autem ſupradiximus ab hac excommunicatione, ab alio quàm ab apoſtolico, aut eius legato abſolui neminem poſſe non eſt perpetuum. Nam ſi quis excommunicationis latæ ſententiæ uinculis innodatus in mortis articulo [f] conſtitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, [g] aut alias iuſtas [h] excuſationes, ita ut ſine periculo apoſtolico ſe nequeat conſpectui præſentare, licebit, diœceſano [i] Epiſcopo iuramento [k] ſecundum morem eccleſiæ recepto ſibi abſolutionis gratiam impartiri.

Ceſſante cauſa, ceſſat affectus. h.d.

Periculo tamen & impedimento ceſſantibus quam cito

a In minoribus. Conſtitutos ergo in ſacris ordinibus licet & hi turbent officium percutere non poterunt: quia ex eo quod ſpecialiter de iſtis permittitur, de alijs prohibetur. c.qualis. diſt. xxv. & c.non ne. de præſump. l.cũ prætor. ff.de iudi. & honorabilia mẽbra exceptis grauioribus culpis uerberibus ſubijci non debent. diſtin. xlv. c.cũ beatus, agatur ergo cum ipſis admonitionibus, & ſi ſe non correxerint, ſuſpendãtur. c.dolentes. de celebr. miſſa.

b Percuſſerint. Leuiter tamen. c.j. & c.cum uoluntate. §.fi. eo. modica enim tantũ caſtigatio permiſſa eſt docenti. l.v. in fi. ff.ad leg. Aqui. cum l.ſeq. & humilis debet eſſe doctrina magiſtri. c.humilis. de maio. & obe. cum cõcor. ibi allega. aliàs inciderẽt in canonem. ut not. in d.§.fi.

c De familia. c.cum uolũtate. §.fi. eo. xxiij. q.iiij. c.duo iſta. & diſt. xlv. c. diſciplinã. qui enim domeſticorum ſuorum curam non habet fidem negauit. diſtin. xlvij. §.neceſſe. uerſic. hinc etiam Paulus. fac. l.ſi filius. C.de pat. poteſt. & l.uni. C.de emend. propinquo.

d Graduum. Secus ſi ſint in ſuperioribus: quia liberantur à patria poteſtate ſaltem quo ad ſpiritualia, & quo ad percuſſiones, ut deferatur ſacro ordini, immo Gloſſ. in cap.cum uoluntate. §.fin. eo. tenet ſacrum ordinem indiſtinctè liberare à patria poteſtate quod non eſt uerum: ut per Innoc. & Hoſtien. in cap. in decorum. de ætat. & qualit. & per Ab. in d.§.fi.

e Compluribus. De quibus latè per Hoſtiẽſ. in ſumma. eo. §. quis poſsit excommunicare. uerſic. ſuper illo autem canone. & per Glo. in c.cum uoluntate. §.fi. eod. & aliàs ſæpe.

f Articulo. c.nõ dubium. c.de cætero. ca. quod de his. c.quanuis. eo. ca.ſi quis ſuadente. xvij. q.iiij. generalis enim reſeruatio abſolutionis non extenditur ad caſum mortis. c.eos qui. eo. in vj. & per Ab. in c.paſtoralis. §.præterea. de offic. ordin.

g Inimicitias. Etiã ſi ipſemet dederit cauſã inimicitijs. nec enim ponderatur quæ ſit cauſa inimicitiæ: arg. l.nec timore. ff.qđ met. cauſ. & c.ueniẽs. de ſponſ. & per Abb. in ca.de cætero. eo. unde ſumitur, licet aliàs cauſa debeat eſſe iuſta: ut in d. cap. de cætero. & hic.

h Iuſtas excuſationes. In omni enim edicto rationabilis excuſatio excepta. c.ex parte. ij. de offi. deleg. & c.ſi quando. de reſcrip. fac. c.ea noſcitur. eo.

i Diœceſano. Et non alijs inferioribus, niſi, fortè in ſumma neceſsitate, de quo dic ut per Ab. in ca.monachi. eo. & in c.de cætero. unde ſumitur.

k Iurãmento. c.de cætero. c.quãuis. c.quod de his. eo. & promittens in tali iuramento ꝙ quàm primum ceſſabit impedimẽtum ſe conſpectui Apoſtolico præſentabit mãdatum ſuper hoc exceſſu recepturus. c.ea noſcit. in fi. eo.

eo.& hoc quod hic dicitur intellige etiam in alijs caſibus. cap.eos.eo.in vj. & per Ab.in d. cap.de cætero.

commodè [a] poterūt, ad ſedem apoſtolicā ſe præſentabunt, mandatum illius ſuper negotijs pro quibus ex communicati fuerant humiliter recepturi, & prout iuſtitia ſuadebit ſatisfacturi, alioqui ſi id facere contempſerint (ne temerè & impunè cenſuræ eccleſiaſticæ illudatur) ipſo iure in eandem ſententiam recident, quod generaliter conſtitutum eſt; quotieſcunque legitima ſubſiſtente cauſa, [b] ab alio quis q̃ ab eo à quo aliàs de iure abſoluendus fuerat abſolutionis beneficium cōſecutus fuerit: Et quibuſdam caſibus ſimilibus. [c]

Si modica ſit illata iniuria clerico uel qui intulit, nō prouectæ ſit ætatis, poteſt Ordinarius abſoluere eum qui incidit in canonem latæ ſententiæ.h.d.

Item ſi non enormis; ſed modica & leuis [d] iniuria fuerit clericis irrogata, inferens per epiſcopum [e] abſolui poterit. [f] Itē ætatis [g] intuitu Iuris rigor manſuetudine temperatur. Vnde ſi in pueritia conſtitutus [h] in canonem inciderit ſententiæ promulgatæ, ſiue ante ſiue poſt [i] pubertatem ſeſe abſolui poſtulet, diœceſanus Epiſcopus abſolutionis beneficiū impartiri poterit. [k]

Monachi uel Moniales ſe inuicem uel conuerſos percutientes ſunt ab Abbate uel Epiſcopo abſoluendi.h.d.

Monachi quoque & alij Regulares quomodocunq; [l] in clauſtro [m] ſeſe inuicem percuſſerint non ad apoſtolicā ſedem remittendi, ſed ſecundum prouidentiā proprij Abbatis [n] coercendi erunt: quòd ſi

a Commodè. Non tamen delicatè. ut l.continuus. §.cū ita.ff.de uerb.oblig. & fac.c.eos.eo. in vj.unde ſumitur.

b Cauſa. De quibus cauſis in c.eanoſcitur. & in ca. de cætero. eo. & ſupra §.prox.

c Similibus. De quibus in c. eos. §.fi.eo.in vj.

d Leuis iniuria. Quæ aūt dicatur leuis uel grauis iniuria, erit in arbitrio iudicis. § atrox.inſtit.de iniurijs.fac.c.cū illorū.& quod ibi not.eo.& per Specul. in titu. de lenoc. §.nunc dicamus. uerſicu.quæ autem dicatur. & per Ab. in c.peruenit. eo. unde ſumitur.

e Epiſcopū. Sed nō alius inferior: ut per Ab.in cap. peruenit. eo. ante finem.

f Poterit. Quia leuis iniuria poteſt etiam leuiter emendari. c. cum dilecti.j.de accuſ. nec infamat. c.cū te.de re iudi.& intellige etiam de laicis leuiter clericis iniuriantibus, ut per Ab.in capitulo peruenit.eo.

g Aetatis. c.fi.eo.unde ſumit.& diſt.lxxxvj. c.tanta.& c.eos. de conſec.diſtin. iij. & xxxv. q.ix. c.ſententiam. alijs quoque reſpectibus temperatur iſte rigor: ut in d.c.fin.not.

h Conſtitutus. Doli tamen capax.ca.pueris. de delict.puerorum: aliàs iniuriam facere nō poſſunt, pati uerò ſic. Cle.j.de homici.& xvj. q.j.c.illud.& not.in c.fi.eo.

i Siue poſt. No. ꝙ beneficium ſemel indultū minori ex quo ſemel cœpit habere locū, nō extinguitur p̄ ſuperuenientiā maioris ætatis. Ita not.Ab.in c.fi.eo.

k Poterit. c.j.c.fi.eo. ca ſi qs ſuadente.xvij. q.iiij. & per Ab.in c.ij. de delict.puero.

l Quomodocunque. Dum tamen nō enormiter, uel in epiſcopum aut Abbatē uel clericum ſecularē manus uiolentas inijciāt. c. cum illorum. §. quid ſi clauſtrales.eo.& not.in c. ij.eo.unde ſumit, & ſic ſecūdū Ab. in d.ca.ij.nota ꝙ in uerbis permiſſiuis quātuncūq; ſint gn̄alia, ſemper intelligitur exceptus caſus enormis.

m In clauſtro. Idem eſt fortius ſi extra clauſtrū: quia maius eſt delictū id facere in clauſtro, ubi debet ſeruari ſilentium, nā uiolatur immunitas clauſtri, ſecūdum Ab. in cap.ij.eo. in fi. fac. c.cū pro cauſa.eo.& hoc tenet Io.And.poſt Ab antiquum in c.cum illorum. eo.exprimitur autem clauſtrum ob frequentiorem contingentiam, ſic Aut.caſſa & irrita. C. de ſacroſan. eccleſ.fac. not. per Ab.in c.j.de iniurijs.

n Proprij Abbatis. Niſi monachum alterius

monaſterij

Abbas non ſufficit epiſcopus [a] adhibẽdus erit. Simile [b] ſtatuitur de monialibus [c], nã ſi uel ſe inuicem uel cõuerſos aut conuerſas [d] ſuas aut etiam ín clericos uiolentas manus iniecerint, ne contra muliebris ſexus uerecũdiam [e] & regularis obſeruantiæ decorem peregrinari compellantur, per epiſcopum, [f] in cuius diœceſi [g] monaſteria fuerint abſolutionẽ conſequentur. Sunt & alij caſus, [h] quibus ab alio quis quã ab apoſtolico ab hac excommunicatione abſolui poterit. ut ex ipſis decretalium libris facilè apparere poteſt.

Ex cauſa certis caſibus abſolutio poteſt delegari. hoc dicit.

His autem quibus id certis [i] caſibus ex officio [k] cõpetit nõ ſolum per ſeipſos abſoluere, [l] uerumetiã alijs cum expedire uiderint huiuſmodi abſolutionem committere poterunt. [m]

Excommunicatio iudicialis eſt quam infert iudex & cui cauſa committitur omnia quæ cauſam contingunt cenſentur permiſſa.h.d.

Iudicis ſiue iudicialis [n] excommunicatio eſt quæ iudicis miniſterio infertur. Iudicem autem hoc loco intelligimus nõ ſolum ordinarium ue

monaſterij percuſſerit, hocenim caſu utriuſq; monaſterij Abbas cõcurrere debet in abſoluẽdo, c.cũ illorũ.& c.canonica.e.& not.in c.ij.e.

a Epiſcopus.c.ij. c.cum illorum. cap. canonica.eod.

b Simile. Non tamen idem per omnia: quia in monialibus non excipit caſus enormis, ut in monachis: ut in hoc §.in prima notula habetur: ſed epiſcopus illas indiſtinctè abſoluit, ut in c.de monialibus. ubi no. Abb. eo. unde ſumitur.

c De monialibus. Vnde infert quòd priuilegiũ c. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. q. iiij. nõ cõpetit ratione characteris clericalis: quia ſi id eſſet non competeret perſonis hic enumeratis: ut not. & Abb.in c. de monialibus. eo.

d Conuerſas. Quæ non ueniũt appellatione monialium, licet illarum in hoc priuilegio gaudeant.c.de monialibus.ubi not.Abb.eo.

e Verecundiam. l.j.§.ſexum.ff.de poſtul.

f Per epiſcopum. Impedit enim ſexus muliebris fragilitas, ne abbatiſſa poſſit moniales ſuas abſoluere: quia ſexui fœminino claues eccleſiæ non fuerunt commiſſæ.c.noua de pœni.& remiſſ.& traditur in c.dilecta. de maio.& obed.

g Diœceſi. Sed quid ſi monaſteria eſſent in diuerſis epiſcopatibus? & una monacha percuſſit monachum, uel monacham, uel conuerſam, uel clericum alterius diœceſis? Reſpon. conueniet uterque epiſcopus, uel alter alteri delegabit uices ſuas, ut habetur in capitulo cum illorum. & cap.de monialibus. eo.

h Alij caſus. De quibus per Hoſt.in ſumma eo.§.quis poſſit excommunicare. uerſic.ſecunda regula.& not.in ca.fi.de offi.ordin.

i. Certis caſibus. Quorum pars ſuperius numeratur, & notantur ad c.fi de offi.ordin. unde ſumitur.

k Ex officio. Puta ex officio legationis. cap. quod translationem. & c. excommunicatis. & ca.nemini. de offi.leg. Idem ſi qs habeat hoc ex priuilegio, ut Archidiaconus Bononienſis qui ex priuilegio abſoluit excommunicatos in ſtudio Bononienſi uel ibidẽ delinquentes: ut not. in c.fi. de offi.ordin.

l Abſoluere. Quod intellige non ſolum de abſolutione ab excõicatione. cap.ſi quis ſuadente diabolo. xvij. q.iiij. uerum etiam de alijs excommunicationibus: arg. c. cũ dilecta.de confirm.util.uel inutil. & not in c.fi.de offi.ordin.& ſequitur ibi Abb.

m Poterunt. No.ergo ꝙ nudum miniſteriũ eſt delegabile per ordinarium. c.fi. ubi not.de offi. ordin. Quid aũt in delegato? Reſp. idem ſi habeat iuriſdictionẽ: puta quia fuit delegatus in cauſa in qua tulit excõicationẽ: ſecus ſi ſibi fuiſſet delegata ſola dũtaxat abſoluẽdi poteſtas. Et ſic ꝓcedit tex. in c.fi.§.fi.de of.dele. & tenet Ab.in c.fi.de offi ord. Idẽ ſi alicui tale nudũ miniſteriũ cõpeteret, ut notauimus ſ. in j.notula de Archidiacono Bononienſi, & ita Glo.quã Abb.etiã ſequitur in c.fi de offi.ord. & alij in d.c.fi.§.fi.de offi.deleg.

n . Iudicialis. Incipit ſecundum principale

rumetiam delegatũ.[a] Nam ſi cui per apoſtolicum cauſa etiam ſimpliciter delegeẽ, nec literæ cõmiſsionis de excommunicatione quicquam contineant, poterit nihilominus delegatus cõceſſæ ſibi authoritatis ratione contumaces (ut ſupra [b] diximus) eccleſiaſtica ſeueritate coercere.

Excommunicationis ſententiam debet præcedere monitio:& debet ferri in ſcripis, ita ut cauſam contineat.h.d.

Quoties autem cauſa [c] ſuberit, ut iudex ſubditum [d] ſuum eccleſiaſtica diſtrictione coerceat (cum medicinalis,[e] non lethalis excommunicatio eſſe debeat) nõ aliter quàm cõpetẽtibus [f] premiſsis monitionibus [g] ad huiuſmodi ſententiam deſcẽdet, quam etiã de ſcripti[h] recitatione proferet, ita ut cauſam [i] ob quã profertur expreſsè cõtineat. aliaque obſeruabit quæ tam generali [k] quàm Lugdunenſi [l] concilio ædi-

membrum huius tractatus, nam hucuſquè habitus eſt ſermo de excommunicatione canonis quæ quodammodo legitima poteſt appellari, nunc de iudiciali. Eſt & alia quædam ſpecies quæ nec canonis eſt nec iudicialis, ut ſi cui Papa cõcedat priuilegium & poteſtatem excommunicandi ſuos manifeſtos malefactores, de qua indulgentia habetur in c.ex parte decani. iũcta Gl. j.de reſcrip. & in c.ex parte. de uerbo.ſignific. & per Inno. in c uenerabili. de cenſibus. & poteſt concedere etiam ſimplici laico hanc excommunicãdi poteſtatem: not. in c.bene quidẽ. diſtinct. xcvj. & in ca.traſmiſſam. de elect. & in ca.ab excommunicato. de reſcript. alius autem nemo poteſt nec conſuetudo etiã immemorabilis. Ab. in c.ſacroſancta.de elect.latè in c.quanto.& in c.ſi.de conſuet.& de materia. §.huius latè per Hoſt.in ſumma. eo § quis poſsit excommunicare.uerſic.nc dum autem, & per Ioan.de Ligna.in tractatu de eccleſiaſtica cenſura.§.viij.

a Delegatum.c.j.& c.præterea. de offi.dele.

b Supra.§.ſed ſiue.ſupra de iudi.

c Cauſa. Sed quid ſi excommunicandi cauſa non ſubeſt, quid operabitur iniuſta excommunicatio? Reſpon. quo ad Deum nihil operatur, immo patienter toleranti acquirit meritum.c.cum cæteri.de ſent. & re iudi. in vj. & xj.q.iij.c.illud.ſed quo ad homines operatur: quia antequam relaxetur debet excommunicatus uitari.c.cum contingat. de offi. deleg.& c.per tuas.eo.& per Ab.in Rubr. eo. Sed tamẽ nõ debet cõtemni.xj.q.iij. c.j.not.in c.j.eo. in vj.& in c.ſacro.eo.in antiq. latiſſimè tamẽ de hoc per Didac.Couar.in c.alma mater.de eo. in vj.§.vij.uerſic.xj. in tertia concluſione, ad quem pro clara elucidatione huius materiæ excommunicationis eſt recurrendum.

d Subditum ſuum. Aliàs in non ſubditũ nõ poſſet hæc cenſura exerceri.c.à nobis j.eo.ſententia enim à non ſuo iudice lata nõ tenet.c.at ſi clerici.de iudi. & ix.q.ij. per tot.& de hoc latè per Hoſt.in ſumma.eo.§.quis ualeat excõcari.

e Medicinalis. Non mortalis. ij.q.j. cap. multi. & xxiiij q.iij. c.notandum. & c.j in vj. unde ſumitur, & quomodo hoc intelligatur, uide per Dida. confutantem Lutherũ. in c.alma mater. in princ. uerſi.vj. eadem radice.nu.9.in vj.

f Competentibus. Non minus tribus.c.cõtingit. ij. & ca.ſacro.eo. & in c.j. & conſtitutionem. & c.ſtatuimus.eo.in vj. ubi habeẽ quæ ſit competens admonitio,& in c.repræhenſibilis.de appella.

g Monitionibus. Sed utrum poſſit quis conuenire & obligare ſe ut poſsit etiam ſine monitione aliqua excommunicari? Reſpon. non ut per Hoſt.& Abb.in c.P.& G.de offi.deleg. uerſic.quo ad ſecundum, hæc autẽ uerba, præcipio ſub pœna excommunicationis, non inducũt excõicationẽ ſed monitionẽ:ut p Butri. in c.clericis.de ord. ab epõ, q re.epiſcopatui.

h De ſcripti. No.caſum in quo actus requirit ſcripturã de neceſsitate, de alijs habes in c.j.de cenſib.in vj.

i Cauſam. Verbi gratia:quia perẽptorie ẽ citatus corã nobis renuit cõparere, uel qa iuſſus intra talẽ diẽ Titio ſoluere, facere recuſauit:ut not.in c.j.eo in vj.& licet cauſa ſit falſa, ligat nihilominus:ut no.in d.ca.primo.& per Ab.in cap.per tuas.eo.

k Generali.cap.ſacro.

l Lugdunenſi.c.primo.eo.in vj.

Cenſeatur.

tis constitutionibus ſunt comprehenſa, earundem pęnis ſi cõtrafecerit ſubijciẽdus.

Iudex aliquem excommunicans in dubio, cenſetur inferre maiorem excommunicationem. h.d.

Sed quæri poterit, ſi iudex illa uerborũ formula uſus fuerit, *illum excõmunico*, uel ſimili, qua de maiori, uel minori excommunicatiõe quicquã non expreſſerit: utra magis quis excõmunicatus cenſeatur. [a] Et reſponſum eſt nõ tantum minorẽ ſed etiam maiorem cenſeri per Iudicem illatam quam non modo à ſacramentis,& fideliũ participatione excluſio, ſed alij præterea multi conſequuntur effectus. [b]

Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem: & iudices curare debent quod excommunicati ab actis legitimis et commercio aliorum abſtineant. hoc dicit.

Quorum ille prætereũdus nõ eſt quòd quàm diu de excõicatorum abſolutione legitimè [c] nõ conſtat [d] qui cum ipſis communicauerint, ipſi quoque nullo obſtante priuilegio [e] ipſo iure [f] excommunicationem incurrunt, [g]

a Cenſeatur. Eſt in promptu dubitandi ratio: quia in pœnis mitior interpretatio eſt facienda.c.in pœnis. & c.odia. de re.iur. in vj.l. ſi de interpretatione. ff.de pœn.Sol.contrariũ procedit in pęnis corporalibus & pecuniarijs, excommunicatio autẽ non eſt propriè pœna, ſed animæ medicina: ut ſupra eo.§.proxi.uel dic ꝙ contrarium non procedit ubi controuertitur periculũ animæ.c.iuuenis. de ſponſ. & not. in ca.j. de ſeru. in ord.fac.Vnde regulare eſt quòd in foro pœnitentiali in dubio ſumatur interpretatio grauioris pœnæ. Ab.in ca.j.de iudi.uerſicu.& ad hoc allego. Vel dic quòd hanc interpretationẽ induxit conſuetudo quæ ualet admodum i interpretãdo. cap.literis.de ſponſ.l.Labeo.ff. de ſup.leg. l.ſi de interpretatiõe.ff. de ll.ſed non eſt in uſu ut iudices ferant minorem.Ab.in c.ſi diligenti.uerſic. ex qua Gloſſ. nota.de for.competen.

b Effectus. De quibus per Hoſt.in ſumma. § quis ſit effectus & per Io.de Ligna. in tract. de cẽſura eccleſiaſtica.§.xiij. & ſeq.inter alios eſt & is quòd excõmunicatus non poteſt aliũ excommunicare. Butri.in ca.cum clericis.de ord.ab epiſcopo qui re.epiſcopa.

c Legitime. Per literas papæ, uel eius uicem gerẽ is,uel alio modo.c.ſicut.eo. Sed an ſufficiat unus teſtis?& uŕ ſufficere. arg.c.nobiliſſimus.diſt.xcvij.quod ſatis admitti poſſet ſi nemini fieret præiudiciũ, quod non uŕ hoc caſu,ſecundũ ea quæ not.in d.c.ſicut. unde ſumitur,ſecus tamẽ eſſet in foro pœnitentiali:quia ipſi etiã abſoluto crederet.de cõſec.diſt.iiij. c.cũ itaq;.& c.ſi nulla.& per Ab.in d.c.ſicut.

d Non conſtat. Semel enim excõicatus adhuc præſumiť excõicatus. c propoſuit. de cle. excõ.mini.c.ſemel malus.de re.iur.in vj & qđ ibi not.& p Ab. in c.ꝓpoſuit. de cle.excõ.mi.

e Priuilegio.Immo cõtra de c.cũ uoluntate.& c.qđ in dubijs. & c.inter.eo.& de §.uxores.& §.mercatores.& alijs ſimil. infra eo.Sol. intellige hoc de priuilegio non clauſo in corpore iuris: ut p Ab. in c.ſicut.eo. unde ſumitur.qui intelligere uidetur illũ tex.generaliter de quolibet excõicato, licet Gloſſ. ibi uideatur intelligere ꝓut iacet litera, ſcilicet ꝙ non ualet tale priuilegium reſpectu communionis habendæ cum excõmunicato ex diſpoſitione. c.ſi qs ſuadente diabolo. xvij.q.iiij.Sed an idem dicendum ſit de excommunicato ꝙ teneatur alium excõicatum uitare? & non uideť quia pœna non uidetur poſſe locũ habere, per ea quæ fac.Butrig.in l.mãcipia.C.de furt. Cõmuniter cõtra. Nã quod non præſtat priuilegium non præſtabit excõicatio. Ab.in c.nullj. eo.unde ſumitur, & habetur in c. illud. de cle. excom.mini.nec uerum quòd pœna non poſſit habere locũ in iam excõmunicato. §.quod ſi pluribus.& ibi no.infra eo. nec uera eſt doctrina Butrigarij, ut per Fely. in c. non nullj. num.104 de reſcrip.

f Ipſo iure.c.cum excõicato.xj.q.iij.ubi not.

g Incurrunt. Non haberet locũ hoc in Papa ut per Doct.in c.ſicut.eõ. fac. Cle. ſi ſummus. eo. Item ſi communicaret quis excommunicatus qui eſſet toleratus: quia non eſt uitandus

niſi in occulto. Ab. in c. tāta. de ſimonia. §. ſed & ſi qui. infra eo. Item in eo qui denunciatus quidem eſſet excōicatus à prælato, conſtaret tamen hoc non eſſe uerum, puta: quia excommunicatio eſſet inualida: puta tanquā lata poſt appellationem: ut per Abb. in ca. dilectis. de app. & alijs pluribus caſibus, de quibus in §§. ſequentibus.

ſteà ei obijcere poſſe excōmunicationem, cū illius mores approbauerit. c. nulli. de accuſ. c. quēadmodū. de iure iur. l. ſi uxor. in ſi. ff. de adul. l. Pomponius j. ff. de neg. geſt. viij. q. ij. c. dilectiſſimi. xxxij. q. v. c. horrendus. Item non debet quis obijcere quod ipſe noluit ſeruare. q. pro illorum. de præbend. c. cum ec cleſiaſticæ. de exc ept. ca. an ſit. de appella. Contrarium deciditur. in c. à nobis. ratione de quā ibi, & in hac litera. & contraria nō procedunt ubi approbatio nō depēdet à uolūtate approbantium, ut eſt hoc caſu: ut per Abb. in d. cap. à nobis.

decretumq;[a] eſt propterea ut ab eccleſiaſticis iudicibus ſeculares[b] iudices canonica præmiſſa monitione[c] eccleſiaſtica cenſura compellātur, ut excommunicatos ab agendo[d] patrocinando,[e] & teſtificando[f] in ſuis curijs & iudicijs repellant.

Defectu qui obuenit mihi ex te non potes uti contra me ad tuum commodum. h.d.

Dubitatum[g] tamē fuit num is qui excōmunicato in locutione uel oratione[h] ſcienter communicat excommunicatum ipſum à iudicio contra ſe inſtituēdo ſummouere poſſit?[i] cum ille communionem huiuſmodi contra eum replicet, & cum is qui impetitur à ſacramentorum[k] perceptione ſit remotus, alius uerò etiam à fidelium communione[l] replicatione minimè ſuffragante iudiciū procedere non poterit.

Excommunicato communicari non poteſt ante abſolutionem etiam ſi dederit cautionem iuratoriam de parendo mandatis eccleſiæ & Epiſcopus ei communionem reddiderit, etiā ſi morte præuentus non potuerit abſolui. h.d.

Nec ideò magis agere uolenti cōicari[m] poterit qđ ipſe ex

a Decretumq;. c. decernimus. & ca. conſtitutionē. & c. ſtatuimus. eo. in ſexto.

b Seculares. Quorū poteſtas eſt minor eccleſiaſtica. ca. ſolitæ. de ma. & obediē. & not. in c. decernimus. eo. in vj.

c Monitione. Erit autē hoc caſu canonica monitio ſi alijs rite ſeruatis eos qui monentur exprimat nominatim, uel indubitabilibus indicijs ac modis. c. conſtitutionem. eo. in ſexto. & quod ibi not.

d Agendo. Et reconueniendo non autem à defendendo. c. cum inter priorē. de excep. c. intelleximus. de iud. & not. in c. decernimus. eo. in vj. unde ſumitur.

e Patrocinando. Hoc uerbum tam aduocati quàm procuratoris includit miniſterium: ut not. in c. decernimus. eo. in vj. & intellige non ſolum pro alijs, ſed nec pro ſe ipſo, ut ibi not.

f Teſtificando. c. ueniens. ij in ſi. de teſti.

g Dubitatum. Scilicet in cap. à nobis. de except. unde ſumitur.

h Vel oratione. Id eſt, ſecū orando. xj. q. iij. c. cum excommunicato. & c. nuper c. à nobis. de except.

i Poſsit. Videtur enim non poſſe, cum enim prius communicauerit ei, non uidebatur poſteà ei obijcere poſſe ...

k Sacramentorum. ca. ſignificauit. de ſent. excō. contra. Sol. illud uidetur eſſe ſpeciale in excommunicatis à Papa. Vel poteſt habere locū quando communicat ei pro quo eſt excommunicatus. c. nuper. & c. ſi concubinæ. eo. Vel fuit excommunicatus cū omnibus fautoribus ſuis. xj. q. iij. c. excellentiſſimus.

l Communione. Idem ſi & excipiens excommunicatus ſit maiori, ſecundum Doct. in ca. à nobis. & in c. cum inter. de excep. omnis enim defenſio excommunicatis competit ſiue realis ut peremptoria, ſiue perſonalis ut contra iudicem competentem, ſiue ſit declinatoria, ſiue competat ratione temporis feriati, uel loci incompetentis, uel reſcripti ſurreptitij, uel inepti libelli: ut latè in d. c. à nobis.

m Communicari. A quocunq; etiā epiſcopo: ut in c. cū deſideres. & ibi Abb. eo. unde ſumitur: quia cum debeat alios prohibere nō debet ipſe hoc facere. l. altius. ff. ſi ſer. uind. c. uni.

de

de na.ex lib.uent.ubi de hoc. §.hæc autẽ omnia.in fi.Auth.ut differentes iudices. ca.in canonibus.xvj.q.j.Aliud in Papa ratione de qua per Abb. in c.cum desideres.

a Ex conſuetudine. Et ad cautelam potius q̃ ex rigore canonum. c.cum desideres.eo. & habetur in c.ex tenore.eo. Vnde inferri poteſt ꝙ iuramentum non eſt de forma abſolutionis, de quo in d. c.cũ desideres. per Glo.& Doct.

conſuetudine [a] de parendo mandatis eccleſiæ iuratoriam dederit cautionem, eique communionem epiſcopus reddiderit aut quòd eos cũ quibus participauit poſtmodum impugnauit: nã niſi pòt iuramentum præſtitũ ſecundũ formã eccleſię abſolutus fuerit, nec cautio nec perperam [b] reſtituta communio quicquã ꝓderit. Quod ipſum obtinet etiam ſi poſt prædicta morte quis præuentus abſolutionis beneficiũ obtinere non potuerit:[c] nec enim is cui uiuo non communicamus defuncto communicabimus.[d]

Excommunicatus ſi ante mortem oſtenderit ſigna pœnitentiæ etiam mortuo poteſt abſolui. h.d.

b Perperã. Hoc ideo: quia nõ poteſt epiſcopus ex propria uoluntate neglecta abſoluendi forma aliquem abſoluere, & ideò licet per actionem ſuam illi reddituro haberi ꝓ abſoluto, hoc tamen nõ poteſt, licet ſecus ſit in Papa: ut per Ab.in c.cum deſideres.eo.

c Non potuerit. c.à nobis.ij.eo.

d Communicabimus.cap.ſacris.eo.& §.nõ tamẽ. ſupra de ſepult.

e Signa. Sic.c.à nobis. & c.ſacris. unde ſumitur.

f Impendendũ. Sed cur abſolui pòt qs poſt mortẽ. c. à nobis. ij.c.ſacris.eo,baptizari nõ pt: arg.xxxij.q. vij. c.licitè? Rñ.excõicatio ꝑcutit nõ ſolũ animã uerũ & corpus reſpectu ſepulturæ:ſecus baptiſmus:quia animã tantũ reſpicit: ut not.in d.c. à nobis.licet aliter ibi dicat Hoſt. quẽ refert, & impugnat Ab.dic ut ibi per eũ. Et infertur ex ratione ſupradicta ꝙ ex quo nobilitas eſt corporis principaliter, ꝙ poterit qs poſt mortẽ nobilitari ſeu gradũ militiæ recipere, qđ tenuit Bart.in l.j.C.de degni.lib.xij. Sed an poterit poſt mortẽ etiã doctorari? Ab.in d.ca.à nobis.refert ſe ex facto interrogatũ reſpondiſſe ꝙ nõ, ꝙ doctoratus potius uirtuti animę tribuatur q̃ corporis. l magiſtros. C. de profeſſ. lib.xij. ergo ſi qđ eſſet qđ ad corpus ꝑtineret, poſſet etiã doctorari mortuus, puta ſi doctores haberẽt honeſtiorẽ ſepulturã, ſi deſcendentes ex doctoribus certis priuilegijs gauderent, & ſcholaris decederet poſt recitationẽ punctorũ benefactam, puta caſu & morte repentina.

Plane ſi de mortui pœnitẽtia per euidentia ſigna [e] dum uiueret conſtiterit, defuncto quoq; abſolutionis beneficiũ à proprio iudice impẽdendum [f] erit, hæredeſq́ue [g] eius ut pro ipſo ſatisfaciant, ſi ſponte nolint eccleſiaſtica cenſura compelli poterunt.

Diffamato de excommunicatione non poſſumus communicare, niſi ſe purget uel ad cautelam ſe faciat abſolui, & toleratus ab Eccleſia non debet uitari niſi in occulto. hoc dicit.

Sed etſi qui pro ſacrilega [h] manuum iniectione in editũ [i] excõmunicationis incidit, denũtiatus[k] quidẽ nõ ſit, ſed de patrato ſcelere publica laboret infamia.[l] Nemo ſibi pari ratione

g Hæredeſq́; . Etiam ſi nihil ad eos peruenerit.c. in literis. de rapt. c.fi. de ſepult.ubi de hoc diffuſè ꝑ Abb. & alios, & not. in c. à nobis. ij.in fi. eo.

h Sacrilega.No. ſacrilegiũ cõmitti ꝑ iniectionem manuũ i clericũ. c.cũ nõ ab hoĩe. eo.unde ſumitur. & qđ ibi no. Ab.

i Edictũ. c.ſi qs ſuadẽte. xvij.q.4.

k Denuntiatus. c.cũ non ab hoĩe. eo.vij.q.ij.c.ſi tantũ.& c.placuit.nec enim qui ſcit ampliuſcertiorari debet.l.j.ff de act.emp. l.j.ff.de dot.prę̃l.& xciij. cap.ſi inimicus. & excõicatio trahit ſecũ executionẽ.ca.paſtoralis. de appel.& denũtiatio nõ fit niſi propter ignorantes,& ad inducẽdam certitudinem:ut not. in d.c.cum non ab homine.

l Infamia. No. caſum in quo fama probationem facit.fac.c.illud.de cle.excom.miniſt. Item matrimonium quoq; impedit fama.c ſ.

communicare debet, niſi uel ad arbitrium Epiſcopi de hoc ſe purgauerit, [a] uel ad cautelam [b] abſolutionis beneficium conſequatur, niſi forte ſoli [c] tibi de facinore conſtet: hoc enim caſu quãdiu toleratur [d] ab eccleſia, priuatim tantummodo à te uitandus erit, ut ſaltem uerecundię [e] rubore ſuffuſus, pro latenti exceſſu ſatisfacere compellatur.

Participatio criminoſa cũ excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione. h.d.

Sed multum [f] intereſt, qualiter excommunicato communicatur: nam ſi quidem crimini & criminoſo cõmunicarit quis cõſilium, puta auxiliũ, [g] uel fauorem impendendo, uel fortè [h] cũ clericis ab Apoſtolico excõmunicatis ſciẽter & ſponte [i] participauerit, & ipſos in officijs receperit, eadẽ excõmunicationis ſententia inuoluetur, qua illi ipſi ſunt obſtricti, quibus cum ita ab eo communicatum fuit. Cũq; [k] ratione damnati criminis in eum, qui damnauit, delinquere uideatur, meritò ab eo, uel (ſi detũ [l]) eius ſuperiore iuramẽto pſtito, delicti tunc erit abſolutio [m] requirenda. Et idem ſtatuetur ſi qui cum participibus [n] ſuis excommunicati fuerint.

per eo. de cõſangui. & affi. & not. in cap. cum deſideres. unde ſumitur.

a Purgauerit. Sed tamen & ante purgationẽ debet uitari quidquid dixerit Inno. & ita tenet Ab. in cap. cum deſideres. eo.

b Cautelam. ca. ad præſentiam. de appell. cap. uenerabili. & c. cũ deſideres. eo. de conſ. diſt. iiij. c. ſi nulla. arg quod per hũc modũ fama tollatur.

c Soli tibi. Sic in c. cũ non ab homine. de ſent. excom. contra Inno. in c. inquiſitioni. de accuſat. qui uidetur tenere ꝙ id quod hic dicitur habeat locum cum notorium eſt de excommunicatione; nec ſufficere ꝙ multis pateat: arg. ij. q. j. ca. multi, quod improbat Ab. in d. c. cum non ab homine. per illũ tex.

d Toleratur. Ex quo enim nõ poſſumus eum cõuincere de excõicatione, non debemus enim uitare ĩ publico cũ dedecore & infamia ſua: argum. vj. q. ij. ca. ſi tantum. & c. placuit. fac. l. diffamari. C. de ingen. manu. & ita Abb. in cap. cum non ab homine. eo.

e Verecundiæ. Quæ apud bonos multũ operatẽ. l. Quintus. ff. mãdat. l. iuſta. ff. de man. uind.

f Sed multum &c. Sumitur ex cap. nuper. §. in ſecunda. eo.

g Auxilium. Idem ſi cõſilium. Nam & ipſum ad eandem pœnam obligat ad quam factũ ipſum conſultũ, c. nuper. §. in ſecunda. eo. ſecũdũ ea tamen quę Canoniſtę in c. nullus ex cõſilio. de re. iu. in vj. & per Legiſtas in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de in iur. & alibi ſæpe.

h Vel forte. Sumitur ex c. ſignificauit. eo. cuius multiplex eſt intellectus, ſecundum communem tamen quinq; requiruntur ad hoc ut habeat locum quod ibi & hic dicitur, & quod participantes ſint clerici, ut hic, ibi cum clericis ꝙ ſcienter participauerit, ut ibi, ſcienter, quod ſpõte, ut ibi, ſponte, quod is cum quo participatẽ ſit excommunicatus à Papa, ibi, ab Apoſtolico, demum ꝙ in diuinis officijs ſit participatũ; ut ibi, in diuinis officijs, licet alij aliter ut latè p Abb. ĩ d. c. ſignificauit.

i Sponte. Immo idem ſi per metũ cap. ſacris. de his, quæ ui, metuſue cau. fi. & ij. q. j. c. in primis. licet talis mitius puniatur, ſecundum. Ab. in capit. ij. de delict. puer. Sol. incurret excommunicationem ſed non eandem qua implicitus eſt excõmunicatus à Papa, ſi illi communicet, ſed minorem dumtaxat, & ita is quoque mitius punietur.

k Cunque. c. nuper. §. in ſecunda. eo.

l Si detur. Hoc propter Apoſtolicum cuius ſuperior non datur.

m Abſolutio. Sed cur quẽadmodum ad alienum parochianum extenditur excommunicatio non item & abſolutio? Reſpondeo ut not. in cap. nuper. de ſen. excom.

n Cum participibus c. quod in dubijs. eo. unde ſumitur. & ibi Ab. Hodie tamen hanc excõicationẽ, ſcilicet excommunico te cum tuis participibus, nullus ferre poſſet citra Papã, niſi ſeruatis quibuſdã ſolemnitatibus & monitionibus

nibus,ut in c. ſtatuimus. & c. conſtitutionem. eo.in vj.& per Abb.in d.c.quod in dubijs.

a Aut ſermone. In iſtis enim communicans non dicitur excommunicato in crimine communicare,ſed extra, unde propter hoc non eſt ligatus eadem ſententia cum illo, unde ſi contra ipſum in accuſationē proſiliret excipere poterit contra illū nec replicatio cōmunionis habebit locum.c. à nobis.de excep. & not.in c. nuper.eo. unde ſumitur. Sed nunquid dando eleemoſynam excommunicato incidat quis in excommunicationē quemadmodum communicā do in choro, & in officiis diuinis? reſpon. non ſi excōmunicatus ualde indigeat. cap.quoniam.xj.q.iij.& per Ab.in c. ueritatis. uerſi.non enim potuit ſe per iuramētum, & c. de dolo & contum.

b Retinuit. Similiter prætor magiſtratibus quædā committit, ſcilicet cautionem, & in poſſeſſionē mittere ex primo decreto ex cauſa damni infecti,ſed miſſionem ex ſecundo decreto ſibi reſeruauit.l.iubere cauere.ff.de iuriſd.om.iudi.Et eſt arg epiſcopos poſſe diſpenſare ubi ſpecialiter diſpenſatio non eſt inhibita:arg.c.cum apud.de ſpōſ. & xvj.q.j. c.ſunt non nulli.& conceſſū uidetur quod nō eſt prohibitum.l.nec non.ff. ex quib. cauſ.maio.& de hoc no.in c.dilectus. de temp. ordi.& plenè per Abb.& alios in c.at ſi clerici. §.de adulterijs.de iudi.

Participatio cū excōmunicato non criminoſa illigat participantem minori excommunicatione à qua per Ordinarium abſolui poteſt.h. d.

Quòd ſi aliter, puta in choro,in menſa, in oſculo aut ſermone [a] excommunicato communicatum fuerit, tūc minor tantum incurritur, & nulla interueniente iuratoria cautione à proprio ſacerdote uel Epiſcopo abſolutionis beneficiū obtineri poterit: quamuis enim & tunc non iudicis ſed iuris ſententia excommunicato communicās ſit illigatus: quia tamen cōditor canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, [b] eo ipſo relaxādi facultatem alijs conceſſiſſe uidetur.

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem hoc dicit.

Hoc tamen [c] tunc obtinet cùm nō in cōtemptum eccleſiaſticæ diſciplinæ cum excōmunicatis quis cōmercium habuerit,nā qui contra prohibitionem [d] ſui præſulis [e] excommunicatorū cōmunioni ſeſe ingeſſerit, anathemate feriendus erit.

Si excommunicatus minori,indureſcat,in ea poterit excommunicari maiori. h.d.

Quòd ſi ex locutione [f] & alijs ſimilibus minori excommunicatione irretitus fortius indureſcat, [g] poterit iudex poſt canonicam [h] monitionem etiam maiori [i] excommunicatione, & conſimili participantem illigare.Quod & ſi in ſuſpē

c Hoc tamen.Si.c.ſi.§.ſi.de cle.excom.min.

d Prohibitionem.Not.quòd contemptus auget delictum,unde ueniens contra legem conſilij licet aliàs nō peccet niſi forte uenialiter, ueniens tamen ex contemptu peccat mortaliter:ut not.in c. quis autem. diſtin.x.& ibi Domic. & per Ab.in c.j.de conſti.& in c. j. de ui. & hon.cler.& per Io.And.in c. dilecto.ſup uerbo contemptis. de ſentē. exc. in vj. Quādo autem quis dicatur ex contemptu facere, habetur per Domi.in c.nullus. diſtin 50.

e Præſulis. Simile. in c.j. de matrimo.contract.contra interdictū ecc.

f Locutione. Sumitur ex c.ſtatuimus.eo. in vj.

g Indureſcat. Quia uidet & ſuſtinet ſe habere cōuerſationē hominum, quam nō deberet habere & inter homines grauis eſt pœna.l.hi qui ſanctā.C. de apoſ.

h Canonicā monitionē. Quæ aūt ſit canonica monitio dicitur ſtatim in §.ſeq. & in c.cōſtitutionem.eo.in vj.& ſi ferretur talis excōmunicatio omiſſa tali monitione eſſet nulla.c.ſtatuimus.eo. in vj licet aliàs citationis omiſſio non uitiet excommunicationis ſententiam.c.ſacro.eo.& not.ij.q.j.in ſumma.& per Abb.in c.j.de exceſ.prælat.licet aliæ ſententiæ ſint ipſo iure nullæ.iij.q.ix.c.caueant.& c.omnia.& c.j.de cauſ.poſſeſ.& propriæ.

i Maiori. Vt creſcente contumacia creſcat etiam pœna.c.quoniam.in ſi.diſtin. xxxj. & c.

ſionis [a] & interdicti ſententijs obſeruandum erit.

Quæ ſit monitio canonica. hoc dicit.

Tunc autem canonica cēſebitur eſſe monitio, [b] ſi competentibus interuallis atque alijs [c] ritè obſeruatis, eosqui monentur exprimat nominatim. [d]

Ignorantia excuſat participantem cum excommunicato. hoc dicit.

Interdum [e] tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis uinculo obſtringitur ut accidit in eo qui cum illo conuerſatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter [f] ignorabat.

Epiſcopi debent propalare nomina Epiſcoporum. h. d.

Vnde ut excuſationis [g] cauſa omnibus auferatur, ꝓuidere debent Epiſcopi [h] ut excommunicatorū omnium nomina tā ſuis parochianis quàm uicinis Epiſcopis pariter indicent, eaq; in celebri loco poſita [i] ꝓ. foribus eccleſiæ cunctis cōuenientibus inculcent, ut huiuſmodi adhibita diligentia excōmunicatis eccleſiaſticus aditus adimat.

Omnes qui ante prolationem ſententiæ tenebātur excommunicato cōmunicare tenentur etiam poſt. h. d.

Vxores [k] quoque

quoniam. §. fin. ut lit. non conteſta.

a Suſpenſionis. c. ſtatutum. eo. in vj. unde ſumitur. quod fuit conſtitutum: quia ordinarij nimis prompti erant ad inferēdas huiuſmodi excōicationes & ſuſpenſiones: ut dicitur in d. c. ſtatutum, & quod hic dicitur de ſuſpenſione declara ſecūdum Inn. in c. j. de exceſ. prælat. quem ibi ſequitur Ab. quando ſuſpēſio imponitur ob contumaciam: ſecus ſi ob aliud crimen.

b Monitio. Intellige quādo agitur de excōicādis participibus. c. cōſtitutioné. e. in vj. unde ſumit. aliàs autem bene poſſet fieri generalis monitio: ut notat in d. c. conſtitutioné.

c Alijs. De quibus in c. ſacro. eo.

d Nominatim. uel alijs indubitabilibus circunſtantijs quæ habent uicē proprij nominis. l. certum. ff. ſi cert. peta. c. licet. ij. de teſtib. capit. conſtitutionem. eod. in vj. ubi not.

e Interdum. Dictum hucuſque eſt quādo participans uel cōicans excommunicato incurrit minorem excōicationem. Item quando maiorē, nunc incipit dicere quando neutrā incurrit.

f Probabiliter. c. ſi uerò. eo. c. Apoſtolicæ. de cler. excom. mini. §. ex contario. ſ. eod. ubi de percutiente quem ignorabat clericum, hic de conuerſante cum eo quem ignorabat excommunicatum, unde neuter eſt ſuperfluus. craſſa autem & ſupina ignorantia non excuſaret. no. in d. c. Apoſtolicæ. fac. c. ſi uir. de cogna. ſpirit. c. j. & ij. de epiſcopo qui renun. epiſcopatui ubi de hoc, & j. q. j. c. ſi qui à ſimoniaci.

g Excuſationis. Sic xj. q. iij. c. curæ. unde ſumitur, & præſtat quod hic dicitur arg. quòd cōtra ea quæ publicè facta ſunt, nemo ſit poſtmodum audiendus. ut viij. q. j. c. licet. & c. nulli. diſtin. liiij. & c. quod dicitis. diſt. xvj. Argu. contra in c. propoſuiſti. diſt. lxxxij.

h Epiſcopi. Creditur ergo literis epiſcopi. fac. c. poſt ceſſionem. de probatio. & c. cum dilectus. de fid. inſtrum. niſi tamen probabiliter conſtet ueritatem eſſe in contrariū: ut quia qs fuit excommunicatus poſt appellationem legitimā: ut per Abb. in c. dilectis. de appel. uerſic. ultimo not.

i Poſita. Sed cū uiua uox potior ſit quàm mortua, quare nō creditur uerbo epiſcopi in talibus. vj. q. ij. c. ſi tantum. & ca. placuit. c. cum tu fili. de teſtib. maximè cum compertum ſit elogia ex mala fide ſcribi. l. diuus. ff. de cuſto. & exhibi. reorū. nec ſcripturæ tabellionis credit niſi habeat teſtiū ſubſcriptionem. § ſancimus. in auth. de hære. & falcid. nec inſtrumento procuratoris. c. j de procurat. nec inſtrumento iudicis. cap. cum à nobis. de teſti. Sol. ſecundum Hug. quòd hoc operatur authoritas ſigilli epiſcopalis, qđ obtinet uim publici inſtrumēti. c. ſcripta. de fi. inſtru. c. peruenit. de fideiuſſo. Alij quòd non credetur huic ſcripturæ niſi ſit redacta in publicam formam. §. ſi uero. Auth. ut nulli iudicum. &c. & l. in donationibus. C. de donat. Alij aliter ut not. in c. curæ. xj. q. iij. unde ſumitur.

k Vxores. Sumitur ex c. quoniam. xj. q. iij. & c. inter alia: eod. & eſt hoc argumentum quòd ſtatutum imponens pœnam conuerſanti cum bannito non includat uxorem. Sed nunquid maritus excommunicatus poterit ab uxore debitum

excommunicatorum, filij, ſerui, [a] ancilæ, ruſtici, ſeruiẽtes [b] & omnes, qui antè ſententię prolationem excommunicati obſequio tenebantur, familiariter adhærere, non ſolum à communione excuſantur: uerum etiam (præterquàm in criminibus [c]) communicare tenentur, [d] cum ſine illa [e] debita præſtare nequeāt obſequia.

Neceſsitas uel ſimplicitas excuſat à communione cum hæreticis. h.d.

Mercatores [f] autẽ & uiatores [g] niſi aut creditores [h] ſint excõmunicatorum, aut neceſsitatis immineat articul⁹, abſtinerẽ debẽt, ſed ſi in terram excõmunicatorum deuenerint ubi uel non poſſint ab alijs emere, uel unde emant non habeant, ab eiſdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impediet. Prædicatores quoque præſertim [i] qui aliâs ſubſtẽtari nõ poſſunt

bitum petere? Hug. quòd non, ſed bene tenetur reddere, & tenet Glo. in d. c. quoniam. Sed an excommunicatus poſsit in iudicio uxorem petere? reſp. quanquàm non poſsit per c. intelleximus. de iudi. iudex tamen ex officio propter periculum fornicationis reſtituet, ſẽtit hoc Gloſ. in d. c. quoniam. Ioan. Cal. in c. fi. de or. cogni. & Ab. in d. c. inter alia.

a Filij, ſerui, &c. Quid contra ſi filius uel ſeruus ſit excommunicatus excuſabitur ne pater & dominus ei communicans? & uidetur excuſandus: quia eadem fide ẽ ſuperior in ſeriori aſtrictus quà econtrariò. cap. de forma. xxij. q. ult. tu dic contra. xxvij. q. j. c. de filia. ſecundum unam lecturam. Idem dic de filio emancipato: quia cum non ſubſit amplius patri tenetur eum excommunicatum uitare: ut not. xj. q. iij. c. quoniam.

b Seruientes. Id eſt, qui mercedem pacti ſeruiunt, qui non ſunt ſerui de quibus proximè ſupra dixerat.

c In criminibus. In talibus enim nulli cõſentiendum nec obediendum. xj. q. iij. c. qui reſiſtit. & c. Iulianus. & xxxij. q. v. c. ita. ne aliàs ſi communicarent illis in criminibus eadem ſententia tenerentur. c. nuper. & cap. ſi concubinę. eod. & not. in c. quoniam. xj. q. iij. & in cap. inter alia. eodem.

d Tenentur. c. inter alia. eo.

e Sine illa. Communione, & cum quid conceditur &c. l. ij. ff. de iuriſ. om. iudi.

f Mercatores. Idem intelligi poterit de artifice. Eſt enim differentia inter mercatorem ſiue negotiatorem & artificem, ſi quidem ſtrictè mercator ſiue negotiator eſt, cum quis rem à ſe emptam alteri non mutata forma uenditur, & hæc dicitur clericis prohibita diſtinct. lxxxviij. per tot. & c. clericus. diſtinct. xci. & c. j. & ij. ne cler. uel monachi. Artificium eſt cum quis emit materiam quam uendit mutata forma, ut ſi emat uimina ut faciat caniſtra, uel cartas ut faciat libros, uel filum ut faciat retia, hoc autem licet clericis: cap. nunquàm. de conſec. diſtin. v. & tradit Abba. poſt Ant. in c. fi. in fin. de ui. & hon. cleri. Item mercator is eſt qui non unam tantum ſed plures negotiationes exercet. l. j. §. j. ff. de tribu. ubi Bar. fac. l. ſemper. §. negotiatores. ff. de iu. immu. ubi immunitas cõceſſa mercatoribus intelligitẽ de his qui maiorem partem facultatum habẽt in mercimonijs, qđ eſt contra ea quæ Barto. in l. legatis ſeruis. ff. de lega. iij. Et facit ad ſtatutum iubens præſtari fidem libris mercatorum uſque ad certā quantitatem, & de hoc per Abba. in c. j. uerſic. quid autem dicendum eſt &c. de iudi.

g Viatores. c. ſi uerè. §. eſt autem. eod. unde ſumitur.

h Creditores. Aliàs ſi creditores non poſſent ab excommunicatis exigere præmium, quis ex ſua contumacia reportaret quod eſſe non debet, c. ſi uerè. eo. xvj. q. j. c. legi. c. ex tenore. de reſcript. cap. petitis. de priuile. l. itaque fullo. ff. de furt. nec delinquentes debent eſſe melioris conditionis. l. iij. §. j. ff. de don. inter uir. & uxor. Sed quid de debitoribus excommunicatorum an adueniente die excommunicato ſoluere teneantur? reſp. ſunt opiniones, ut in c. ueritatis. de dolo & contum. & in c. iuratos. xv. q. vj. & in c. inter alia. ubi Abb. in fi. tuta ea eſt opin. quæ habetur apud ædem ſacram depoſitio rei debitæ fieri debeat.

i Præſertim. Sic cap. cum uoluntate. §. j. eod. unde ſumitur, facit. c. quoniam. xj. q. iij. & ſecundum Innoc. expone præſertim, id eſt, tantum ſecundum Glo. id eſt, maximè, quòd tamẽ

in

ab excommunicatis, & aliorum bonorum detentoribus [a] eleemoſynam [b] licitè recipere poſſunt. Idem iuris [c] eſt de ijs, qui adeò ſunt rudes, ut eorum conſilio ueriſimiliter ſcelera [d] perpetrari non poſſint: aut qui cum ijs communicant, qui communicāt excommunicatis.

Omnino coactus excommunicatis communicans non cadit in excommunicationem: ſecus ſi quis ſolum metu communicet. hoc dicit.

Sed an inuitus excommunicatis communicās excommunicationis labe inquinetur uideamus: & ſi quidem ſit per coactionem [e] aſtrictus, cum magis hoc caſu pati, [f] quàm agere uideatur, excōmunicatione nō tenebitur. [g] Aliud ſtatuēdum erit, ſi quis ꝑ metum ſit inductus: licet enim metus culpā minuat: [h] quia tamen eam non prorſus excludit, cū nullius metus obtentu mortale peccatum quis incurrere debeat, excōmunicationis pœnā [i] nō euadet.

Communicans excommunicato in conuerſando non eſt excommunicatus. hoc dicit.

Item cum uoluntate & propoſito [k] maleficia diſtinguantur, excōicationis ſententiam non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad abſolutionem, uel aliàs ad ſalutem [l] eius pertinent, in locutione participat, licet & alia uerba incidenter, ut apud cum magis [m]

in idem recidit ſecundum Abb. in d. c. j.

a Detentoribus. Id eſt, uſurarijs quorum eleemoſyna recipi non debet. c. quia in omnibus. de uſur. & ſupra de uſu. §. nec quicquàm, tu intellige generaliter de omnibus qui dolo malo detinent, licet non ſint uſurarij, ut fures ſunt & latrones. & de hoc per Hoſtiē. in ſumma. eo. §. & q̄ ſit pœna participantium.

b Eleemoſynā. Non tamen oblationes. c. à nobis. j. c. quia in omnibus. eo. & per Ab. in c. cum uoluntate. eo. diuerſitatis ratio eſt: quia eleemoſyna recipitur in ſecreto, oblatio in publico. Vnde ne eccleſia fauere uideatur excommunicatis, & detentoribus rerum alienarū, non debet ab eis oblationes recipere. ſaciūt quæ tradūtur in c. oblationes. diſtin. xc. Alia ratio exprimit̄ de eleemoſyna in c. cum uoluntate. §. j. eo. ſcilicet, quia prædicatores negotium gerunt excōmunicatorum.

c Idem iuris. Sic c. qm̄. xj. q. iij. unde ſumitur.

d Scelera. Id eſt, ſi tales ſint. qui non ſeruiūt excommunicato in crimine, quo caſu nec uxor nec filius excuſatur. c. inter alia. eo. & not. in c. quoniam. xj. q. iij.

e Per coactionē. Abſolutam. d. xlv. c. de iudæis. & c. presbyteros. diſt. 50. & j. q. j. c. cōſtat. Sic nec teſtamentum ualet ubi teſtes inuiti detinentur. l. qui teſtamento. §. ſi. ff. de teſta. Et ſi tutor ſit per uim detētus non ualet qd̄ agitur, imo dormienti cōparat. l. j. in ſi. ff. de aut. tuto.

f Pati. Sic in c. ſacris. de his quæ ui, metuſve cau. ſi. unde ſumitur.

g Non tenebitur. Sed cur tenetur his qui forte timore gladij & uitæ ſeruandæ cauſa communiçat, non tenentur mercatores uiatores, & alij de quibus in duobus ſuperioribus. §§. qui non ſunt in tanta neceſſitate? reſp. contrarium eſt forte, & ſoluitur quinq; modis ut per Ioa. And. Ant. & Abb. in c. ſacris. de his, quæ ui, metuſve cauſ. fin.

h Minuat. ij. q. j. in primis quandoq; tamē metus nullo modo excuſat. c. eos. de conſec. diſt. iiij. & xj. q. iij. quiſqs metu.

i Pœnam. Arg. ꝙ cōtrafaciens ſtatuto nō euadit pœnam à ſtatuto impoſitā ꝑpter metum, de quo dic ut per Ab. in c. ſacris de his quæ ui, metuſve cauſ.

k Propoſito. Sic in l. qui iniuriæ. ff. de furt. in prin. & cap. cum uoluntate. in prin. eod. ad cor enim eſt ſpontaneas uoluntates reſpicit Deus, & non ad actus. xv. q. vj. c. primo. & xiiij. q. v. c. ſi quid. & animus potius quàm opus punitur. diſtin. 50. c. contra animum. cum ſeq. & hic dolus & temeritas attenditur. c. j. eo. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. fac not. in c. cum dilecti. de accuſ. & l. inter omnes. §. rectè. & l. uerum. ff. de furtis.

l Ad ſalutem. xj. quæſt. iij. cap. cum excommunicato. c. reſponſo. & c. cum uoluntate. eod. unde ſumitur.

m Magis. Secus ſi ad alium finem, attenditur

attenditur enim quod agitur principaliter.l. j.ff.de aut.tuto. Et facit ad ſtatutum puniens participantes cum bannitis, ut non includat eum qui cum bannito participat, ut illum inducat ad ſatisfactionem, ut per Abb. in c.cum uoluntate.in princip.eo.

proficiat, interponat.

Abſolutio ab excoicatione ad cautelam peti poteſt. h.d.

Si quis tñ [a] ex his dubitet, uel ex alijs, ne non iudicis, uel canonis ſentẽtia ſit innodatus, ſeſe per cõpetẽtẽ iudicẽ,[b] iuxta Innocẽtianarum conſtitutionũ [c] tenorem ad cautelam [d] abſolui poſtulare [e] poterit. [f] Qđ & is, qui minori innodatus eſt excõicatione exequi poterit.

Excommunicationis abſolutio non debet peti omiſſo

a Si quis tamẽ. Tractatur hic de materia abſolutionis ad cautelam, quam diffuſè ponit Io.And. poſt alios in cap. ſolet. eo. in vj. & per Inno. & Abb. in cap. Apoſtolicæ. de excepr. in fi. ex mente quorum hæc abſolutio dicitur ad cautelam quatuor reſpectibus. Primo reſpectu animæ ut ſi ſubſit deleatur & tollatur uerè ipſa excommunicatio, & ne perperam ſe immiſceat diuinis, uel hominum commercijs. Secundo ad cautelam opinionis eius qui ſe poſtulat abſolui, licet falſo opinetur ſe excommunicatum: quia erronea conſcientia aut ſequenda eſt aut deponenda. Tertio ad cautelã eorum qui ſibi uolunt communicare. Vltimo ad cautelam eorum quæ ipſe geſturus eſt, ne ob latentem forte excommunicationem ueritate patefacta nulla appareant, uel infringenda, & ex quacunque cauſa allegetur nullitas, habet locum hæc abſolutio, ſecundum com. & ueram opi.ur per Ab. in d.c. apoſtolico.

b Iudicem. Sed an iudex delegatus in hoc ſit iudex competens? & uidetur arg. c. ad præſẽtiam. & ibi no. Ab. de appel. dic ut not. & traditur fuſius in c. ſolet. eo. in vj.

c Conſtitutionum. c. ſolet. & c. uenerabilibus. eo. in vj. fac. c. uenerabilis. eo. in antiqui.

d Ad cautelam. Quod uerbum exprimi debet in ipſa abſolutione: aliàs non intelligitur de abſolutione ad cautelam fieri, ſed de uera & pura quæ præſupponit uinculum, ut per Glo. in cap. capitulum S. Crucis. de reſcript. in fi. & per Abb. in cap. apoſtolicæ, de except. Sic motu proprio non dicitur gratia fieri niſi cum hoc eſt expreſſum. c. ſi motu. de præben. in vj.

e Poſtulare. Sed quid ſi non poſtulet excommunicatus abſolutionem? an abſolui poterit maximè inuitus? reſpon. regulariter iudex non debet non petentem uel inuitum abſoluere. cap. ſignificaſti. de eo qui dux. in ma. quã per &c. niſi tamen excommunicatus indureſceret, & deterior fieret, tunc enim ex quo uidet medicinam non prodeſſe ſed nocere, debet excommunicationem relaxare. fac. xxiij. q. v. c. prodeſt. Idem ſi eccleſiæ utilitas ſuadeat non petẽtem abſolui. Ab. in c. Apoſtolicæ. in primo not. de excep. Sed an poſſit cogi ad petendum? reſp. indirectè poteſt. d. ca. ſignificaſti. ubi Doct. Sed an ex eo probetur excommunicatio quòd quis abſolutionem petijt, & non uidetur: argum. cap. ueniens. & ibi Innoc. de renuntiatione. ubi ſumittens ſe gratiæ non dicitur iuri ſuo renuntiare, dic ut per Abb. in capitulo uenerabilem. de elect. quidam de hoc in capitulo ab excommunicato. ad fin. de reſcript. & per Legiſtas in l. j. ff. de nou. oper. nunciat. Sed an per procuratorem poterit peti talis abſolutio? dic ut traditur in ca. intelleximus. de iudici.

f Poterit. Sed contra uidetur: quia cum unus ſit priuatus à ſacramentis, non poteſt alterum reſtituere. de conſecr. diſtinct. iiij. cap. ſanctum. nemo enim dat quod non habet. j. q. j. cap. j. & q. vij. cap. Daybertum. cap. fin. de cle. excom. mini. l. traditio. ff. de acqui. rer. dom. Quidam quòd hoc intelligitur ſecuta abſolutione in perſona alterius, & quòd antea licet ſubſit poteſtas tamen dormit: ut not. in c. duobus. eo. unde ſumitur. ſed hæc cõmuniter reijcitur: quia ſecundum eam, ut dicit Hoſti. nõ eſſet aliquid ſpeciale in excommunicatione minori, quod uidetur inducere. d. c. duobus. nam idem poſſet dici & de excommunicato maiori excommunicatione per quam non tollitur poteſtas in habitu, ſed tãtum in actu, c. ad probandum de re iudi. & per Abb. in d. c. duobus. Vnde dic quòd minor priuat ſolummodo à perceptione ſacramentorum non à collatione. c. ſi. de cle. excom. mini. & abſoluẽdo non immiſcet ſe ſacramentis ſed exercet iuriſdictionem qua per minorem excommunicationem priuatus non eſt.

Sed

medio, niſi in contrarium ſit conſuetudo.h.d.

Sed hoc [a] caſu aduertendum erit, ne omiſſo medio ab eo, q tuus iudex non ſit, abſolutiōis, beneficium poſtules. Pone.n. ꝙ ſuffraganei cuiuſdam ſubditus, puta, Archidiaconus [b] excommunicationis in te tulit ſententiam, nō iam à Metropolitano, [c] cū nec excommunicātis iudex ſit, nec excommunicati: ſed ab ipſo ſuffraganeo abſolutio petenda erit, niſi conſuetudo [d] contrarium induxerit.

Sed uacāte is abſoluit qui habet Epiſcopalem iuriſdictionem.h.d.

Epiſcopali uerò ſede uacāte, [e] capitulū, ſeu is ad [f] quē Epiſcopalis iuriſdictio tunc temporis [g] pertinere noſcitur, his, quibus poſſet Epiſcopus, ſi uiueret ab excōicationis ſentētia, ſiue iuris, [h] ſiue hominis [i] fuerit, abſolutionis beneficium impartiti poterit: niſi ei fuerit ab apoſtolica ſede [k] ſpecialiter ĩterdicta poteſtas.

Superior de excommunicatione cognoſcens uidens illam iuſtam, debet excōicatum ad inferiorem remittere, niſi is malitioſè differat abſoluere: ſecus autē ſi cōperiat illam iniuſtam: ſed ſi dubitetur, honeſtè faciet ſi remittet.h.d.

Vbi uerò [l] ſuperiori cōpetit [m] de excōmunicatione cognoſcere, ſi eā iuſtam eſſe conſtiterit, ueluti cū propter manifeſtum [n] exceſſum eſt in aliquem promulgata, ſuperior iudex, niſi ſit in mora periculum ex cōmunicatum ad ex-

a Sed hoc caſu. Sumitur ex c. Romana. c. uenerabilibus. eo.in vi.

b Archidiaconus. Qui uel ex permiſsione epiſcopi, uel ex conſuetudine, poteſt habere authoritatem excommunicandi.c.ad hæc. ubi Doct. de offic. Archi. & ſuprà de offi. Archid. in fine. & quòd inferiores epiſcopis excommunicent, habetur in c. cum ab eccleſiarum. de offi.ordi. & ii.q.j.c.nemo, & d.xxv.c. perlectis.

c A metropolitano. Regulariter enim Archiepiſcopus nullam habet poteſtatem in ſubditos ſuffraganeorum, ut legitur in c.paſtoralis. de offi. ordin. niſi quatenus reperitur iure expreſſum, ut per Ab. in c. ſicut unire.de exceſſ. prælat. & tres caſus in quibus Archiepiſcopus exercet iuriſdictionē in ſubditos ſuffraganeorum, ponit Abb.in c.noſtro. in prin. de pœnit. alium caſum ponit in c.in tātum. de ſimon.& idem dicemus de patriarcha, qui licet ſit ordinarius Archiepiſcoporum, tamen non exercet iuriſdictionem in ſubditos Archiepiſcoporum. Abb. in c.antiqua.de priui.

d Conſuetudo. Quæ in talibus dat iuriſdictionem, c.Romana.de offi.ord.in vj.c.Romana.eod. in vi. ca.j.§.j.de for. competen.in vi. Idem ſi Archiepiſcopus haberet priuilegium, ſuper hoc à Papa. priuilegium enim & conſuetudo æquiparantur in hac materia.ix.q.iii. c.conqueſtus.c.duo.de offi.ordin.

e Vacante. Idem ſi epiſcopus eſſet captus à paganis uel ſchiſmaticis c. ſi epiſcopus. de ſup plen. negl. prælat. & nor. in c. uni. de maio, & obe. in vi. unde ſumitur.

f Is ad quem. Puta uiſitator datus a Papa. c. is cui. de elect.in vi. uel ab Archiepiſcopo in caſu c. ſi. de ſup. negli.præ. in vi.uel ad hoc p capitulū electus.

g Tunc temporis. Sede uacante

h Iuris. Vt quę contrahitur per communionē cū excommunicatis.

i Hominis. Puta, ipſius epiſcopi mortui, uel ſui uicarij, uel delegati: qđ dic ut in c.prudentiā.de of.dele.

k Sede. Non autem ab inferiore, puta, patriarcha uel archiepiſcopo, ſecundum Io. And.& Archid.ut not. in c. uni. de maio. & obed. in vi.fac.not.per Io. And.in c. j. de offi. ordi. in vi.

l Vbi uerò. Sumitur ex c.uenerabilibus.§. ſanè. e. in vi.& c. per tuas eod. in antiq. ubi latè per Doct. traditur hæc materia.

m Competit. Igitur ſi ei non competeret propter iuriſdictionis defectum, non teneret abſolutio, ubi uerò competit tenet licet iniuſta & perperam facta. xi.q. iii. cap. j. uoluit enim dominus par eſſe ius ligandi & abſoluendi.c. uerbū.de pæn d.j. & in c. uenerabilibus. de ſent.excom.in vi.§. ſanè.

n Manifeſtum. Manifeſtus autem exceſſus dicitur ut in §. ſeq.

communicatorẽ prorſus remittere debet, nec eũ abſoluet, [a] niſi excommunicator requiſitus dolo illi abſolutionis beneficiũ exhibere [b] deneget. Si uerò huiuſmodi ſententiam iniuſtam eſſe conſtet, excommunicatus ad ſuum excommunicatorem nequàm remittendus erit, ſed ſine difficultate debet abſolui. Quòd ſi dubitet utrum iuſta ſit uel iniuſta, ſuperior illam tollere poterit. Quamquàm hoc caſu honeſtius [c] & cõuenientius egerit ſi excommunicatori deferat. [d]

Vbi manifeſtum eſt delictum non conceditur abſolutio niſi præuia cautione aliàs ſecus.

Manifeſtum [e] autem exceſſum illum eſſe intelligemus, qui uel per confeſsionem uel probationem [f] iuridicè notus fuerit, uel ſi ſit adeò res euidẽs ut nulla poſsit tergiuerſatione celari. Quo caſu non ante cõcedenda erit abſolutio quàm idonea pro delicto præſtetur ſatiſfactio, [g] cætera ſi de admiſſo dubitetur, ut ſentẽtia relaxetur ſufficiet, ſi de parendo mandatis eccleſiæ legitimè cautum [h] fuerit. Quamquàm ſi pro ſimplici contumacia excommunicatus ſolam de ſtando iuri cautionem [i] exhibuerit, abſoluendus erit.

Si pars ſe dicat poſt appellationẽ uel aliàs nulliter fuiſſe excommunicatam ſunt ſuper hoc partium admittendæ probationes, ut appareat an quis indigeat abſolutione, hoc dicit.

Multum [k] etiam intererit utrum abſolutionis beneficium poſtulans ſe poſt appellationem ad Roma. Põtificem legittimè interpoſitam, uel aliàs nulliter excommunicatione innodatũ con

a Abſoluet. Id eſt, abſoluere non debet, nam ſi abſoluat tenet abſolutio quãuis in iuſta, cap. uenerabilibus. §. ſane. uerſiculo ubi autem. eo. in vj.

b Exhibere. cap. per tuas. eo. cap. cum cõtingat, & cap. prudentiam. de offic. delega.

c Honeſtius. Non enim omne quod licet honeſtum eſt, l. nõ omne. ff. de reg. iur.

d Deferat. Remittendo excommunicatum ab eo abſoluendum, ſed in claro prorſus debet remittere, ut hic dicitur, & in ca. uenerabilibus §. ſanè. eo. in vj.

e Manifeſtum. Capitur hic manifeſtum pro notorio, ita quòd non eſt ſpecies diſtincta à notorio, & ita ſumitur i cap. cũ olim. de uerb. ſigni. unde ſumitur. Cæterum aliquando ſumitẽ manifeſtũ prout eſt ſpecies à notorio diſtincta, & tunc id dicitur manifeſtum quod probari poteſt, licet nõ conſtet per cõfeſſionem uel probationem uel rei euidentiã: ut not. & diffuſe traditur in cap. ueſtra. de cohab. mul. & cleri. & in cap. quia ſuſpecti. iij. q. v. Sed an in dubio cum ſit mentio de manifeſto debeat ſumi tanquam ſpecies diſtincta an pro notorio? Reſpondeo pro ut ſuadet ſubiecta materia, ſecundum. Ab. in d. cap. cum olim.

f Probatione. Scilicet poſtquam eſt in cauſa concluſum ita quòd non poteſt aliquid obijci contra ipſam probationem: ſecus ſi probatio poſſet adhuc reprobari, ut per Abb. poſt Rot. in capit. cum olim. de uerb. ſignifi. ubi plenius declaratur.

g Satisfactio. Id eſt, emenda re ipſa & facto, & per aliquas cautiones cap. ex parte. primo. de uerb. ſigni. ſed hoc non procedit quinq; caſibus, de quibus copioſè per Fely. in cap. cum contingat. in princ. de off. deleg.

h Cautum. cap. ex parte. de uerb. ſignifi. quod duobus modis declarat & reſtringit Fely. in c. cum contingat. poſt princ. de offi. deleg. quorũ tamen unus ualde eſt dubitabilis.

i Cautionem. Sufficientem, ut in capitulo ex parte primo. de uerb. ſignifi. ubi de hoc plenè not. ſic cap. ad hoc, de ſequeſt. poſſ. & fruct. ſufficiens autem erit ſi dentur pignora & fideiuſſores l. ſi mandato. §. fin. ff. mandati. & not. in ca. quoniam. §. in alijs. ut li. non conteſt. Quid ſi idoneam non inueniat? Reſpond. præſtet quam poteſt, cap. pe. de dot. poſt diuor. reſtit. Aut. generaliter. C. de epiſco. & cle.

k Multum autem. Sumitur ex cap. cum contingat. de offi. deleg.

Vtriuſq;

queratur. An uerò ſimpliciter iniuſtè ſe proponat excommunicatum. In prima enim ſpecie ſi Epiſcopus ſit probare paratus ſe in illum antequàm uocem appellationis emitteret ſententiã protuliſſe: antequàm decernãt aliquid utriuſque [a] partis ſuper hoc probationes ſunt admittendę, p quas denique apparebit, an abſolutione indigeat cõquerens, uel potius non ligatus ſit denuntiandus. [b]

Si quis dicat ſe iniuſtè excommunicatum prius eſt abſoluendus antequàm ſint admittendæ probationes, ſuper iniuſtitia excommunicationis, hoc dicit.

Aliud iuris erit cũ iniuſtè ſe quis excommunicatũ aſſerit, tũc enim ſi Epiſcopus ut oſtẽdat quòd iuſtè excommunicauerit probationes ſuas admitti poſtulet, audiendus non erit: [c] nam etſi conſtaret excommunicationis ſententiã iuſtè promulgatam, nihilominus [d] humiliter poſtulanti eſſet abſolutio impendenda, ideòque hoc caſu protinus iuxta formam [e] eccleſiæ cõgruentem abſoluendus erit, ut demum probationibus [f] utriuſque partis

a Vtriuſque. Sed quid erit agendum ſi teſtes epiſcopi uel alterius excommunicatoris deponat de tempore ante appellationem, excommunicati uerò de tempore poſt? Reſp. ut not. in c. cum contingat. de offi. deleg.

b Denuntiandus. Quid ſi conquerẽs dixit excõmunicationẽ nullam, poſteà probat eam iniuſtam non autem nullã, nunqd debeat obtinere? Vltramontani tenuerũt hũc poſſe obtinere, aſſerentes quod nullum eſt poſſe iniuſtum dici, pro his Rubrica. ff. de iniuſto rup. & irri. fac. teſtam. iuncta l. iij. uerſiculo ex his. d. titul. Innoc. quẽ ſequitur Ab. in capitulo cum contingat. de offi. deleg. in fi. contrarium tenet, ſcilicet quòd nullitas in ſe iniuſtitiã nõ continet, & ſequitur Io. de Ligna, qa iniuſtitia præſupponit exiſtentiam rei. ſecus cõtra, cum quis dicit ſentẽtiam iniuſtam obtinebit probando eam nullam, uide per Doct. in cap. dilecto. de appellat. præcipuè per Peruſi.

c Non erit. Niſi excommunicator, uel is ad cuius petitionem excommunicatio lata fuit, uellet probare excommunicationem fuiſſe latam pp offenſam notoriam: nam tunc nõ debet abſolui niſi prius ſatisfaciat, cap. ſolet. eo. in vj. cap. ex parte. primo. de uerb. ſignifi. & ſupra. eo. ubi uero. & cap. cum contingat. ubi Ab. in primo not. Idem ſi lata ſit excommunicatio ob notoriam contumaciam.

d Nihilominus. No. quòd non debet quis admitti ad probandum quod probatum non releuat l. ad probationem. C. de probat. & cap. per tuas. de ſimo. quod facit ad reprobationẽ exceptionum: quia iudex cum proponuntur debet uidere an ſint uel non ſint admittendæ, & cum iudicat eas admittendas tum demum ſuper his admittere probationes, & qui aliter faciunt non benefaciunt: quia ſi quis probaret exceptionem ſuã, & non admitteretur, eſſet iuſta cauſa appellãdi: quia audiendo probationes ſuper illa uidetur eam cum effectu admittere, ideò non eſt illud faciẽdum niſi iudex ſub illa proteſtatione illũ ad probãdum admittat: ut ſi de iure ualere debeant ualeant, & nõ aliàs, capit. Cumana. de elect. & not. in ca. cum cõtingat. de offi. deleg.

e Formam. De qua in cap. à nobis. ij. & cap. cum deſideres. eo.

f Probationibus. Sed cum quis eſt iã abſolutus quare probationes audiũtur ſuper hoc? Reſpondeo duplici de cauſa. Primò: quia ſi excommunicatus & iam abſolutus probabit quòd iniuſtè fuit excommunicatus, non iniungitur ei aliquid per iuramentum, & ideò præceptum differtur quouſq; conſtet utrum iuſtè uel iniuſtè ſit excommunicatus, cap. ad reprimendam. de offi. ordi. Si iuſtè fuit excommunicatus, tunc præcipietur ei per iuramentum quòd ſuper eo pro quo fuit excommunicatus ſatisfaciat d. cap. ad reprimendam. Item ſi probaret quòd admonitione legitima non præmiſſa ipſum excommunicaſſet, excommunicator per mẽſem erit priuatus ingreſſu eccleſiæ: ut cap. ſacro. eo. Secundo, ſi iniuſtè excommunicatus probetur, tenetur excommunicator illi ad intereſſe, d. c. ſacro. & in tantum tempus abſtinebit quãtum uiſum fuerit ſuperiori, ij. quæſt. j. cap. nemo. & xxiiij.

xxiiij.q.iij.cap.de illicita, econtrà ſi ſententia iuſta probata fuerit, excommunicatus tenebitur ad intereſſe excommunicatori, dicto cap. ſacro. niſi utrunque probabilis error excuſet, ut in d.cap.ſacro.

admiſſis. vtrum iuſtè uel iniuſtè quis ligatus [a] fuerit decernatur.

Innodatus pluribus nõ poteſt ab una tantum excommunicatione abſolui. Et abſolutio ſurrepticia non tenet, hoc dicit.

Quod ſi quis pluribus [b] innodatus excõmunicationibus etiam ex eodem [c] facto deſcẽdẽtibus de una [d] tantum cauſa uelit ſatisfacere, communioni ob id reſtituendus non erit: nec per ueritatis ſuppreſsionẽ [e] extorta abſolutio ſibi quicquã proderit. [f]

Si ordinarius ſciat qui ſurreptionem impetratã ab Apoſtolica ſede abſolutionem debet remittere perperam abſolutum ad ſedem apoſtolicam ſi uerò hoc ſibi non conſtet. ſed ſuſpicetur, debet abſolutũ cogere ad purgationem. h.d.

Quin imò & ſi conſtiterit excommunicatum occultatis exceſſibus, pro quibus in eum ſententia lata fuerit, excommunicationis ſuæ cauſam aliam prætendentem, ab Apoſtolica ſede abſolutionis beneficium impetraſſe: eundem debet Ordinarius eccleſiaſtica cẽſura cõpellere ut cũ literis ſuis rei ueritatem continentibus ad ſedem Apoſtolicam redeat, [h] ſi uerò illud liquidò non conſtiterit, eum tamen Ordinarius q ueritatẽ confeſſus nõ

a Ligatus. No. ergo q excõicatio iniuſta ligat quo ad eccleſiam militantem, licet non quo ad triumphante, cap.nobis ij. eo. Vnde neceſſaria eſt abſolutio licet non ſit uera abſolutio: ſed potius quædam relaxatio, quando eſt iniuſta, Hoſtien. in capit. ſacro.eo. Ab.in cap. cũ contingat. de offi.deleg. & in c.Odoardus.de ſolut.

b Pluribus. Sed quomodo poteſt quis pluribus excommunicationibus innodari, cũ effectus excõmunicationis ſit excludere ab eccleſia, & q ſemel iam excluſus eſt, non uidet amplius poſſe excludi, & ſic ſemel excommunicatus non uidetur poſſe amplius excommunicari excommunicatione eiuſdem generis, licet contrarium tradatur iij.q. iiij.cap. Engeltrudam & in cap. ita quorundam. de iudæ. in cap.ex parte.de offic.ordi.& in capit. dura. de cri.falſ.& in cap cum pro cauſa. & cap. officij. eo.unde ſumitur. Sol. duplex eſt excommunicationis effectus, expellendi ſecundum aliquẽ extra eccleſiam, & eiectum confirmãdi, quo ad primum ſemel excommunicatus non põt amplius excõicari.quo ad ſecundum bene poteſt: quia triplex funiculus difficile rumpitur, c.j.de treug.& pace, & no.in d.c.officij eo.

c Ex eodem facto. Vt ſi quis uerberet clericum in eccleſia uel clauſtro: nam unam excõmunicationem incurrit ratione facti, aliam ratione uiolationis loci, cap.cum pro cauſa.eo. ubi latè de materia.

d Vna tantũ. Secus ſi uelit ſatisfacere de omnibus cauſis: quia tunc poterit ſufficere unica abſolutio, ſecundum. not. in cap. cũ pro cauſa. eo. ubi latius Abb. diſtinguit.

e Per ſuppreſſionem.cap.cum pro cauſa.& cap.ſi q̃ſi.eo.Cle.ſi.eo.

f Proderit. Sed quaritur cur non prodeſt abſolutio ex falſa cauſa, & nocet excommunicatio, quanuis ex falſa cauſa, ſaltem quo ad eccleſiam: ut ſupra.eo. §.proxim. & xj.q. iij.cap.j.& cap.ij. Reſp. ut per Gloſ. & Abb. in cap. ex parte. de offi.ord.

g Quin imò. Sumitur iſta litera ex capit.ex parte, de offi. ordi.& ſuper eo fecit nouã prouiſionem Cõcilium Tridentinum, ut apparet ſeſſ.xiij.c.v.in decretis reformationum. per quam tamen non puto aliquo pacto abrogatam diſpoſitionem d.cap ex parte.ſed nouum remedium aduerſus obrepentes inuentum.

h Redeat. Quia non eſt abſolutus: quia talis abſolutio obtenta per ſurreptionem ſibi non prodeſt, cap.cum pro cauſa.& cap.officij.eo.& literę ſuper hoc impetratæ non tenent. Quidã tamen dicunt quòd ſi pro pluribus criminibus una tantum ſententia quis ſit excommunicatus, dum tamen aliquid eorum expreſſerit in abſolutione, abſolutus eſt, ſi poſtea cõteratur: argum.cap.tunc ua'ere. de conſ.d.iiij. quod nõ eſt uerum niſi de illo quod expreſſerit in abſolutione, immo nec illa abſolutio prodeſt, cum adhuc

adhuc ſit ligatus alio crimine, & maneat extra eccleſiam, cap. cum pro cauſa. eo. Sed tunc demum ualebit abſolutio cum ab alia excommunicatione fuerit abſolutus. Sicut ſi quis de uno peccato pœnitentiam agat, & non de alio, talis pœnitentia nõ prodeſt quo ad uitam æternam, niſi cum alterius criminis pœnitentiam egerit, de pœnit. diſt. iiij. §. ſi. in ſi. & de hoc latè i d. cap. cũ pro cauſa. & cap. officij. & capit. ex parte. de offic. ordin.

fuerit, ſuſpectum habeat, ad purgationẽ [a] præſtandam quod uerum faſſus fuerit compellet.

Abſolutus ui uel metu duplici excommunicatione innodatur. h. d.

Illud etiam admonendi ſumus quòd licet ui uel metu facta regulariter mero iure teneant. [b] Si quis tamen ab excommunicationis [c] ſuſpenſionis [d] uel interdicti ſententia abſolutionis, aut reuocationis [e] cuiuſcunque beneficium p [f] uim uel metum [g] extorſerit uiribus omnino [h] cariturum. Quin potius ne ſine uindictã uiolentię creſcat [i] audacia qui abſolutionẽ [k] uel reuocationẽ

a Ad purgationem. Quos igitur epiſcopus habet ſuſpectos poteſt cõpellere ad purgationẽ præſtandam: ut in capitulo ex parte. in ſi. unde ſumitur. de offi. ordi. dum tamen ſuper hoc publica laboret infamia. Scilicet quòd per obreptionem obtinuerint abſolutionem, cap. nos inter alios. de purgatio, canon. & ſint infamati apud bonos & graues uiros, cap. cum in iuuentute. de purg. can. & ſupra. eo. titulo per totum. & nõ ſit orta ab inimicis xj q. iij. cap. in cũctis, & ita not. in d. cap. ex parte. Sed puto hanc diffamationem non eſſe neceſſariam, cum d. cap. ex parte. prouiſionem contineat ſpecialem, & nihil de tali diffamatione dicatur, ſed tantum de ſuſpicione epiſcopi.

b Teneant. ff. de eo quod met. cauſ. per tot. & in materia huius. § & totius tractatus uide bonam prouiſionem quam fecit Concilium Tridentinum. in ſeſſione xxv. cap. iij. in decretis reformationum.

c Excõmunicationis. Etiam iniuſtæ, humiliter enĩ debet abſolutio peti. §. aliud. ſupra. eo. ſententiam paſtoris ſiue iuſta &c. xj. q. iij. cap. j. ſic Guil. & Gar. Ioan. Monach. Archid. & Io. And. in cap. j. de his quæ ui, metuſue cauſa ſi. in vj.

d Suſpenſionis. Cuiuſcunq; ſiue ab officio ſiue à beneficio ſiue ab ingreſſu eccleſiæ, ut not. de his quæ ui, me. cau. cap. j. in vj.

e Reuocationis. Sed quæ eſt differentia inter abſolutionem & reuocationem quæ hic ponuntur tanquam diuerſa? Reſpondeo poteſt dici ꝙ abſolutio eſt illa ſolennis quæ ſit iuſta formã eccleſiæ, de qua in cap. à nobis. ij. de ſent. excom. reuocatio eſt uerbalis ſecundum quoſdã, & ſine ſolennitate. Vel ut alij, cum tenuit excommunicatio dicitur abſolutio, cum nõ tenuit reuocatio, uel reuocatio eſt abſolutio ad cautelam: ut not de his quæ ui, metuſue cauſa, cap. j. in vj uel dic quòd iſta hic ſunt ſinonyma, & eſt quædam uerborũ incalcatio.

f Per uim. Vis eſt maioris rei impetus cui reſiſti nõ poteſt. ff. quod met. cau. l. j. in ſi. & l ij. Et quod modis ſumat, & quot actiones uel interdicta inducat, not. in ca. ad audiẽtiam. de his quæ ui, metus. cau. ſi.

g Metum. Metus eſt trepidatio mentis cauſa inſtantis uel futuri periculi, l. j. ff. quod me. cau. & exigitur quòd præſens ſit metus licet futurũ ſit periculum, l. metum. la ij. ff. de eo quod me. cauſa. Et quis metus excuſet, not. in c. dilecti. de his quæ ui, metuſue cauſa.

h Omnino. Id eſt, ipſo iure, l. j §. ſi pecuniã, ff. depoſ. & ibi Bal. ſecundum literam ibi in ſine quæ habet omnino, ſecus ſi habeat omni actione, ut uulgati codices, & de uaria huius uerbi ſignificatione per Fely. in capit. ex parte. de offi. deleg. & per Legiſtas in l. ij. C. de iu. emphy. Alijs quoq; modis uacuatur metu factũ, ut not. in cap. cum dilecti. de his quæ ui, metuſue cau. ſi.

i Creſcat. Fac. xxxv. q. ix. c. loci. c. ut clericorum. de uita & honeſta. cleri.

k Abſolutionem. Quid ſi per uim uel metũ excõicationem extorſerit? uidetur ꝙ & ipſa ipſo iure non ualeat: quia par ius ligandi & abſoluendi dominus eſſe uoluit, cap. uerbum. de pœnit. d. j. fac. xj. q. iij. c. iniuſtè. Sed dic contra ſecundum Guil. & Ioan. And. in c. j. de his quæ ui, metuſue cauſa. fac. xj q. iij. c. quatuor, poterit tamen per exceptionem elidi: ut ibi not. arg. l. interdum. §. j. ff. de furt.

Extorſerit.

uj uel metu extorſerit, [a] quaſi propria cõfoſſus ſagitta, iteratè excõicationis [b] ſententiæ ſubiacebit. [c]

Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea cẽſetur abſolutus, niſi Papa id exprimat. h.d.

Nouiſsimè ſciẽdũ eſt quòd ſi Apoſtolicus etiam ſcienter [d] excommunicato participet [e] literis [f] fortè cum ſalutationis alloquio deſtinatis uerbis, oſculo, ſeu alio quouis modo: [g] ipsũ per hoc abſoluere nulla ratione cenſetur, niſi forſitã exprimat, uelle [h] illum ex hoc pro abſoluto haberi. Hæc de excommunicationis ſententia delibaſſe ſufficiat. Nunc de interdicto eccleſiaſtico & ſuſpenſione paucis diſpiciamus.

DE ECCLESIASTICO INTERDICTO. XIV.

Interdictum aliud, iuris aliud iudicis, quæ diſtinctio exẽplis declaratur. h.d.

HAbent eccleſiaſtica interdicta cũ excõmunicatiõe multa cõmunia: [i] nã & il-

a Extorſerit. Si ergo metum quidem intulit quis, ſed iudex abſoluere noluit, non habebit locum hæc pœna, cum uerba ſint accipienda cum effectu, c. relatum. cum ibi not. de cle. nõ reſiden. fac. l. quamuis. ff. de in ius uoc. & tenẽt Io. Monach. Archid. & Ioã. And. aliàs tamen puniretur pro qualitate delicti. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aqu. l. fieri tamẽ poſſet ut quis tentando extorquere pro qualitate ſui conatus incideret in excommunicationem. c. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. q. iiij. hanc tamẽ nõ incurreret, ut per Io. And. in c. j. de his quæ ui, met. cau. fiunt.

b Excommunicationis. Quid ſi non ipſe excommunicatus, ſed alius metum inferat, an inferens hanc excommunicationem inferat? reſp. non, ſecundum Ioan. And. in c. unico. de his quæ ui, metuſve cauſ. fi. nam conſtitutio loquitur de excommunicato cogente non de alio, licet is aliter ſit puniendus. Sed nunquid hoc caſu ipſe excõicatus, interdictus, uel ſuſpenſus incurret hanc pœnam? id quidem ſi mandauit, uel eius nomine geſtum ratum habuit. c. ſciant. de elect. in vj. ca. cum quis. eo. in vj. & c. ſed & ſi manus. ſupra eo. Sed quid ſi abſolutor ab initio quidẽ coactus poſteà ratum habeat. reſp. cogens non propterea excõicationẽ euitabit: quia ſtatim ab initio ligatus fuit, coactus autem dicetur abſolutor, etiam ſi per pœnam amiſſionis rerum ad abſoluendum fuerit compulſus. ca. Abbas. de his quæ ui met. cau. fi.

c Subiacebit. Quid ſi per uanum metũ fuit abſolutor compulſus? reſp. non habebit locũ hæc pœna. l. metum. cum ll. ſeqq. ff. de eo quod me. cau. & not. in c. uni. de his quæ ui. me. cau. in vj. quis autem ſit iuſtus metus, erit iudicis arbitrio relinquendum, ſecundum Io. And. in d. cap. uni.

d Scienter. Et multo minus ſi ignoranter. c. ſi aliquando. eo. & §. interdum. ſupra eo.

e Participet. Quo participio Papa cum ſit legibus ſolutus non ligatur minori. ca. nulli. ubi not. de ſent. excõ. Quid, ſi Papa uitet aliquẽ? reſp. non cenſetur per hoc excommunicatus. Vnde qui eidem participat, non incurrit minorẽ, licet illum Papa uitet: arg. contra. d. xciij. ca. ſi inimicus. Sol. quod ibi loquitur de illo q non ſolum uitatur, ſed etiam uitari præcipitur: ut not. in Cle. ſi ſummus. eo.

f Literis. Argu. quòd ſcribens excommunicato incurrit minorem, de hoc not. in cap. conſtitutionem. eo. in vj.

g Quouis modo. Vt in conuiuio, oratione, uel itinerando, uel conſedendo.

h Velle. Voluntas enim ſua pro ratione haberi debet. §. ſed & quod principi. inſtit. de iu. na. gent. & ciui. Sic & princeps ſola uoluntate manumittit. l. apud eum. ff. de manum. l. ſi uoluntate. C. de fideicom. liber. Secus eſt in inferioribus à Papa. c. cum deſideres. eo. & §. nec ideò. magis. ſupra eo.

DE ECCLESIASTICO INTERDICTO.

i COmmunia. Quia ſicut excommunicatus per appellationem nõ ſuſpendit ſententiam, ita nec ſuppoſitus interdicto. ca. ad hæc. cum ibi not. el iiij. de appella. Itẽ utraque requirit præcedẽtẽ mo

lorum alia ipſo [a] iure inducuntur, alia Iudicis Sententia, Iuris ipſius diſpoſitione interdictum inducitur ueluti cũ ciuitas uel uniuerſitas in Electione Romani Põtificis ſeruanda non ſeruauerit, [b] aut in necem Cardinalis aliquid, machinata [c] fuerit, ſiue ab Eccleſijs uel perſonis eccleſiaſticis aliquid extorſerit, [d] aut uſuratijs domos commodauerit. [e] Item cum in eccleſia ſanguinis, uel humani ſeminis effuſione polluta, [f] aut Simoniacè conſecrata [g] celebrari iure uetatur.

Celebrans in eccleſia polluta uel Simoniacè conſecrata non incurrit irregularitatem, ſecus ſi alia ratione uiolat interdictum h.d.

Eſt autem inter [h] hæc differentia nõ modica, nam ſi quis in ea eccleſia celebret q̃ uel polluta ſit, uel ſimoniacè conſecrata: licet hoc temerariè faciat, nullum tamẽ ob id irregularitatis laqueum incurrit. [i] Is uerò qui ſcienter [k] celebrat in locis alia ratione interdicto ſuppoſitis irregularitatem incurrit, à qua per alium, quàm per Romanum Põtificem liberari [l] non poterit: niſi aliqui ſuper hoc priuilegio uel iure [m] muniti fuerint.

Quid ſit iudiciale interdictum. h d.

Iudicis ſentẽtia tũc inducitur interdictũ cùm competens [n] iudex ex aliqua cauſa terram uel homines à diuinis arcendos pronuntiat ac præcipit.

Interdictorũ quædam generalia quædam ſpecialia. h.d.

Rurſus interdictũ,

nitionem cap. repræhenſibilis. & ibi per Ab. de appel. Item quia conſtitutus in alterutra celebrando incurrit irregularitatem, cap. is cui. de ſent. excom. in vj. Item in utroq; fit abſolutio recepto iuramento de parendo mandatis eccleſiæ, cap. uenerabili, de ſent. excom. Item in utroque ad cautelam ſententia relaxari poteſt. Item utraq; ſententia ligat licet iniuſta, xj. q. iij. ca. ſententia. & c. ſi quis epiſcopus. & not. hęc Ab. in d. c. adhæc. Differũnt tamẽ in aliquibus: quia excõmunicatio fertur in perſonam non in rem, c. Romana. §. in uniuerſitatem. de ſent. excom. in vj. Sed interdictum põt ferri ne dũ in perſonã, ſed in locũ, ca. nõ eſt. de ſponſ. c. fi. de ſent. excõ. in vj. Itẽ excõicatio regulariter nõ ſuſpẽditur ꝑ inferiorẽ à Papa: ut per Ab. in d. c. adhæc. fac. c. j. & c. ſtatutũ. de ſent. excom. in vj.

a Alia ipſo iure. cap. is cui. iũcta Gloſ. de ſent. excom. in vj. Archi. Floren. in ſua ſumma, in ſecũda parte tertiæ partis titulo xxvij. c. ij. & per Cald. in ſuo tracta. de interdi. eccleſiaſti. uerſi. tertio effectus, ibi, de ſecundo dic.

b Seruauerit. ca. ubi periculum. §. ciuitas. de elect. in vj.

c Machinata. c. fi. de pęn. in vj.

d Extorſerit. c. quãquam. de cenſ. in vj. c. clericis. de immu. eccleſ. in vj.

e Commodauerit. c. j. de uſu, in vj.

f Polluta. De conſecr. d. j. c. ſi motum. c. eccleſijs. c. ſi. de conſecra. eccleſ. uel alt. c. uni. de conſecra. eccleſ. uel alta, in vj.

g Conſecrata. j q. iiij. c. eccleſia.

h Inter hæc. Scilicet duo poſtrema, ſcilicet inter eccleſiã pollutã & ſimoniacè conſecratã, & fac. c. is q̃ i eccleſia, de ſent. excom. in vj. unde ſumitur.

i Incurrit. Quia hoc non reperitur iure expreſſum. c. is qui. de ſent. excom. in vj. & uide ad hæc not. ꝑ Speeul. in tit. de diſpẽſatione. num. 29. §. iuſta.

k Sciẽter. Secus ergo ſi ignoraret, niſi talis eẽt ignorantia, quæ excuſare non deberet c. Apticæ. de cle. excom. mini. ca. j de poſtu.

l Liberari. cap. Apticæ. de cle. excom. mini. eũ allegat. in c. is qui. de ſent. excommu.

m Vel iure. c. fi. de ſent. excõ. i vj.

n Cõpetens iudex. Cõpetens autẽ eſt Papa, c. tãta. de exceſ. prælat. Legatus. c. nouit, de offi. legar. Delegatus cap. quoniam. de offic. ordi. Qui non habent iuriſdictionẽ ab epiſcopis ſed a collegijs, Inno. ĩ cap. archidiaconus. de offi. Archid. Epiſcopus cum capitulo, cap. j. de his quæ fi. à ma. part. capituli electus, & confirmatus quanuis non conſecratus, cap. tranſmiſſam. de elect. uacante eccleſia capitulum, cap. graue, de offi. ordi. alij quoque ut per Ioan. And. in ſuo tra-

ctatu

quod prolatione iudicis inducitur, aliud eſt generale, aliud ſpeciale. Generale interdictum eſt, non ſolùm cùm Regno & prouinciæ, ſed etiam cùm caſtro & uillæ [a] diuinis interdicitur. Speciale [b] eſt, cùm inter plures eccleſias paucæ, uel una interdicitur.

Interdicto loco principali cēſetur interdictus acceſſorius uicinus & contiguus: & diſpoſitio iudicis nō debet poſſe reddi eluſoria h.d.

Et ſi quidem ciuitas caſtrum aut uilla generali ſubijciatur interdicto non ſolum quæ murorum continentur ambitu, cenſentur interdicto ſuppoſita, ſed etiam illorum ſuburbia [c] & ædificia cōtinentia. Alioquin ſi in illis locis poſſet licitè celebrari. Eccleſiaſtica cenſura facilè contemni [d] poſſet. Eadem quoque ratione ſi ſpecialiter eccleſia ſit interdicto ſuppoſita, nec in Capella eius celebrari, nec in Cœmiterio eidem Eccleſiæ contiguis [e] ſepeliri [f] poterit.

Reſpectu perſonarum interdictum eccleſiaſticū eſt ſtrictè interpretandum & unus non poteſt pro delicto alterius excommunicari, h.d.

At non ſicuti in locis ita & in [g] perſonis lata ſit interpretatio: Ideoque ſi ſententia interdicti proferatur in populum, clerus [h] interdictus non intelligitur: nec econuerſo. [i] Vnde interdicto alterutro ad diuina licitè alter admittitur. Sed & ſi propter delictum domini [k] (nam pro pecuniaria cauſa ſine ſpecialis Sedis Apoſtolicæ: & per patentes literas expreſſa licentia interdicti ſententia ferri non poterit [l]) uel rectoris ciuitas ſit interdicta, ciues qui culpabiles non exiſtunt, alibi diuinis, licitè intereſſe poterunt, niſi ciues quoque propter dominum uel rectorem puniēdū interdicti [m]

ctatu de īterdictis, coll. ij. uerſ. interdicit. Papa.

a Caſtro & uillæ. c. cum in partibus. de uerb. ſigni. unde ſumitur, etiā ſi in uilla nō eſſet niſi una eccleſia: quia tñ eſt apta habere plures eccleſias, dicitur ſaltē aptitudine cōtinere uniuerſitatem. Quod facit ad interpretationē extrauag. Bonifacij quæ incipit prouidē. ſub tit. de ſent. excō. ſecundū Ab. in d. c. cū ī partibus, & p Io. And. ī tract. de īterdictis, poſt princ. num. 10. & P. loui. ī ſuo tract. in prin.

b Speciale. Ioan. And. in ſuo tract. de interdictis nu. 10. in princ. & per Nicol. Plo. in ſuo tract. poſt princ.

c Suburbia. Facit l. ij. l. ædificia. l. ut Alphenus. & l. qui incontinētibus. ff. de uerb. ſignifi.

d Cōtemni. c. ſi ciuitas. unde ſumitur. & c. ſi ſentētia, c. cū inter uos. de cōſu. unde not. q ſumēda eſt interpretatio p quā diſpoſitio nō poſſit reddi eluſoria.

e Contiguis. Sūt aūt cōtigua quorū extrema ſe inuicē cōtingūt, fac. nota p Io. And. in c. uni. de conſ. eccle. uel altar. in vj. in Gloſ. ſuper uerbo contigua.

f Sepeliri. c. ſi ciuitas. in fi. c. is cui ij. Reſp. de ſent. excom. Sed pone tempore interdicti aliquem in loco ſuppoſito interdicto ſepultum, & poſtea reuocatū interdictū, an talis ſit exhumandus? Reſp. non, ſi penitens deceſſit, ſecundum. Inno. in c. ſi. de exceſſ. prælat. quia res deuenit ad eū caſum &c. Contra not. Hoſt. in c. cōſuluiſti. de cōſecr. eccle. uel alta. uide qđ not. in Cle. eos. de ſepul.

g In pſonis. Nō ualet ergo arg. de loco ad perſonas, c. ſi ſentētia. unde ſumit. & c. ſi ciuitas. de ſent. excō.

h Clerus. Immo interdicto clero nō cēſet īterdicta eccleſia, unde alij clerici non eiuſdē eccleſiæ licite ī ea celebrabūt, c. per exēptionē. in fi. de priuil. ī vj. & p Io. And. ī c. ſi ſētētia. de ſent. excō. ī vj.

i Ecōuerſo. Fac. c. j. de pb. ubi latē Doct. & latius etiā ī c. eccl. S. Mariæ. de cōſt. & no. ſ. de iu. perſonarū ī uerbo populares.

k Domini. Secus ſi propter delictū ciuiū, qđ patet. infra ibi, qui culpabiles nō exiſtūt. & in c. ſi ſentētia. de ſent. excom. in vj.

l Nō poterit. Vt in extrauag. Bonifacij quæ incipit ꝓuide. poſita ſub tit. de ſent. excom.

m Interdicti. Aliud ergo eſt interdicere ſolū ciuitatē, aliud ciuitatē & ciues, aliud ciues tm, pęna igit̄ interdicti quis ſpūali

 poteſt

fuerint. Quod quidẽ in excommunicationis [a] ſententia contingere non poterit, neque enim pro peccato unius alius, [b] puta ipſius familia excommunicari poterit.

Interdicta uniuerſitate & ſinguli de uniuerſitate cenſentur interdicti: ne interdictum reddatur eluſorium. h.d.

Item cum loci alicuius populus eccleſiaſtico ſupponitur interdicto, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat ne ſententia effectu careat, [c] non debent alicubi [d] caſibus expreſſis à iure dumtaxat exceptis [e] audire diuina, uel eccleſiaſtica recipere ſacramenta, cũ diuinorum auditio: & ſacramentorum perceptio populo ut uniuerſis non cõpetat. [f]

Regulariter tempore interdicti poteſt quis baptizari, chriſmari, & uerbum diuinũ audire. h.d.

Excepti uerò caſus [g] ſunt: ſi qui ad baptiſmi, chriſmatis, & pœnitentiæ [h] ſacramentum, uel ad uerbum diuinum audiendum admitti uelint, tã ſi infirmi ſint quàm ſi ſint in bona ualetudine conſtituti. Quod tamen in his qui interdicto cauſam dederũt non obtinet indiſtinctè: ſed in eis Bonifacianæ cõſtitutionis [i]

põt unus pro alio puniri, de quo. j.q.iiij.in ſumma & xxiiij.q.iij.in ſumma.& per Io. And.in c. ſi ſententia.de ſent.excom.in vj. ſecus eſt in excommunicatione: ut ſtatim dicit.

a Excommunicationis. Scilicet maioris. Nã minori excommunicatione bene unus pro alio aliquãdo punitur, cap oblationes.d.xc.xvij.q.iiij.cap. miror. cap. nõ eſt uobis. de ſponſal. & not.xxiiij.q.iij. cap. ſi habes.

b Alius. xxiiij. q.iij.cap. ſi habes.

c Careat. Et ſic uiolaretur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, quod eſſe non debet, cap. cũ inter uos. de conſuet. fac. cap. ſi ciuitas, & c. ſi ſententia.de ſen.excom. in vj.

d Alicubi. Etiã in loco non interdicto.

e Exceptis. c.fi. de ſent. excom.in vj.quo ad diuina, quo ad ſacramenta, cap.quod in te. de pœniten. & remiſſioni.& capit. quoniam. de ſent. excom.in vj.& ſequuntur ſtatim in §.ſeq.

f Non cõpetat. Vniuerſitas enim eſt res inanimata in quam iſta non cadunt, cap. Romana.in fi.de ſenten.excommu.in vj.& cap. ſi ſententia.in fi. eod. titulo. & libro. hæc enim ſolũ cadunt in animam rationalem, & perſonã ueram non repręſentatam. Et facit hęc litera pro opi. eorum qui tenent cognationem ſpiritualẽ contrahi poſſe per uniuerſitatem, licet ratio faciat in contrarium, de qua not. ſupra. de triplici cogna. in princ. cuius quæſtionis occaſio uidetur hodie ſopita per Concilium Tridentinum, ex cuius diſpoſitione non põt cum pluribus quàm cum uno contrahi hæc cognatio: ut in ſeſſione xxiiij.in ij.decreto in decretis reformationum. Vbi autẽ tractamus de his quæ uniuerſitati competunt, ita quid dicitur eſſe penes uniuerſitatem, quod non eſt penes ſingulos; l.ſed ſi in hoc.§. qui manumittitur.ff.de in ius uocãdo, & xij. q.ij. cap. qui manumittitur. Sed an ſi ſit hodie interdictus populus, hinc ad centum annos, quo tẽpore nemo uicturus eſt, eorum qui hodie uiuunt durabit interdictũ, & ligabit uiuentes? Reſpondeo affirmatiuè, ſi interdictum nũquã fuit relaxatũ: quia idem populus, l. proponebatur .ff. de iudi.& diſt.xvj. cap.habeo. & vij. q.j.ca.deniq;.not. cap.ſi ſententia.& quod not. in cap. fi.de ſent. excom. in vj.in uerb.inſurgunt.

g Caſus. Sumitur ex cap. reſponſo.de ſent.excom. & cap.fi.eod.titulo in vj.

h Pœnitentiæ. Sed nunquid & euchariſtia danda erit ſanis interdictis poſt impertitam pœnitentiam? & uidetur quum ipſa per pęnitentiam intelligatur cap.quod in te.de pęnit.& remiſſ. ſed dic contra ſecundũm Ioan. And. & Archid. in c.fi.de ſenten.excom. in vj. niſi quis ſit in mortis conſtitutus articulo, cap.pęnitentes. d.50.& not. in d.c.fi. Sed nunquid proximè paritura gaudeat in hoc beneficio conſtitutorum in mortis articulo? Reſpondeo ut no. per Ab.in cap. quod in te.de pęnit.& remiſſ.& per Doct. in c. quoniam frequenter. ut li.non conteſta.

i Conſtitutionis.cap.fi. de ſent.excom.in vj quia tradent prius idoneam cautionem de ſatiſfaciendo.

forma obſeruanda erit. Quæ & alia quædam [a] interdicti tempore fieri benignè indulget, ut ex ipſius cōſtitutionis perpenſo tenore facile apparere poterit.

Tempore interdicti poteſt confici ſacrum Chriſma, ſed Vnctio extrema, eccleſiaſtica ſepultura, & diuinorum celebratio ſunt prohibita: niſi cōceſſa quibuſdam ſint ex priuilegio. & uiolantes interdictū incurrunt excommunicationem non obſtantibus priuilegijs. h. d.

Velut igit interdicti tēpore iure Chriſmatis utimur unctione, ſic licet regio ſit interdicto ſuppoſita, Chriſma die cœnę Domini poſſe confici dubium eſſe non [b] debet. Vnctio autē extrema, & eccleſiaſtica ſepultura, & diuinorū officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, [c] niſi quibuſdam, quibus [d] id ex gratia certa ſeruata forma conceditur. Cæteri autē ſiue clerici, ſiue laici, qui inter dictum uiolando neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ conantur infringere, quibuſcunque priuilegijs nō obſtantibus, ſentētiæ excōmunicationis [e] ſubijcientur: à qua per ſedem dumtaxat Apoſtolicam abſolui poterunt.

Appellationis prætextu uiolatoribus interdicti minimè ſuffragatur. h. d.

Nec aliquid uiolatoribus proderit, quòd appellaſſe, atque ideò ſe interdicti ſententia, minimè teneri cōtendant: ſicut enim poſt appellationē excōmunicari non poſſunt, [f] ſic interdictū [g]

a Alia quædam. Scilicet quòd ſingulis diebus in eccleſijs celebretur ianuis clauſis. & quod quibuſdam magnis feſtiuitatibus celebretur etiam apertis portis, & campanis ſonantibus interdictis admiſſis, non tamen excommunicatis, ut in cap. fi. de ſenten. excom. in vj.

b Non debet. Sic cap. quoniam. de ſent. excomm. in vj. unde ſumitur. q. d. conceſſo baptiſmo & confirmatiōe ſatis eſt conceſſum confici chriſma. Et eſt ratio: quia uetus chriſma non debet eſſe uſui, & deponendus eſt ſacerdos qui de ueteri chriſmate ungit baptizatum, niſi in mortis articulo. ca. ſi quis de alio. de conſecr. d. iiij. unde ſingulis annis in die cenæ Domini debet chriſma cōfici, & uetus cremari. ca. literis. de conſecrat. diſt. iij. bene ergo dicitur quòd uelut tempore interdicti chriſmatis utimur unctione ſic &c. ut hic in princ. §. quia cum quid pmittit. &c. capit. præterea. de offic. deleg. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurat.

c Denegatur. cap. quod in te, de pœni. & remiſſio. cap. fi. de ſent. excom. in vj.

d Quibus. Vt puta clericis decedentibus qui ſeruauerunt interdictum, capit. quod in te. de pœnit. & remiſſio. & facit Clemen. j. ij. & iij. de pœniten. & remiſſioni. & de materia latiſſimè per Specul. in titulo. de diſpenſatione. §. iuſta. num. 24. cum ſeq. Sed an epiſcopus poſſit dare facultatem celebrandi tempore interdicti? Reſpondeo ut per Abb. in capitulo ad hæc. el iiij. de appellat.

e Excommunicationis. Vt in Cle. j. ij. & iij. de ſent. excomm. Spec. in titulo. de diſpenſatione, §. iuſta. num. 24.

f Non poſſunt. Niſi ſit aliqua cauſa commiſſa appellatione remota: ut per Abb. in cap. paſtoralis. in princ. dum ponit primum effectum huius clauſulæ appellatione remota.

g Interdictum. Intellige hoc de interdicto à diuinis officijs, & ſic à ſpiritualibus: ſecus eſſet in interdicto rerum temporalium, nam ſi iudex interdiceret ingreſſum alicuius poſſeſſionis appellādo ab eo ſuſpendo effectum ſententiæ: argumen. l. non tantum. ff. eo. Idem eſſet in ſuſpenſione à beneficio, ſecundum Abb. in capitulo ad hæc. iiij. in primo not. de appellat. poſt Gloſ. in capitulo. is cui. de ſentent. excommunicationis in vj. Vnde quod hic dicitur uendicat ſibi locum in omnibus ſententijs & cenſuris quæ concernunt ipſam animam, quæ ſunt tres: ut ſupra. titulo ij in prin. & §. j. Vnde infertur quòd ſuſpenſus à pontificalibus, uel ab uſu pallij, appellando ſuſpendit ſententiam: ut per Ab. poſt Innoc. & Hoſt. in d. cap ad hæc.

cui ante appellationē eos conſtat eſſe ſuppoſitos declinare nequeunt.[a]

DE SVSPENSIONE. XV

Suſpenſio eſt duplex ut excōmunicatio & interdictum hoc dicit.

SVſpenſio quoq; alia eſt canonis, alia iudicis,[b] ſicuti excommunicatio, & interdictū, canonis eſt, uelut cum quis ob ſimoniam,[c] uel ob notoriam fornicationē,[d] uel aliud crimen[e] ipſo iure à ſui executione ordinis, uel officij[f] arcetur.

Ob mortale peccatum non notorium eſt quis ſuſpenſus, quò ad ſeipſum, non quò ad alios. h.d.

At ſi crimē per ſententiam,[g] uel per confeſſionem factam in iure, aut per rei ipſius euidentiam[h] notorium nō[i] ſit: & ſi, quilibet pro mortali peccato quò ad ſeipſum[k]

a Nequeunt. Sed quæ eſt ratiò quòd ſententia excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis non ſuſpēditur per appellationem? Reſpondeo afferūtur duodecim rationes per Ab. in capitulo paſtoralis. §. j. de appell. dic ut ibi per Doct.

DE SVSPENSIONE.

b IVdicis. Eſt autē inter canonis & iudicis ſuſpenſionem multiplex differentia, de quibus per Abb. poſt Innoc. in capitulo ſicut uerſiculo & ponit tres notabiles effectus &c. de coha. mul. & cle. ſimilis quoque eſt excommunicationi in alio: quia uelut datur excommunicatio maior & minor ſic & ſuſpenſio maior & minor: ut declaratur per Ab. in cap. fi. de cle. excommuni. mini. ipſa quoque imponitur aliquando pro contumacia, aliquando pro delicto alio, primo caſu indiget monitione præuia, ſecundo non: ut per Ab. in cap. repræhenſibilis. de appell. num. 4. & pro declaratione materię latè idem Abb. in cap. Apoſtolicæ. de except.

c Ob ſimoniam. j. q. j. cap. reperiuntur. cap. tanta. de ſimo. & declaratur per Archiepiſcopum Floreut. in ſuo tract. de ſuſpenſ. cap. ij.

d Fornicationem. cap. ſi quis. d. lxxxj. & edi. xxxij. cap. præter hoc, & per Beatum Antoninum in ſuo tract. de ſuſpenſione. c. iij.

e Aliud crimen. Quæ ſint hæc crimina latè per Beat. Antoninum, in ſuo tract. de ſuſpenſ. cap. iiij.

f Vel officij. Et per conſequens etiam à iuriſdictio, ſecundum Ab. & alios communiter in c. fi. de cle. excom. mi. ſuſpenditur quis & ab alijs pluribus, ne dū. ab executione ordinis uel officij, puta ab oblatione altaris, xvij. q. iiij. c. mitor, à conſecratione epōrum, c. ij. de trāſla. & ab alijs infinitis quæ enumerantur p Gloſ. in Cle. cupientes. de pœnit. in uer. ſuſpenſi. Sed an is qui (ut hic dicitur) ſuſpenſus eſt ab officio, cenſeatur ſuſpenſus etiam à beneficio? Reſpondeo ut latè not. in d. Cle. cupientes. de pœnit. poſt medium uſq; ad finem.

g Per ſententiā. Diſſinitiuam. cap. cum dilectus. de ord. cogni. cap. de niq;. de except. & not. in c. fi. de cohabit. mul. & cle. unde ſumitur.

h Euidentiam. Not. tres modos quibus crimen efficiē notoriū, ſcilicet p ſententiā, confeſſionē, & rei euidētiam, cū tergiuerſatione aliqua celari nō pōt, ſic in c. fi. de cohabit. mul. & cleri. Sed cur ibi, & hic non fit mentio de notorio quod oritur ex probatione clara & iuridica, cum tamē & ex ea inducatur notorium, qñ nihil pōt opponi contra, ut puta, quando eſt concluſum in cā, ut in c. cum olim. de uerb. ſignifi. fortè, quia cū expectanda ſit de proximo ſententia nō oritur omnino notorium, cū probationes ſint arbitrariæ, l. iij. ff. de teſt. & poteſt iudex teſtibus etiam probantibus fidem non habere. Bart. in l. Lucius. ff. de his qui not. infamia.

i Non ſit. Immo. Etiam ſi ſit notorium crimen, non propterea uitādus eſt criminoſus excepto crimine fornicationis, quādiu qs ab eccleſia pciſus nō eſt, not. in c. ſi xv. q. ſi. & in c. cū nō liceat de pſcript. & in c. nō ne. viij. q. iij. & probatur in c. præter. d. xxij. arguendo à ſpeciali. & not. Ab. in c. fi. de cohab. mulie. & cle non pōt ergo hinc ſumi arg. à contrario ſenſu, niſi quo ad crimē fornicationis, in quo ut inducat ſuſpenſionē non requiritur pręcedēs monitio, ſi res ſit euidens. ut per Ab. in d. c. ſi.

k Quo ad ſe ipſum. Ideò ſic, quia cōſtitutio militantis eccleſiæ ligat, & comprehendit delictum omnino occultū, c. porro. & c. cū non ab hominē

Role.de ſent.excom.& Cle.j.de hæreti.ubi nō: licet quo ad eccleſiam militantē nō habeatur pro ligato, cum non iudicet de occultis, c.erubeſcant.d.xxxij.& not.vj.q.j.c.ſi omnia, erit tamen in rei ueritate ligatus, licet apud nos ſit incertum: arg. in §. conditiones.in ſtit. de uerb. obli. & declarat Ab. in c.extirpandæ.§.q uerò. in repe. nu. 21.

c.in loco.licet aliud ſit in excōicatione quę ab homine non fertur propter delictū, immo quā cito uult ſatisfacere debet relaxari, c.nemo. & cap.illud.xj.q.iij. Idem tenuit Innoc. in c.ad hæc, quoniam. de appel. & licet Holt ibi non approbet opi. Inno. reſpectu ſuſpēſionis faciendæ à iudice, tamē cum Inno. tenet Ab.in c.reprehenſibilis. de appel.& in d.c.j.de exceſ. prælat. per d.cap.tam literis.& per c.Romana.§.ſed nec i ſpecie.de ſen. excommu.in vj.

ſit ſuſpenſus, quo ad [a] alios tamē pro ſuſpenſo nō habetur: ideoq; in officijs eccleſiaſticis uitādus nō erit. [b]

Quæ ſit ſuſpenſio iudicis, hoc dicit.

Iudicis ſuſpēſio eſt, ut cū ſentētia quis ab eadem executione ex cauſa remouetur. [c]

Suſpenſio ſolum ordinē & ſtatum eccleſiaſticum reſpicit: & priuatio præſupponit habitum.h.d.

Eſt autem ſuſpēſio (uelut eccleſiaſtica cēſura conſiderata) [d] reſpectu quodā, aliquanto quàm excommunicatio, uel interdictum ſtrictior: [e] quippe qꝑ & excōmunicatio, & interdictum non ſolum clericos, uerùm etiam laicos innectere poſſunt. [f] At ſuſpēſio cùm nihil aliud ſit, quàm inhabilitas quædam ad exequendos ordines, & officia eccleſiaſtica, [g] nullos præterquàm ipſos clericos attingere poteſt. Nec enim ulli eius ordinis, uel officij cuius eſt penitus expers, adminiſtratio uetari & interdici [h] poteſt.

a Quo ad alios &c. No. modos quibus quis dicitū ſuſpenſus. Primus quo ad ſe ipſum, & non quo ad alios, ut quilibet in peccato mortali conſtitutus, ut in cap. teſtamētum. diſt.vj.& j.q.j.ca. ſacerdotes. & c.ſi. de temp. ordi. & cap.ueſtra. & c.ſi. de cohab. mul. & cleri. Secūdus quo ad ſe, & quo ad alios, xxxij.d. cap. nullus.& cap.præter hæc.& c.tanta.de ſimo.& d.cap.ſi.de cohab.mul.& cle. Quandoq; & tertio dicitur quis ſuſpenſus quo ad alios, & non quo ad ſe: ut cum uilla uel ciuitas eſt interdicta propter delictum ciuium uel ſecularis poteſtatis, tunc.n.clerici non ſunt ſuſpenſi quo ad ſe: quia poſſunt celebrare in loco non interdicto, c.tuæ. de cle.pereg. & not.in d.c.ſi. Itē poſſunt celebrare clauſis ianuis, c ſi.de ſent. excom.in vj.& de hoc p Beat. Ant.ī ſuo tract.de ſuſp.c.j.

b Non erit. Quia adhuc ab eccleſia toleratū licet criminoſus, c.ueſtra.& c.ſi.de cohab.mul. & cleri. & c.ſi.xv.q.ſi.niſi in tribus caſibus hic enumeratis, & in d cap.ſi.

c Remouetur. Sententiam tamen præcedere debet monitio, quod procedit ſecūdum Inno. in c.j.de exceſſ.prælat. quando ſententia & ſuſpenſio infertur ob contumaciam: ſecus ſi in pœnam delicti: quia tunc fruſtra fieret monitio, cum oporteat delinquentem luere pęnam delicti cōmiſſi. Suſpenſio enim ſæpe infligitur ob delictū, ut in c.tā literis.de teſtib.& v.q.iij.

d Conſiderata. Bene conſiderata tanquam cenſura eccleſiaſtica comprehendit ſolum clericos: quia ſi conſideretur tanquā terminus generalis & indiſtinctus cōuenit & innectit etiam laicos. Vnde aduocatus ſuſpenditur ab officio aduocādi l.moris.ff. de pœnis. & notarius ab exercitio notoriæ.c.ſi aduerſus.de hæret.& not.in Cle.cupientes. de pęn.& ad materiam huius.§.uide per Archiepiſcopum Flo.in ſuo tract.de ſuſpenſ.c.ij.

e Strictior. Eſt tamē quodam reſpectu laxior, ſcilicet reſpectu relaxationis: quia excommunicatus licet ſatisfecerit non liberatur ex ſola ſatisfactione: ſed ultra eam requiritur abſolutio, ex quo enim ſemel cum ſolennitate eiectus eſt extra eccleſiam, debet cum ſolennitate debita reconciliari: ſecus eſt in ſuſpenſione: ut per Gloſ.in Cle.j.de decim. p Gloſ. & Inno.in cap.cum bonæ.de æta. & quali. & p Ab.in cap.j.uerſ. nota arg. quòd excommunicatus.&c.de iudi.

f Poſſunt. Vt ſupra.tit.j.& ij.per tot.& per Archid.Flo.in tract.de ſuſpēn.c.j.

g Eccleſiaſtica. Quorum meri laici non ſunt capaces, ut ſupra.de iu.perſon.in princ.

h Interdici. Cum priuatio præſupponat habitum. Sed ſemel ſuſpenſus bene poteſt iterum

Ingerens ſe diuinis incurrit irregularitatem. Et quid ſit irregularitas.h.d.

Cauebunt [a] igitur clerici,iudices [b] & eccleſiarum Prælati, ne pœnam hanc ſuſpenſionis incurrant, ſcituri quòd ſi ea durāte [c] ſeſe dininis [d] ingeſſerint [e] (ſecundum canonicarum ſanctionū tenorem [f] & diſtinctionem [g]) irregularitatis laqueo ſeſe inuoluent, à quo interdum non niſi per Sūmum [h] Pontificem liberari poterunt. Eſt autem [i] irregularitas nota [k] quædā ſeu Canonicum [l] impedimē tum ex facto, [m] ſeu defectu [n] proueniens quo qs tā ad eccleſiaſticos ordines promoueri quàm promotus in ijſdem miniſtrarē ꝓhibetur. [o] Quod qualiter accidat tā ſuprà

rum ſuſpendi noua culpa exigente, & ſecunda ſuſpenſio dicetur potius confirmatio.c.ueritatis.ubi Abb.not.de dolo & contu.effectus autem ſecundæ apparet poſt relaxationem primæ,de quo dic ut in ſimili not.in c. ita quorūdam.de iudę.& in c.officij. de ſentē. excom. & per Ab. in d. c.ueritatis.

a Cauebunt.c.j. §. caueāt. de ſent. excom.in vj.unde ſumitur,& in c.cū æterni . aliàs. j.de re iudi.in vj.

b Clerici,iudices . nō dicit de ſecularibus: quia pœna ſuſpēſionis eos non ligat. ſic in c. j. de re iudi. in vj.

c Durante . Licet quis de crimine commiſſo pœnitentiam egerit: quia ante diſpenſationem Papæ,ad huc ſuſpenſio impedit executionē ordinis uel officij,c.ueritatis.ſecundum unam lecturam de do.& contuma.ubi per Abb.in uerſi.quarta lectura. & p Spe.in tit.de diſpenſatione.§.iuſta. uerſi.in ſuſpenſis autem.in fine.

d Diuinis. Officijs, non autem beneficijs:ut not.in c.j.de re iudi. in vj.& hoc intellige cum quis ſuſpenſus eſt à diuinis: quia tunc celebrando efficitur irregularis : ſecus ſi ſuſpenſus ſit à quocunq; alio officio,ſecundum Card.in Cle. ſi.uerſi.quòd ſi.in fine uerſiculi.de pœ. Idem uidetur de mente Spe.in tit. de diſpenſatione.§. iuſta.uerſi.ut autem in hac. & tenet nouiſſimè Aug.Bero in ſuis familiaribus. qq. in q.cxxj.

e Ingeſſerit.Scilicet ſcienter : quia ſecus ſi ignoranter.c.apoſtolicæ.ubi Abb. latè. de cle. excom. miniſt. & ſatis indicat uerbum ingeſſerit , quod deſignat rem ad ſe ingerentem non ſpectare.

f Tenorem.Sic in c.j.de re iudi. in vj.

g Et diſtinctionem . Et de hac diſtinctione per Spec.in tit.de diſpenſatione.§. iuſta. uerſi. in ſuſpenſis autem diſtinguitur. & in ca. tanta. de exceſ.præla.

h Per ſummum pontificem . Nota unum de caſibus reſeruatis Papæ,& fac.c.j. de re iudi.in vj.& in c.j.de ſent.excom. in vj. unde ſumitur hæc litera. de alijs ſimilibus irregularitatibus not.in d. c.j.de re iudi.in vj. & in c.quod tranſlationem.de offi.leg.& in c. ſicut unire. de exceſ.prælat.ubi generaliter traditur de reſeruatis Papæ.

i Eſt autē.Hanc deſcriptionem poſuit Spe. in tit. de diſpenſatione in princi. ſecuti ſunt Beat. Ant. & Nic. Plon. ī ſuis tractatibus de irregularitate.

k Nota.Infamia & quaſi quædā cicatrix criminis,& quaſi intellectualis uulneris. fac.c. accedens. de purgat.canon. & ij.q. iij.§. notandum.

l Canonicum . Quia habet ortū à iure Canonico,ſecundum Specul.in tit.de diſpenſatio.in princ.Sed tamen uidetur habuiſſe origem à teſtamento ueteri,ut apparet in libr. Paralipo. c. xxviij. ut dicitur quod Dauid fuit prohibitus ædificare templum Deo;quia eſſet uir ſanguinum:& in c.hinc etenim. diſtin.xlix. ubi dicitur quòd inter leuitas multi à ſacerdotio repellebantur , puta ob gybboſitatem,ſcabiem,& alios defectus naturales.

m Ex facto.Puta homicidis.§. patrati.ſupra qui prom. non poſſ.& c.miror. diſt. 50. uel ex notabili inobedientia, præſertim contra Apoſtolicam eccleſiam.c.ſi quæ ſunt. diſt. lxxxj.c. tanta.de exceſ. præla.& c.j. de re iudi. in vj. & c.j.de ſent.excom. in vj.

n Ex defectu.Tam corporis:ut de corpo.uitia.per tot.& ī.qui promo.non poſſ. §.cauenda.quàm animi.c.ex pœnitentibus . & c.canones.cum pluribus ſeq.diſt.50.& in tit.de obli. ad ratiocinia red.per tot. quandoque nec animi nec corporis uitio , ut in eo qui eſt natalibus læſus.c.innotuit.de elect.& de filijs presb.

o Prohibetur Ponuntur hic duo effectus irregularitatis,cæterum ſunt alij plures:quia priuat à poteſtate eligendi actiuè & paſſiuè. Item reddit in capacem aliquem ad beneficia recipienda. Item à facultate percipiendi fructus beneficio-

beneficiorum, ſecundum diſtinctionem tamẽ Abb.& aliorũ in c.cum bonæ.de æta.& quali.

a Primo libro.ſ.qui promo:nõ poſſ.per tot.

b Conſtitutione.cap. quàm periculoſum.de ſent.excom.in vj. unde ſumitur.

eos in tantum priuilegiare, ut priuilegiãdo tolleret.c.ſi quis ſuadente diabolo.xvij. q. iiij. & alios ſimiles: ut c.pro humani.de homi.in vj. ita not.in c.quàm periculoſum. de ſentent.excommunica.in ſexto.

ex primo [a] libro, quã etiã ex uarijs Decretalium locis facile eſt legentibus cognoſcere.

Epiſcopi & ſuperiores nũquàm incurrunt ſententiam interdicti, uel ſuſpenſionis, ipſo iure, niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur.h.d.

Ea propter optima ratione Innocentiana conſtitutione [b] cautum eſt, ne Epiſcopi eorumq; ſuperiores, ullius cõſtitutionis, [c] ſententiæ, [d] ſiue mandati [e] occaſione, interdicti, uel ſuſpenſionis [f] ſententiam: niſi in ipſis [g] de Epiſcopis [h] expreſſa mentio habeatur, ipſo iure incurrãt, eſſet enim hoc nimis periculoſum, [i] ob Põtificalis officij, quod frequenter exercere compelluntur, executionem. [k]

c Conſtitutionis.c. ſacro.de ſenten.excom.c.cum medicinalis. aliàs j.eo.tit.in vj. cap. ij. de ſolu. ca.cum in cunctis. de electio.cum ſimil.

d Sententiæ. Vt ſi Papa uel epiſcopus ferat ſentẽtiã ſuſpendendo contrafacientes: argu. c.Romana. §. caueant de ſent. excom. in vj. & not. in c. quam periculoſum.de ſent.excom.in vj.

e Mandati. Vt ſi Papa mandat quod omnes prælati & clerici ſoluant tantam pecuniam ſuſpendendo non ſoluentes intra terminum aſsignatum, & facit l.item apud Labeonem.§.hoc edictum.ff. de iniuri.

f Vel ſuſpenſionis. Sed cur non dicit etiam de excommunicatione quæ ipſi ſuſpenſioni & interdicto æquiperatur.c. reprehenſibilis. ubi per Abb.de appella.reſp.ſecundum Inn.Hoſt. Io.Mon.Archid.& Io.And. quòd Papa noluit

g In ipſis. Conſtitutione, ſententia, & mandato.

h Epiſcopis. Quorum appellatione etiam ſuperiores, & ipſe Papa continetur: ut ſ.de epiſcopis & ſum. Põ. in prin.per tot.

i Periculoſum. Et ideò uitandum c. ubi periculum. de elect.in vj.& c. quieſcamus. diſti. xlij.& not.in c.ij. de iuramẽ.calum. nam (ut inquit Salom) qui amat periculum peribit in illo.

k Executionem. Sic in c.quàm periculoſum. de ſent.excom.in vj.per quam conſtitutionem apparet ꝙ Papa uoluit prouidere non tam epiſcopis, quàm ſubditis. conſiſtit enim epiſcoporum officium in chriſmatis confectione, ordinũ collatione, eccleſiarũ & altarium conſecratione. §.pen.ſ.de epiſcopis & ſum. Pont.& ibi etiam not. quæ omnia magis ſubditorũ, quàm epiſcoporum utilitatem concernunt.

Explicit liber quartus, & ultimus Inſtitutionum Iuris Canonici, in quibus ſi quid diuerſum Lector inueneris ab his, quæ in Cõmentario iam pridem edito delineata inueniuntur, ſcito ea authorem, cum ultimam operi limam adhiberet, meliora ſecutum immutaſſe.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI COMMENTARIVM.

FLAVIVS VRSINVS FERDINANDO FARNESIO. S. D.

Flauius hic nunc Cardinalis Vrſin⁹.

KA L. Feb. accepi abſte literas datas idibus Ianuarijs: quas mihi iucundas fuiſſe, non arbitror neceſſe eſſe me ad te ſcribere, cum ex te nihil ad me proficiſci poſſe, niſi iucundiſſimum iam pridẽ exploratum habeas. Sed profectò poſteriores hæ eò fuerũt gratiores, quòd unà commentarium Lancelotti noſtri ſecum attulerunt. Amo enim uehementer ingenij illius elegantiam. Legi itaque totum uno fermè (ut ſic dicam) hauſtu, probauique penitus tuum de libro iudicium, maluiſſem tamen, tam ſecundo curſu inchoatum à ſe negotium proceſsiſſet, ut huius nuper à ſe compoſiti libelli argumentum illi defuiſſet, nam & librum Inſtitutionum ipſarum nunc teneremus, & ipſe amicis uſus fuiſſet melioribus, candidioribusque. Quos tamen ille commentario illo ſuo adeò ſtrenuè (meo quidem iudicio) ulciſcitur, ut mihi aliquo pacto ſuis illis detractoribus debere uideatur: qui tam eleganrem libellum conſcribendi ſibi occaſionem dederint: eum ego pluribus legendum exhibui, probatusque eſt fermè ab omnibus mirum in modum; fermè inquam, nec enim obtineri potuit, quin illo ſemidocti quidam cõmentariolum momorderint, non quin, quæ Lancelottus de compoſitis à ſe Inſtitutionibus diſſererer, uera nõ confiterentur, ſed quod in eo illum non obſcurè aliquid Inſtitutionibus Iuris Ciuilis detrahere conatum eſſe prædicent. Is enim uno, aut altero in loco eius libelli dicit quædam in illis eſſe ambigua, perplexa, & quæ inuicẽ pugnantia uideantur, cum tamen Iuſtinianus nihil eſſe in toto iure ciuili ambiguũ, uel contrarium ſcriptum reliquerit, Reſpondi eos Momum agere: qui cum Venerem non poſſet, ſandalium ipſius quaſi obſtreperum dicitur improbaſſe, tantum autẽ abeſſe, ut ciuilibus Inſtitutionibus aliquid detraxerit, ut ego illis in eo plurimũ à Lancelotto noſtro tributum eſſe non dubitem, quem ſciam illarum elegantiam non ſolum laudare, ſed admirari ſolitum: ſed profectò in eos interdum incidimus: qui indigni ſint, quibus reſpondeatur. Sed de hoc aliàs. Sum equidem delectatus uehementer cognouiſſe ex tuis literis te cum delecto ſtudioſiſsimorum iuuenũ numero quotidianis prælectionibus, ac diſputationibus in iure ciuili exerceri: hanc enim ego optimam, ac ſolam propè proficiendi rationem eſſe ſemper ſtatui, præſertim ſi non tam oſtentationis, quàm diſcẽdi adſit ſtudium cum lepore quodam, ac nobilibus adoleſcentibus digna conſuetudine coniunctum. Vtinamque mihi interdum ab urbano iſto, atque aulico ambitu ſecedere, & ad iſta ueſtra ſtudia ſalua exiſtimatione reuerti liceret, profecto ad uos conuolarem illico, ubi & cum libris diutius, & attentius uerſari, & remoto ab omni moleſtia cum optimis commilitonibus ſecuram, ac prope beatam uitam agere liceret. Sed quando mihi nunc hoc non datur. Tu: quem ego me eſſe alterum ſemper ſtatui, dum licet, fruere honeſtiſsimo iſto, ac iucundiſsimo ocio, ſed ita fruere, ut interim non obliuiſcaris eius, quid Catonem uſurpare ſolitum ferunt. Non minus ſcilicet ocij, quàm negotij reddendam eſſe rationem, ac ſtudioſum iuuenem Bernardinum Alphenũ meo nomine ſaluere iube. Romæ Nonis Febr.

Commentarium Lancelotti repræhenſum.

Ferdinandus

FERDINANDVS FARNESIVS

FLAVIO VRSINO S. P. D.

NIHIL unquam tam prẹter meam opinionem accidit,quàm audire ex te extitiſſe quoſdam: qui in commentario Inſtitutionũ Iuris Canonici Authorem aliquid Inſtitutionibus Iuris Ciuilis detrahere uoluiſſe exiſtiment, quòd is uno,aut altero in loco quædam in his perplexa, & prima facie cõtraria reperiri ſcripſerit, quaſi uero hoc cuiquam dubium eſſe debeat, aut eas ille pluribus in locis non cæteris libris Iuris Ciuilis prætulerit. Oportet omnino iſtos aut Authori eſſe parũ æquos:qui ex re ueteri nouã illi inuidiam conflare ſtudent,aut (quod magis reor) in iure ipſo Ciuili parum uerſatos,aut omnino parum accurate commentarium illud percurriſſe,ſi parum æqui ſint, nulla ratione de ſua ſententia deduci poterunt, nam (ut ait Comicus)

Qui inimicus eſt,etiam in ſcirpo nodum quærit.

Quid ergo ei ſuadere coneris:qui hoc ſcilicet unum quæritet, nempe ut quidquid dixeris,deflectat in deterius? ſi parum in legendo accurati fuerint, repetant quæſo,atque diligentius expendant, quod in eo ipſo commentario de Inſtitutionibus Iuſtiniani ſæpius inculcauerit.nam uſque adeo ipſas dilaudat,ut mihi interdũ ueniat in mentem ſuſpicari, ne pluſculum illis tribuat, quam par ſit, quòd putet ita compoſitas à ſe Inſtitutiones ſimilitudine quadam operis facilius ſtudioſorum animis inſinuare poſſe.ſed ut cumque id ſit,quouecumq; animo is ſcripſerit, illud quidem nullo pacto negari poteſt, ſexcentis propemodum locis de his honorificentiſſimè meminiſſe,nam primo libro, dum ſe eum Pontifice ſermonem aſſerit habuiſſe, leguntur hæc uerba.

Eſſe apud Iuriſconſultos Iuſtiniani Imperatoris iuſſu compoſitas Inſtitutiones:quæ ſtudioſis ad inuolutam, & ualde perplexam iuris ciuilis ſcientiam expeditiſsimum aditum proculdubio præſtent. *Et quòd ſuæ ſententiæ illuſtrius teſtimonium dare potuit, quàm illis uerbis:quæ tertio libro leguntur:* Id uerò *(inquit)* non ſubticebo, quidquid iſti garriant, cenſere me, idque etiam ex maximis, & in iure ciuili eruditiſsimis uiris ſæpius audiuiſſe memini,ex uniuerſa illa enucleati Iuris collectione,ac compoſitione,quam Iuſtinianus nobis reliquit, nihil eſſe abſolutius, & ad comparandum in toto iure ciuili lumen quoddã conducibilius,quàm illud Inſtitutionum opus:quod illi ex iuuenum manibus excutiendum, & ab omnibus gymnaſijs eliminandum quaſi nullius prorſus utilitatis tam ſtultè cenſent, *& paulo poſt*. Maiores noſtri Inſtitutiones Iuris ciuilis, quaſi ſine his uix quiſquam aliquid in legitima prudentia proficere ualeat, magno in honore ſemper habuerunt, & uaria interpretatione,& cõmẽtarijs exornatas, & locupletatas ad nos tranſmiſerunt, *& paulo poſt*. Hic ego te ad Iuſtinianum reuoco:cui ex immenſa illa ſylua iuris ciuilis, & infinita prope ueterũ librorum mole ſuas Inſtitutiones elicere feliciſsime ceſsiſſe multorũ ſeculorum teſtimonio comprobatur. *& eodem libro,cum uerba Marci Tullij recenſuiſſet,ſubdit.* Et hoc quidem, quod in iure ciuili tantopere ſe deſiderare,& expectare Craſſus aiebat,& ſe facturum aliquando

Lancelotti de Inſtitutionibus iuris ciuilis iudicium ac teſtimonium.

do

do credebat, abunde ſuis Inſtitutionibus Iuſtinianus uidet præſtitiſſe. Deniq; ubi illarum meminit, non niſi magna cum commendatione, atque inſigni aliqua præfatione meminit, æqua ratione potuit ſecus facere: qui ſuas ad illarũ imitationem effinxiſſe prædicet? At dixit quædam eſſe in his obſcura, perplexa, & quæ inuicem pugnare uideantur. Quid tum demum? non id proprium dixit eſſe Inſtitutionum uitium, nam idem dixit & de ſacris literis, & de omni ſcriptorũ genere, idem & poſſe fieri de ſuis Inſtitutionibus, nec propterea omnibus etiã pro prijs ſcriptis illum malè dixiſſe quiſquã afferat. At nihil eſſe perplexum, nihil ambiguum, nihil diminutum, nihil quod contrarium, aut ſimile uideri poſsit, nullam eſſe geminam legem in toto iure ciuili Iuſtinianus ipſe teſtatur. Certè, ut ita ille aſſeruerit. Veritas omnino reclamat mihi quidem, ut ſimilia propemodum infinita prætercam, multa paſſim occurrunt ambigua, perplexa, & quæ, niſi alicuius interpretationis ratione concilientur, ex diametro pugnantia uideantur. Et quoniã pro ſumma inter nos neceſsitudine, ac ſtudiorum communione uel quæuis mihi tecum garrire poſſe uideor, mitto ad te, qui ingentes pro eo pugnas pugnare conſueſti, loca quædam: quæ ego in Inſtitutionibus ipſis Iuris ciuilis obſeruaui, & in unum collegi, ſimul atq; de obloquutoribus iſtis à te reſciui, ut ſi quando rurſus in maledicos iſtos incidas, illorum obiecta poſsis quàm primum exemplis retundere, neque id facio, quin ea te, prius quàm me uidiſſe, ac ponderaſſe non exiſtimem, ſed ut illa: quæ ſcholaſtica ſunt potius, quàm à doctiſsimis uiris admodum perpẽ ſa, ad manus habeas, nec propterea grauiſsimis negotijs tuis quicquam temporis ſubtrahere cogaris. Ac ut primum de his dicamus, quæ uidentur in eodem libro contraria, in prohœmio. §. j. leguntur hæc uerba. Omnes uerò populi legibus tam à nobis promulgatis, quàm compoſitis reguntur. At in. §. j. de iur. natu. gent. & ciu. Omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. In. §. fi. de libert. dicitur, quòd omnes liberti conſequuntur Ciuitatem Romanam nullo nec ætatis manumiſsi, nec domini manumiſſoris habito diſcrimine. At in §. fi. quib. man. non lic. dicitur, quòd qui non compleuit. xvij. annum, non poteſt manumittere teſtamento. In §. j. de re. diui. littora maris dicuntur communia, non publica. In §. littorum. Littorum uſus dicitur eſſe publicus. In. §. fin. de uſuf. dicitur, quòd uſusfructuarius cedendo uſumfructum alteri, quã domino nihil agit. At in tit. ſeq. in fi. principij dicitur indiſtincte, quòd, licet uſurarius non poſsit ius ſuum alteri cedere, uſusfructuarius tamen poteſt. In. §. poſthumus. de leg. dicitur. Poſthumus autem alienus hæres inſtitui, & ante poterat, & nunc poteſt. At in titulo de bon. poſſ. in principio dicitur, quòd poſthumus alienus hæreditatem adire iure ciuili non poterat. Hæc quidem, & alia his ſimilia ſunt in eodem Inſtitutionum libro, ſi quis autem illa colligere uelit: quæ aduerſari uidentur his: quę pandectarum libris, aut Imperatorum conſtitutionibus continentur, librum (puto) conſcriberet Inſtitutionibus ipſis grandiorem: quæ quidem non negauit ille uel aliqua ſaltem ratione conciliari poſſe, ſed rudi-

Quæ uidentur cõtraria in libro inſtitutionum iuris ciuilis.

ter, ac pro ut iacent accepta, ſtare minimè poſſe aſſerit. Leguntur præterea in eodem libro multa: quæ nimium generaliter enuntiata uideri poſſunt, cuiuſmodi eſt illud. Cuius filiam uxorem ducere nõ licet, neque eius neptem permittitur, filiam tamen aui, uel auiæ uxorem ducere non prohibeor. ut ommittamus interim, quòd in cuniũctis per adoptionem illa regula non obtinet locũ. In. §. fœminæ. de adop. dicitur, quòd fœminæ poſſunt adoptare in ſolatium liberorum ammiſſorum. At hoc ita demum uerum eſſe aiunt, ſi in acie fuerint amiſsi, non ſimpliciter. In. §. qui poteſtatem. de exc. tut. dicitur, quòd qui poteſtatem aliquam habent, ſe poſſunt excuſare. At quibus inhæret dominica, uel patria poteſtas, non propterea poſſunt ſe excuſare. In. §. Res ſacræ. in fin. dicitur, quòd locus, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ædificio adhuc ſacer manet. At hoc non eſt uerum, ubi ædificium eſſet ab hoſtibus dirutum. l. cum loca. ff. de rel. & ſumpt. fun. In. §. item lapilli

Quæ uidentur nimis generaliter enuntiata.

li.dicitur,quòd lapilli,& gemmæ inuentæ in littore maris ſunt inuētoris, ſed hoc ita demum eſt uerum,ſi etiam apprehendantur. In.§.fi.de codicil.dicitur,quòd cō dicilli nullam omnino ſolennitatem requirunt, & tamē requirunt quinque teſtes. In.§.interdum.in fi.de obl.quæ ex del. naſcuntur,dicitur,quòd, qui ad furtum faciendum conſiliū dedit,atq; hortatus eſt, furti non tenetur, at non eſt hoc uerum, cum aliàs fur non erat furtum commiſſurus. Demum in tit.de publ. iud.dicitur,ꝙ publica iudicia nihil omnino ſimile habent cum priuatis iudicijs,& tamen multa habent ſimilia,ut ibi notant interpretes. Atque ut hæc nimis uidentur generalia, ita ex contrario quædam uidentur diminuta,ut exempli gratia diffinitio ſeruitutis de qua in.§.ſeruitus.de iure perſo.cum enim dicatur eſſe conſtitutionem iuris gētium ſeruitutem, ndnctam iure ciuili non comprehendit,ut in.§. fi.eod.titu. Item cum dicitur,quòd uſusfructuarius non poſsidet.§.idem placet.per quas perſo.nobis acquir.de ciuili enim hoc poſſeſsione uerificatur, nō de naturali.l.naturaliter. de acqui.poſſ. Quædam etiam uidentur parum feliciter expreſſa,non intelligo hic de uocibus,& de his:quæ Grammaticis non probátur, puta de etymologia ſtipulationis,& ſimilium,ſed de his:quæ ad rem ſpectant,quale eſt illud in. §. plebiſcitū. de iur.naturali.gentium. & ciuili. Plebs enim à populo non ita differt ut ſpecies à genere,quod,ait tex.ſed uelut pars à toto. Item cùm dicitur natalibus non officere manumiſsionem.§.fin.de ingen. Item cùm dicitur aliud pro alio petentem poſſe in eodem iudicio corrigere errorem ſuum.§.ſi quis aliud.de act. nec enim uerè iudicium erit idem,ut ibi notatur. Item cum iuſta, & efficax appellatur actio:quæ tamen exceptione ēt doli elidi poteſt. Item cum dicitur neceſſarium eſſe detrahi falcidiam.§.quantitas.uerſi.neceſſe.de leg. falc. cum tamen ſit in hæredis poteſtate remittere. Quædam malè uidentur inferri,ut eſt illud in. §. ex contrario.quib. al.lic.uel non. Ex contrario(inquit)omnes res pupillo, & pupillæ ſine tutoris authoritate rectè dari poſſunt(tum peſſimè uidetur inferri)ideoque ſi debitor pupillo ſoluat,neceſſaria eſt debitori tutoris authoritas,alioqui non liberabitur. Similis propemodum eſt illatio in.§.ſi.inſtir.de uulg. ſubſtit. Atque hæc quidem, & his ſimilia non huiuſmodi ſunt,quæ aliqua ſaltem interpretatione ſaluari, & ad rectum ſenſum traduci non poſſint, licet id interdum ægrè obtineatur, ſed certè, quæ ſcrupuloſis hominibus, quales hi ſunt: qui Authori noſtro negotium facere non deſinunt,parum probari poſſint,at ille cum ſe,& Cenſores ſuos exactiſſimam adhibuiſſe diligentiam doceat; ne quid tale in ſuis Inſtitutionibus deprehendatur, & alieno periculo cautior fuerit, ad extremum ſubdit, ſi quid his exciderit: quod perplexitatem præ ſe ferat, uel ambiguitatem contineat,non propterea orbem fractum labi,ſed poſſe id beneficio interpretationis explicatius, & clarius reddi,& in libris Iuris canonici,& ciuilis, atque adeo in Inſtitutionibus ipſis Iuſtiniani, & in omni ſcriptorum genere multa eſſe huiuſmodi contendit,hoc ipſum,quàm contineat detractionem,ego intelligere non poſſum:mihi quidem in eo, & acutiſſimè, & prudentiſſimè diſſerere uiſus fuit, nam (ut ipſemet initio ſui commentarij ſcripſit)nihil eſt in ullo genere rerum tam exactum, & pulchrum, quo non pulchrius id ſit,quod quis in eodem genere cogitatione tantum, ac mente complectitur,ita que & Michaelis Angeli ſimulacris, & picturis: quibus nihil in illo genere perfectius hæc ætas uidit,cogitare tamen poſſumus pulchriora,ſed profecto(ut ille inquit)prima ſequentem honeſtum eſt in ſecundis, tertijsq; conſiſtere. ſcio tamen iſtos:qui ſemel ei detrahere cæperunt, quieturos nunquam, ēt ſi ille mera loquatoracula,quippe qui inuidia,uel ſupercilio malint contēnere præclara,quā diſcere, nā quale tandē & illud eſt, in quo ego ſibi detrahi à quibuſdā audiui? Is in eodem cōmentario aſſerit, ſi Iuſtinianus procemio ſuarū Inſtiſtitutionū adſcripſiſſet, ꝙ non intendit in eo opere ius nouū condere,niſi dilucidè id ibi proteſtaretur,multa nobis hodie fore explicatiora,& expeditiora,quàm ſint. At quantas ob id uerbū ei tragedias quidā excitare conantur?quantas turbas conciunt? quaſi hoc dicto Imp. maledixe-

Quæ uidentur diminuta.

Quæ uidentur parū feliciter expſſa.

Quę malè uidentur inferri.

Nil tam pulchrum quo nō pulchri⁹ id quod qs in eodē genere poteſt imaginari.

maledixerit,uel eius maieſtatẽ læſerit, & quod magis mirere,ſubſcriptores habet, nimirũ balbi balbos. At mihi hoc uidetur excogitatum longe prudẽtiſſimè quàm multis enim in locis hæſitamus, num Iuſtinianus antiqua iura corrigere uoluerit, cum ab illo promulgata,uel diuerſa, uel contraria antiquis iuribus uideantur? quã ſæpe circa id cecutimus, & Andabutarum more interpretando ingredimur? legitur ſub titulo de re. diuiſ. §. cum ex aliena, quòd ſi quis ex alienis ſpicis frumentum fecerit,frumentum ſpecificanti cedit,at contrarium prorſus legitur in l.adeò. §. cum quis.ff. de acq. rer. dom. ſcilicet quòd frumentum remanet eius, cuius & ſpicæ fuerunt. Quidam, quòd reſponſum illud per Iuſtinianum corrigitur, alij aliter. In.§. Theſauros. eiuſdem tituli dicitur, quòd theſaurus inuentus in loco ſacro,uel religioſo fit inuentoris. In l.iij.§.ſi in locis. ff. de iur. fiſc. dimidia dicitur eſſe fiſci, quidam putant Iuſtinianum corrigere ueterum iura, at alij aliter. Item. §.ſi quis ancillas. circ. fin. aduerſatur.l. ſi cui.ff. de fund. inſtruct. quam qui dam per Iuſtinianum putant corrigi, quidam aliter. nec cuius loci ſententia præualere debeat, ſatis adhuc eſt in comperto. Quid illa? legata niſi in teſtamento relicta non ualere.§. præterea. de ſingul. reb. per fid. relict. non ne apertiſsimè ius digeſtorum abrogare, & antiquum reuocare uidentur? Demum paſſim occurrunt huiuſmodi: quibus explicandis mirum in modum interpretes torquentur, & in quibus, ſi huiuſmodi teſtationem procemio ſuarum Inſtitutionum Iuſtinianus inſeruiſſet, minimè laboraremus. Et profectò, qui hoc non agnoſcit, in ſole illum caligare dicere poſſis. Tanta tamen (ut ait Hieronymus) eſt uetuſtatis conſuetudo, ut etiam confeſſa pleriſq; uitia placeant, quod uel ex his intelligi poteſt, quæ ex ſcriptis Iſidori peſſimi, ut appellant, Latinitatis Authoris, licet ſanctiſſimi uiri in ius Canonicum irrepſerunt,quorum quædam, uix in puero hodie ferenda, diu uiſa ſunt, & plerisq; uidentur adhuc huiuſmodi: quæ pro legibus ſeruari debeant,& adhuc in hiſce noſtris Iuris Canonici Inſtitutionibus uel ex unius ſyllabæ adiectione iſti ſolius uetuſtatis amatores egregij, & pro communi utilitate uehementer anxij ingentia ſibi fingunt pericula, in quibus tamen, etiam ſi quædam ſcribantur rudius, nihil id ab operis ipſius natura abhorreat, quippe quod Tyronibus tantum inſtituendis ſcriptum ſit, & illa ipſa: quæ ibi generalius forte traduntur, & ſtrictius, ſuo tempore alibi fuſius, & ſubtilius tractata ab eiſdem accipienda ſint, & exactius cognoſcenda. Sed Cancros prius rectè ingredi doceas, quàm his: qui non tam iudicio, quàm propoſito, & uoluntate aberrant, quibuſuis rationibus ſatisfacere poſsis, quibus, ne ſi perſuadeas quidem, unquàm perſuaſeris, quod quidem uel ex eo ſatis dilucidè apparet,quod non nulli peſsimè ab eo factum prædicent, quòd titulos quoſdam in ſuis Inſtitutionibus diuerſis uerbis inſcripſerit ab his,quę in Decretalium libris comperiuntur,quod & factum eſt raro, & non niſi ex cauſa ualde probabili, & à Cenſoribus ſuis approbata, nec ſine exemplo,multæ ſiquidem & in Inſtitutionibus Iuris Ciuilis Rubricæ comperiuntur aliis uerbis conceptæ, quã in libris Digeſtorum ſint, aut in libro Codicis,quales illæ, De fiduciaria tutela. De literarum obligatione, Quibus modis re contrahitur obligatio, & aliæ plures. Sed hæc omnia Lancelotto noſtro propterea ferenda ſunt leuius, quod idem inſignibus etiam ſcriptoribus ſemper contigiſſe legimus. Venit nuper in manus meas liber quidam epiſtolarum familiarium Franciſci Petrarchæ, quem antea ne extare quidem audieram, illum cum Authoris captus nomine auide in manus legendum ſumpſiſſem,ſtatim in ipſo fermè operis limine, dum mecum Vitiligatores iſtos tacitè ſtomacharer, & has ad te dare in animo haberem, incidi in epiſtolam meo quidem iudicio prudentiſſimè ſcriptam: qua ſcriptorem amicum ſuũ conſolatur quereutem ſcilicet ſcripta ſua à liuidis carpi, eam primum percurro, inde lego accuratius. Quid quæris? uiſa mihi eſt omnem propè ſtomachum, & amarulentiam: quam ex detractoribus Lancelotti contraxeram, abſtergere, ideoq; duo ſtatim exempla exſcribenda curaui,atq; è ueſti-

[Margin notes: Loca quædã in quibus de correctione dubitatur. — Vetuſtatis uis. — Iſidorus. — Rubricarum innouatio.]

gio alterum Lancelotto ipſi miſi, ad te cum his mitto alterum, ut intelligamus, nihil (ut Tullius ait) eſſe nobis præcipuè dolendum in eo, quod uniuerſis accidit, ſum ego illi conatus ſuadere, ut Romam iterum concedat, Nam cum Summus Pontifex renuntiatus is ſit, qui cum bonarum omnium artium eſt amator mirificus, tum in utroq; iure ualde (ut audio) excellit, facile fieri poterit, ut quod negotio deeſt, compleat, remq; omnem ex ſententia conficiat, is omnino negat ſe facturum, improbè dicens Neptumnum accuſari ab eo, qui iterum naufragium faciat, Deosque, cum tempus aduenerit, rem dormienti confecturos. Tu, cuius maxima eſt apud illum authoritas, ſi id è re ſua eſſe cenſeas, urge quæſo hominem, nec pulcherrimos conatus intermori Sinamus Vale. Peruſiæ idibus Feb. M. D. LX.

FRANCISCVS PETRARCA THOMAE MESSANENSI S. P. D.

QVerelam publicam nemo ſapiens ſuam facit. Satis quisq; priuatarum querelarum domi habet. ſatis dixi. nimis dicere debueram. Nulli ne hoc unquam accidiſſe reris? falleris. Nulli uerò contrarium accidit. Vix ſuperſtite qui fecerat: cuiuſquam ſcripta: uel geſta placuerunt. laudes hominum mors inchoat. Scis quare? quia cum corpore moritur inuidia: uiuitq; cum corpore. Multorum (inquis) ſcripta laudantur, quæ ſi gloriari licet. non pergis ulterius: ſed (qui indignantibus mos eſt) ſuſpenſum linquens auditoris animum ſermone præteruolas inexpleto. Verum enimuero fugientem conſequor mentis augurio: ſcio quid uelis. Multorum ſcripta laudantur: quæ tuis admota: carere non tantum laudatore: ſed etiam lectore debuiſſent: cum tua interim nullus attingat. Recognoſce in uerbis meis indignationem tuam: quæ iuſta eſſet: niſi illam de communi omnium aceruo in uſus proprios traduxiſſes. omnium (inquàm) quos hic ſcribendi ſeu amor ſeu morbus tenuit omniumve quos tenebit. Reſpice enim in primis quorum ſunt illa quæ laudantur. quære authores: certe pridem in cinerem uerſi ſunt. Vis & tua laudari? morere. A morte hominis uiuere incipit humanus fauor: & uitæ finis principium eſt gloriæ: quæ ſi ante cæperit: ſingularis quædam: & intempeſtiua res eſt. plus dicam, dum eorum, qui tecum uixerunt: quiſquam ſuperfuerit. cumulatè quidem quod appetis non habebis: cum omnes pariter urna concluſerit: uenient qui ſine odio: & ſine inuidia iudicent. Ferat itaq; de nobis quamlibet ſententiam præſens ætas. ſi æquam feramus æquo animo. ſi iniquam ad æquiores iudices: hoc eſt ad poſteros prouocemus. quando ad alios non licet. Delicatiſſima res eſt iugis conuerſatio. minimis offenditur: & famæ ſemper inimica præſentia eſt. multaq; admirationi hominum familiaritas detrahit: frequensq; conuictus. Vides ne tu hos ſcholaſticos? genus hominum uigilijs ac ieiunio ſquallidum. crede mihi. Nihil ad lucubrandum durius. nihil mollius ad iudicandum cum multa laborioſiſſime legerint. Nihil examinant: & quid in re ſit dedignantur inquirere cum hominem ipſum noſſe uideantur. itaq; omnium una lex eſt. Cuncta enim ex æquo quorum authores: uel ſemel aſpexerint: ſcripta faſtidiunt. Hoc (inquies) paruis accidit in genijs. magna enim et ualida per obſtantia quælibet erumpunt. Redde mihi Pithagoram: reddam tibi illius ingenij contemptores. Redeat in Græciam Plato. Renaſcatur Homerus. reuiuiſcat Ariſtoteles. Reuertatur in Italiam Varro. Reſurgat Liuius. Refloreſcat Cicero. non modo ſegnes laudatores inuenient: ſed mordaces etiam & liuidos detractores: quod quisque ſuis temporibus expertus eſt. Quid Vergilio maius habuit lingua latina? Reperit tamen ille: qui non poetam ſed raptorem alienarum inuentionum: & tranſlatorem dicerent. Ipſe autem & in

Laudes hominũ Mors inchoat.

Vitę finis principiũ gloriæ.

præſentia inimica famæ.

Pythagoras. Plato Homerus. Ariſtoteles. Liuius. Cicero. Virgilius.

genij fiducia: & iudice fretus Auguſto : alto animo inuidorum uerba deſpexit. Tibi quidem magnam ingenij conſcientiam eſſe ſcio. ſed ubi Auguſtum iudicem
Reges de quibus iudicant. inuenies? quē enixe admodum:atque omnibus modis ingenijs ſui temporis fauiſſe compertum eſt. Noſtri reges de ſaporibus epularum : & de uolatu auium iudicare poſſunt. de ingenijs hominum non poſſunt. quod ſi forte præſumpſerint: ſuperbiæ tumor:aperte oculos:aut flectere:& in uerum figere nō ſinit. Itaque ne quid ſuę ætatis ſuſpicere uideantur:mirantur Veteres. quos nouere contemnunt.ut defunctorum laus:uiuentium contumelia non uacet.inter hos iudices uiuendum: moriędumque nobis eſt.&(quod eſt durius)tacendum. Vbi enim ut dixi Auguſtum iudi-
Robertus Rex. cem quæremus? Vnum hebet Italia : immo uerò terrarum orbis unum habet Robertum Siculū regem. fortunata Neapolis:quæ unicum. ſæculi noſtri decus:incōparabili fœlicitate ſortita es. Fortunata (inquàm) & inuidioſa Neapolis literarum domus auguſtiſſima. quæ ſi Maroni quondam dulcis uiſa es, quanto nunc dulcior uidereris:ubi ingeniorum ac ſtudiorum æquiſſimus extimator habitat. Ad te confugiat quiſquis ingeniò fidit. Neque uero differendum putet: ſuſpecta mora eſt:de uexa enim eſt ætas & mundus iam pridem eo carere : & ipſe ad meliora regna tranſire meritus. Vereorque ne multa ipſe mihi ſeræ pœnitentiæ materiam pro latando queſierim. omnis quidem inhoneſta eſt. rapienda eſt occaſio confeſtimque faciendum:quod ante tempus fieri non poteſt. Quod ad me attinet: currere & properare propoſitum eſt(ut quod de Iulio Cæſare: in epiſtola quadam ait Cicero)omnia mea ſtudia iniſtum conferam. Egouerò ardenti quidem ſtudio:ac fortaſſe efficiam:quod ſæpe uiatoribus:cum properant euenit.ut ſi ſerius quàm,uoluerint forte ſurexerint: properando etiam citius:quam ſi de nocte uigilaſſent perueniant quò uelint. Sic ergo quoniam in iſto homine colendo:tam indormiui diu : curſu corrigam tarditatem. Tibi autem tuo foro uti neceſſe eſt. quando ad eum regem:aſpirare non tam freti:quàm belli obice prohiberis. Patria enim tua:cuius nemo amantior ciuis eſt:inimici regis imperio ſubiacet. Dicerem Tyranni:niſi quia timeo aures offendere. Ad hæc & magna res eſt.neque noſtris calamis diſcernenda: ſed illorum gladijs. Igitur ad inceptum redeo. Si hæc tibi exempla de illuſtriſſimis electa non ſufficiunt,alia ex alio grege hominum adijciam:& ætate recentiora:& ſanctita
Auguſtinus. Hieronym⁹. Gregorius. te clariſſima. Quantos olim æmulos Auguſtinus noſter:quantos Hieronymus:quātos habuit Gregorius:donec ſpectata uirtus & literarum diuina : & admirabilis ubertas inuidiam uinceret? Vix horum quiſquam integrum famæ præconium : niſi ab ipſo die mortis accepit. Vnum æmulo ac repræhenſore carentē: unum plena &
Ambroſius. indecepta laude decoratum Ambroſium. cuius ne inuentis quidem famam mordax liuor attigerit : apud quoſdam inuenio: quod forte ad puram eius ac ſimplicē doctrinam omnis ambigui expertem referendum eſt. nā apud Paulinum qui Ambroſij uitam:& obtrectatorum eius nomina legimus & uindictam diuino iudicio irrogatam. perfer igitur iam ſine lamentis: quod ſummis ingenijs contigiſſe uides. Videris autem quædam in parte tuarum literarū:hoc ipſum conqueri. quod multos noueris magnū in uita nomen aſſequutos.& hoc quoque ſi me audire uolueris magnifice contemnes. Scis enim quibus hoc euenit?his equidem ſolis: qui famam
Clamoſiſ ui ta illuſtres. ſuam: quoniam calamum nequeunt clamore defendunt. Aſpice iſtos purpuratos: qui ingenti ſtrepitu:populorum in ſe ora conuertunt: qui ſe ſapientes dici uolūt, & quos ſapientes uulgus appellat: ſingulis ciuitatibus aſcribens ſapientum greges. cum tamen illa florens olim ſtudiorum mater Græcia : non amplius quàm ſeptem ſapientum nominibus glorientur. quod ipſum poſteris importunè nomen arrogantiæ uiſum eſt. Sed qui eos excuſant aiunt non id eis cognomen proprio iudicio:ſed
Epycurus. populorum ſuffragijs obtigiſſe. Vnus ex omnibus ſæculis : Epycurus : ſapientem ſe profiteri auſus intolleranda ſuperbia:ſeu potius ridiculoſa dementia: cuius ſecundo de finibus bonorum & malorum meminit Cicero. hodie in noſtrorum cauſidicorum grege ſauor ille uulgaris eſt. Reſpice:& hos qui in altercationibus & cau-

dationibus Dialecticis totum uitæ tempus expendunt.ſeq; inanibus ſemper quæſtiunculis exagitant.& præſagium meū de omnibus habeto.Omniū nēpe cum ipſis fama corruet.Vnumq́; ſepulchrū nomini oſſibusq́; ſufficiet.cum.n.mors frigidam linguā ſtare coegerit.non modo ut ſileant neceſſe eſt.ſed ut de his etiā ſileatur. poſſem exēplis affluere:teq; ipſum in multis teſtē facere. quot loquaciſſimas picas agnouimus. in oculis inſanæ multitudinis perſtrepentes quorum repente uox cecidit? niſi longa & apud quoſdam ſuperſtitum odioſa forte narratio eſſet. Sed de his & ſæpe aliàs: & nunc quod res ipſa poſcebat diximus.Neq; enim ut eos memorem ſermo mihi inſtitutus ſed ut tibi ſatisfacerem:cuius omnino diuerſa conditio eſt. tunc enim maximè reſonabis cum iam loqui amplius nequiueris.Cæterum ualde impatientis animi eſt.breuiſſima expectatione torqueri. Expecta paululum. eris uoti compos: cum obſtare tibi ipſe deſieris id ex parte longeua forsā abſentia:ad plenum mors ſola prę ſtabit.

Clamoſorum oſſa & nomen eodem ſepulchro conduntur pice

Reduc ad memoriam ex omnibus ſeculis illuſtres uiros: Romanos: Græcos: Barbaros cuius non præſentia famæ nocuerit:tibi (ſi recentiore memoria es) plures forte ex hiſtorijs occurrent.Ego id uni omnium Africano tributum memini, ut ſcilicet & fama mirabilis,& præſentia mirabilior haberetur.Idem ſacris in literis tribuitur Salomoni.quare alium.forte non inuenies.& ſi Vergilius immodico ſtudio Aeneam ſuum exornandi hoc ad eum gloriæ genus transferre contendat ſed immobile uerum eſt,excuſant tamen quaſi non Aeneā ſed ſub Aeneæ nomine uirum fortē perfectumq́; deſcribat.dedit idem oratorum uni duntaxat is qui hoc ſicut uerius uſurpaſſet.præilluſtris ſcilicet oratorum princeps Marcus Tullius uni quoq; poetarū idem tribuit Aulo Licinio archiæ.ſed uereor ne id amore iudicium obliquante præceptori ſuo mediocris ingenij uiro tribuat. quod nec Homero tribuit,nec Vergilio tribuiſſet.

Africanus

Salomō

Aeneas

Aulus Licinius

Cæterum ut ad te reuertar nihil ex omnibus quæ dixi:quod tibi iuſtam indignandi materiam præſtare poſsit inuenies.Nemo enim ſe anteiri ab uno uel à paucis egre fert,niſi qui gloriæ principatū pertinaci ſibi mente cōſtituit.Patere (ut cæterarum rerum) ſic ingenij tui ſortem nominisq́, fortunam putabas eam in ſolis diuitijs ius habere?humanarum rerum omnium excepta uirtute domina eſt:illam quoq; ſæpe oppugnare:ſed nunquam expugnare permittitur.Famam certè: qua nihil eſt leuius facile rotat ac uentoſis ſuffragijs circumuoluit:à dignis eam transferens ad indignos.nihil quidem mobilius:nihil iniquius uulgari iudicio ſuper quo fama fundata eſt:Itaq; mirum non eſt ſi aſsiduè quatitur.quæ tam tremulis innititur fundamentis. Hæc ſanè non niſi in uiuos regnum habet.mors hominem eximit ab imperio fortunæ.Ceſſant exinde ludibria:hæc uelit ipſa uel nolit:uirtutem fama:ceu ſolidum corpus umbra conſequitur.habes ergo (ni fallor) gloriandi potius cauſam quàm indignandi.ſi cum omnibus ferè præſtantibus:atq; clariſsimis uiris communis tibi tua ſors eſt.

Fortunæ ius in fama

Vulgi iudicium

Quoq; etiam nunc ęquiore animo ſis Africanum ipſum quem ex hac acie ſegregare unius eram:in commune reſtituam:cui quamuis: quod rariſsimum eſt (ut dixi) præſentia non noceret:Nocuit tamen (ut cæteris) hominum inuidia. quam tantis uirtutibus non potuit extinguere:incenditq; potius & inflammauit.Nocuit (quod ſine indignatione non poſſum meminiſſe) conuerſatio longior:& naſcens ex familiaritate contemptus.Vnde autem hæc eliciam percontabere.Nolo me aliquid immutaſſe ſuſpiceris.Ipſa Titi Liuij.clariſsimi ſcriptoris uerba ponam:qui ora contentione dignitatis honorumq́; inter Scipionem Africanum Titumq́; Flaminium: in qua ſuccubuiſſe Scipionem refert.Maior (inquit) gloria Scipionis:& quo maior eo propior inuidiæ & ſtatim poſtea.Accedebat inquit & aliud. Scipio Africanus iam prope annum decimum aſsiduus in oculis hominum fuerat quæ res minus uerendos magnos homines ipſa ſacietate facit.Et hæc quidem ille.

Verba Liuij

Tu uerò (ut iam finem faciam) fortunam tuam tanto comite ſolabere:expectabiſq; tranquillius:memor ueteris apud Flaccum uerbum eſſe.quòd ut uina,ſic poemata meliora dies reddit. apud Plautum aliquanto uetuſtius.Ille.n.ait.Qui utuntur uino uetere ſapientes puto:& qui libenter ueteres inſpectant fabulas. quod non minus ipſi flaccobilem commouiſſe ſuſpicor

Poemata ſicut uina

quam tibi. tantam eſſe uetuſtatis reuerentiam: ut crimen longo ſermone purgandum ſibi fuerit Lucilium reprehendiſſe. Poſtremo tecum cogita quid eſt hoc: pro quo tam *Fama.* ſolicitè torqueamur. Ventus eſt fama quam ſequimur: fumus eſt: umbra eſt: nihil eſt. Itaque facillimè recto atque acri iudicio contemni poteſt. quod ſi forte (quoniam generoſos animos familiarius hæc peſtis inſequi ſolet) appetitum hunc extirpare radicitus non potes. excreſcentem: rationis ſaltem falce compeſce. parendum tempori: parendum rebus eſt: deniq; (ut ſententiæ meę ſummam breuibus expediam) uirtutem cole dum uiuis. famam inuenies in ſepulcro. Vale.

FERDINANDO FARNESIO,
Et Fabio Pennæ Adoleſcentibus Nobiliſſ. Ac Studioſiſs.
Ioan. Paulus Lancelottus. S.

Nota diu ante hāc ſcriptam epiſtolā has inſtitutiones expectatas.

IPſi uos ſcitis (ornatiſsimi Adoleſcētęs) quā frequentibus poſt noſtrum ab Vrbe reditum communium commilitonum flagitationibus interpellatus fuerim, ut eis poſt diuturnam moram, atq; expectationem Inſtitutionum iuris Canonici copiam tandem facerem, cum ſæpe Vos duces illis ipſis præbueritis, atq; adeò ſtrenuos, & fortes, ut niſi urgentiſsimis, nec uobis incognitis cauſis: quæ nos hoc facere hactenus impediuerunt, quaſi ualidiſsimo propugnaculo munitus fuiſſem, expugnatum iri me nihil dubitem. Quomodo enim tam multis, mei tam amantibus, tam iuſta, tam ſæpe, ac tam inſtāter proprio quaſi iure petentibus obſiſtere potuiſſem? Cum præſertim in hoc certamine maiorem, ſi non laudis, at certæ beneuolentiæ fructū uictus, quā uictor relaturus fuerim, ſed quando nunc me, quāquam uehementer obſeſſum, ſine nota uobis dedere nō poſſum, & cuncta præſertim tam ualde urgentibus denegare non ualeo, uiā in eundā duxi, qua uobiſcū optima, atq; utriſq; ualde cōmoda ratione tranſigā. Ea autē eſt huiuſmodi, ut (niſi nouum accedat impedimentum) intra paucos menſes operis me uobis facturū poteſtatē Romana fide recipiā, Huius autē noſtræ pollicitationis quaſi Obſes apud uos erit hic cōmilitonibus meis, & uobis illorū quaſi Anteſignanis nuncupatus Libellus. Qui quidē Inſtitutionū ipſarū quaſi filius parētis effigiē refert, eo enim & operis totius breue cōpendiū cōcluſimus, & apud cūctos noſtri huius negotij Cōmentarium quoddā eſſe uolumus, At ridetis? & qđ nouo: atq; inuſitato more prius Cōmētaria, quā Cōtextū ipſum editioni parauerim cauillamini? Sed ſtatui ita omnino appellare. cōtinet enim rei totius craſsiore quadā Minerua ſcriptā hiſtoriā: quā ea propter ſum fuſius ꝓſecutus, tum ne multis: qui ſæpe a me de re tota edoceri flagitāt, eandē ſemper canere Cātilenā cogar, tum etiam ut obiter reſpondeam & his qui morum Curiæ, ac Principum imperiti me non inuito factum eſſe prædicant, ut ita diu hæc editio protracta fuerit, & illis multo magis, qui libri noſtri non differri editionē, ſed quaſi parum in urbe probatus ſit, penitus mihi interdictam garrire non dubitauerunt. Quorum rumoribus nulla expeditiore uia, occuri poſſe cenſui, quá ſi huiuſmodi liuidorū latratibus ſplendidiſsima ſummorū Virorū teſtimonia opponerē, & rei geſtæ ſeriē adamuſsim recenſerem, in quo nihil eſt, quod ullum orationis florem, aut latinæ linguæ candorem quiſquam à nobis expectare debeat, neq; enim hoc requiri oportet ab homine Iuriſconſulto, qui ſolos penè Bartolos, ac Baldos, ne dicam Balbos, in delicijs habeat, Sed ſatis, ſuperque ſit, ſi, quod narrare intendimus, uel quibuslibet uerbis ita exprimamus, ut qui lecturi ſunt, quoquo ſaltem modo id aſſequi ualeant. Viſum autem mihi fuit ornatiſsimum Nomen ueſtrum Libello huic noſtro præfigi oportere, nō quod quaſi iuſtæ iniuſtę cauſæ deſperatione prædio Potentiorum titulos affigendos, aut uela Regia ſuſpendenda ducam, ſed ut huius initæ inter nos tranſactionis ueluti documentum aliquod extet, quod non modo conuentionis formam, ſed etiam tranſigentium ipſorum nomina ſolenni more complectatur. Valete Peruſiæ nonis Mart. M. D. LX.

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI INCIPT.

LIBER PRIMVS.

Ioannes Paulus Lancelottus Peruſinus vtriuſq; Iuris Candidatis Academiæ Peruſinæ. S. D.

Authoric ſępe de edēdis Inſtitutionib⁹ requiſitus.

Aſsiduis ueſtris tum abſens literis, tum præſens interpellationibus pulſatus facile intellexi (Iuris ſtudioſi) quanto Inſtitutionum Iuris Canonici deſiderio teneamini. Quarũ copiam cũ uobis facere honeſtiſsimis rõnibus hoc tempore impediar, agam uobiſcum uti aliquãdo eos ſolere animaduerti, qui longo terrarum interuallo diſiuncti, neq; ſibi de facie inuicẽ cogniti per literas ſponſalia, uel ꝑ procuratorẽ cõtrahunt, nã ſi cito cõgredi impediant, & cõgreſſus morã interim non niſi egre pati poſsint, ꝓprij oris ex uiuo ductam effigiem, & oẽs corporis partes egregiè exprimentem uiciſsim ſibi mittere conſueuerunt, tũ ad leniendum deſiderium: quo alter alterius conſpiciendi tenetur, tum uerò etiã, ut ex ipſa oris effigie, & totius corporis lineamentis coniugis mores, & ingenium uel quoquo modo ſaltem conijciant, ſic uos, quouſq; opus ipſum in publicũ dare ꝓhibemur, detinebit exiguus iſte libellus, quo ea quæ in quatuor Inſtitutionũ ipſarum libros à nobis congeſta ſunt, non aliter complexi ſumus, ac facere ſoleant Coſmographi, cũ latè patentes Prouincias, atq; adeò Orbem ipſum anguſtis chartularum ſpatijs concludere nituntur, ueluti enim ijs multi prætereundi ſunt, terrarũ, ac marium tractus, & inſignes ſæpe Ciuitates occultãdæ, ſatiſq; habent ſi clymata ipſa, & principales Mundi partes, ac Metropoles Vrbes, uel exiguis picturis indicent, cætera inſpectorũ cõiecturæ relinquunt, ita mihi plurima in hoc opuſculo præterire neceſſe fuit, quæ tã anguſto ſpatio concludi, uel cõmodè repræſentari non potuerunt. Erit igitur ueſtri iudicij, ex hoc libello iuſtũ, atq; integrum ipſum opus quaſi ex unguibus, nõ dicã Leonem, ſed prout ſtatueritis extimare, mihi quidẽ ſatis id fuerit, ſi, ut in cõem ſtudioſorum utilitatem aliquid pro exiguitate ingenij conferrem, me nullã intermiſiſſe diligentiam, nullis perterritum fuiſſe laboribus, uel incommodis, nullis deniq; pepercisse ſumptibus docuero, ſi propoſito, atq; cęptis exitus minus reſponderit, in nobis culpam oĩno nullam reſidere, atq; ut breue hoc totius operis cõpendium libenti aĩo conſcriberem, non ſolum ueſtra cã adductus ſum, ut uos. ſ. mei amantiſsimos aliquo demererer officio, uerum etiam mea. Nam cũ in urbe plura mihi neceſſe fuerit libri illius noſtri exẽpla exeribenda curare, eaq; ſæpe per longa tẽporis ſpacia non ſolum apud Cenſores operis, uerum etiam apud alios plures fuerint, & in diuerſorum manus deuenerint, illorum unum mihi à grauiſsimo uiro ſubtractum fuit, & alia quoq; ex alijs exempla clam me à curioſis quibuſdam ſumpta fuiſſe cõpertum habeo. Studioſi enim oẽs mira quorumcũq; nouorum operum cupiditate incendi ſolent ꝑſertim nondum in lucẽ editorũ, quod ſolos ſe, uel cũ paucis ea tenere pulchrũ, ac ꝓclarum exiſtiment. Vnde adeò interdum auide undiq; conquirunt, ut neq; à furto ipſo tẽperent, & inſcio ſæpe Authore, dũ lucello inhiant, & alienã meſſem metere cupiũt, nõ nunquã etiam ſuppreſſo, uel mentito ſcriptoris noĩe formis excudere, ac peruulgare non uerentur, atq; ita ſæpe, dum proprium cõmodum: uel gloriam aucupãtur,

Mos coniugum abſentium ſibi inuicem incognitorum.

Coſmographi.

Exẽpla quædam operis Authori ſubtracta.

alienam famã:& exiſtimationẽ deturpant,ac plane perdunt,plerũq; enim opera ip
ſa adeò mutilata,ac deprauata in lucẽ prodeunt,ut cõſultius Authori futurum fue

Non fefellerũt te tua oracula Lancilotte. Virg.factũ.

rit,ſi aliqñ ea cõcremauiſſet. Quod quidẽ de noſtro libro fieri poſſe minimè ſuſpi-
carer,niſi quotidianis prope exẽplis ita accidere admoneremur . Quòd ſi Princeps
Poetarum,qui tã felici,ac diuite uena tã multa diuinitus ſcripſit,nõ modo ita exor
ſus eſt,& his carminibus propria clauſit poemata,ut à quo cõſcripta eſſent , nũquã
in dubium reuocari poſſet,uerũ etiam de duobus uerſiculis:quos in gratiã Auguſti
pepigiſſet,ita fuit ſolicitus,ut nunq̃ cõquieſceret, donec magno aſtu eũ detegeret,
q carminũ ſeſe Authorẽ mentitus alienã ſibi gloriã uendicare conabatur,quãto tã

Nota authorẽ multos annos poſuiſſe in cõponendis Canonicis Inſtitutionib. ante hunc libellũ editum.

dem æquius eſt mihi ignoſci de iuſto Opere laborãti,qui nec aliud ingenij(quãtu
lumcq; illud eſt)ſpecimen dederim,& qui in hmõi opere abſoluendo multos annos
poſuerim,ac multos etiã ſumptus fecerim?Poſtquã igiĩ uel teſte Platone, quæ ſcri
buntur,cõtineri non põt,efficiã ſaltẽ huius libelli editione , ꝙ boni Patresfam.ſo-
lent,qui quidẽ,ne quid pereat armenti, uel domeſticę ſupellectilis pecoribus certã
cautetio notã inurere,uel familiare quoddã rebus ſignũ apponere:atq; affigere ſo-
lent,ut quocũq; locorũ ea uagari,uel reperiri contigerit, cuius in dominio ſint,ex

Mos Patrũ fam.

nota ipſa,& ſigno facile uel nõ quærẽtibus apparere ualeat. Sic nos libello hoc edi

Hoc tamen non obſtãte libello inuẽtus eſt q ſibi arrogauit.

to:quo totius operis quaſi quãdã imaginẽ complexi ſumus,facile hoc cõſecuturos
ſperamus,ut nemo.ſ.labores,ac uigiliolas nr̃as ſibi temerè arrogare poſsit.De quo
ſi fortè magis ſoliciti quibuſdã uidebimur , q̃ libri ipſius mediocritas expoſcere
uideaĩ,detur uenia imbecillitati hoĩum,qui propria p̃ſertim q̃ magno labore , atq;

Exiſtimantibus propria preciſiora q̃ ſint, dãda interdũ uenia.

impẽdio ſibi cõpararunt,per ſæpe plus æquo æſtimare conſueuerunt. Aliud quoq;
huc accedat,ꝙ cum non pauci ſint,quorũ minimè cõtemnendũ eſt iudicium: qui-
bus inſtitutũ hoc nr̃m non perinde probetur,fieri forte poterit,ſi ad horũ deueniat
manus noſter hic libellus:quo rõnes oẽs huius à nobis ſuſceptæ prouinciæ proſe-
quimur,nec putetur indignus:quẽ ſemel ſaltem pcurrãt, ut eorũ aliquẽ quaſi cauſa
plenius cognita,ad ſententiã nr̃am adiungamus. Quod ego mihi polliceri, aut ſpe

Operis Partitio.

rare nõ auderẽ,niſi eius rei periculum aliqñ feciſſem . Et qm̃ de negotij ſerie uni-
uerſa cognoſcere non ingratũ uobis eſſe intelligo,nõ ab re futurũ puto, ſi à primis
initijs,etiam ſi pleraq; ex his uobis nota ſint,rem repetã,& quaſi ab Ouo exordiar.
Ea aũt omnia ita partiemur,ut primò quidem rei geſtæ ſeriem , ac hiſtoriam quã-
dam contexamus. Deinde Inſtitutiones ipſas in Epitomen contractas quaſi p tran
ſennam oſtendamus. Demum ea: quæ nobis aliqñ obiecta fuerunt cõfutare, ac re-
fellere conemur. Cum igitur anno à Virginio partu ſeſquimilleſimo quinquageſi

No. ꝙ multo ante annum 1555. Author fuerat meditat⁹ has Inſtitutiones.

mo quinto poſt Marcellum II. in ſui Põtificatus limine nobis interceptũ habitis
de more comitijs Io.Petrus Caraſſa Rom. Pontifex renuntiatus eſſet,ego: qui has
in ius Canonicũ Inſtitutiones multo antea meditatus fuerã,cũ Põtificẽ mihi uide
rer nactus generoſæ cuiuſdã naturæ,ac quẽ p̃clara inuenta minimè aſpernaturũ cõ
fiderẽ,illũ mihi cõpellandũ eſſe ſtatui, Itaq; cũ haud multo poſt initũ Pontificatũ,
facta loquendi copia qui,& cuias eſſem,breuiter ei expoſuiſſem , illud etiã adieci,
uideri mihi nullã eſſe propè bonarũ artiũ,in qua nõ ab aliquo eius diſciplinæ ſtu-

Sermo habit⁹ ab Authore cum Pontifice.

dioſo,ac Doctore cõſcriptus extaret liber,quo prima artis initia,ac rudiméta cõti
nerẽtur,& q ad cætera magis ardua quaſi gradũ faceret,atq;, ut alia prętcrirẽ,quæ
pro magna ſua ĩ omni facultate doctrina lõge illi melius, q̃ mihi cognita eſſent,eſ
ſe apud Iuriſcõſultos Iuſtiniani Imperatoris iuſſu cõpoſitas Inſtitutiones:q̃ ſtudio
ſis ad inuolutã,ac ualde perplexã Iuris Ciuilis ſciam expeditiſsimum aditũ p̃cul-
dubio præſtent,tum me ſæpiſsime admiratum nemini aliqñ ueniſſe in mentẽ,ut ſi-
milẽ librum in Iure Pontificio cõſcriberet,quod,ſi,ut tunc eſſet, diligenter inſpe-
ctareĩ,ædificio materia potius,q̃ aliqua elegãti forma cõſpicuo foribus ipſis, atq;
aditu carenti cõparari poſſet. Me iam pridem aĩo uerſare, ut adhibita quanto maio

Ius Canonicũ Aedificiũ aditu carẽs.

re poſſem diligentia,& induſtria ad imitationẽ earũ : quæ in Iure ciuili extarent,
Iuris Canonici Inſtitutiones cõſcriberem,quod ipſum, cum oẽ Ius Canonicũ au-
thoritati,

thoritati, ac poteſtati Romani Pontificis innitatur, ſub eiuſdem etiam Pontificis perſona abſoluendum uideri, unde nihil mihi faciendum Romano Pontifice inſcio, atque incõſulto, proinde minimè graueretur, mihi planum facere, num tãtam Prouinciam quaſi eo Authore aggredi, an uerò potius à cæptis deſiſtere deberem, neque, ſi non probaret, me bonas horas malè collocare pateretur. Tum ille manibus me complexus, ac quaſi cœlum intuens. Ago tibi (inquit) Domine gratias, quòd temporibus quoque noſtris præclara dare ingenia non deſinis, eſt enim hoc Neapolitanis uſitatiſſimum: ut de re uel tenuiſſima magnificentiſſimè loquantur.

Pontificis reſponſio.

Inde ad me conuerſus uehementer hortatur, ut nouum hoc tam pulchrum, ac neceſſarium (ut ipſe aſſerebat) inuentum literis mandẽ, curaturum ſe, ut neq; ego fruſtra in ea re tempus triuiſſe uideri poſſem, atq; inſuper daturum operam, ut ſi quid mihi fortè nõ undiq; ex polium excideret, à magnis uiris perpoliretur. multa præterea diſertiſſime ſuo more, & copioſiſſimè diſſeruit de Antiquorum, & Recentiorum ingenijs, in quo mihi, ut cætera prætercam, illud pulcherrime dixiſſe uiſus fuit, ac prudentiſſime Noſtrorũ ſcilicet hominum laborẽ ueterum repræhenſionẽ exiſtimari non oportere, ſed tantumq; abeſſe, ut ueram eam eſſe ſententiam arbitraretur, quàm uulgo ſolerent paſſim uſurpare Nihil ſcilicet. dici, quod dictum nõ fuerit prius, ut ipſe contra ſemper ſtatuiſſet, multo plura ea eſſe, quæ pulchrè inueniri, & cõſcribi poſſunt, his ipſis, quæ à Veteribus fœliciter inuẽta, & literis elegãter mandara fuiſſent, hæc cum Pontifex dixiſſet, atque, ut prouinciam hanc nouiter ſuſciperem, ac pro uiribus abſoluerem, mandaſſet, currentemq; præmiorum pollicitatione ſolicitaſſet diſceſſi paratiſſimo ſcilicet ad ſcribendũ animo.

Immo nimis fruſtra ſi Põtif. liberalitatem ſpectes.

Pontificis de inuentione ſententia.

Non defuerunt tamen grauiſſimi, ac doctiſſimi uiri: qui cum me de huiuſmodi opere cõſcribendo cogitare audiſſent, rem dicerent futuram laborioſiſſimã, ac difficillimam, & quã fœliciter poſſe cadere penè diffiderent. Ego uerò, cum multa facta mihi proponerem: quæ ante quã fierent, nunquã confici potuiſſe credebantur, quid alij opinarentur, non uſq; adeò curãdũ ſtatui, ut illorum opinio me ab inſtituto meo, ac ſententia depelleret. Romano præſertim Pontifice non tam ſubſcribente, quã uehementer urgente.

Multa præter ſpem fœliciter confecta.

Cum ſcirem uel ab ipſis mundi initijs nihil unquã in ullo genere rerum, tam exactum, & pulchrũ prodijſſe, quo non pulchrius id ſit, quod quis in eodem genere cogitatione tantum, ac mente complecti poteſt. unde & Phidiæ ſimulacris, & Apellis picturis, quibus nihil in illo genere perfectius Antiquorum ætas uidit, cogitare tamen poſſumus pulchriora.

Nemo unq̃ aſſecutus q̃tum p̃ mens hominis cõcipere.

Putaui igitur non omniuo illud ſpernendum fore, quod hac in re non modo mediocris unius, ſed etiam plurium præcellentium uirorum ſtudium, uehemens, atque enixa diligentia præſtare potuiſſet, quãquam id ei, quod ſummi homines mente comprehendiſſent minimè reſponderet. Nec enim niſi prudenter admodum ille, Vbi plura nitent in carmine, non ego paucis.
Offendar maculis.

Quod ſi adhuc fieret, ut ipſius rei euentus melius eos, quã nos ſenſiſſe doceret, conatum tamen ipſum fore glorioſum mihi perſuaſeram.

In rebus arduis conatus glorioſus.

Recepi itaq; me in patriam, ut ibi altiore ocio perfrui liceret, remq; agreſſus ſum maiore forſan animo, atq; auſu, quã ingenio, & uiribus, atq; per totum triennium ita operi inchoato abſoluẽdo incubui, ut nulli negotio unquã in omni uita uehemẽtius. Percrebuerat interea in Peruſina ueſtra Academia rumor non obſcurus, mandaſſe ſummũ Pontificẽ, ut Iuris Canonici Inſtitutiones per nos cõponerentur, incenditq; ea res mirum in modum iuuenum animos, quorum cum plures domum noſtram uentitarent, meq; ſæpe deducerent, ac reducerent, de hoc ſæpius percuntati non modo ut ipſis ingenue rem confiterer, uerũ etiam ut noui operis inſpiciendi poteſtatem facerem, extorſerunt. Qũo enim nobiliſſimis iuuenibus, meiq; amantiſſimis, ac ſtudioſiſſimis obnixe id flagitantibus negarẽ? Itaq; maiore tum incenſi deſiderio alij libri exẽplũ magnis precibus poſcere, alij legendi tantum copiam, ut facerem, precari, oẽs, ut

Nota opus ĩchoatum antea quã habitus eſſet ſermo cũ Pontifice.

opus cito ederem, cupere, ac rogare. Cúq; reſpondiſſem, neq; exemplũm me trade re, neq; de edendo libro in conſulto Pōtifice cogitare poſſe, accidit ipſis, quod fer

In uetitum nitimur.

mè omnibus ſolet, ut uetitæ rei deſiderio magis; quâ antea accenderentur, igitur poſt aliquos inter ſe habitos ſermones, eos: apud quos totius uniuerſitatis ueſtræ ius, & authoritas reſidet (conſiliarios appellant) in publicas ſcholas conuocant, ac Fuluio Ptolomeo nobili Senenſi (is eſt: quèm nunc magna cũ laude Peruſiæ iuri di cundo præeſſe conſpicitis) rei exponendæ dant negotium. Qui cum elegãter, & co pioſè explicaſſet, quid mihi iampridem Pontifex mandaſſet, ſubiecit multum ipſo rum omnium intereſſe, ſi liber ita maturè ederetur, ut ipſis quoq;: qui adhuc ſub præceptoribus utriuſq; Iuris ſtudia urgerẽt, uſui eſſe poſſet. Vnde putare ſe cũ alijs pluribus re ipſorum fore, ſi de numero ipſorum unus, aut alter deligeretur, qui Ro mam concederet, ut illorum nomine cum Pontifice de opere ipſo maturè edendo

Petrus Gluſſian[s] orator ad Pontificẽ pro Academia Peruſina.

ageret. Ptolomeum exceperunt omnes, & mora non iniecta eligunt Petrum Gluſſianum Mediolanenſem lectiſsimis tum moribus, tum literis ornatum Iuuenẽ, mãdãtq; ut cũ Pontifice de opere quam primum caſtigando, & edendo illorum nomi ne agat, ſimulq; literas ab illis ad Pontificẽ accuratiſſimè perſcriptas reddat, erant autem literæ in hanc fermè ſententiam conceptæ. Non eſſe illis nouum, ſed uſitatum iam, ac prope quotidianum aliquid audire, quod ipſe Pontifex pro Chriſtiana Rep. ſapiẽtiſſimè cogitare, atq; exequi ſoleret, eius generis inter cætera multa, etiã illud eſſe, quod intellexiſſent illum Io. Paulo Lancelotto Iureſconſulto mandaſſe, ut abſolueret, quas Iuſtinianũ emulatus Pontificio nomine Iuris Canonici Inſtitutiones iam inchoaſſet, quo nullum illis in uita gratius nuncium, & optatius cõtingere potuiſſe. Quippe qui ſatis liquido, perſpicerent, quã uberem inde fructum eſſent aliquando percepturi. Cũq; penè abſolutum opus cognouiſſent, obnixè orare, atq; obſecrare, ut pro ſua in omnes; atq; adeò in ſtudioſos charitate, & propenſa ſemper uoluntate, quã primum opus ipſum caſtigandum, & edendum curare uellet, ut ipſi quoque, qui adhuc in curſu ſtudioſorum eſſent, eo libro aliquid proficere

Author Romam reuertitur opere abſoluto.

ualerent. Me quoque, ut cũ Gluſſiano iter Romam arripiam, rogant. Ergo non multo poſtea ego & Gluſſianus Romam appulimus, redditiſq; literis Academiæ Veſtræ ad Cardinales plures præſertim illos: quibus, quòd ab ipſo Senatorio munere honeſtati eſſent, familiarius cæteris Pontifex utebatur, ut nobis apud principem præſto eſſe, & negotio noſtro fauere uelint, rogamus, quod oẽs ſine cunctatione ſunt polliciti, & pro uiribus aliqui poſtea præſtiterunt. Eſt in hac re, quod Fabio Myrto Præſuli Caiacenſi noſtræ tũc Vrbis, Vmbriæq; Moderatori, Atq; Hyppolito Corneo Peruſino Antiſtiti gratias habeamus, quod tũ ſuis ad ampliſſimos uiros literis abeũtes nos proſecuti fuerunt. tũ nullũ officij genus poſtea prętermiſerunt, quod ad hanc rem promouendam conducere ſunt arbitrati. Literis igitur red

Aditus ad Pontificẽ nõ impetratus.

ditis Cardinales ipſos, ut nobis ad Pontificem aditum impetrẽt, ſæpius rogamus, id tamen, quãquã ſedulo inſtaremus à nobis nullo pacto tunc obtineri potuit. Qđ propterea nobis leuius ferendum erat, quia propter ingraueſcentẽ quotidie magis Pontificis ætatem, & graues, atq; immodicas curas, & uacillantẽ ſæpe ualetudinẽ, & inueteratam ſic uiuendi cõſuetudinem idẽ principibus uiris, & Regum ipſorum legatis contingere animaduertabamus. Non deerant tamen interea: qui nobis aditum ad Pontificem uel in horas conſtantiſſimè pollicerẽtur, nobiſq; curiæ, ac Pontificis ipſius mores minimè callentibus facile id perſuaderent. Vnde Pontificię ipſi aulæ ita inhærebamus, ut ne latum quidem unguem plures totos dies, atq; integros menſes inde nos diuelli pateremur, ne ſcilicet ille temporis articulus elaberetur ab ſentibus: quo nos ad Pontificẽ acciri poſſe ſtulte exiſtimabamus. Sed cũ ſpe noſtra

Gluſsianus & Author cogitant de reditu i patriã re infecta.

ſæpiſsime fruſtrati eſſemus, & de cõgreſſu penitus deſperaſſemus, ceptorum pertæſi diſceſſum ampliſsimis etiã uiris id ſuadẽtibus adornabamus, & diſceſsiſſemus, niſi Nicolai Maiorani Præſulis Amalfitani uiri integerrimi, ſuaſu nouam gerendi negotij rationem fuiſſemus ingreſsi. Suaſit enim is, ut, quæ coram per id tempus nõ

poſſemus,

poſſemus, per literas ſaltem cum ipſo agere mus. breue ergo commentariolum ad Pontificem in hanc ſententiam concepimus. Abſolutas ſcilicet, eſſe iam Iuris Canonici Inſtitutiones hortatu ſuo compoſitas, proinde deligere uellet idoneos uiros: qui opus (ſicubi res poſceret) caſtigarent, & caſtigatum, atq; emendatum tandem uel Pontificio, uel priuato nomine, prout conſultius eſſe arbitraretur, edi pateretur. rogamus Alfonſum Caraffam Cardinalem Neapolitanũ. Iuuenem humaniſsimum, & qui nobis, quãtum ſibi per ingenium Pontificis licebat, mirifice ſemper fauit, ut & ſchedulam ipſam, & literas Academiæ ueſtræ ad Pontificem deferat, Is acceptas reddit. haud multo poſt eaſdem Pontifex Aloiſio Lippomano: qui nuperrime accitus ad aulam acceſſerat, & cum inſigni laude tum fidei, tum diligentiæ Principis à ſecretis agebat, legendas tradit. Quibus perlectis his uerbis uſum Pontificem mihi Lippomanus ipſe, dum uiueret, ſæpius retulit. ISTE bonus Doctor iuſta petit, & meretur exaudiri, quia amat lucem, & odit tenebras, tum etiam plura adiecit, quibus & opus abſolui uelle aſſerebat, & illius noſtri primi congreſſus, ac demãdatæ mihi triennio ante Prouinciæ perſpicue illum meminiſſe Lippomanus teſtabatur. Addidit mihi cui põtificis mores & ingenium penitus erant incogniti ſpem aliquam rei ex ſententia conficiendæ audire eum qui de negotijs tractandis uel nihil uel omnino modicè cogitare putabatur, huius noſtri & diuturnam tenere memoriam, & de illo ſic loqui ut eius abſoluendi deſiderium, ut Lippomanus teſtabatur, magnum proferret. Venerunt nuper ad manus meas eiuſdem Lippomani ad uos literæ: quibus uobis reſpondet, ꝙ gratias ſcilicet ei egiſſetis, quòd ille cũ Pontifice de edendo opere tractatum habuiſſet. placuit eas huic noſtro commentario intexere, ut humanitatis diuini hominis teſtes. Audio Cardinales etiam aliquot uobis humaniſsimè reſcripſiſſe. Sed illorũ literæ ad manus noſtras, cũ in urbe tũc ageremus, non peruenerunt, ideoq; illas cõmentario huic noſtro inſerere nõ potuimus.

Cum Pontifice actũ per literas.

Lippoman᷒ Pontificis à ſecretis.

Quid reſponderit Pontifex chirographo perlecto.

DOCTISSIMAE, ET ERVDITISSIMAE Vniuerſitati Scholarium Peruſiæ commorantium.

ACcepi literas ueſtras eruditiſsimi Viri: quibus mihi gratias agitis, quòd apud Sanctiſsimum noſtrum negotio ueſtro fauerim. Ego quidem (quod in me erat) ſummopere ſtudui, ut deſiderio, petitioniq; ueſtræ Sanctitatem ſuã bene affectam redderem. Id ſi ex ſententia ſucceſſerit, gratiſsimum mihi fuerit, non quòd propterea aliquid mihi deberi uelim, ſed tantum, quia opera noſtra bene fuerit collocata quæ, ſi alijs uobis in rebus contigerit eſſe neceſſaria, eam ſemper paratiſsimam habebitis. Romæ X. Kal. Ianuarij. M. D. L V I I.

Veſter totus A. Lippomanus Epiſ. Veronenſis indignus.

Interea dum Pontifex de Cenſoribus operis cogitat, ſerpit per Vrbem rumor. aduenisſe ignotum hominem: qui ſe Iuris Canonici Inſtitutiones compoſuiſſe iactet, de quo (ut in rebus nouis aſſolet) uarius illico ſermo. Alij enim inuctũ multis laudibus extollebãt. Alij laborioſam eſſe prouinciã aſſerebãt, ac periculi ualde plenam. Alij rem putabant inſulſam, ac planè ridiculã, & uſq; adeo nõ probabant, ut nec Inſtitutionibus Iuſtiniani parcerẽt, quarũ exẽplo quaſi quodã clypeo noſtras ego ab obtrectatoribus defendebã. Libet referre noſtrum quendã cõgreſſum cum homine: qui tunc apud nonnullos: qui ex dicacitate, & clamore cuiuſq; eruditionẽ metiunẽ, nõ modicã ſibi doctrinæ, ac iudicij opinionẽ uindicarat. Is cũ de nouo libro edendo Pontificem audit cogitare, ſtatim me acciri iubet, accedo. ut libri inſpiciẽdi copiã faciã, rogat. exhibeo. legit pauciſsima. nihil cũctatus negat recte poſita. in quo offendat, interrogo, utq; caſtiget rogo, ille quaſi compertiſsimum erro-

De Inſtitutionibus Iuris Canonici uariæ in Vrbe opiniones.

Authoris cũ Præfecto Annonæ cõgreſſus.

rem haberet, ſtatim locum emẽdat, bone Deus quàm inſulſe? nego locum emendandũ. ille conſtantiſsimè, & obſtinatiſſimè, quanto negabam magis, aſſeuerabat magis. iubemus afferri librum unde quæ ille corrigenda aſſerebat, excerpſiſſem, & in meum librum optima fide tranſtuliſſem, tum locum ipſum oſtendo, ubi ad uerbum penè ea omnia legebantur: quæ ipſe emendanda duceret. Quid quæritis? commode illi cecidit, quod cum turba Cupedinariorum, ac Piſtorum circunfuſus eſſet (erat enim Annonæ tunc Præfectus) nemo niſi unus, aut alter, quàm deliraret, intelligere potuit. Is igitur, ubi fruſtra ſe tentare intelligit, ut mihi ineptias ſuas probet, ad imperitam multitudinem conuerſus, quaſi nullus ſibi mecum eſſet ſermo, plurima fermè concionabundus ſermocinatur me non tam contradicente, quàm tacitè ſtomachante. Extremum illud fuit, ut diceret, ſe neque Põtificis, neque meum inſtitutum ullo pacto probare poſſe, quando nec Iuſtiniani Inſtitutiones unquam multum probaſſet, immo tanquam inutiles, ac iuuenibus damnoſas improbare ſoleret, ſe ſe hominẽ eſſe: q dicendi libertate gauderet. unde: quæ ſentiret liberè etiam proloqui conſueuiſſe. Hęc cum Piſtoribus ſuis, & cauponibus acclamantibus dixiſſet, illud etiam (non omnino forſan temerè) adiecit, futurum ſcilicet, ut multorũ inuidia magnũ mihi in hac re negotium faceret: qui tunc cum maximè mihi ſtudere ſeſe fingerẽt, meæ cauſæ iugulum eſſent petituri, ac quaſi per cuniculos oppugnaturi. Ego ubi hominẽ palam inſanire perſpicio, nihil magis, quàm aliquem ſermonis exitum quærebam, ut dentatæ beſtiæ: cui me lacerandum temerè obieceram: quanto poſſum citius ſubtraherem. Reſpondi itaq; quæ dixiſſet nõ oĩno mihi improbari, præſertim ſi cæteri: qui Iuri Canonico daturi eſſent operam, ea futuri eſſent ingenij, & iudicij præſtantia: q̃ oẽs in ipſo admirarentur, cæterum uelut Lucilius non Perſio, hoc eſt doctiſsimis uiris, ſed Tarẽtinis ſuis, hoc eſt mediocribus ingenijs ſeſe ſcribere aſſerebat: ita me Tyronibus, qui plerumque ingenio eſſent mediocri, ac nulla prorſus imbuti Iuris diſciplina non ſui ſimilibus Iuris Canonici Inſtitutiones perſcripſiſſe, Diſcedo itaque, ſed tamen neſcio quo familiari ſuo argutulo homine in ipſa uia me acriter inſectante, atque obtundente, quòd opus ipſum Inſtitutiones inſcripſiſſem, quaſi inſcriptio ipſa nimis eſſet arrogans, cui cum reſpondiſſem, me non id à Iuſtiniano mutuatum, ſed à Grammaticis: qui libellos ſuos: quibus pueritia inſtitui ſoleret, Grammaticas Inſtitutiones uocant, uel ſi magis placeret, à Rhetoricis: apud quos oratoriæ Inſtitutiones haberentur, tum, ut mihi moleſtus eſſe deſineret, etiam, atque etiam rogo, & librũ uel quolibet nomine ſuo arbitratu appellaret, nec aliter me ab illa moleſtia potui explicare. Erant & qui dicerent nõ uideri uerìſimile, me qui Iuri Ciuili interpretãdo duodecim annos occupatus fuiſſe, potuiſſe interim aliquid lectione dignũ in Iure Põtificio cõmẽtari, quaſi uerò nõ hæc iura cõnexa ſint, ſed ita diſſimilia, ac inuicẽ pugnãtia, ut qui alterutrũ ꝓfiteri uelit, alterius dediſcẽdi neceſſitate urgeatur. Non nulli uerò, qui ex aſpectu annorũ numerum conijciebant, ætatẽ mihi obijciebant. Prouinciamq; hanc tantã non Iuueni, quanuis erudito, ſed grandæuis, & præcellentibus Viris demandari debuiſſe. his ego reſpondebam, barbam (ut eſt in adagio) Philoſophum non facere, tum & iuuenes quandoq; magna præſtitiſſe, & quãdo liber eſſet in manibus, ex libro ipſo de me, non ex ætate mea illico de opere iudicium fieri oportere, neq; eſſe coniectura iudicandum, ubi demonſtrationi locus eſſe poſſet, nec multũ intereſſe, num præcellentes illi Viri, quos iſti adhiberi oportuiſſe rectè exiſtimarent, inchoando operi interfuiſſent, dũ tamen caſtigãdo, atq; abſoluendo præeſſent. Alia quoq; aduerſus nos cõtemptim iaciebãtur: quæ tunc diſſimulanda, ac leuiter ferenda ducebamus, cum ſciremus, nec diuinũ hominem Chriſtophorum Columbum (ſi parua maximis comparare liceat:) antea noua maria, nouos orbes, noua ſydera mortalibus patefacere potuiſſe, quàm decoctoris, ac uaniſſimi hominis apud omnes diu nomen pertuliſſet. Quanquã nõ deerant erudiſſimi Viri: qui inſtitutũ noſtrũ nõ mediocriter collau-

Fuit is Bartholomæus Camerarius Beneuentanus uir audax & maledicus.

Inſtitutiones Iuſtiniani improbatæ.

Præmonitio de Inuidia.

Authoris Reſponſio.

Operis inſcriptio.

Varia in authorem obiecta. Profeſsio. Aetas.

Barba non facit Philoſophum.

Chriſtophorus Columbus diu uaniſsimus reputatus.

darent:

darent: quorum (ut interim Italos plures omittam) quaſi anteſignanos videor mihi poſſe proferre ſummos, ac maximo iudicio prædictos uiros Franciſcum Vargã, Gropperos fratres, & Franciſcum Somnium Louanienſem: qui cum de ratione inſtituti noſtri ex me cognoſcere uoluiſſent, tantum abeſt ut improbauerint, ut non uulgaribus etiam laudibus rem extollerent. Erat tamen quod in hac re mirari poſſetis. nempe quod illi ipſi: qui inſtituti noſtri impugnatores, uel contemptores, eſſent, miro operis uidendi deſiderio teneri uidebãtur, ita ut ultro ad nos multi eius operis inſpiciendi gratia accederent, & quos pudor, ac dignitas ad hoſpitum noſtrum ſe cõferre minimè patiebatur, nos ad ſe aduocabant, adeo ut tota prope die librum ipſum quaſi rem quandam nouam ex remotiſsimis orbis regionibus aduectam circumferre neceſſe eſſet. Sed cum id mihi moleſtiſsimum accideret, nouo commento amoui à me hanc moleſtiam. Si quidem noſtris curſitationibus diecuIam ſuffurati libellum conſcripſimus: quo totius operis ſummam, atque ordinem breuiſsimè complexi ſumus, atque is ipſus eſt, quem nunc uobis quoque à me cõpoſitum eſſe uolo. Quem ſi quis perlegerit, de toto opere coniecturam ducere, immo explorato iudicare poterit. Eius igitur legendi copiam pluribus cum feciſſem, uſque adeo ab omnibus fermè probatus eſt, ut illius lectio ex meis oppugnatoribus non nullos ſtrenuos reddiderit propugnatores. Inter hos Quintilianus Mandoſius Aduocatus Romanus à me reponẽdus eſt, qui cum initio Inſtitutiones has uideretur paſsim contemnere, neque adduci poſſet, ut quicquam lectione dignum à nobis perfectum eſſe exiſtimaret, quod tanto operis titulo reſpondere poſſet.; Epitome perlecta, ita de priſtina illa ſua ſententia deiectus eſt, & noſtræ cauſæ addictus (nam bene nata ingenia nec pertinacia ſunt, & ubi meliora uident, facile ſequũtur.) ut ego cum quaſi ex Saulo meum Paulum euaſiſſe prædicare ſolerem. Sed ut adhuc quanto poſſem uberius cunctis ſatisfacerem, & quotidiana à me certamina propellerem, & ſemel omnibus reſponderem, ipſi compendio Apologiam adiungendam duxi, qua collectis uniuerſorum: qui inſtitutum noſtrum non probarent, ſententijs aduerſantiũ dicta confutare, ac reijcere pro uiribus ſum conatus. cuius tenorem tertiæ parti huius ad uos deſtinati commentarij ſum complexus. in qua quidem ſi cui fortaſſe in tanta præſertim ingenij, ac doctrinæ mediocritate tumidiores eſſe uidebimur, quàm decere exiſtimet, cogitet is fieri, neſcio quo pacto, ut dum iniuſtè nimis urgemur, aduerſus oppugnatores noſtros ampuloſi etiam inuiti eſſe cogamur, nam & milites dum prælium conſerunt, non ictus taciti incutiũt, ſed manus etiam clamoribus adiuuant. Natura enim ſic comparatum eſt, ut quiſquis ordine ac recta mente complexũ confidit, ſi obtrectet, acriter tueatur. Intollerandum præterea illorum eſt ſupercilium, qui iudicare de alijs cum prompte ſoleãt, ipſi facere nihil nouerunt, & optima queque prius aſſuerunt contemnere, quàm cognoſcere. Illis autem minimè reſpondendum duxi: qui me librum ſurripuiſſe, ac magni alicuius Viri ſcrinia compilaſſe calumniabuntur, quod dicerent: eo me: quẽne de facie quidem noſſent, nec eſſe iudicio, uel eruditione præditum, ut tantam rem aggredi, ac fęliciter abſoluere potuerim, quanquàm cuius id opus eſſe exiſtimarent, interea non proferrent. His enim magis erat, quòd gratias agere, quàm ſuc cenſere deberẽ, cum non tam mihi detrahere, quàm operi ipſi multum tribuere uiderentur, & has ſeneſcentis, ac feſſæ, & quaſi laborantis aduerſus Virtutem Inuidiæ uoces lætus agnoſcebam. Inter hæc, cum antequàm rei finis haberi poſſet, diu mihi Romæ manendum eſſe appareret, inſtantibus Aloyſijs Lippomano, & Ardinghello, nec non Paulo Tarano uiris grauiſsimis, & prudentiſsimis publico decreto ſtatuitur, ut in Peruſina Academia mei quanquàm abſentis, ratio habeatur, atq; ideo & profitendi locus, & honorarium mihi ſeruetur. Eodem tempore Alfonſus Caraffa in album familiarium ipſius Pontificis me referri iubet, & totius negotij conficiendi prouinciam ſuſcipit, in quo eſt, quid gratias agam ornatiſsimis Viris, atque optimis Epiſcopis Io. Baptiſtæ Caſtaneæ, Vincẽtio Ferrerio, Angelo Maſſarello,

Etiam impugnatores operis inſpiciendi deſiderio capti.

Excuſat ſe quòd cũ ſtomacho interdum loquatur.

Intollerãdi qui de alijs pronte iudicant & nihil ipſi præſtãt.

Author furti inſimulatus.

Authori abſenti, & locus, & honorariũ in Academia Peruſina reſeruata.

ſarello,& Adoardo Gualando. Hi.n.nō deſtiterunt in medijs negotiorū fluctibus, & nos,& rem noſtram Alfonſo commendare,atque currentem quidem illum ſua ſponte,ſed tamen grauiſſimis rebus interdum ualde implicitum, atq; occupatum incitare. Pontifex uerò dum de Cenſoribus,& caſtigatione operis cogitat, negotiū dat Ioanni Reumano,& eidē Alfonſo Cardinalibus, ut diligēti peruestigatione præuia ex oībus:qui in Vrbe eſſent tres deligerent,qui huic ferendo oneri idonei, ac pares eſſe poſſent, ſubijciens (ut mihi poſtea Reumanus ſępius retulit) rem hanc maximè ſibi eſſe cordi,atq; optare uehementer, ut antequam ex humanis excederet Chriſtiana Reſp. huius operis commodū ex ſe ſentiret, ac quaſi munus quoddam librum hunc à ſe reciperet,perfecturum ſe,ut eos, qui operi expoliendo,& perficiendo inſudaſſent,laboris,ac diligentiæ ſuæ non pœniterent. At Cardinales Pontificis acceptis mandatis,licet hanc operis caſtigandi prouinciā multi non obſcurè ultro ambirent, ex omnibus tamen:qui in Vrbe eſſent, delegerunt Fabium Acorombonum Sacri Pontificij Auditorij (ut appellant) tunc Decanum, Iulium Oradinum illius Collegam.& Antonium Maſſam cauſarum patronum uiros cum iudicio & eruditione præſtantiſſimos,tum in foro, & iudicijs, & interpretando iure exercitatiſſimos. Acceptis ergo ab his mandatis Pontificijs, ſuum quiſq; à me ſumit operis exemplum,plura.n.ego antea in eum uſum priuatis ſumptibus exeribenda curaueram. Acorombonus autē:qui,quòd ampliſſimi Ordinis, & Auditorij caput eſſet,negotio præeſſe uidebatur,prius quā librum attingerent oneris ſocios,& me quoq; una ſplendido conuiuio excepit, actūq; eodē die inter eos eſt,quo ordine,quave ratione res tractari,& abſolui oporteret, itumq; eſt in hanc ſententiā,ut ſinguli librum,uel libri partem ſeorſim excuterent atq; ſi qua offenderet:quæ forte non probarent,aut addenda,tollendaue putarent,non immutarent quidē,ſed compactis ad eū uſum codicillis annotarent,annotata mihi una, aut altera die,antequā nobis eſſet in eundem locum conueniendū,traderēt, ne imparatus quaſi cauſam dicere cogerer,inde ut certis diebus conueniremus, atq; rebus inuicē,cōmunicatis quæ addēda,uel immutāda,uel reſecanda eſſent, de omniū,uel maioris partis ſententia adderētur,immutarentur, & reſecarentur. Quæ omnia poſtmodum adamuſſim ex communi præſcripto peracta fuerunt, atq; toties ſimul conuentū,donec ex ipſorum conſenſu,& iudicio cenſurā opus ipſum recepit. Nullo hic pacto explicare poſſum,quanto omnes ingenio in hac caſtigatione,quāto animi cādore,quanta demū eruditione uerſati fuerint,nihil unquam improbauerunt,quin ſi quid ad defenſionē afferrē & diligentiſſimè, & libentiſſimè audirent,ac ponderarent,& ſæpe etiam de propria ſententia, quaſi cauſa plenius cognita,decederent.unde illis non modo ego,ſed etiam (ſi quando tandem librū edi contigerit) omnes ſtudioſi adeo debebimus,ut pro collato in nos beneficio gratias nunquam ſatis agere ualeamus. Opere caſtigato, ac recognito reliquum erat,ut de re tota per Cenſores ad Pontificem referretur, quod ipſum illi quam primum facturi uidebantur, ſi eis ad ipſum aditus patere potuiſſet, Sed Is tam in abdito aſſeruabatur,tam omnium congreſſus auerſari uidebatur, ut ne ad ſacra quidem audienda iam e conclaui pedem efferret. Vnde præter coniunctos,ac familiares pauciſſimos admittebatur nemo, niſi forte magnorum regum Legati: quos tamen & ipſos prius ob eam rem aliquandiu prænſare oportebat, & ſæpe die,atque hora ad compellandum Pontificem dicta uenientes, ac per aliquot horas expectantes demum excludebantur, Neq; mirum cuiquā hoc uideatur,cum ſæpe etiam (ut ferebatur) contigeret,ut uiros ampliſſimos ultro ex remotiſſimis orbis regionibus magno illorum incommodo,ac ſumptu Romam euocaret: uenientesq; uix poſt longū tēporis ſpacium admitteret. quod quidem utrum ex difficili,& omnia tardius agentis Pontificis ipſius ingenio,uel alia de cauſa contigeret,mihi quidem non ſatis eſt in comperto. Illud quidem certo ſcio, uel Solem ipſum ægre iam tum ad illum penetrare potuiſſe. Vnde cum omnis prope. coram. e:

ſe.endi

Pōtifex mādat Reumano & Neapolitano,ut Cēſores eligāt.

Qui Cenſores delecti.

Operis caſtigādi modus & ordo.

Pontificis adeundi maxima difficultas.

ferendi eſſet Cenſoribus noſtris ſpes ex hoc adempta, quod coram ſe non poſſe intelligerent, per literas demum agere decreuerunt. Epiſtolam itaque communi nomine conſcribunt, qua, quid de opere ſentiant, complectuntur, eamque Pontifici reddi curant, uberius etiam, ubi colloquendi poteſtas fieret, coram relaturi. Vt autem quilibet, quæ ſit illorum de libro ſententia, facile cognoſcere ualeat, illam ipſam omnium oculis ſubijciendam duxi.

BEATISSIME PATER.

Cenſorum relatio.

CVM S. V. nobis iniunxerit, ut Inſtitutiones Iuris Canonici iuſſu, & nomine B. V. compoſitas, uideremus, & excuteremus, primum uniuerſum Opus ſinguli perlegimus. Inde certis diebus in unum locum ſimul ſæpius conuenientes, rebusque inuicem communicatis ea: quæ uel immutanda, uel addenda, uel reſecanda uiſa fuerunt, pro tenuitate iudicij noſtri immutauimus, addidimus, & reſecauimus. Authoremque ipſum (qui nobis non cōtemnēdo ingenio, et eruditione præditus uiſus fuit) exactiſsimā operi abſoluendo diligentiā adhibuiſſe multis argumentis comperimus. Librum itaque iudicamus cum neceſſarium, tum etiam bene ordinatum, ac digeſtum. Cū uniuerſa propè: quæ Pontificij iuris libris ſparſa conſpiciuntur, certa uia, & ratione, compendioſaque breuitate complectatur, & uerè (niſi nos fallit opinio) ab omnibus commendandum erit propoſitum, atque inſtitutum. S. V. quaſi ſibi diuinitus inſpiratum. quum non minus gratum futurum ſit hoc opus Iuris Pontificij ſtudioſis, quàm ſint Inſtitutiones Iuſtiniani nomine compoſitæ iura Ciuilia profiteri uolentibus. Exiſtimauimus tamen, neque omnino (quantum fieri poteſt) anſa detur, & occaſio nouis altercationibus: quas interdum nimis anxiè diligentes moroſa curioſitate excitare conſueuerunt, forte non ab re eſſe ſi non nulla inſerantur Proœmio: quod ipſi operi B. V. præfigendum duxerit. de quibus cū primum commodo ſuo fieri poterit, ut ſuo nos dignetur alloquio, plenius diſſeremus, omnia tamen ſapientiſſimo iudicio B. V. relinquentes: cui quantò maiores poſſumus, gratias agimus, quod nos: qui tanti nos non facimus, dignos putauerit: quibus tam arduum negotium committeret: inquo ſi quid defecimus, id totum noſtræ imbecillitati aſcribere dignetur, non quòd omni diligētia, & conatu ad exequenda mandata S. V. paratiſſimi (ut debemus) non fuerimus. quam Deus Opt. Max. diu nobis incolumen, felicemque ſupereſſe uelit. E. B. V.

Non nulla per Cenſores immutata.

Teſtimoniū de diligentia Authoris.

Liber neceſſarius, & bene ordinatus.

Ciuilium, & Canonicarū Inſtitutionum comparatio.

Quædā proœmio inſtitutionum inſerenda.

Diligētia Cēſorum.

Fabius Acorombonus Rotæ Decanus.
Humiliſs. Seruuli. Iulius Oradinus Rotæ Auditor.
Antonius Maſſa.
A tergo.
A. C.
Pro Magnif. D. Io. Paulo Lancilotto. Die iiij. Nouembris.
Adam de Inuidia eſt Notarius.

Die

Recognitio

Die quarta Nouembris Conſtitutus in officio mei Notarij, & coram me &c. D. Venantius Barnabeus Clericus Fulginaten. teſtis inductus ſuper recognitione retroſcriptarum ſubſcriptionum: qui uiſis &c. recognouit manum, & ſubſcriptionem Mag. Do. Antonij Maſſæ de Galleſio: quem uidit pluries ſcribere Iurauit tactis &c.

Deinde ibidem &c. D. Carolus de Vallata Clericus Rodonen. diœceſis ſubſtitutus in officio. D. Felicis de Romanlis: qui uiſis &c. recognouit omnes tres manus, & ſubſcriptiones in forma: quia uidit eos oẽs ſcribere, iurauit tactis &c. Succeſsiuè in eodem officio coram me Notario &c. D. Buerardus S. D. N. PP. Curſor teſtis inductus ſuper eadem recognitione: qui uiſis &c. recognouit binas primas ſubſcriptiones ſcriptas uidelicet manibus R.P.D. Fabij Acoromboni, & Iulij Oradini: quos pluries uidit ſcribere iurauit tactis &c.

Adam de Inuidia Notarius.

Teſtimoniũ Cardinalis Reumani.

ANNO ſalutis noſtræ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo Menſe Octobris Sanctiſsimus Dominus noſter interpellatus literis Scholarium Vniuerſitatis Academiæ Peruſinæ, ut dignaretur edere librum Inſtitutionum Iuris Canonici: quas D. Io. Paulum Lancilottum iuſſu, & nomine Suæ Sanctitatis cõſcripſiſſe audierant, mandauit nobis, ut idoneos Viros deligeremus: qui perlecto, & diligenter excuſſo opere referrẽt, num huiuſmodi eſſet, quod ſub nomine S. S. edi poſſet. Nos autem delegimus R. Fabium Acorombonum, & Iulium Oradinum Auditores Rotæ, & D. Antonium Maſſam cauſarum Patronum: quorum electionem etiam S. D. confirmauit: qui quidem uiſo libro, retulerunt, pro ut habetur in eorum relatione inſcriptis facta.

Supraſcripta uera ſunt, in quorum fidem me ſubſcripſi Io. Cardinalis Reumanus.

Iſtud eſt igitur grauiſsimorum, & eruditiſsimorum hominum cauſa penitus cognita, ac perſpecta de noſtris Inſtitutionibus iudicium, cui ſi quis nõ perlecto præſertim opere, proprium uelit anteponere, non ſecus agere, me iudice, uideri poteſt, atque ſi quis dicat, acutius ſe nocte intempeſta poſſe cernere, quàm alios ipſo in meridie. Sed quoniam quiddam Proœmio inſeri non ab re eſſe ſignificant, ne quis adhuc tergiuerſari poſsit, hoc quoque cuiuſmodi ſit, eſt nobis aperiendũ.

Quid Cenſores operis proœmio inſerendũ cenſuerint.

Viri oculatiſsimi nihil æque timuerunt, quàm ne quis (ſi qua forte uerba operi eſſent inſerta: quę ab his: quæ in Decretalium libris leguntur, diuerſa eſſent) ad ueterum iurium correctionem eam uarietatem ſubtili nimis, ac ſophiſtica interpretatione detorqueret, ut Interpretes interdum, dum uel ſyllabas ſuperſtitioſius põderãt, ſunt moroſi, proptereaque & a me prius, & ab ipſis poſtea magna eſt adhibita diligentia, ne (quantum res pateretur) temerè, & cum periculo à uerbis Veterũ recederemus, immo multa: quæ cubitalibus literis alijs Pontificij Iuris libris inueniuntur expreſſa de libro Cenſores expungi uoluerunt, ſiue quòd legentium auribus prima facie malè ſonarent, ſiue quòd uſu non admodum recepta eſſent, ſiue quòd obſcuritatem continerent; claritati enim mirum in modum uidentur mihi ſtuduiſſe. Cæterum ut adhuc Cauillatoribus, uerborumque aucupatoribus penitus

Malè ſonantia uel uſu non recepta de libro abraſa.

os occluderetur,conſultiſſimè: agi putauerunt, ſi ſumus ipſe Pontifex Proœmio, quod operi eſſet præfigendum,teſtato hoc exprimeret, quòd ius nouum condere, uel uetus abrogare non intendit. Et ut ipſius negotij effigiem plenè cognitam habeatis quaſi ob oculos poſitam, ſubijciam hic proœmij exemplum non quidem à Pontifice,uel eius mandato à quoquam conſcriptum, ſed à me ipſo ortatu, & iuſſu ipſorum Cenſorum,antequàm librum attingerent compoſitum,quod(ſicut ipſi tunc aſſerebant)propterea,ut facerem,mandauerunt, ut ipſius rei ab ipſo initio totam imaginem expreſſam quaſi de propinquo melius poſſent intueri.

Operis progmium iuſſu Cenſorũ cõſcriptum.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

uniuerſis Iuris Pontificij Candidatus. Sal. & Apoſt. Ben.

HOMINEM rectum creauit Deus,ille autem dum declinat ad malum infinitis(ut diuina teſtantur oracula) ſeſe miſcuit quæſtionibus. Hinc eſt, quòd ingruentibus malis moribus,& gliſcentibus iugiter litigijs, & nouis caſibus emergentibus, neceſſe fuit ad ueteres Canones uaria Sacrorum Conciliorum Decreta,ac multas recentiorum Pontificum conſtitutiones adiungi: quæ inordinatis rebus ordinem tribuerent, inutilia præciderent, labentia fulcirent, & ex Vinea Domini quaſi quidam ſarculus, non modo nocentes herbas euellerent,uerum etiam ſalutiferas inſererent.Vnde Sacrorum Canonum, Decretaliumq́ue epiſtolarum(rebus ita exigentibus)tam magnus hodie factus eſt cumulus,ut numerum propè legum ſecularium exequare uideantur. Inde fit, ut quæ cito,& cunctis innoteſcere neceſſarium foret,uix à paucis diuturno ſtudio cognoſci ualeant,quod ipſum accidit, non modo ob Conſtitutionum multitudinẽ uerum etiam quod ijs, qui iſtius iuris ſcientia imbui cupiunt, nulla certa uia,uel Methodus à quoquàm hucuſque præſcripta fuerit. Vnde nullis certis initijs,ac ueſtigijs inhærentes per deuia incerto curſu temerè uagari cõpelluntur.Et ſanè per quam incongruum erat, ut ſacroſancta Iuris Pontificij facultas principio ipſo,hoc eſt parte potiſſima,careret, & à legibus profanis:quæ Canonibus ipſis famulari cõſueuerunt, in hac parte ſuperaretur. Iccirco inter cunctas ſolicitudines:ad quas nos debitum Apoſtolicæ ſeruitutis aſtringit,non in poſtremis ducimus, ut florentiſſimæ Iuuentutis ſtudia nunc magnis propoſitis præmijs, nunc eruditiſſimis Viris ad docendum ad Gymnaſia noſtra undique accerſitis,nunc nouorum editione librorum quantum poſſumus ſubleuemus.Studioſorum itaque difficultatibus paternæ diligentiæ ſtudijs obuiam ire cupientes. Non tamen per hoc aliquid noui iuris ſtatuere uolentes ea: quæ huc uſque uarijs locis,ac libris diſperſa fuerunt, quaſi in artem redigenda curauimus,& dilecto.N.mandauimus, ut ex uniuerſis Pontificij Iuris libris Inſtitutiones certo ardine contexeret, & conficeret: quas in quatuor libros, & congruos titulos partiri iuſſimus, ut ſint totius Iuris Canonici principium, & elementa, quarum ductu expeditius, & citius ad me tam illius iuris ſtudioſi peruenire ualeant legimus itaque,

Eccleſ.c.vij.

&

& per dilectos filios noſtros. N.N.N. ſumma cum diligentia, & ſtudio recognouimus, eaſque nunc ad uniuerſitates ueſtras tranſmittimus. Sumite igitur alacri animo, & cum omni reuerentia, atque iis ita operam date, ut ad cætera cito, & facile beneficio noſtro peruenientes Apoſtolicæ Sed. atque uniuerſæ Chriſtianæ Reip. commodo, atque ornamento aliquando eſſe ualeatis Datum. &c.

Triplex remedium ad effugiẽdum innouationis, uel correctionis periculum. Teſtatio principis. Diligentia. Interpretatio.

Ad effugiendum igitur ſcopulum iſtum correctionis, & innouationis: quem multi non quidem temerè, ſed omnino nimis ſuperſtitioſè formidant, triplex eſt paratũ remedium, primum omnium efficaciſſimum, præſentiſſimumque Pontificis ipſius teſtatio, ſi diſertè caueat, quòd non intendit ius nouum condere, niſi id ipſum exprimat. Quam quidem ſi proœmio ſuarum Inſtitutionum, & Iuſtinianus olim inſeruiſſet, multæ de medio legum perplexitates ſublatæ eſſent: quæ legentium nunc ingenia uehementer torquent. Secundum noſtra omnium in ea re cauenda diligẽtia: qui ne latum quidem unguem, ubi periculum poterat imminere, niſi rebus ualde perpenſis à uerbis Canonum receſſimus. Demum id quod legibus ipſis eſt cum omni ſcriptorum genere commune benignè ſcilicet ac probabilis interpretationis beneficium, de quo, quoniam prolixè infra ſuo loco diſputauimus, nihil hic dicam amplius, ſed inde uobis petendum relinquimus. Non deſinunt tamen adhuc non nulli ad hæc aures obſtruentes formidandum Legis nomen, & innouationis ſcopulum in uulgus iactare, & eos qui noſtrorum conſiliorum ignari ſunt, non ſolum à cauſa noſtra abducere, uerum etiam & nos ipſis laniandos tradere, aut helleboro curandos, ſed ſi quis acutius introſpiciat, non ſecus his hac in re nunc accidit, quàm ut cum Agricolæ iactis ſeminibus, uel ſuccreſcentibus herbis, uel maturis pomis, ab auium incurſibus timentes medio ipſo in agro, aut arboris ſummitate uiliſsimum aliquid ſordidæ, atque attritæ ueſtis uento agitandum ad terrendas aues ſuſpendunt. ueluti enim etſi uerè nihil ſit ab inani ſpectaculo uolucribus timẽdum, aufugiunt tamen, & à palliolo quaſi ab inſolenti monſtro declinant, ſic multi audito Legis ad terrendum confiсto nomine, protinus quaſi ab imminenti periculo aufugientes inſtitutum hoc noſtrum auerſantur, & tamen, ſi non ita eſſent formidoloſi, & propius accedere non uererentur, & cauſam accuratius cognoſcere, & quaſi ex propinquo intueri uellent, intelligerent profectò ab hoc Legis nomine nihil magnopere timendum, & Culicem hunc eſſe, non Elephantum, Hui (inquiunt) tantum ne priuatum, atque illum Iuuenem eſſe auſum? Senatus ſæpe totus in unica ferenda lege diu laborat, & unus iſte homuncio quatuor legum libros in ſuo ſolus cubiculo meditatus repente nobis condiderit? Quaſi uerò nouas mihi leges confixerim, ac non ueteres potius expeditiore quadam, & cõpendiſiore uia, atque id quidem non ſine exemplo probatiſsimorũ uirorum rudioribus tradere conatus fuerim. Quaſi eadem nouarum legum ferendarum, quæ ueterum ſub certum ordinem reponẽdarum ſit ratio. Quaſi non in magnam hominum lucem, & in Vrbem ipſam prodierim, diutiſsimè permanſerim, opus ipſum paſsim omnibus legẽdum, excutiendum, lacerandum non tradiderim. Habet Inuidia inter uitia cætera illud proprium, ac quodammodo peculiare, quòd adeò turpis eſt, ut nulla ratione ipſa ſe intueri, & agnoſcere uelit, ideoque liuori ſuo magnifica ſemper uerba, atque illuſtres ſermones prætexit. Vnde qui ſe iracundum, intemperantem, & ad uoluptates procliuem confiteatur, facile inuenias, at quòd ſe quis inuidum eſſe, ac liuidum concedat, nec tormentis quidem facile extorqueas, quin immo cum maxime uirus euomunt, ſe Veritatis eſſe amatores Inuidi prædicant, atque ea de cauſa nec amicis quidem parcere ſolere, tanta eſt enim Virtutum, uitiorumque uicinia, ut maledicus pro libero ſe quis interdum uendicare ualeat, ea autem ineſt uis peſtilenti huic morbo, quòd ſi quem gratia, uel authoritate pollentem occupet, præclaras

Agricolarũ mos.

Non eadem ratio nouarũ rerum ferendarum, quæ ueterum ordinandarũ.

Inuidia non poteſt ſe ipſam intueri.

Quæ uis Inuidiæ.

claras quaſque res euertit,ac deſtruit, ſin uerò (quod ſepius accidit) humiliores arripiat, habet illud boni, quòd quaſi in propria uiſcera uerſo gladio maximum malum inuidis ipſis afferre conſueuit.Sed ut demus liberum eſſe cuique, ut ſuo nō alieno arbitratu explicet,quid de quaque re ſentiat,aut periculum ſibi fingat quantumuis magnum, idque animo fieri non poſſe niſi candidiſsimo, certè ut ipſis pro ſuo,ita etiam & nobis pro noſtro ingenio diuerſa ſentire,atque opinari ſine alicuius temeritatis ſuſpicione integrum eſſe debet, præſertim cum tot ſummos uiros habeamus ſubſcriptores,ac noſtræ ſententiæ propugnatores, ac propemodum Authores,Et me hercule quanto magis cogito,tanto magis iſtorum hominum ſcrupuloſitatem, & tantam formidinem demiror, præſertim quòd ſacræ Theologiæ Magiſtri: quibus etiam librum hunc noſtrum oportunis locis excutiendum tradi neceſſe fuit,nulla mihi ingentia pericula, quod Iuris periti aliqui faciunt, finxerunt, quippe quòd, ubi tractantur ardua uerbis Canonum ipſorum quaſi cuidam clauo tenaciter nos inheſiſſe liquido compererint, & tamen nemo neſcit facilius, & haud paulo maiore cum detrimento, quàm in pertractando iure, errari in re Theologica:quæ non fluxe alicuius,& cito euaneſcentis rei,ſed ipſius ſempiternæ ſalutis ſolum rationem ducit.preſertim in hac temporum noſtrorum calamitate, quibus tam multarum hæreſum obortæ ſunt in eccleſia procellæ, ut ſi quis ſcrupuloſa interpretatione quantumuis diligenter,ac ſincere ſcripta pertinacius inueſtigare uelit,aliquam hæreſim eadem ſubolere facile(niſi fallor) extorquere poterit. Theologi tamen non modo me ob eam rem ab hac ſcriptione non ſunt dehortati:uerum etiam Inſtitutiones haſce noſtras locupletiſsimo teſtimonio ornarunt. Nam cum caſtigandi operis certis locis: qui rerum Theologicarum,ut puta Sacramentorum,tractationem continent, prouincia Danieli Blanco Cremenſi Dominicano Regulari Viro doctiſsimo,atque accerrimi iudicij demandata eſſet,de paucis:quæ uidiſſet, ita cenſuit.

Theologorum ſententia.

Facilius,& maiori cum periculo erratur in Theologia, quàm in iure.

QVAE de ſacramentis in genere, quæ etiam de baptiſmo in ſpecie, & confirmationis Sacramentis legi in libro Inſtitutionum Iuris Canonici, & Catholicæ Veritati conſentanea, & eleganti ſerie diſpoſita, & appoſitè tractata, quantum aſſequi potui meo exiguo ingenio uidentur.

F.Daniel Blancus.

Teſtimoniū magiſtri ſacri palatij.

Is autem omnia perueſtigare non potuit,quippe qui ſub ipſo tempore:quo noſtro operi perlegendo,& dijudicando incumbebat,Sacri Apoſtolici Magiſter delectus eſt,unde ad cætera multa: quæ ſibi antea fidei, ac religionis cauſa obeunda erant negotia,adeo magnus acceſsit cumulus, ut noſtri inſpiciendi Libri prouinciam alteri demandare coactus fuerit. delegat itaque rem Matthæo Lachio Sodali ſuo uiro cum probatiſsimæ doctrinæ, tum uerò etiam ſpectatæ Pietatis, is autem ita cenſuit.

NOS Frater Matthæus Lachius Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Profeſſor, & in Diœceſi Peruſina Cō miſſarius. S. Inquiſitionis Legimus, & conſiderauimus librum nuper compoſitum ab Eccell. Doctore. V. I.D. Io. Paulo Lancilotto Peruſino, & ſpecialiter, quæ ſpectant ad ſeptem Sacramenta Fidei Chriſtianæ, & letati ſumus, quoniam Minores & maiores, Proficientes, & docti, ne dum

Teſtimoniū inquiſitoris.

incipientes

incipientes inuenient breuiſsima hora: quæ longo temporis tractu non potuiſſent, Vnde ſibi, & alijs ad ædificationem Eccleſiæ proficiant. Et iudicamus, ut non ſolum excudi tutò ualeat, uerum etiam quàm primum edi ualde expediat, ad hoc ut præclara Sacrorum Canonum ſtatuta concinna ſtructura, atq; ordine eleganti connexa, omnibus innoteſcere ualeant. Die VI. Ianuarij M. D. LIX.

Ita eſt Fr. Matthæus qui ſupra manu propria ſubſcripſi.

Perſpicitis igitur præſtantiſsimorum uirorum teſtimonio tantum abeſſe, ut in re Theologica lapſus fuerim, ut in ea tractatione etiam à laudatiſsimis uiris laudari meruerim. Cum tamen interim Theologiam ipſam non profundius attigerim, quàm quo Canones pertingũt, aut homine Chriſtiano digna Inſtitutio expoſcit, ut ſicubi, eo certè in loco potiſsimũ lapſus timendus fuerit. Vnde ſi in lubrico conſtitimus, & in locis non admodum nobis exploratis, & cognitis certam nihilominus uiam tenuimus, quanto tandem eſt æquus, idem nobis contigiſſe & in his credi: quæ ad meram tantum Iuris cognitionem pertinent: quæ quidem, quod eis cognoſcendis omnem prope ætatem conſumpſimus, ſi non trita nobis ſunt, certè longè magis habemus cognita, quàm ea ipſa: quæ ad Theologiæ facultatem ſpectant, ſed permittamus in ſuo quenque ſenſu (ut dicebat Apoſtolus) abundare, & ad inſtitutam totius rei narrationem iam reuertamur.

Petr⁹ Schultingus Coloniæ Agrippinæ Nuncius.

Sub hoc ferme tempore: quo mihi cum Cenſoribus meis negotium erat, & de ipſorum Cenſorum Epiſtola Pontifici reddenda laboramus, (fuit enim & in eo mihi laborandum) ſplendidiſsima Germaniæ Ciuitas Colonia Agrippina Petrum quendam Schultingum à Schemoich Iuris (ut uocant) Licentiatum Romam miſit, ut Is nomine Colonienſis Senatus cum Põtifice ageret, de priuilegijs quibuſdam Vniuerſitatis, & Gymnaſij publici confirmandis, & augendis. Qui cum de Inſtitutionibus noſtris audiſſet, Operis, & argumenti nouitate uehemẽter, ut mihi uiſus eſt, captus, ſæpe me obnixè obſecrat, ut libri deſcribendi copiam ei faciam, nihil poſſe prædicans Vniuerſitati ſuæ gratius ex Italia exportare, cui cum re nondum abſoluta non poſſe me obſequi ſæpe reſpondiſſem, idem rurſus à Neapolitano flagitat, ſed cum nec ab ipſo uoti compos fieret, idem tandem ab ipſo Pontifice per literas, cum acceſſus ægre pateret, petijt. Quarum literarum, ut eius rei apud cæteros quoq; fides extaret, exemplũ mihi curaui, erant autem in hæc uerba conceptę.

Nuncij Coloniæ Agrippinę petitio. Compertum authori fuit uirum hunc Coloniã exẽplar Inſtitutionum ſecũ aſportaſſe & publicè aliquando interpretatum anteaquã ederentur.

AD cætera S.V. erga Colonienſem Vniuerſitatem magna beneficia humillime oro, atque obſecro, patiatur etiam eum cumulum accedere, ut reuertenti mihi ad Colonienſes Studioſos liceat Inſtitutionum Iuris Canonici: quas iuſſu S.V. feliciſſimè audio abſolutas, exemplum deferre, ut ijdem ab ea nõ ſolum Sacerdotijs, ac prouentibus, ſed etiam præclaris literarum monumentis ſe ſe auditos eſſe perpetuo gloriari poſſint. E. B. V.

Seruus humiliſſi. Petrus ſchultingus à ſteinuoic Legum licentiatus Reip. Coloniæ Agrippinæ Nuncius.

Sed

Sed nec à Pontifice,quòd non dum eſſet res abſoluta , aliquid impetrare potuit. At pluribus elapſis menſibus Cenſorum Epiſtola Pontifici tandem redditur. Is illam diligenter cum perlegiſſet,Cenſoribus craſtina die ad ſe ut ueniant, nunciari iubet.poſtridiè mane me Neapolitanus accerſit,edicitq; illa ipſa die , mihi unà cum Cenſoribus meis coram Pontifice conſiſtendum, ibique de ratione edendi Operis agendum,ad horam in Vaticanum omnes conuenimus,& me non ſub ſequente,ne quid uel auribus meis dare uiderentur,uel liberius loqui impedirentur aſtantibus ſex Cardinalibus Cenſores,atq; unà Sacri Palatij magiſter ad Pontifiĉe intromittuntur,& exhibito libro de toto negocio retulerũt,longa coram illo diſceptatio,ac ſermo,cui licet non interfuerim,nihil tamen ſuſpicari licet eos retuliſſe,quod ab eo:quod proprio firmaſſent Chirographo, diſſideret. Poſtremus & ipſe admittor,ſecundo demum anno poſtquam Romam appuliſſem: qui pedibus de more exoſculatis expoſui breuibus,quòd cum ſub initijs adepti à ſe Pontificatus ſuaſu,atq; impulſu ſuo Inſtitutionum Iuris Canonici:quas antea inchoaſſem,abſoluendarum prouinciam aſſumpſiſſem,ab eo tempore per triennium fermè toto pectore operi abſoluendo inuigilaſſem,demumq; impellentibus Peruſinæ Academiæ Scholaribus Romam me contuliſſem,ibiq; diu commoratus nullis laboribus,aut ſumptibus pepercilſem, donec eruditiſsimi , ac præcellentes Viri Operi limam de mandato ſuo adhibuiſſent.Tum ſiquid à me fuiſſet elaboratum, quod ſublimitate Romani Pontificis non indignum uideri, ac ſtudioſis aliquam utilitatem parere poſſet,primum quidem Deo Opt. Max. gratias agendas:qui etiam mutis,& elinguibus loquendi facultatem interdum largiretur, Deinde Cenſoribus ipſis,qui nihil diligentiæ,aut laboris intermiſiſſent,ut opus ipſum caſtigarent,& perpolirent,Reliquum eſſe,ut ille ſuppremam Operi manum imponeret, ut tandem undecunq; abſolutum in manus hominum deuenire poſſet. His ille. Gaudere ſe mirum in modum,quòd de meo ingenio,& eruditione,atque Inſtitutionum noſtrarum elegantia plura ex doctiſsimis Viris audiſſet, qui quidem tam multa prædicaſſent,ut niſi illorum iudicium,ac fidem ſæpius in rebus arduis probaſſet,facile in eam ſuſpicionem adduci potuerit, ne .ſ.ex nimia quadam in me beneuolentia,atq; amoris abundantia,potiuſquàm ex iudicio ea de me ſentire,ac proloqui cogerentur.Sed cum ſæpius maximis in rebus illorum à ſe ſpectata eſſet integritas, quæ de me,atque opere retuliſſent, non tam eorum in me beneuolentiæ,quam conſcientiæ,ac uirtuti tributa eſſe ſe ſe credere , & pro certo habere. proinde bono eſſem animo,ſtatuiſſe enim mihi obtemperare, & uelle librum edi appoſito à ſe proœmio,deſiderare tamen non nihil circa operis ordinem, & Rubricas,ut eſſem ex Cenſoribus intellecturus.Id autem erat huiuſmodi , ſ.,ut quanto poſſem minus ab ordine Gregoriani operis diſcederem, nec mihi nouas titulorum inſcriptiones,niſi cogeret neceſsitas,fingerem.De reliquo ſe daturum operam,ut meorum laborum me minimè pigeret.His uerbis acceptis,plenius ex ipſis Cenſoribus Pontificis de tota re ſententiam cognoui,quæ ad ſummam erat huiuſmodi,ut decerneret Operi proœmium præfigere declaraturus ibidem , quam ſtatuerit illi authoritatem impertiendam,idemq; ea diſputatione adeò delectatus eſt,ut aſſereret conſtituiſſe ſe occupationibus ſuis horas ſuffurari : quibus librum totum perlegeret,ut is de ſuo iudicio ſupremam manum acciperet. Huc uſque (ſtudioſi Iuuenes) Inſtitutionum:quas tantopere nunc à nobis flagitatis,edendarum tractatus proceſsit,nec ulterius ullo pacto progredi potuit,ſi quidem cum, non niſi à ſe quoque diligenter recognitum,editurum librum Pontifex aſſereret, atque is eſſet,qui cum innumerabilibus, ac grauiſsimis negotijs ſenio iam confectus præmeretur,tum uerò etiam: qui huiuſmodi res cunctorum hominum opinione tardius ſoleret expedire,qui fieri unquam potuit,ut me uiuo , etiam ſi unquam interiturus ille uideretur,ſubceſsiuis tantum horis iuſtum opus perlegeret, cuncta minutatim rimaretur,limam ex ſuo iudicio apponeret , in lucem ederet?

Author ad Pontificem, admiſſus poſt biennium

Authoris ad Pontificem oratio.

Quid Pontifex authori reſponderit.

Hoc nec Paulus nec ſucceſſor fecit quæ fuit illorum in ſtudioſos liberalitas.

Pōtifex aſſerebat ſe ultimā operi manum velle imponere.

Pōtificis tarditas.

præſertim quod,ut illi facultatum cæterarum cognitionem uel exactam conceda
mus,Iuris quidem conſtat non fuiſſe ualde conſultum ; ſed fuerit conſultiſsimus,
certè non ego librum meum melioris fore conditionis exiſtimare debui , quàm
Breuiarium Romanum. Breuiarium ipſum Romanum:quod non modo ab initio initi à ſe Pontificatus, ue
rum etiam (ut audio) in omni propemodum uita à ſe caſtigatum clericis legen-
dum tradere ſtatuerat,& quod quotidie uel inuitus , dum horarias preces perle-
geret,præ manibus habebat,& tamen nunquam abſoluturus tunc uideretur, &
nunc non abſoluiſſe liqueat,forte circa tollendos improbatæ lectionis libros ue-
hementer occupato edendis bonis eodem tempore uacare non licebat. Vnde tum
mea ſponte,tum etiã Viris ampliſsimis,& quibus Pontificis ipſius ingenium lon
gè melius,quàm mihi cognitum erat , ita aſſeuerantibus per ipſum rem confici
poſſe deſperaui,itaq; nihil non egi,ut mihi priuato nomine librum edere liceret.
Eius rei teſtes mihi ſunt Illuſtriſsimi Viri Bernardinus Scottus,Ioan. Reumanus,
Scipio Rebiba,Teſtis,ſi uiuat,Hieronymus Dandinus,cuius de omnibus beneme
rendi ſtudium magnam mihi tunc admirationem mouit, is.n.cum neq; ab Vni-
uerſitate ueſtra literas ullas accepiſſet,nec à quoquã uel leuiter admonitus eſſet,
neq; me de facie quidem noſſet,ſimulatq; cauſam aduentus noſtri neſcio qua ra-
tione cognitã habuit,ita negotium complexus eſt,ut nullam unquã occaſionem,
uel mei ornandi,uel rei ſummo ſtudio maturandæ interire paſſus fuerit.ita ut ſo-
la Viri humanitas non nullorum erga nos inclementiam lenire, ac redimere po-
tuerit.Teſtes Pompeus Piccolhomineus,& Andræas Matthæus Aquæuiuius, qui
noſtræ cauſæ ita ſemper fauerunt,& publicas prope contentiones adeò ſtrenuè
ſuſceperunt,ac ſubſtinuerunt,ut propriam illos egiſſe cauſam credere poſsis. Te-
ſtes deniq; Michael Guiſilerius,& Guilielmus Sirletus,&,ſi uiuant,Vergilius Ro-
ſarius,& Daniel Blancus:quibus cum,quod ſpecialiter ambobus nouorum omniũ
operum iudicandorum,& edendorum prouinciam Pontifex delegaſſet , ſæpe , ac
ſæpius tam coram,quàm per literas egi,ut eius libri:quẽ ipſi,& docti omnes pro-
Edendi libri licentia non impetrata. baſſent,edendi licentiam tandem mihi uel concederent,uel impetrarent.Sed nul-
lo pacto id obtineri potuit affirmantibus illis non eſſe ſibi integrum,ut ſuper his
quibus ſummus ipſe Pontifex manum iam appoſuiſſet,aliquid ſtatuerent,uel per-
mitterent,ſed eidem omnia illibata reſeruari oportere . Ergo magnam temporis
iacturam,& mille paſſus incommoda,& ſumptibus penè exhauſtus, cum negotia
Author Roma diſcedit. quædam familiaria cauſatus à Neapolitano abeundi licentiam uix impetraſſem,
Elephanti partum non duxi amplius expectandum.Roma itaq; diſcedo. quibuſ-
dam prouinciam:quam Pontifici ſcirent eſſe cordi, à nobis deſeri uehementer ad
mirantibus , pleriſque tamen turpem nos tuliſſe repulſam , atque improbatum
Opus noſtrum exiſtimantibus,neq; omnino id temerè.Quis enim tam æquus re-
rum extimator eſſe poterit,qui cum me poſt biennium ferè exactũ uix ſummis nõ
dicam precibus, ſed laboribus loquendi cũ Pontifice copia ſemel tantum impe-
trata,re propemodum infecta in patriam rediјſſe uel uidet,uel audit,non peſsimè
etiam de libro Inſtitutionum noſtrarũ,ac de negotio toto iudicare debeat?En(in-
quiunt) rediјt tandem nouus hic noſter Tribonianus, at cur interim præclaras il
las ſuas Inſtitutiones nobis non exhibet?cur quaſi Theſaurum in abdito aſſeruat?
ni mirum Theſaurus in carbones uerſus eſt,noſtis cætera. Atq; hæc,& in hãc ſen
tentiam ſimilia eiuſmodi ſunt,ut illis nec ego quidem ſatis commodè queam re
ſpondere,niſi ab ouo totius facti ſeriem recenſeam,at quantum quiſq; fidei ora-
tioni noſtræ habiturus ſit.alieni prorſus eſt arbitriј,nec apud multos mendaciј ſu
ſpicione omnino caret, ita fit,ut unde me laudis ſaltem præmium referre opor-
tuit,exiſtimationis detrimentum feram:quod ut quoquo modo minuam ſaltem,
quando ab eo me penitus uendicare non poſſum,non ab re fore exiſtimaui,ſi ope
ris ipſius compendio locupletiſsima etiam illuſtrum Virorum teſtimonia adiun
gerem,atq; in uulgus ederem:quibus mali de nobis rumores paululum compri-
mantur,

mantur, neq; enim ego omnium ſermonibus, qui de hac re loquātur intereſſe, atque omnibus in angulis ad tutandā cauſam meam adeſſe poſſum. Agendū itaque mihi nunc eſt, ut milites, uel militum Duces interdū ſolent, hi enim ſi pugnæ ſic euentus ceciderit, ut, quanquā in illis nulla culpa ſit, parum tamen probè rē geſſiſſe uulgo exiſtimentur, ut ſe purgent, & ab omni culpæ ſuſpicione uindicent, cartulas quaſdā in publicū edunt (Manifeſta illi appellāt) quibus rei geſtæ ſeriem recenſentes, ac probatiſsimorum teſtium dictis confirmantes ſe ſe ab omni honoris labe, atq; infamia aſſerere, & eximere conantur. Et hoc quidem liberius ut facerem, ea etiam ratione ſum adductus, quòd ita illorum: qui cęptis noſtris fauere conati ſunt, collatum in nos beneficium, quo ad per mea ſcripta fieri poteſt, apud omnes teſtatum faciam, atque ita (ut Comicus inquit) Manifeſta.

Vno labore exoluam ærumnas duas.

uideor enim mihi hoc debere meis fautoribus, ut, quando ipſis gratiam referre nō ualeo, aliquam ſaltem grati animi ſignificationem oſtendere conari debeam, imì tandosq; mihi eſſe ſtatui uiatores, qui paulo ſint accuratiores. Veluti enim hi, ſi quid in itinere, ac peregrinatione offenderint, uel uetuſtate admirandum, uel nouitate gratum, ſi quos item latronum incurſus, uel fluminum impetus incolumes euaſerint, ſicubi ab amicis ſplendidiore conuiuio excepti fuerint, ne quando ea excidant, proprio libello ſolent annotare, & cum in patriam redierint, omnibus recenſere, ſic ego: qui ut adhuc portum non tenuerim, naufragium certè non feci, quæcunq; mihi in huius negotij tractatione obtigerūt: quæ nō indigna uiſa ſunt, de quibus meminiſſe debere, in hoc noſtrū cōmentarium congeſſi, eaq; patronis, atq; amicis meis (ſi uacet) legēda nunc libēter exhibeo. ſicq; (ut inquit Tragicus) Viatorū accuratiorum mos.

Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt.

quanquam & non ſum neſcius, ſic me rurſus exponere morſibus inuidorum, quorū liuori ſatius forte fuerat ſilentio meo modum ponere, quàm aliquid noui edentem, & adhuc eadem in ſententia perſiſtentem, eorundem inſaniam prouocare, ſed quando ſemel imprudens manum in flammam miſi, proprio malo factum audentiorem iuuat idem nunc facere ſcientem, prudentemq;. Liceat tamen mihi ab his illud impetrare quod à Canibus ſuis Hieronymus precatur, ſ. ut hoc, quidquid eſt libelli, legant prius, & poſtea deſpiciant, ac pro libidine lacerent, ne ſi aliter faciant, uel inciuiles habeantur: qui quaſi tota lege non perſpecta iudicent; uel non tam ex iudicio, quàm ex liuore ignorata damnare uideantur. Acceſſerunt huc præterea frequentes ueſtræ iuris ſtudioſi, de Inſtitutionibus ipſis edendis interpellationes: quos ego aſſiduum interpretandi laborem cauſatus in æſtiuos præteritos menſes reieceram, atq; hucuſq; tandem detinui. nunc cum à prælegendi munere diu, ac ſæpius ceſſatum ſit, dilatoria huiuſmodi exceptione deſtitutus apud uos planè (puto) decoxiſſem, niſi aliquo ſaltem commento, atq; aliqua ex parte promiſſa repræſentaſſem, Egi ergo uobiſcum, ut cum ſuis creditoribus ſolent tenniores debitores: quibus ſatisfaciendi non uoluntas, ſed facultas deeſt: qui ſi ære alieno præmantur grandiore. nec dum omnino ſint ſoluendo, ſed in interuallo temporis aliquam ſpem habeant, ne nimium differendo quaſi debitum inficiari uideātur, uel exiguam ſummam primùm perſoluunt, in reliquo menſes, hebdomadas, dies creditoribus auferendo fidem tuentur ſuam. Sic Vos hoc nunc à nobis accipietis commentarium, atq; Operis totius Epitomen, ubi quam ſcribendi rationē, ac rerum ſeriem ſequuti fuerimus, cognoſcetis. breui etiam (niſi Deo penitus renuente prouinciam hanc aggreſſi ſumus) ipſarum Inſtitutionum iuſtum opus quaſi integram crediti ueſtri ſummam accepturi, & conſequuturi. Inciuile niſi tota lege perſpecta.

Finis primi libri.

FRANCISCVS
CANTVCIVS
LECTORI.

SEquentem librum conſueuit Author interdum quaſi per arborem repræſentare, nec incondite, ut uulgò ſolent. Sed incipiens ab imis radicibus, atq; inde perpetuo quodam nexu progrediens ad ſtipitem, ad ramos, ad ramuſculos, ad frondes uſq; ad ſum̃a cacumina ordine tam eleganti, ut artem natura ſui ęmulam agnoſcere facile poſsit: ſed, quando anguſtum chartulæ huius ſpatium eam latiſsimè ramos explicantem, & uno intuitu totum Ius Canonicum ſub ipſis oculis oſtendentem capere non poteſt; ſi hanc operis ac commentarij huius partem, quaſi ſtantem, ac radicibus nixam plantam contemplari non uales; at ſaltem tanquàm conciſam in ligna & erectam in ſtruem intueberis. Ita enim radicum, ſtipitis, ac ramorum principalium effigiem, ob oculos ponimus, ut arborem ipſam totam per te, quaſi ex pede ſtaturam Herculis, conijcere poſsis.

IVRIS Canonici.

- Radices quędam, Quibus conſtat, & innititur.
  - Ius Naturale.
    - Legis pręcepta.
      - Myſtica.
      - Moralia.
    - Inſtinctus naturæ.
    - Euangelij præcepta.
      - Myſtica.
      - Moralia.
  - Conſuetudo.
  - Conſtitutio.
    - Eccleſiaſtica.
      - Statuta Conciliorum.
        - Epiſcopaliũ.
        - Prouincialiũ.
        - Vniuerſaliũ.
      - Decreta Pontificum.
        - Generalia.
        - Perſonalia.
    - Ciuilis.
- Obiectũ.
  - Perſonæ.
    - Laici.
    - Clerici.
  - Res Eccleſiaſticæ.
    - Spirituales.
      - Incorporales.
        - Virtutes & Dona Dei.
        - Quæ in iure cõſiſtunt.
      - Corporales.
        - Sacramenta.
        - Res ſacrę & ſanctæ.
        - Res Religioſæ.
    - Mixtæ.
    - Temporales.
  - Iudicia.
    - Eccleſiaſticum.
    - Seculare.

- Laici
  - Impediuntur ꝓmoueri ob
    - Subiectioné
      - Homines alienæ prouinciæ, uel diœceſis
      - Libertini
      - Monachi
      - Serui
    - Delictum commiſſum
      - Vſurarij.
      - Fures.
      - Homicidæ.
      - Apoſtatæ.
      - Pœnitentes.
    - Suſpicionem delicti futuri
      - Implicati negotijs ſecularibus.
      - Baptizati in ægritudine.
      - Filij presbyterorum.
      - Mariti
        - Viduæ.
        - Eiectæ.
        - Meretricis.
    - Læſionem corporis
      - Voluntariam.
      - Neceſſariam.
      - Fortuitam.
  - Sunt aut
    - Seculares.
    - Regulares qui ſunt ex
      - Praua deuotione
      - Profeſſione
        - Tacita.
        - Expreſſa.
      - Voto
        - Solenni.
        - Simplici.

- Clerici qui cõſtituti ſunt, aut in
  - Sacris
    - Sacerdotio: in quo ſpectat.
      - Gradus & Ordo: nam alij.
        - Excelſo ut
          - Romanus Pontifex.
          - Patriarcha.
          - Archiepiſcopus.
          - Epiſcopus ſimplex.
          - Auditores horum.
            - Coadiutor.
            - Vicarius.
            - Archidiaconus.
            - Archipſbyter
            - Chorepiſcopi, quorum uſus ſublatus.
        - Inferiore, ut Presbyteri.
      - Matrimonium Spirituale quod inter hos & Eccleſiã intercedit: Quod
        - Initiatur.
          - Electione per
            - Inſpiratione in
            - Scrutinium.
            - Cõpromiſſum.
          - Poſtularione
          - Nominatiõe.
        - Ratificatur, Confirmatione.
        - Conſumatur, Conſecratione.
        - Diſſoluit
          - Translatione, cauſa
            - Vtilitatis.
            - Neceſsitatis.
          - Renũtiatione q̃ fit ex
            - Cõſciẽtia criminis.
            - Defectu ſcientiæ.
            - Irregularitate perſonæ.
            - Malitia plebis.
            - Graui ſcandalo.
          - Depoſitiõe
            - Verbali.
            - Actuali.
    - Diaconus.
    - Subdiaconus.
  - Minoribus ordinibus
    - Acolitus.
    - Exorciſta.
    - Lector.
    - Oſtiarius.
    - Cantor.

Beneficia, uel Præbēdę Clericis annexa, conceduntur per

- Collationem, quæ fit per
  - Ordinarium
    - Epiſcopum.
    - Capitulum.
    - Abbatem.
  - Legatum
    - Natum.
    - Miſſum.
    - A Latere.
  - Reſcriptum Apoſtolicum Quod
    - Fit
      - Aut
        - Purè.
        - In diem.
        - Sub conditione.
      - Aut
        - Motu proprio.
        - Ad poſtulationem.
    - Interpretationem ſumit ex
      - Perſona.
      - Loco.
      - Ordine ſcripturæ.
      - Cauſa.
      - Qualitate beneficij.
- Inſtitutionem ex iure Patronatus. Qđ
  - Conſtituitur
    - Fundatione.
    - Dotatione.
  - Acquiritur
    - Donatione.
    - Succeſſione.
  - Tollitur
    - Ceſſione.
    - Eccleſiæ deſtructione.
    - Collegij conſtitutione.
    - Delicti perpetratione.

- Res Eccleſiaſticæ
  - Spirituales
    - Incorporales
      - Virtutes, & dona Dei.
      - Quæ in iure conſiſtunt.
    - Corporales
      - Sacramenta. De quibus proxima pagella.
      - Res ſacræ, & ſanctę
        - Eccleſiæ
          - Conſtitutio, quæ fit
            - Ob incrementum populi.
            - Ob commoditatem plebis.
            - Vniuerſitatis intuitu.
            - Priuilegio Epiſcopi pro
              - Monaſterio.
              - Sepultura.
          - Conſecratio.
          - Reconciliatio.
          - Reparatio.
          - Vnio
            - Temporalis
            - Perpetualis
              - ob
                - Vtilitatem.
                - Neceſſitatem.
          - Immunitas
            - Perſonalis.
            - Realis.
            - Localis.
          - Subiecti erga Epiſcopū
            - Perſonalis
            - Realis
            - Localis
              - uel
                - Iure Ordinis
                  - Clericorum ordinatio.
                  - Virginum benedictio.
                  - Eccleſiarum, altariumque conſecratio.
                - Lege Iuriſdictionis
                  - Eccleſiaſticæ cenſuræ
                    - Excõicatio
                      - Maior, aliàs Ana thema.
                      - Minor.
                      - Canonis, aliàs la tæ ſententiæ.
                    - Interdictio
                      - Canonis
                      - Iudicis
                        - Gñale
                        - Spâle.
                    - Suſpenſio
                      - Canonis.
                      - Iudicis.
                  - Collatio.
                  - Inſtitutio.
                - Lege diœceſana
                  - Cenſus.
                  - Cathedraticum.
                  - Ius decimandi.
                  - Ius hoſpitandi.
                  - Viſitatio.
                  - Procuratio.
        - Altaria.
        - Reliquiæ.
        - Deputata diuino cultui.
      - Res religioſæ
        - Xenodochia.
        - Noſocomia.
        - Gerontocomia.
        - Orphanotrophia.
        - Bethotrophia.
        - Cœmeteria.
        - Sepulturæ.
  - Mixtæ
    - Canonica portio
      - Epiſcopalis.
      - Parochialis.
    - Decimę
      - Prædiales.
      - Perſonales.
  - Temporales, Quę non alienantur, niſi
    - Fructus.
    - Per precarium.
    - Ruinæ.
    - Serui fugitiui.
    - Per Præſcriptionem.
    - Deuoluta ſolita concedi.
    - Inculta prædia, & eccleſiæ inutilitas.
    - Modicum, ob benemerita in
      - Prælatum.
      - Eccleſiam.
    - Ex permutatione cum
      - Principe.
      - Alia Eccleſia.
    - In tuitu rei à ſacerdote in Eccleſiam collatæ.
    - Modicum pauperibus pro eleemoſyna.
    - In præmium arduæ recuperationis.

Sacra mēta

- Alia
  - Neceſſaria quorū quædam pertinet ad
    - Ingreſſum in Eccleſiam, ut baptiſmus
      - Fluminis.
      - Flaminis.
      - Sanguinis.
    - Progreſſum in Eccleſia, ut
      - Chriſma.
      - Pœnitentia cuius
        - Species
          - Solennis.
          - Publica.
          - Priuata.
        - Partes
          - Contritio
          - Confeſſio
          - Satisfactio.
      - Euchariſtia cuius partes
        - Forma uiſibilis.
        - Veritas corporis.
        - Virtus ſpiritualis.
    - Egreſſum ab Eccleſia, ut Extrema unctio.
  - Voluntaria
    - Matrimonium, De quo in Tabella proxima.
    - Ordo
      - Maiores
        - Epiſcopatus.
        - Preſbyteratus.
        - Diaconatus.
        - Subdiaconatus.
      - Minores
        - Acolitus.
        - Exorciſta.
        - Cantor.
        - Lector.
        - Hoſtiarius.
- Alia
  - Iterabilia, Quæ Characterem non imprimunt
    - Pœnitentia.
    - Euchariſtia.
    - Extrema unctio.
    - Matrimonium.
  - Non iterabilia, Quæ Characterem imprimunt.
    - Baptiſmus.
    - Chriſma.
    - Ordo.

Matrimoniū.

- 1 Initiatur Spōſalibus Quæ
  - Contrahuntur
    - Re.
    - Verbis.
    - Literis.
    - Conſenſu.
    - uel
      - Pure.
      - In diem.
      - Sub Conditione, quæ eſt aut
        - Honeſta.
        - Turpis
          - Simplex.
          - Cōtra ſubſtātiā.
        - Impoſſibilis.
  - Diſſoluuntur
    - Ipſo iure
      - Subſequente matrimonio.
      - Sacrorum ordinum ſuſceptione.
      - Religionis ingreſſu.
      - Interuentu cognationis
        - Carnalis.
        - Spiritualis.
    - Facto hominis
      - Fornicatione
        - Carnali.
        - Spirituali.
      - Partium conſenſu.
      - Membrorum amiſſione.
      - Morbi incurabilis interuentu.
      - Abſentia diuturna.
- 2 Ratificatur, Conſenſu.
- 3 Conſumatur, Copula.
- 4 Impeditur
  - Contrahendum
    - Furore.
    - Voto ſimplici.
    - Cognatione, &
  - Contarctum
    - Errore
      - Perſonæ.
      - Conditionis.
      - non
        - Fortunæ.
        - Qualitatis.
    - Voto ſolenni.
    - Cultus diſparitate.
    - Sacrorum ordinum ſuſceptione.
    - Crimine.
    - Iuſto metu.
    - Impotentia coeundi.
    - Publicæ honeſtatis iuſtitia.
    - Cognatione
      - Naturali
        - Conſanguinitas.
        - Affinitas.
      - Spirituali ex
        - Baptiſmo.
        - Chriſmate.
      - Legitima ex
        - Adoptione.
        - Arrogatione.
    - Adiectione conditionis contra eius ſubſtantiam.
- 5 Diſſoluitur
  - Morte.
  - Diuortio
    - Separatio thori ob
      - Fornicationem
        - Carnalem.
        - Spiritualem.
      - Viri ſeuitiam
    - Diſſolutio uera
      - Ante copulam
        - Ingreſſus religionis.
        - Impotētia coeūdi ignorata.
      - Poſt copulam
        - Cult⁹ diſparitas cōiugis.
        - Machinatio i necē dfuncti

- Iudicium
  - Eccleſiaſticum
    - Ciuile
      - Ordinariũ
        - Plenarium
          - Exercetur
            - Syndicos.
            - Procuratores, q
              - Cõſtituũtur ad
                - Negotia.
                - Iudicia
                  - Pater familiâs.
                  - Filius familiâs.
              - Prohibentur
                - Sacerdos
                - Monachus
                  - In criminalibus.
                - Excommunicatus.
              - Deſinunt
                - Morte
                  - Conſtituentis.
                  - Conſtituti.
                - Reuocatione
                  - Tacita.
                  - Expreſſa.
            - Principales
          - Ceſſat
            - Pacta.
            - Tranſactiones
            - Compromiſſa in Arbitros q
              - Prohibẽt
                - Seruus.
                - Monachus.
                - Femina.
                - Laicus ſuper re ſpirituali.
                - Hæreticus.
                - Apoſtata.
                - Schiſmaticus.
                - Infidelis.
                - Excommunicatus.
              - Non cognoſcunt Câs
                - Liberales.
                - Matrimoniorum carnalium.
                - Filiationum.
                - Monachationum.
                - Conuerſionum.
                - In integrũ reſtitutionũ.
                - Criminales.
                - Maiores iudices exquirentes.
              - Deſinunt
                - Prolatione ſententiæ.
                - Morte
                  - Arbitrorum.
                  - Litigatorum.
                - Temporis lapſu.
          - Conſtat. Vt tabella ſequenti.
        - Summarium Quod cõſtat
          - Citatione.
          - Petitione in
            - Verbo.
            - Scriptis.
          - Iuramento de
            - Calumnia.
            - Veritate dicenda.
          - Probatiõibus.
          - Sententia lata à iudice
            - Sedente.
            - Stante.
      - Extra ordinarium
        - Fit per Delegationem
          - Ordinarij, qui creatur à
            - Lege.
            - Principe.
            - Vniuerſitate.
            - Cõſuetudine
          - Principis.
        - Diſſoluitur
          - Reuocatione mandati.
          - Morte
            - Delegantis.
            - Delegati.
          - Pronuntiatione incompetentiæ.
          - Impedimento
            - Iuris.
            - Facti.
          - Lapſu temporis reſcripti.
          - Exequutiõe finiẽ Delegati Pricipis
            - Per te.
            - Per aliũ.
          - Recuſatione.
    - Criminale, de quo ſequẽtibus tabellis.
  - Seculare

Plenariũ iudicium conſtat

- 1 Citatione
  - Non arctat ad comparendum
    - Perſonæ qualitate
      - Ius dicentis.
      - In ius uocati.
    - Loci conditione
      - Incerti.
      - Extra citantis iuriſdictionem.
      - Peſtilentis, aut aliàs non tuti.
    - Formæ defectu.
    - Legitima cauſa impeditum
      - Facto aduerſarij.
      - Concurſu maioris Iudicis.
      - Vinculis.
  - Neglecta parit contumaciam quæ punitur aut
    - Miſsione in poſſeſſionem.
    - Rei ſequeſtratione.
    - Litis damno.
    - Mulcta.
    - Excommunicatione.
    - Expenſarum refectione.
- 2 Libelli conceptione, & oblatione
  - Accuſatorij.
  - Conuentionalis.
- 3 Exceptionibus, Quæ ſunt aut
  - Dilatoriæ.
  - Declinatoriæ.
  - Peremptoriæ
    - Simplices.
    - Litis finitæ, ut
      - Tranſactionis.
      - Iuriſiurandi.
      - Rei iudicatæ.
    - Anormalæ
      - Contra teſtes.
      - Excommunicationis.
      - Præiudiciales.
- 4 Replicationibus.
- 5 Mutua petitione, Quæ
  - Fit coram
    - Ordinario.
    - Delegato.
  - Prohibetur
    - Coram
      - Arbitro.
      - Iudice laico ſuper cauſa ſpirituali.
    - In cauſa
      - Criminali.
      - Depoſiti.
    - Contra ſpoliatum.
    - Excommunicato.
- 6 Litis conteſtatione, per
  - Principales.
  - Procuratores.
  - Tutores, & ſimiles.
  - Aduocatum.
- 7 Iuramento calũniæ, Quod
  - Remittitur
    - Clericis in cauſa ſuæ eccleſiæ.
    - Tacitè per partes.
  - Permittitur etiam in cauſa
    - Spirituali.
    - Appellationis.
  - Præſtatur per
    - Principales.
    - Procuratores.
    - Syndicos.
- 8 Probatione, quæ habetur ex
  - Reo per Confeſsionẽ.
  - Actore per
    - Teſtes, qui cenſentur idonei
      - Natura
      - Conditione
      - Vita
    - Inſtrumenta, & ſcripturas.
    - Iuramentum
      - Neceſſarium.
      - Voluntarium, ſiue Deciſorium.
  - Iudice, puta per
    - Inſpectionem loci.
    - Aſpectũ corporis.
  - Rebus ipſis, per
    - Notorium.
    - Suſpicionem uehementem.
  - Eſt aut
    - Interlocutoria.
    - Definitiua, Quæ poteſt eſſe contra ius
      - Conſtitutioni
      - Litigatoris.
- 9 Sententia
  - Mandatur Exequutioni, quæ
    - Fit per
      - Ordinarium mandante delegato.
      - Delegatum, non parente ordinario.
    - Retardat
      - Reſtitutione in integrum, quæ datur
        - Intra quadriẽnium.
        - Minori, Eccleſiæ læſis ex
          - Sententia.
          - Contractu.
          - Confeſſione.
          - Probationis omiſsione.
          - Tẽporis fluxu.
        - Coram
          - Ordinario.
          - Delegato ſpecialiter.
      - Oppoſita exceptione
        - Fraudis.
        - Nullitatis.
      - Commiſſa cauſa appellationis per Principem.
  - Suſpenditur appellatione, quę
    - Eſt aut
      - Iudicialis à
        - Definitiua.
        - Interloquutoria.
      - Extraiudicialis ab
        - Electionibus.
        - Poſtulationibus.
        - & alijs ſimilibus.
    - Fit
      - Verbis.
      - Factis.
    - Non admittitur
      - Incerta.
      - In confeſſis.
      - Super notorio criminis.

- Crimina le[illegible]u diciũ cuius cauſa
  - Materialis, Crimina, quorum alia principaliter lędũt.
    - Deũ.
      - Simonia.
        - Simplex Conuentionalis.
        - Realis.
          - Conuentionalis.
          - Mentalis.
      - Hæreſis.
      - Schiſma.
      - Apoſtaſia.
        - Perfidiæ.
        - Inobedientiæ.
        - Irregularitatis.
      - Sortilegium.
      - Maledicẽtia.
      - Sacrilegium quod admittitur, ratione.
        - Rerum, cùm aufertur quid.
          - Sacrum de ſacro.
          - Sacrum de non ſacro.
          - Non ſacrum de ſacro.
        - Perſonarum per
          - Iniectionem manuum.
          - Coitum.
            - In eccleſiaſticas pſonas.
    - Homines.
      - Furtum.
      - Vſura.
      - Adulterium.
      - Stuprum.
      - Inceſtus.
      - Sodomia.
      - Coniunctio cum brutis.
      - Raptus.
      - Fornicatio.
      - Falſum.
      - Homicidiũ.
        - Voluntarium
        - Neceſſarium.
        - Fortuitum.
      - Iniuriæ, quæ inferuntur.
        - Re.
        - Verbis.
        - Literis.
  - Formalis per
    - Accuſationem.
    - Denunciationem.
    - Inquiſitionem.
      - Præcedentibus.
        - Inſcriptione.
        - Charitatiua monitione.
        - Diffamatione.
    - Purgationem.
      - Vulgaris improbata.
      - Canonica, præcedente magna diffamatione.

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI AD SCHOLARES PERVSINOS

LIBER SECVNDVS.

FActurus initium Inſtitutionum Iuris Canoniti, cū ſciret Author quæſtionem. Quid nominis præcedere debere quæſtionem. Quid rei, in deſtibūlo ipſius libri inſcribit breuem titulum. De Iure Canonico: in quo primo ponit, unde, & qua ratione id ius nomen huiuſmodi ſortitum fuerit. Inde tranſiens ad rem ipſam deſcribit Ius ipſum Canonicum, demum quibus partibus illud conſtat explicat, dicens conſtare Lege diuina, Conſuetudine, & Conſtitutionibus.

Inſcribit igitur ſequentem Titulum de lege Diuina, Conſuetudine, & Conſtitutionibus: ac primum deſcribit Ius ipſum Diuinum docens illud eſſe immutabile, diſtinguens tamen inter præcepta moralia, & miſtica Diuinæ legis. Conſequenter aggreditur materiam Conſuetudinis tanquam ſecundum fontem Iuris Canonici demonſtrans, & originem eius, & qualem eandē eſſe opporteat, ut ſit iuris iſtius portio: Inde ad tertiam partem Iuris iſtius tranſitum faciens diuidit Conſtitutiones in duas ſpecies ſeculares ſcilicet, & Eccleſiaſticas, ſubdens quæ uis, & quis uſus ſit ſecularium Conſtitutionum apud Eccleſiam, & clericos, breui rem perſtringēs, quippe quod talium Conſtitutionum tractatus potius ad Ius Ciuile, quàm ad Canonicum pertineat.

Dirigit igitur pleniorem ſtylum ad eccleſiaſticas Conſtitutiones, quas partitur in ſtatuta Conciliorum, & decreta Pontificum, addit his & dicta Sanctorum: ſubdiuidit inde Concilia in Vniuerſalia, Prouincialia, & Epiſcopalia illorum & originem, & poteſtatem, & differentiam breuiter enarrans, tranſit inde ad Pontificum decreta, exponitq; qualia illa eſſe debeant, ut legis obtineant efficaciam, & qualiter differāt ab his, quæ ab interprætantibus ſacræ paginæ, aut ab alijs Sanctis ſcripta comperiuntur.

His totius operis quaſi iactis fundamentis uenit ad ſubiectum Iuris Canonici illud circa tria uerſari principaliter afferens, Perſonas nempe, Res, & Iudicia, & ad hanc trimembrem diſtinctionē redigit omnia, quæ in quatuor libros congeſsit.

Exorditur itaq; à tractatu Perſonarum tanquam à nobiliore, ponēſq; Titulum de Iure Perſonarum primum facit bimembrem diſtinctionem dicens Perſonarum quoſdam eſſe Laicos, quoſdam Clericos, & eorum inter ſe differentiam planam facit: ſubinde accipiens ſecundum membrum (ex cuius intelligentia oritur cognitio primi) diuidit perſonas Eccleſiaſticas in tres claſſes, prima eſt Sacerdotum, ſecunda Conſtitutorum tantum in ſacris, tertia eorum, qui neq; in Sacerdotio, neq; in ſacris ſunt conſtituti, quales ſunt poſiti in minoribus ordinibus.

Rurſus reſumens primum membrum dicit Sacerdotum quoſdam eſſe, qui ſunt in gradu, & ordine altiore poſiti, quoſdam, qui in inferiore. Et repetens primū membrum in altiore gradu poni debere affirmat Epiſcopos, quorum triplicem eſſe ordinem demonſtrat, ſcilicet Patriarchas, Archiepiſcopos, & ſimplices Epiſcopos: & ordinis cuiuslibet ponit originem, & poteſtatem, ſubnectēs in fine de primatu Romani Pontificis, ad quem omnes prædictos referri oportere deducit, & ſubiectos eſſe demonſtrat.

Hoc ſecundo libro bone Lācillote dū das operam ut nemo tibi Inſtitutionū inuentionē atq; ordinē poſsit præripere docuiſti qūo utrū que poſſet præripi, unde quaſi ſorex indicio tuo negotium tibi feciſti.

Intendens

Intendens autem horum plenè tractare materiam,exorditur à cauſa efficienti de cens prædictos creari duobus modis per electionem,& per poſtulationem.

Inde rediens ad electionem definit quid ea ſit, ponens quæ ad legitimam electionem requirantur,& ibi ponit quid interſit per ſe,uel procuratorem, unum, uel plures electioni quis interueniat: diſtinguens tamen interim inter Romani,& aliorum Pontificum electionem, docetq; eam celebrari tribus modis per inſpirationem,per Scrutinium,& per compromiſſum,unumquemq; modum dilucidè deſcribens, annectitq; & qui poſſint eligere,& in quos cadere poſſit electio, cum multis annexis quæſtionibus,& ad rem facientibus.

Quo primo membro cauſæ efficientis expedito,tranſit ad ſecundum,ſcilicet,ad poſtulationem,illam deſcribens, ponensq; qui,& quibus caſibus ſint poſtulandi.

Et quia hæc ſunt quaſi quædam coniugij ſpiritualis initia, poſtquàm egit de electione,& poſtulatione, tranſit ad ratificationem talis matrimonij, quæ fit per confirmationem,docetq; quid confirmatione quis conſequatur, nempe ea,quæ Iuriſdictionis, non quæ ſunt Ordinis:& quomodo confirmans ſe habere debeat cum confirmando,cum alijs ad materiam facientibus.

Inde tranſit ad conſecrationem, per quã huiuſmodi ſpirituale coniungium conſumatur, ponitq; qualiter illa debeat explicari: cũq; expediri non poſſit niſi conſecrans ſit Palliatus commodè annectit de receptione,& authoritate Pallij. electo igitur, confirmato,& per conſecrationem, & conſũmationem coniugij ſpiritualis perfecto,& abſoluto Epiſcopo, quædam moralia præcepta ponit,quæ ad uitam, & honeſtatem Prælatorum ſpectant: congruebat enim,ut poſito quomodo inſtituantur Prælati,diceretur etiam quomodo eos in eccleſia Dei uerſari oporteret.

Et quia officium paſtorale monſtratur eſſe latiſſimum, & huiuſmodi, quod ab uno tantum homine uix rectè ſuſcipi, & peragi poſſit, oſtendit eccleſiam uocaſſe quoſdam in partem curæ paſtoralis,ut ſunt Archidiaconus,Archipresbyter,Vicarius,& coadiutor,qui unà cum Epiſcopo commiſsi ſibi gregis ſolicitudinem gerũt, de quorum officijs,& iuriſdictione,& poteſtate ſingulis titulis agit, ſpeciali etiam titulo adpoſito,quo Corepiſcoporum uſum ſublatum eſſe demonſtrat.

Deſcendit tandem ad diſſolutionem iſtius ſpiritualis coniugij, ſecutus ordinẽ Naturæ,quo inductum eſt, ut res prius naſcantur, inde augeantur, uiuant, & intereant: dicitq; diſſolui huiuſmodi Matrimonium tribus modis translatione,renuntiatione & depoſitione.

Rediensq; ad primũ modũ.ſ.translationis docet eã fieri uel cã utilitatis,uel cauſa neceſsitatis,ſubdens,qui poſsit trãsferre,& quis poſsit trãsferri, quõ ſit faciẽda trãslatio,nõnulla ibi & de beneficiorũ permutatione, re ipſa ſuadente,ſubdens.

Conſequenter tranſit ad ſecundum modum diſſoluendi huiuſmodi matrimonij, ſcilicet ad renuntiationem,qua deſcripta ponit ſex principales cauſas,ob quas licitè poteſt quis renunciare,quas dicit eſſe conſcientiam criminis,debilitatẽ corporis, defectum ſcientiæ,malitiam plebis, graue ſcandalum, & perſonæ irregularitatem,quas ſingulas declarando proſequitur, ſubdens inde per quos, & quomodo huiuſmodi renuntiatio fieri ualeat.

Subinde tranſgreditur ad tertium modum,quo tale coniugium diſſoluitur,ſcilicet,ad depoſitionem, ſeu degradationẽ,quàm diuidit in realem,uerbalem,utriuſque uim,ordinem,& naturam breuiter attingens.

Quibus explicatis redit ad ſecundum membrum perſonarum eccleſiaſticarum primæ claſsis,hoc eſt Sacerdotum, quorum dixerat quoſdam eſſe poſitos in altiore gradu,& ordine, ut ſunt omnes ordines Epiſcoporum, de quibus diffusè ſupra dixerat,quoſdam eſſe poſitos in inferiore,ut ſunt præsbyteri,dicitur igitur de origine præsbyterorum,& poteſtate,docens quædam eſſe in eccleſia, quæ præsbyter ſuo iure,quædam, quæ permittente Epiſcopo,quædam,quæ nec proprio Iure, nec Epiſcopi permiſſu poteſt exequi.

Delabitur

Delabitur poſtea ad ſecundam claſſem, quæ eſt eorum qui ſunt conſtituti in ſacris tantum, nõ in ſacerdotio, ut ſunt Diaconi, & Subdiaconi, illorumq; ſigillatim deſcribit munus, & officium cum origine.

Inde tranſit ad tertiam claſſem perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ conſtat ijs, qui tantum in minoribus ordinibus ſunt conſtituti, ut ſunt Accolitus, exorciſta, lector, oſtiarius, cantor: eorumq; ſingulariter officia deſcribit, demonſtrans, quæ inter hos, & illos ſuperiorum claſsium ſit differentia.

Et quoniam quædam in iure habentur, quæ communia ſunt tam maiorum, quàm minorum ordinum, ſpeciali tractatu complectitur ea, quæ ſunt omnium ordinum communia, ubi congerit de maioritate, & obedientia, de ſcrutinio faciendo in ſuſceptione ordinis, & de temporibus ordinationum? de eo qui per ſaltum, uel furtiuè promotus fuit, & pleraque, quæ in Decretalibus, plures paginas occupant, quorum Author ſingulos titulos, ſingulis paragraphis, artificioſè concludit.

Demum ponit etiam, titulum de ijs, qui promoueri non poſſunt: qui & ipſe cõmunis eſt tam maioribus, quàm minoribus ordinibus, & in eo diffuſè tractatur de generibus omnium fermè irregularitatum, redigitq; Author omnem tractatum ad quatuor capita, demonſtrans, alios prohiberi ordines ſuſcipere ratione ſubiectionis, ut ſunt Serui, Libertini, Monachi alienæ diœceſis uiri. Alios ratione delicti, ut qui commiſerunt homicidium, habita tamen ratione an ſit uoluntarium, neceſſarium, uel fortuitum; publicè penitentes, uſurarij, ſimoniaci, fures, & ſimiles. Alios ratione ſuſpicionis futuri lapſus, ut baptizati in ægritudine, filij presbyterorum, bigami. Alios ratione corporalis impedimẽti, ut cæcus, aut aliter notanter corpore mutilatus, & uniuſcuiuſq; capitis tractatum plenè proſequitur.

Poſt hæc tranſitum facit ad materiam præbendarum, beneficiorumque: & ſentiens tractatum hunc extra propoſitum legentibus uideri poſſe, cum ſe de Iure perſonarum ab initio locuturum pollicitus fuerit, docet quemadmodum præbendæ ſunt dignitatibus annexæ. Et per hoc non inconcinne poſſe earum tractatum inſeri, & annecti tractatui perſonarum, exorditurq; ijſdem ferè uerbis, quibus Iuſtinianus in ſuis Inſtitutionibus ſuper titulo de legatis, poſitaq; ibidem deſcriptione præbendæ, & ratione cur illæ inuentæ fuerint, ponit duos modos, per quos conceduntur beneficia, & præbendæ, ſcilicet, per collationem, & per inſtitutionẽ, per collationem ſtricto uocabulo liberam ordinarij conceſſionem tantum deſignans, per inſtitutionem ea, quæ fit ad præſentationem patroni.

Amplexuſq; primò mẽbrũ collationis ponit tres fontes, à qbus collationes ipſæ emanãt, nẽpe ab ordinario, à legato ſedis Apoſtolicæ, & à Romano Pontifice.

Et proſequens primum caput diffinit, quis ſit ordinarius collator, & quomodo ſit agendum, ſi duo ſint ordinarij collatores, uel aliter ad collationem concurrere debeant, puta Epiſcopus, & capitulum, & quomodo de uno ad alium fiat deuolutio, & intra quod temporis ſpatium.

Tranſit inde ad ſecundum caput, cumq; tres ſignificet eſſe legatorum ſpecies, miſſos ſcilicet, natos, & à latere, declarat id, quod primo dixerat de legato ſimpliciter circa collationem beneficiorum, ſolummodo ad legatum de latere pertinere: atq; illam ipſam conferendi poteſtatem certis limitibus contineri docet, ponitq; quid ſit huic legato cum ordinario cõmune, & in quo etiam diſſideant.

Explicitis duobus capitibus circa collationẽ deſcendit ad tertium. ſ. ad reſcriptũ Ro. Pont. quod quidem dicit concipi poſſe tribus modis, purè, adiecta die, & ſub conditione: ponitq; quid interſit hoc, uel illo modo reſcriptum concipiatur.

Addit latenter & aliam diſtinctionem, quòd ſcilicet, ſit talis collatio per reſcriptum Apoſtolicum, uel motu proprio, uel ad alterius petitionẽ: demonſtrans quæ inter unum, & alium modum ſit differentia, ſubnectitq; quãtum prouiſio facta per Apoſtolicum cæteris antecedat, & quando quis authoritate Apoſtolica dicatur receptus, præfatoſq; Apoſtolici mandati fines diligenter cuſtodiendos, nec ad alios

Mm præ-

præterquàm expreſſos caſus trahendos, adijcit huiuſmodi reſcriptum, ex perſona, ex loco, ex ordine ſcripturæ, ex cauſæ inſertione, & qualitate beneficij recipere interpretationem, ſingula exemplis clara faciens, aliaq; addijciens, quæ ad reſcripti gratioſi interpretationem pertinent.

Hunc titulũ reſecuit ante editionẽ Author, quẽ admodum pauca quædã alia rat° breui cuidã Inſtitutioni minus cõuenire.

Cumq; circa prouiſionem factam per Apoſtolicum multa dixiſſet: quia ſpecialia quædam uidentur inducta circa beneficia uacantia in curia, ponit tractatum ſeparatum de beneficijs uacantibus in curia, ediſſerens, & quando in curia dicantur uacare, & quibus caſibus licet in curia uacent, poſsint tamen ab alijs, quàm ab Apoſtolico conferri.

Explicito primo modo: quo beneficia nanciſcimur, ſcilicet, cum per collationẽ illa conſequimur, deſcendit ad ſecundum, qui eſt per uiam inſtitutionis, ponens in quibus collationes, & inſtitutiones conueniãt, & in quibus diſsideant: & obiter tractat de Iure patronatus, docens quibus modis illud cauſetur, & quare ſit inſtitutũ, quis ſit illius effectus, quæ differentia ſit inter laicos patronos, & Eccleſiaſticos, & quomodo tale Ius intereat.

Cumq; prouiſi ſiue per collationem, ſiue per inſtitutionem reſidere debeant, ſubdit breuiter de clericis non reſidentibus: & quoniam à materia iuris perſonarum uidebatur aliquo pacto digreſſus, ſub epilogo omnia prope, quæ antea dixerat, reuocat ad memoriam, ſubnectitq; materiam regularium, & monachorum, qui licet ſint perſonæ eccleſiaſticæ, non tamen erant cõprehenſi ſub prima principali diſtinctione, cũ tam Laici, quã Clerici poſſint eſſe regulares: dicit igitur monachum fieri uel paterna deuotione uel propria profeſſione: quã nunc expreſſam, nunc tacitã eſſe docet: uel uoti emiſſione, ſubdens uotum eſſe duplex, ſimplex, & ſolemne, proſequiturq; hæc tria membra uſq; ad finem tituli, & libri, ponens quid ualeat patria poteſtas ad inducendam, uel prohibendam monachationem filiorum: quid interſit inter tacitam, & expreſſam profeſſionem, inter hunc, & illum ordinem: quæ ſint ſubſtãtialia religionis, uel regularitatis, qualiter, & quo ordine monachi uiuere debeant, & in quo à cæteris regularibus differant.

LIB. II.

Tractatu perſonarum explicito primo libro, aggreditur ſecundum principale membrum uidelicet. Rerum, factaq; generali inſcriptione, de rerum diuiſione, diſtribuit primo res omnes Eccleſiaſticas in duo genera ſcilicet, in res ſpirituales, & temporales, rurſus ſpirituales ſubdiuidit in incorporales, & corporales, & rurſus diſtribuit corporales in ſacramenta, in res ſacras, & ſanctas, & in res religioſas, demonſtransq; res incorporales particulari, & ſpeciali tractatu minime indigere, aggreditur materiam corporalium, exorditurq; à Sacramentis taquã à ſubiecto nobiliore: facta itaq; generali inſcriptione, & titulo de Sacramentis, diffinit quid ſit Sacramentum: inde ponit primam diuiſionem Sacramentorum, quòd aut ſunt neceſſaria, aut uoluntaria: ſubdiuidit inde neceſſaria dicẽs quòd quædam proficiunt ad ingreſſum in Eccleſiam, quædam ad progreſſum in Eccleſia, quædam ad egreſſum ab Eccleſia: ponit item & ſecundam diuiſionem quòd quædam characterem imprimunt, & non ſunt iterabilia, quædam non imprimunt, & ſunt iterabilia. Inde quibus partibus conſtent, à quo, & cur inſtituta, quales, & cuius propoſiti, & intentionis oporteat eſſe miniſtros, ut Sacramenta conficiant, breuiter exponit.

Quibus generaliter cognitis, aggreditur Author de ſingulis ſpecialiter dicere, exorditurq; a Sacramento baptiſmi quod eſt cæterorum ianua, & fundamentum, illud deſcribit, efficaciam eius, & naturã exponit: qui baptizare, & baptizari, & quot genera ſint baptiſmi, & quæ ſint eius ſolennia declarat.

Subinde dicit de Sacramento Chriſmatis, quod uidetur baptiſmo annexum, ponens, & qui chriſmare, & quos, & quando ualeant, & quæ Chriſma propria, quæ cũ baptiſmo habeat communia.

Poſtea tranſit ad pœnitentiam,per quã poſt baptiſmum , & cõfirmationẽ lapſis ſubuenitur,eaq́; deſcripta tres ponit pœnitentiæ ſpecies ſcilicet,ſolennem, publicam,& priuatam,quarum naturam, & uim deſcribit: proſequitur inde tres partes ipſius pęnitentiæ ſcilicet, contritionem,confeſsionem, & ſatisfationem , annectẽs quæſtiones à materia non abhorrentes.

Tranſitum inde facit ad Euchariſtiæ Sacramentum , præuiaque illius commendatione , & quis illud exhibere , & quibus exhiberi ualeat , explanat , ponitque quibus partibus hoc Sacramentum conſtet , nempe uiſibili forma , ueritate corporis , & uirtute ſpirituali: quarum ſingularum partium declarationem proſequitur.

Habito itaq; tractatu Sacramentorum,quæ ad ingreſſum in Eccleſiã, & progreſſum in Eccleſia inſtituta ſunt,tranſit ad ea,quæ proficiunt ad egreſſum , & ſic ponit de extrema unctione , duplicem inquiens unctionis eſſe ſpeciem , exteriorem , & interiorem.

Explicitis Sacramentis : quæ ſunt neceſsitatis , ponit de ijs , quæ uoluntatis habentur, quæ ſunt ordo,& matrimonium.Et quoniam materia ordinis diffuſè tractata fuerat in primo libro,cũ de perſonis ageretur,poſita ſola ordinis deſcriptione,tranſitum facit ad matrimonium,quod quidem primo deſcribit , tum eius laudes,& bona breuiter perſtringens,dicit illud initiari ſponſalibus, ratificari conſenſu,& copula conſumari.

Rediensq́; ad materiam ſponſalium, poſitaq́; illorũ deſcriptione,docet ea contrahi uarijs modis,utputa Re,uerbis,literis,& conſenſu, & appoſitis exemplis modorum,inter ſe uarietatem, ac declarationem planam facit , annectitq́; commodã diſtinctionem,quòd aut contrahuntur purè, aut adiecta die,aut ſub conditione:exponens quid interſit hoc,uel illo modo contrahantur,& à quibus,& ſub quibus cõditionibus poſſit matrimonium, uel ſponſalia contrahi , diſtinguens inter conditionem honeſtam,turpem,& impoſſibilem.Item quis ſit ſponſalium effectus , quibus modis illa diſſoluantur,docens ea interdum ipſo iure diſſolui , interdum facto hominis,& utrunq; per plura exempla declarat.

Pleno igitur de ſponſalibus habito tractatu , tranſit ad ipſas nuptias , hoc eſt ad matrimonium contractum per uerba de præſenti.Item ad conſumatum per copulam,ponens,& qui,& per quæ uerba poſſint matrimonium contrahere,quæ poſſint matrimonium impedire:& quia inter multa, quæ matrimonium impediunt, eſt error,ponit quatuor genera errorum. uidelicet perſonæ, conditionis, qualitatis, & fortunæ: ſecernitq́; ea ; quæ matrimonium impediunt,ab his,quę non impediunt. ponit & quid ualeat ad impediendum,uel diſſoluendum matrimonium cultus diſparitas : eaq́; occaſione triplicem quodammodo matrimoniorum ſpeciem , ac differentiam proſequitur : quippe quòd illorum quædam ſint legitima,& nõ rata,quędam ex contrario rata,ſed non legitima,quædam uerò, & legitima, & rata : & harũ ſpecierum inter ſe differentiam breuiter declarat. Ponit & de uoto ſolenni , & de ſuſceptione ordinum ſacrorũ,& de coactione,metu,de furore, frigiditate , de morbo incurabili,de publicæ honeſtatis iuſtitia: an,& quando prædicta matrimonium impediant planum faciens.

Et quoniam cognatio contrahendo matrimonio affert impedimentum, quæ eſt triplex , ideò annectit tractatũ de triplici cognatione, ſpirituali ſcilicet, quæ contrahitur non occaſione omnium Sacramentoruum,ſed tantum baptiſmi , chriſmatis,& catechiſmi., licet non omnibus caſibus eiuſdem ſit efficaciæ,legali,ut eſt ea, quæ contrahitur per adoptionem,uel arrogationem, quam docet modo habere temporalem cauſam prohibendi matrimonij,modo perpetuã,& naturali , quæ deducitur aut in conſanguinitatẽ,aut in affinitatẽ,ſubnectitq́; quæ ad graduũ cognitionẽ ſunt neceſſaria: & quando,& quatenus, inter quos illa matrimonium cõtrahi impediat, diſtinguens inter affinitatem præcedentem ipſum matrimonium, & ſubſequẽtem:

cumque ad detegenda huiuſmodi impedimenta oporteat Matrimonia eſſe non Clandeſtina, ideò commodè annectit de Clandeſtina Deſponſatione: & qui Matrimonium poſſint accuſare, uel contra illud teſtificari.

Demum plenè tractat de Diuortijs tanquam de quodam interitu Matrimonij, monſtratque Diuortij nomen nunc pro uera diſſolutione Matrimonij, nunc pro Separatione thori duntaxat uſurpari.

Ponit igitur primò caſus in quibus ueram contingit Matrimonij diſſolutionem fieri, cum ſuis rationibus Inde proſequitur caſus; in quibus contingit fieri thori tantum ſeparationem: annectens quæ ſint exceptiones, quæ poſſunt opponi à coniugibus repetentibus coniuges: cui tractatui adiungit uerbum de ſecundis nuptijs, exponens qui ſpe ſecundarum nuptiarum deſtituantur, & qualiter ſecundas nuptias Eccleſia ſuſcipiat? Et completur per ſupradicta tractatus Sacramentorum.

Tranſit inde ad alias ſpecies rerum Eccleſiaſticarum corporaliũ ſcilicet, ad Res ſacras, ſanctas, & religioſas, ut ſunt Eccleſiæ, Altaria, Religioſorum domus, Sepulturæ. Ponitq; primò de conſtituendis, conſecrandis, & reparandis Eccleſijs, Altaribus: docens quatuor eſſe cauſas Eccleſiarum ædificandarum, proſequiturq; quæ ad Eccleſiarum, Altariumve ædificationem, & dedicationem, et ad recõciliationem (ſi execratæ fuerint) debeant concurrere? tranſit inde ad Vnionem Eccleſiarum, qua deſcripta, duas ponit Vnionum ſpecies perpetuam ſcilicet, & temporalem. Ex quibus cauſis fit Vnio facienda. Quis poſſit unire. Quis Vnionis effectus, Quomodo unio diſſoluatur.

His traditis tranſit ad Eccleſiarum immunitatem, quam triplicem eſſe dicit, Localem, Perſonalem, & Realem: & ibidem quamlibet proſequitur, indicans quæ negotia in materiali Eccleſia ſint exercenda, & quæ ab eadem ſunt arcenda, & qui per acceſſum ad Ecccleſiam impunitatem, uel remiſſiorem pœnam conſequantur: à quibus muneribus Clericorum perſonæ ſint exemptæ, & à quibus uectigalib. ſint res Eccleſiæ immunes, & cum non uſque adeò ſint immunes Eccleſiæ, cui Epiſcopo ſubijciantur, ponit etiam de Eccleſiarum ſubiectione, docẽs qua ratione, & quarum rerum intuitu Eccleſiæ ſint Epiſcopo ſubiectæ, reſtringens omnia ad tria capita. ſ. ad Ius ordinis, ad Legem iuriſdictionis, & ad Legem diœceſanam.

Et quia ſupra dixerat de ijs, quæ ad Epiſcopos pertinent iure ordinis, & Lege iuriſdictionis, ſub congruis titulis, proſequitur tertium caput, quod reſtabat. ſ. ea quę pertinent ad Epiſcopum Lege diœceſana, tractat igitur de Cenſibus. de Procurationibus, & Exactionibus, ubi materiam Cenſuum, iuris uiſitandi latè proſequitur: annectitque, materia ſuadente, de Capellis Monachorum, & de religioſis domibus, ubi agit de pluribus inter ſe diuerſis locis, quæ nos uulgo communi uocabulo hoſpitalia appellare conſueuimus: de illorum regimine, & qualitate compendioſè differens.

Et cum ſepulturæ ſunt religioſæ, annectit de ſepulturis, docens quid conferat Sepultura in loco religioſo magis, quàm profano: & an Vxor, an Filiusfamiliàs, an impubes habeant liberam ſepulturæ electionem, an etiam Monachi; ubi quis ſepeliendus, nõ electa à ſe ſepultura. Qui Chriſtiana ſepultura priuandi. Qua pœna afficiendi uendentes terram pro ſepultura.

Et quoniam ſi quis poſt habita parochiali Eccleſia, uel ea, in qua Sacramẽta percipit, in alia Eccleſia ſepulturã eligat, Parochialis Eccleſia. de relictis pro anima à defuncto quartam detrahit, ideò ſubdit de Canonica portione, qua deſcripta, illã in duas ſpecies diuidit, ſcilicet, in Parochialem, & Epiſcopalem, ibique materiam utriuſque diffusè proſequitur.

Cumque hucuſq; de rebus, quæ quadã ſpiritualitate continentur, pertractaſſet, antequàm ueniat ad tractatum Rerum Eccleſiaſticarum temporalium: quod erat ſecundum caput primæ ſectionis poſitæ in principio libri: prius dicit de decimis, quæ mixtam quandam habent naturã inter res ſpirituales, & temporales, cum ius quidem

quidem decimandi ſpirituale ſit, fructus uerò decimarum temporales, unde de his ponit in quodam quaſi confinio rerum ſpiritualium, & temporalium, maximè ob magnam ſimilitudinem, quàm habent decimæ cum Canonica Paroehiali, & Epiſcopali.

Poſita igitur deſcriptione decimæ, duas eius ponit ſpecies, perſonales, & prædiales: ponitq; earum naturam, & differentias, & quid habeant commune, docens qui ſoluere, & ex quibus rebus ſolui debeant, & quæ priuilegia ab illarum ſolutione præſtent immunitatem.

Demum uenit ad tractatum Rerum Eccleſiaſticarum temporalium, differens de adminiſtratione, & alienatione ipſarum: cumq; regula poſita eſſet, quòd res Eccleſiaſticæ alienari non poſſunt excipit quoſdam caſus, & docens quæ ſint res Eccleſiaſticæ, ponit an, & quando Clerici in ultima uoluntate poſſint aliquid relinquere, ſicq; ponit titulum de peculio Clericorum, relictis, & ſucceſſionibus eorum: quo claudit ſecundum librum, & tractatum ipſarum rerum, quod erat ſecundum membrum principale totius operis.

LIB. III.

SUPER erat tertius principalis totius operis articulus uidelicet, iudiciorum, quem Author partitur in duos libros, quorum altero complectitur materiam iudiciorum Ciuilium, altero Criminalium.

Tertio igitur libro agit de Iudicijs Ciuilibus, appoſitaq; Iudicij deſcriptione, diuidit ea in ſecularia, & eccleſiaſtica, cuius diſtinctionis occaſione ponit tractatum de foro competenti, docens an, & quando Laicus conueniri poſſit coram Iudice Clerico, & contra.

Inde ponit aliam diſtinctionem, ſcilicet, quòd Iudiciorum alia ſint ordinaria, alia extraordinaria. Extraordinarium iudicium appellans (ut & Canones ipſi appellant) quod mediante delegatione exercetur: ibiq; naturã utriuſq; deſcribit, & fuſius extraordinarij, uel delegati quippe quòd ſit magis ordinario uarium: aſcribit igitur primo quis poſſit delegare, & cum inter hos præcipuus ſit Princeps, indicat in quo delegatus à Principe ſit magis priuilegiatus alijs delegatis, & quid interſit uni, uel pluribus delegetur, & an ultra ea, quæ ſunt reſcripto comprænenſa, delegatus aliquid poſſit: docetq; demum ſolui delegationem, reuocatione, delegantis morte, Impotentia delegati tam iuris, quàm facti, executione ſententiæ, temporis fluxu & Iudicis tum pronuntiatione, tum recuſatione.

Addit, & tertiam Iudiciorum diuiſioné, quòd aut ſint ſummaria, aut plenaria, & ſolennia, utrorumq; natura expoſita, annectit per quas perſonas poſſumus iudicia exercere, ibiq; ponit tractatum de Procuratoribus, admonens, qui, & quomodo, & in quibus cauſis poſſint procuratores conſtitui, & quid interſit utrum quis ad iudicia, an ad negotia ſit procurator, in cauſa profana, an in eccleſiaſtica: unus an plures conſtituantur, & quibus caſibus procuratorium expiret.

Cumq; iam iam ad ſeriem, & acta ipſorum iudiciorum eſſet uenturus: quia accidit litigatores ad pacta, tranſactiones, & compromiſſa interdum uenire, ponit tam de pactis, & tranſactionibus, quàm de arbitris, eorum & naturam, & efficaciam deſignans.

Deuenit tandem ad telam ipſam iudiciorum, & exorſus à citationibus, docet earum triplicem eſſe ſpeciem ſcilicet. Conuentionales, monitorias, & peremptorias: cumq; firmaſſet regulariter quemcũq; citatum teneri ad comparendum, aſcribit etiam, quibus caſibus citatio citatum minimè arctet ad comparendum, quod dicit accidere ex perſonæ qualitate, ex loci conditione, ex temporis ratione, & citationis ipſius forma: quæ quidem capita ſigillatim declarat, & proſequitur.

Et quia iuridice citatus, niſi compareat, efficitur contumax, ponit de dolo, & contumacia, & in poſſeſſionem miſſione, ubi fuſe proſequitur an, & quando, &

quibus cautionibus præſtitis cõtumax audiri,& quibus pœnis affici debeat: & qui citatus, ſi poſſideat alieno nomine,dominum in iudicio nominare debet, ideo ponit de nominatione facienda.

Et hunc tit. reſecuit Author.

Et cum reo citato comparente debeat offerri libellus, ſubdit de libelli conceptione,& oblatione,docens duas eſſe libellorum ſpecies, & qualis eſſe debeat, ac quis ſit effectus porrecti libelli, & quibus caſibus non ſit neceſſarius: & quia uiſo libello poteſt reus quaſdam exceptiones opponere, ideo dicit de exceptionibus, tã ijs, quæ proponuntur ante libellum, quàm ijs,quæ proponuntur poſtea quandocunque,de quibus ideo ſimul dicit,ut facilior ſit huius tractatus traditio.

Poſita igitur exceptionis deſcriptione duas facit ſpecies exceptionum, dilatoriarum ſcilicet,& peremptoriarum, docet dilatorias dici interdum ex perſona actoris,interdum ex perſona rei,interdum ex natura actionis, & qualitate cauſæ, & ex alijs locis,& harum quaſdam etiam appellari declinatorias,utputa, quæ incompetentiam iudicis aſtruunt,quæ ante omnes alias proponi debent: & cum exceptio excommunicationis ipſa quoque ſit dilatoria,habeat tamen naturam anormalam, pluribus de ea tractat.

Deſcendit inde ad materiam peremptoriarum,quas & ipſas in duo genera ſubdiuidit,in peremptorias ſcilicet,litis finitæ,puta tranſactionis, iuriſiurandi, rei iudicatæ: & peremptorias ſimplices, puta pacti conuenti, doli mali, ſolutionis,earumq; inter ſe differentiam explanat: addit & tertiam ſpeciem,ſiue qualitatem,ſcilicet,exceptionum præiudicialium: addit,& de exceptionibus, quæ neq; dilatoriæ,neque peremptoriæ, uerè dici poſſunt, quales ſunt exceptiones contra teſtes, ſubdens aduerſus exceptiones replicationes dari,& alia tractatui annexa.

Et quoniam ſi reus nullam aduerſus actorem habeat exceptionem, poteſt tamẽ actorem reconuenire,ideò ſtatim poſt exceptiones, ponit de mutuis petitionibus, illarum naturam,& coram quibus proponi poſſint explanans.

Sed cum ſpoliator non poſsit ſpoliatum reconuenire, ea occaſione ponit materiam reſtitutionis ſpoliatorum, & primum quid interſit ſpolium per modum actionis,an per modum exceptionis opponatur: & conſtituto, ac diffinito quis dicatur ſpoliaſſe,firmataq; uulgari regula de reſtituendo ante omnia ſpoliato, plures ponit caſus,in quibus ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus.

Explicitis autem his, quæ contingit fieri plerumq; ante cauſarum diſcuſſionẽ, & quæ ſunt iudiciorum potius præparatoria,quàm partes ſubſtantiales iudicij,uenit ad lapidem angularem ipſius iudicij ſcilicet, ad litis conteſtationem, docens quomodo fiat litis cõteſtatio,& quis ſit eius effectus: ponitq; aliquos caſus, in quibus non eſt neceſſaria litis conteſtatio.

Tranſitum inde facit ad iuramentum calumniæ, quod præſtari debet circa litis conteſtationem,docens in quibus caſibus, & per quos iurari de calumnia debeat: cum alijs ad materiam pertinentibus.

Et quia lis tunc pendet, & lite pendente nihil poteſt innouari, ponit titulum. Vt lite pendente &c.declarans quando lis dicatur pẽdere,& quibus caſibus litis pendentia non officiat.

Deuenit inde ad ea,quæ merita cauſæ cõcernunt: dicit itaq; de probationibus, & poſito quid ſit probatio,proſequitur primum materiam poſitionum, quarum & originem,& uſum explanat.inde aggreditur tractatum teſtium, admonens quę ſeruanda ſint in teſtium receptione. Quomodo ſint compellendi ad teſtificandum. Quomodo ſe gerere debeat iudex dum examinat: & quòd teſtes cenſentur natura, conditione,uita,an,& quãdo Clerici,Monachi,quando Chriſtiani contra Iudęos, uel contra,quando ſingularis perſona pro ſua uniuerſitate,quando criminoſi,quãdo domeſtici,& alij examinari ualeant,quot dilationes concedendæ ad examinandum: ſubdit & de teſtibus reprobatorijs, & de reprobatorijs reprobatoriorum. Item de errore,correctione,& publicatione ipſorum teſtium.

Poſt

Poſt hæc aggreditur tractatum Inſtrumentorum, præfatusq; quid inſtrumento rum appellatione contineatur, annectit,& quãdo illa exhiberi,& qualia eſſe oporteat, ut fidem faciant in iudicio,& quomodo de originali ſint exempla ſumenda, ut fidem faciant. proſequitur inde materiam iuramenti, quod in propoſito diuidit in neceſſarium,& uoluntarium, licet ipſum aliàs ſit multiplex, ponit itaq; quod ſit neceſſarium, quæue eius iuſtæ ſint recuſandi cauſæ. poſtmodum attingit materiam iuraméti uoluntarij, inde ponit quoſdam caſus, quibus ſola iudicis inſpectio ne probationes continentur: proſequitur demum & de notorio, de ſuſpicione uehementi, de fama, alijsq; huiuſmodi ad probandum adminiculis, quæ uel ſaltem largè probationis uocabulo contineri poſſunt: & ſic claudit tractatum de probationibus.

Ex probationibus tranſitum facit ad ſententias, quarum duas facit ſpecies inter locutoriam ſcilicet,& diffinitiuam, utriuſque naturam breuiter demonſtrans, adijciens quomodo iudex in pronuntiando gerere ſe debeat: tum quoq; quid interſit unus ſit iudex, an plures, ordinarius, an delegatus, an uerò etiam arbiter: & quid ſi plures iudices in eadem cauſa diuerſas tulerint ſententias: quid interſit iudicet quis contra ius conſtitutionis, an contra ius litigatoris.

Et cum ex ſententia naſcatur res iudicata, annectit & de re iudicata, & de executione rei iudicatæ, diſtinguens inter ſententiam latam in actione reali, & latam in perſonali: inter eam, quæ lata eſt ab ordinario, & eam quæ à delegato: apponens quoſdam caſus, in quibus res iudicata non poteſt executioni mandari.

Sed cum per appellationis remedium prohibeatur ſententia in rem iudicatam tranſire, ſubdit de appellationibus. Poſita itaq; deſcriptione diuidit eas in iudiciales,& extraiudiciales: rurſus iudiciales in appellationes ab interlocutorijs,& in appellationes à diffinitiuis, docens quæ ſit inter eas differentia, & quando liceat appellare,& quibus,& an aliter quàm uerbo, uel ſcriptura,& quid interſit unus, uel plures appellare debeant, ab uno, uel pluribus ſit appellandum,& quid ſi prohibita ſit appellatio, an tunc quoque quibuſdam caſibus poſſit appellari, ſubdit, & de reuocatione attentatorum,& coram quibus ſit appellandum, cum pluribus ad materiam appellationum pertinentibus, præcipuè de deſertione cauſæ, & temporibus ipſarum appellationum.

Et quia remedio appellationis deſtitutis ſubuenitur per reſtitutionem in integrum, ponit de reſtitutione in integrum. qui reſtitui debeant, & contra quos, & quibus caſibus,& intra quæ tempora,& quoties, adijciens uerbum etiam de querela,& de ſupplicatione, per quas, pariter ijs, qui appellare non poſſunt, ſuccurritur, & hoc titulo claudit tractatum Ciuilium Iudiciorum, & ſic primam partem tertij articuli principalis totius operis,& per conſequens etiam tertium librum.

LIB. IIII.

Quarto libro, qui cæteris breuior eſt, proſequitur Author ſecundum mẽbrum principalis articuli totius libri ſcilicet, materiam Iudiciorum criminalium,& ipſorum quoq; criminum: demonſtrans ea inſtitui in tribus modis. Per accuſationẽ, quam præcedere debet inſcriptio. Per denuntiationem, præcedente charitatiua monitione. Per inquiſitionem, quam præcedit diffamatio. & quid interſit crimẽ magis iſto, quàm illo modo opponatur: addit & quid Iuris ſtatuendum ſit, ſi crimen non his modis, ſed per exceptionem opponatur.

Inde tranſiens ad cauſam materialem horum iudiciorum ſcilicet, ad ipſa crimina, diuidit illa in duas claſſes, quarum prima continet ea, quæ Deum principaliter lædunt, ut Simonia, Hæreſis, Schiſma, Apoſtaſia, Sortilegium, Maledicentia, Sacrilegium, ſecunda uerò, quæ principaliter lædunt proximum, ut Homicidium, Adulterium, Stuprum, Rapina, Furtum, Vſura, Falſum, Iniuriæ, de quibus omnibus poſtmodum ſeparatim tractat.

De ſimonia igitur primum exorſus,eam deſcribit, inde diuidit illam in conuentionalē,& realem,ponitq; plures caſus,& exempla,quibus committi, uel non committi ſimoniam oſtendit,addens pœnas tã ordinantium,quã ordinatorũ per ſimoniam,ac quid interſit utrum quis ordinem per ſimoniam, an beneficium,conſecutus fuerit.Quomodo cum ſimoniaco poſsit diſpenſari,quiq; admittantur ad accuſationem tam deteſtandi ſceleris,cum pluribus materiæ connexis.

Tranſit inde & ad alia crimina, quæ Dei læſionem principaliter continent, dicitq; de hæreticis,de Schiſmaticis, & de Apoſtatis,docens quæ ſit inter hos differētia,de pęnis ſingulorum tractans, præcipuè uerò hæreticorum, declarans quando per abiurationem dicantur reincorporati.Item quando relapſi. Item quomodo agendum cum relapſis,& his,qui ſemel abiurauerint. quomodo cum ſuſpectis: & uſque ad quem gradum hęreticorum pœna tranſeat in deſcendentes. Demum de Apoſtatis differens, tres in Apoſtaſia conſiderat ſpecies ſcilicet, Apoſtaſiã perfidiæ, Apoſtaſiam inobedientiæ,& Apoſtaſiam irregularitatis.

Conſequenter tractat de ſortilegis,maledicis,& ſacrilegis, de illorum natura, & pœnis differens,docens ſacrilegium committi tribus modis, ratione perſonarum, ratione rerum,& ratione locorum.

Deſcendit inde ad crimina,quæ etiam hominum læſionem continent, exorditurq; à furtis,his annectit de uſuris, quarum plenè tractat materiam, adiungit de adulterijs,& alijs coniunctionibus illicitis,ubi agit de Inceſtu tam ratione naturalis cognationis,quàm ratione ſpiritualis.de uitio Sodomitico,de commiſtione cũ brutis, & de raptu. addit de crimine falſi diſtinguens an quis circa literas Apoſtolicas,an circa alia documenta falſum commiſerit, falſauerit ipſe, an falſis ſcripturis fuerit uſus. Item ſubdit de homicidio,ubi agit de aſſaſsinio, de interficiente latronem,de homicidio fortuito,de opprimente proprium filium, de exponente filium,de impedientibus conceptionem, uel procurantibus abortum, & de his qui ſibi mortem conſciſcunt.

Tractat demum de iniurijs, & damno dato, dicens iniuriam inferri re, uerbis & literis.

Et quia interdum, licet quis de crimine non poſſit conuinci, publica tamen laborat infamia, ob quam indicenda eſt diffamato purgatio, ideò ponit de purgatione,qua deſcripta,duas ſubdit eſſe purgationum ſpecies,uulgarem,& canonicam, & utriuſq; naturam,& ordinem demonſtrat.

Demum cum ſæpiſſimè per totum librum inueniatur facta mentio Eccleſiaſticarum cenſurarum,quas quis incurrit,non modo ratione contumaciæ, uerum etiam aliorum exceſſuum,de quibus Author dixerat immediate ſupra, ponit quaſi in fine operis titulum de Eccleſiaſticis cenſuris, & cum appellatione Eccleſiaſticæ cenſuræ demonſtraſſet contineri excommunicationem, interdictum, & ſuſpenſionem, quæ quid ſint, ibidem ſigillatim diffinit, de uno quoque facit titulum, & tractatum ſeparatum.

Incipienſq; ab excommunicatione duas ponit excommunicationũ ſpecies, maiorem, & minorem, quomodo inuicem differant declarans.Item rurſus diuidēs, aliam dicit eſſe excommunicationem Canonis, aliam iudicis, declarans Canonis excommunicationem,eam eſſe, quæ aliàs appellatur excommunicatio latæ ſententiæ, cuius materiam diffusè proſequitur, dando exemplum de his, qui eam incurrunt ob in clericos manuum iniectionem.

Proſequitur inde materiam excommunicationis, quæ fertur à iudice, ponens quæ ſint partes iudicis in ea ferenda, & quid ſtatuendum ſit de participantibus excommunicatis,ſubdens in fine de abſolutione ab excommunicatione quàm plura cum cæteris omnibus tractatui annexis.

Tranſiens inde ad interdictum declarat illud quędã habere cum excommunicatione cõmunia,quia & ipſum aliud inducitur à canone, aliud à iudice: Inde addit.

Quomodo

Quomodo ſit interpretandum, quæ ſit illius Virtus & efficacia, & quæ Interdi-ctum uiolantium pœna. Vltimo agit de ſuſpenſione, quam & ipſam docet eſſe aliã Canonis, aliam Iudicis, ponitq; eius deſcriptionem, & naturam, & hoc titulo librum quartum claudit, & operi finem imponit. Hęc ſunt totius Operis prima quę dam lineamenta ſi quis autem uelit colores ipſos, umbras, et totius corporis quaſi quandam effigiem intueri, totum percurrat neceſſe eſt: in quo præcipuè in eo uidetur Author laboraſſe, ut ſcilicet ita tractatus tractatui annecteretur, ut unus ex alio ſponte ſua fluere, non ui quadam trahi uideretur: quod cum ad libri pulchritudinem, tum multo magis ad tyronum, & eorum, qui lecturi eſſent profectum, & memoriam iuuandam pertinere eſt arbitratus. Vſus eſt hoc fermè ordine, ut ante omnia rem, qua de ageretur prius diffiniret, uel uerius deſcriberet, uel per exempla declararet. Inde diuideret in ſpecies ubi diuiſio locum habere poterat, uel poneret originem, uel initia ipſius rei, tum effectus, demum & interitum oſtenderet. Satis autem habuit, ſi rem ita diffiniſſet, ut ſi minus tali diffinitione eſſentiam, & ſubſtantiam complexus eſſet, ſaltem rei intelligentiam clauderet: nec enim fuit ſibi propoſitum tales diffinitiones redigere ad ſtrictam normam logicorum, cum ſciret quàm difficile, & periculoſum ſit diffinitiones formare, quas Author plerunque non ex ipſis Canonibus: in quibus raræ admodum reperiuntur, ſed ex Claſſicis, & probatiſſimis Authoribus fuit mutuatus: eas etiam interdum unius rei plures poſuit, ut quod una minus comprehenſum uidebatur, alia ſuppleretur, ſed hoc non niſi raro, & ex optimis Authoribus: ſumpſit enim hoc ſibi, ut quæ ad materiã concinnè, ac methodicè pertractandam pertinere arbitratus eſt, etſi illa minus uerbis, ac contextu ipſarum Decretalium expreſſa inuenirentur, dum tamen ex mente Iuris fluerent, & ab omnibus doctoribus, uel maxima, & probatiſſima illorum parte recepta eſſent, libro ſuo inſereret, licet hoc perquam raro. Sed nec fuit Authori propoſitum omnia, quæ cæteris Iuris Canonici libris continerentur, in ſuũ librum congerere, & quaſi transſcribere, ſed ea tantum, quæ Iſagogice tradi potuerunt, quæ uarijs locis, ac libris nullo ferè ordine diſperſa in unum colligere, & quodammodo in medullis Canonum abſtruſa, & recondita in lucem elicere fuit longè difficillimum, nec ſecus, atq; ſi quis uetuſtam aliquam, & inſignem ſtatuam in multas partes confractam, & uarijs locis diſperſam, & opertam multis ruderibus, effoſſis, & conquiſitis undiq; membris glutine aliquo ita compoſuiſſet, ut ad priſtinam formam, atq; pulchritudinem reſtituta appareat. Satis igitur eſſe arbitratus eſt, ſi ijs, qui lecturi eſſent, id utilitatis liber afferret ſuus, ut quaſdam tenebras modico labore diſcuteret: in quibus poſitos impoſſibile eſt aliquid diligenter inueſtigare, & introſpicere: tantumq; in ea facultate afferret luminis: ut quis ſine cuiuſquam ductu per ſe breui temporis ſpatio expeditè per totum Ius Canonicum, quaſi per immenſam ſyluam peruagari poſſit, & certo pede diſcurrere. quædam etiam conſultò ea ratione prætermiſiſſe uidetur, quod non ſatis uenuſtè, uel ob prolixitatem, uel ob aliam cauſam operi ſuo inſeri poſſe conſideret: quæ tamen omnia breuibus quibuſdam notulis eſt complexus. Quædam etiam ex profeſſo uidetur interdum dixiſſe compreſſius, & perplexius, tum quod aliquo labore agnita, & intellecta ſolent nobis eſſe iucundiora, tum quòd ſciret eadem cum multo fœnore eſſe dictis notulis explicanda. Stylo ſcriptus eſt liber exili, & tenui, quali ſcilicet decet librum ſcribi, qui ſolum ad docendum, atq; adeò ad tyrones prima artis rudimenta docendum compoſitus ſit: interdum tamen pro materiæ qualitate nonnihil aſſurgit, ut cum agit de primatu Romanæ Eccleſiæ, & Romani Pontificis, cum de Vita, & honeſtate Prælatorum diſſerit, & in alijs quibuſdam raris locis. Lingua uſus eſt Author neq; omnino pura, & candida, neq; omnino ſordida, & impura, ſed quantum potuit ſimili cæteris libris Iuris Canonici, Plura etiam ferè ad uerbum ex canonibus in opus ſuum transferens, Inſtitutionum iuris ciuilis ductus exemplo: nam cum daret operam, ut iſte libellus reputari poſſet Iuris ip-

Operis nexus

Operis ordo.

Diffinitiones quales.

Non nulla ſumpta ex optimis Authoribus

Quę contineantur libro Inſtitutionum.

Solum quę Iſagogicè tradi potuerunt ex Canonibus in librum Inſtitutionũ tranſlata.

Quid prętet Inſtitutionũ liber.

Qua ratione quędam prętermiſſa.

Stylus operis

Lingua

Membra corpori reſpondere debent

ſius

ſius Canonici quaſi portio,abſurdum arbitratus eſt membrum unum à reliquis Corporis partibus cultu etiam,& ueſtitu diſſidere,ac non proprium, ſed ab alio quopiam mutuo ſumptum uideri.Accedit,qui cum cuiuſq; Artis, & Scientiæ ſint propriæ uoces,& peculiaria uocabula,ac plerumq; barbara ſi quis pro ijs, alia latina uoluiſſet reponere,quod ipſum factu fuiſſet multò difficillimum, (ut fieri potuiſſe demus) longè tamen à propoſito aberraſſet:cum inſtitutum Authori fuerit ea,quæ difficilia,& inuoluta eſſent,dilucidè explicare,& plana facere, non nouis uocibus,& inſolitis uocabulis obſcurare,cum (ut ille inquit) Ornari res ipſa uetat contenta doceri.

Artis alicuius uocabula quanquã barbara minimè immutanda.

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

AD SCHOLARES PERVSINOS

LIBER TERTIVS.

VEntum iam eſt (Iuris ſtudioſi) ad eam partem inſtituti Operis quæ nobis una omnium & difficillima uidetur,& moleſtiæ pleniſſima:nempe ad confutationem eorum, quæcunq; aduerſus nos,atque ſcriptas à nobis Inſtitutiones obijciuntur. Nam, ut omittã,quod ut quiſque optimè inſtitutus eſt,ita etiam à cõtentionibus ſponte ſua maximè ſolet abhorrere:natura ita comparatum eſt,ut,quæ in alios uel temerè dicuntur,libenter excipiamus;eos uerò,qui ſe,uel ſua etiam neceſſariò laudant, non ſine ſtomacho audire poſſimus. Vnde aduerſarijs noſtris id relictum eſt,quod uoluptatẽ lecturis non mediocrem ſit allaturum,nobis uerò,quod ſtatim nauſeam ſit facturum. nã ſi de me, ac mea diligẽtia liberè,atq; magnificè interdum loquar,non dubito, quin ſtatim Arrogantiæ nomine ſuſpectus omnibus ſim futurus,Sin id frigidius fecero,non ſatis ualidè aduerſariorum obiecta refutare,ac noſtra tueri uideri potero. Sed ita profectò ſermonem inſtituere conabimur,ut nec cauſæ defuiſſe, & modeſtiæ rationem habuiſſe æquis iudicibus uideri poſſimus.Et quanquã ex his,quæ initio inchoati huius à nobis Commentarij perſcripta ſunt, tam præſtantiſſimorũ Virorũ teſtimonijs,atq; authoritate, quàm etiã ualidiſſimis (ut nobis quidem uidetur) rationibus facti,atq; inſtituti noſtri rationem ſatis, ſuperq; omnibus probare potuiſſe uideamur:quia tamen eorum,quæ aduerſus nos obijcerentur, quædam uel parcius attigimus,uel omnino prætermiſimus,quippe quod nemini tunc reſpondere, ſed tantum geſti negotij ſeriem explicare,nobis propoſitum erat;ne quis ea diſſimulaſſe,& quaſi cauſæ noſtræ diffiſos,conſulto præterire uoluiſſe nos exiſtimet,colligemus in præſenti eorum omnium,qui contra nos ſentiunt argumenta, quibus in unũ locũ congeſtis ſemel omnibus reſpõdere conabimur: imitabimurq; Imperatores,qui poſt cõmiſſa leuiora prælia,eductis demum omnibus copijs de ſũma rerum decernunt?Et quoniam præliorum,ac copiarũ meminimus,erit operę pretium diuerſè opinantium numerum,in ſuas quaſi claſſes deſtribuere,ut,quibus cum negotiũ nobis futurum ſit,facilius, atq; explicatius agnoſcere ualeamus.

Bene inſtituti à contentionibus abhorrent,

Libentius maledicenti alijsquam laudanti. ſi ipſum aures accommodamus.

Horum omnium tria genera colligere mihi poſſe uideor. Pleriq; enim graues, & docti Viri noſtrarũ harũ Inſtitutionum editionẽ, ita mihi probaſſe uiſi ſunt, ut uehe-

uehementer etiam admirentur,tot annorum ſecul orumq; decurſu, ex tot Patribus,qui in utroq; Iure floruerunt,nemini uenisse in mentē,ut talē librū conſcribe ret,quo Pontificij Iuris elementa certa ordinis ratione complexus,ad cętera:quæ, plus,quam expediat,inuoluta ſunt,& ardua,quaſi gradū faceret,Earūq; promulga tionē omnino maturandam cenſeant:ut nō ſolum poſteri,ſed etiā noſtræ tempeſtatis homines eius rei uberē fructum capere aliquando ualeant. Contra uerò Alij ab his toto cœlo diſſidentes in ea re oleum, & operam perdi affirmare nihil dubitant,Quippe qui conſultius eſſe exiſtiment.ſitientibus (ut ipſi dicunt) ex ipſis fontibus,ac ueterum libris,quibus uniuerſum Ius Canonicum (quaſi Mare quibuſdam littoribus) concluditur:quàm ex diductis inde riuulis non tam potum hauri re,quam uix primoribus labris deguſtare; Iuſtinianiq; ipſius inſtitutum, qui Inſtitiones in Iure Ciuili curauerit tyronibus concinnandas,incuſare audent;remq; feciſſe non modo nullius ſtudioſis utilitatis,uerum etiam noxiā cōtendunt:ſatius enim fuerat (inquiunt) Iuuenes præclaris illis ueterum Conſultorū monumentis inſueſcere,atq; ijs memoriam exercere:quàm minutilis illis rebus, quæ quatuor Inſtitutionum Iuris ciuilis libris continentur,diutius immorari. Horum ità inuicem pugnantium ſententiæ nullum nobis in præſentia negotium faciunt: nam cū primis quidem mihi per omnia conuenit,habeoq; ſubſcriptores grauiſſimos, ac doctiſsimos Viros; Aliorum uerò adeò deliram,& multorum ſeculorū cōſenſu cō futatā eſſe opinionē,ſic omnes intelligūt:ut nō niſi ineptus uideri poſsit is, qui in eo laboret,ut eam multis argumētis reijcere,ac cōfutare conetur. Quemadmodū enim in corpora mollia,cedētiaq;,non poſſis egregiā plagā infligere, eò quòd ob ſiſtere,contraq; niti non queant:ita eos,qui palam inſanire non uerentur, nemo forti redargutione percellere poterit:inania enim ita ſua ſponte cōcidūt, & euaneſcunt,ut expulſoribus nullū omnino locū relinquant.Ideoq; iſtorū, neſcio quo pacto melior eſt cauſa,q̄ eorū,qui ratione aliqua aduerſantur, Quippe quòd ipſis reſponderi non poſſit.id uerò nō ſubticebo,quidquid iſti garriant,cenſere me,id que etiā ex maximis,& in Iure Ciuili eruditiſsimis Viris ſæpius audiuiſſe ex uniuerſa illa enucleati Iuris collectione,ac cōpoſitione,quam Iuſtinianus nobis reliquit,nihil eſſe abſolutius,& ad comparandū in toto Iure Ciuili lumē quoddā,con ducibilius,quàm illud Inſtitutionū opus, quod iſti ex iuuenū manibus excutiendum,& ab omnibus gymnaſijs eliminandū,quaſi nullius prorſus utilitatis, tam ſtultè cenſent.Nam quod iſti Iuris Cæſarei,ac Pontificij libros quaſi pacatiſsima Maria Iunioribus ipſis exhibent, nō ſatis quidem ſcio,num illorum in eo iudiciū deſiderem,an accuſem inſcitiam.omnino quàm parum in utroq; Iure uerſati fuerint,planū faciūt:nā tā multi ſunt in utraq; facultate anfractus, & diſputationum procellæ:tam multa nodoſa, ac duriſsima:ut nullo pacto iuuenum ſtomacho concoqui poſsint. Sed ut uerißimum ſit,quod iſti aſſerunt,& utriuſq; Iuris libri pacatiſsimi Maris ſpeciem nobis referant, illud certè negare non poterunt,ſtultè ſcilicet facere eos,qui ſint penitus natandi rudes ſi ſe Mari primū, quanquā trāquillo ac nō placidioribus undis,nec ità profundis magis credere uelint,ut ſe mari poſt modum tutius committere ualeant.

Tria genera diuerſe opinantium.

Penitus probantes.

Penitus impugnantes.

Iuſtiniani inſtitutiones parum probatæ.

Inſana loquentium aliquo pacto melior conditio quid ipſis reſponderi non poſſit.

Inſtitutionum Ciuilium opus pulcherrimum atque abſolutum.

Multi ſunt in utroq; iure anfractus, & difficultates.

Pluſculum igitur erit nobis negotij cum ijs,qui noſtri inſtituti rationē magnopere probantes:rem tamē adeo arduam,& difficilē exiſtimāt,ut præ difficultate nec tentandam quidem,nec ſi tentetur ipſam feliciter abſolui poſſe iudicent,nam ſi futurum eſt,ut quemadmodū Iuris Ciuilis Inſtitutiones,ita etiam noſter hic liber legis uim ſit habiturus,quanta tandem doctrina, prudentia, & uigilantia eos eſſe oportebit:qui tantam prouinciam aggredi uelint,& librum conſcribere audeāt huiuſmodi,in quo nihil anceps,nihil obſcurum,nihil cæteris Canonibus contrarium eſſe,nihil deeſſe,nihil abundare debeat,& in quo punctus deficiens, uel ſyllaba temerè adiecta,nos ī magnā aliquā uel difficultatē, uel errorē poſsit conijcere. Addūt præterea nō uideri uerisimile nihil huiuſmodi cogitaſſe tot Ro. Pōtifi.

Probantes ſed rem conficí poſſe diffidentes.

Quorum

Cur Romani Pontifices non conſcripſerint Inſtitutiones iuris Canonici.

Innocentius quid uideatur ſenſiſſe hac in re.

Quorum plures fuere, qui maxima cum laude Ius ipſum Canonicum profeſſi fuerunt; ſi quo pacto id è re ſtudioſorum, uel publica fuiſſet. illud uerisimilius cogitaſſe quidem illos, ſed tanquam id eſſet pleniſſimum periculi, ac difficultatis cuiuſdam inſuperabilis, huius Operis conficiendi, uel tentandi conſilium abieciſſe. aiuntq; huic eorum ſententiæ Innocentium IIII. ſubſcripſiſſe uideri poſſe, qui cum tam feliciter hunc quaſi campum Iuris Canonici excoluiſſet, quemadmodum præclara ſua ſcripta facile teſtantur, ad pontificatus ipſius apicem tandem euectus, non ſibi id ſumpſit, ut, quæ à ſe eſſent conſcripta legis authoritatem habere uellet, ſed ſimplicis tantum cuiuſcunq; interpretis; nimirum prudentiſſimus Pontifex, & eruditiſſimus ſatis ponderauit, quid, ac quanti demum conſilij, & deliberationis eſſet, leges condere. demum addunt, ut commodè fieri id poſſe detur, nihil tamen eſſe cauſæ, ob quam quis huiuſmodi laborem nullo ferme uſui poſteris futurum ſibi ſumat:

Hoſtienſis ſũma uidetur facere ſuperfluas Inſtitutiones iuris Canonici.

cum antiquorum (ut ipſi appellant) ſummiſtarum ſcripta, & præſertim Hoſtienſis ſatis elegãter, & cõcinnè totius Iuris Canonici quaſi quoddam corpus contineant, quibus ſi quis diligenter inſiſtat, breui proculdubio magnam (ut coſtanter aſſerunt) in illo Iure ſcientiam ſibi comparare poterit. Horum ego dicta nec aſpernari debeo grauium ſcilicet, & doctorum uirorum, nec itẽ illis, quaſi re ſecundum eos iudicata, acquieſcere: quòd inſtituti noſtri rationem non ſatis adhuc hi mihi perpendiſſe uideantur, reſpondebo autem, ſi primum illud præfatus fuero:

Nouitas aliquando ingrata.

ità uidelicet, ferre naturam rerum, ut nihil ſit tam rectum, nihil tanta ratione in uitam, uſumq; hominum inductum, cuius nouitas non ſit aliquibus ingrata, nec inculcatas uias facile mutari poſſe; atque hæc æque ardua reputari uetuſtis gratiam dare, & nouis authoritatem. Docendum igitur nobis nunc eſt, cum quidem, quo de agimus Inſtitutionum librum nullo periculo, non tamen nullo negotio, etiam quaſi Pontifice Authore, potuiſſe conſcribi: quod poſtquam euicerimus, tum demum etiam debere ob eam: quam inde ſtudioſi conſecuturi ſunt, utilitatem, oſtendemus.

Conuenit in omni facultate eſſe libros continentes pricipia artis.

Ac primum quidem nullos præterit eſſe in unaquaque facultate certos conſcriptos libros, quibus Authores alieni commodi, ac profectus amatores, prima quædam cuiuſque ſcientiæ rudimenta complexi, ad cætera magis ardua gradum fecerunt, & uiam à carceribus ad ultimam uſque metam certo ordine ſtrauerunt, cum ad ſumma perueniri, niſi ex principijs, non poſſit.

Etiam ingeniorum eſt quędam infantia.

Nã ut corporum, ita ẽt animorum, atq; ingeniorum quædã eſt infantia: in qua cõſtituti ſolidiora, & crudiora nec mãdere, nec concoquere poſſunt. unde bonarũ Artium Doctores, qui ſe ingeniorum altores eſſe uoluerunt, nonnullos libellos quaſi lac, & molliores quoſdam cibos conſcripſerunt, quibus cognitis ingenia uelu ti adulta etiam duriora deuorare, ac digerere ualeant.

Inſtitutiones iuris ciuilis.

Eius rei multa quidem ad manus nobis ſunt exempla, ſed ut de alijs taceamus. Maiores noſtri Inſtitutiones Iuris Ciuilis quaſi uix quiſquam ſine his aliquid in legitima prudentia proficere ualeat, magno in honore ſemper habuerunt, & uaria interpretatione, ac commentarijs exornatas, & locupletatas ad nos tranſmiſerunt. huiuſmodi aliquid & in hac Iuris Canonici facultate, cur excogitari, & conſcribi non poſſit, ac debeat, ego non uideo: niſi fortè quis cum his ſentiat, qui Iuſtiniani factum improbare nõ deſinunt.

Ius Canonicum comparari poteſt ędificio ſed ianua atque aditu carenti.

Mihi quidem Ius ipſum Pontificum diligentius aliquando intuenti præſtantiſſimæ materiæ, ſed non dum ad certam ædificij formam conſtructæ, & compoſitæ, uel (ſi mauis) ædificio quidem ianuis tamen, atque omni aditu carenti perſimile uideri ſolet Nam ſi quis: quæ ſint eius iuris initia, quoue libro eius prima elementa concludantur, interroget, nemo facile reſpondere poſſit.

Nullus certus liber cõtinet elemẽta iuris canonici.

At (inquis) hoc ideo contigit, quòd ea res non facile explicari potuerit, propter immenſum quendam tum laborem, & difficultatem, tum uero etiam periculi metum. das tu quidẽ ergo fieri hoc potuiſſe, uel etiam nunc poſſe; ſed, quòd id aliquando antea perfectum non fuerit, in cauſa laborem, & immodicam difficultatem, ac periculi formidinem fuiſſe aſſeris. Quid ergo: ſi ſint, qui cum laborem uel iuſſi, uel ſponte ſubierunt,

runt,& difficultatem ſuperarint?erit plane quod illis habeas gratiam. Erit quidem (inquies) ſed uix in animum poſſum inducere eius eruditionis,ac iudicij Viros hodie reperiri poſſe,quibus id oneris ſatis tuto credi poſſe exiſtimem. hic tu mihi Naturam iniuſtè nimis accuſare uideris,quaſi non eadem,earundemq; uirium illa nunc ſit:quæ olim fuerit,aut tempeſtate hac noſtra tanquam effeta, & debilis,uires in anguſtum contraxerit.nam ſi eadem Naturæ uis,quæ olim fuerit; idem uigor manet plantis, pecoribus,ac cæteris brutis,quæ (malum) iniuria eſt, unis hominibus eandem mentis uim,eaſdem iudicij,& ingenij uires, quæ paulo Antiquioribus fuerit,adimere?niſi forte ſimiles illis ſumus:quibus ſuperior annus ſemper fertilior uideri ſolet.At ſi uerum amamus,nec ipſi nos, ac bona noſtra nimis contemnimus,contrarium uero propius eſſe,& ratione, & certis rerum argumentis ſtatuendum erat.Siquidem cum eadem ſemper generi humano ingenita ſolertia,atq; idem inſitum ſemper mentis acumen fuiſſe inficiari non poſſimus,noſtræ tempeſtatis homines ad naturalem,ac perpetuam illam uim ingenij, multam etiā ueterum monumentorum lectionem,multa præteritarum rerum experimenta adiunxerunt,ita,ut mirum uideri non debeat,ſi recentiores à ueteribus accepta, & excogitata ſæpe reddunt meliora,aut imitatione ueterum ipſi quoque quædam noua inueniant,cum huic noſtræ docendæ ætati ceteræ elaboraſſe uideri poſſint: nec temerè à noſtris Iureconſultis illa uſurpari credendū eſt.omne ſcilicet artificiū incrementum recipere, & quāto quiq; ſint iuniores,tanto eſſe etiam perſpicaciores.Quod quidem,ut de alijs taceam,noſtra ſane,& parentum noſtrorum tempora ſatis planum faciunt,quibus non modo bonæ,ac liberales Artes antiquo nitori reſtitutæ ſunt,uerum etiam quædam comperta uel à ueteribus non excogitata, nec cognita,uel etiam antea fabuloſa credita.Quis unquam apud Antiquos librorum formis excudendorum rationem nouit?Quis Antiquorum æneas fiſtulas conflatas ad pilas ferreas iacēdas aſpexit? Quis Antipodas adijt?aut quis potius non hæc antequàm fierent factu impoſſibilia crediderit?aut anilibus fabulis non annumeraſſet?at cuncta hęc uel noſtra,uel Patrum memoria facta cognouimus:non dabimus ergo Recentiorum ingenijs,ut exiguum libellum,atq; illum quidem ad alterius ueteris imitationem,maximo præſertim aſpirante Principe, conſcribere poſſint?cuius rei explicatio prę his,quæ nunc attigimus,mea quidem ſententia ludus extimari poterit.Et ſane ſuperuacuus longior in ſtudijs foret labor, ſi nihil liceret melius inuenire præteritis,& quæ magna nunc ſunt,atq; admirabilia tempus aliquod,quo primum efficerentur,habuerunt. At (inquis) poteſt quidem id fieri, ſed laborioſum eſt,difficile eſt,periculoſum eſt:Bene iam nobiſcum agi incipit,fieri enim poſſe iam confiteris. At id erit magni laboris?noli tu nunc tam uehementer de labore alterius laborare,& quaſi ante tubam trepidare:namque pulcra ſint, eadem & difficilia eſſe oportet.erit qui laborem libenter amplectatur,qui Superis bene iuuantibus,difficultatem ſuperet.quòd ſi unus non ſit par oneri ferendo, illi comes adiungetur:nec unus tantum, ſed, ſi res exigat,etiam plures. nec enim uſq; adeò eſt hæc ætas effeta,& Princeps præclaris,& eruditis uiris ſic indiget: ut rem hanc aggredi uereatur.dummodo nos incaſſum non laborare, & Trebonianos, Theophilos, & Dorotheos temporibus quoq; noſtris reperiri poſſe confitearis. At adhuc urges,cum periculoſum (inquis) id ſit,quod uel punctus, uel ſyllaba, nedum dictio,uel oratio ſecus poſita,quàm deceat,nos ducere poſſet in graues errores; ea propter abſtinere ab hoc incepto ſatius ſit,quàm ſe temerè nullius neceſſitatis impulſu periculo huic obijcere.Hic quidem ſatis prudenter illi nos monent, ne punctus,uel ſyllaba ſecus in Opere ponatur,quàm deceat,ne ſcilicet,in magnos errores incidamus:propterea(q); ad eam rem uitādam adhibebitur; uel adhibita eſt potius,quanto maior potuit diligentia,&,ne quid accidat huiuſmodi,legetur Opus,relegetur Opus,expolietur Opus, nō ab uno tantum,ſed pluribus,addetur aliquid,expungetur, mutabitur,multorumq; ſententijs iterum,atque iterum auditis, & col-

Eadem nūc eſt Naturę uis quæ olī fuit.

Superior annus uideri quibuſdam ſemper ſolet fertilior.

Noſtræ ætātis in quo melior conditio.

Quanto iuniores tanto perſpicaciores.

Quæ parentum noſtrorum memoria comperta.

Non eſt trepidandum ante tubam.

Diligentia.

Nihil perfectum ab initio.

& collatis,eorum ſequemur iudicium,qui prudentiſſimè, & doctiſſimè ſentire uidebuntur:nec enim ſumus neſcij,nihil unquam humano ingenio elaboratum & exactũ initio fuiſſe,quin multorũ poſtea accedente iudicio perfectius reddi potuerit.Quidquid enim optimum reperitur,ante nõ fuit,& quę uetera nũc ſunt,fuerũt olim noua. At quòd feliciter rẽ poſſe cadere diffidis,etiã ſi opus recoquatur,refingatur,& ſepius incudi reddatur,& propterea abſtinendũ ducis, hic ego te ad Iuſtinianum reuoco,cui,ex immenſa illa ſylua Iuris Ciuilis,& infinita propè ueterum librorũ mole ſuas Inſtitutiones elicere,feliciſſimè ceſſiſſe multorũ ſeculorũ teſtimonio comprobatur.

Laboris et periculi metus non debet nos ab honeſta prouincia retrahere.

quòd ſi nos ab hac ſuſpicienda prouincia laboris, & periculi metus retrahere debet,iã & Nauiũ uſus quaſi generi humano pernicioſus improbãdus ſit:quippe quòd nauigaturis ab undis omnibus horis præſentiſſimum mortis periculum immineat:& quòd (quanquã pretioſas merces aduecturi,& magnũ quæſtum facturi uideantur)facile tamẽ fieri poſſit,ut transfretantes obrutis, & illiſis nauibus medio mari mergantur. Agricolis campis ſemina mandare ne permittamus,quòd poſt totius anni exanclatos labores uredine enatum germen ita corripi poſſit:aut alia calamitate ſeges ita atteri,& quaſſari, ut nec ipſum quidem ſemen ager reddere ualeat:quanquã de certo fructu,ac prouentu longe nobis eſt exploratius,quàm aut nautis,aut agrorum cultoribus.nec enim antea liber edendus eſt,quàm bene maturuerit,& rebus ad unguem diſcuſſis.illum edi in rem eſſe ſtudioſorum,luce meridiana clarius appareat.

Nullum ſubeſſe in editione libri periculum etiam ſi diligentia fuerit remiſſior.

Sed quid ſi etiam rebus nõ ita adamuſſim perpenſis nullum ſubeſſe magnum periculum planum faciamus ? aut ſi ſubſit, nullo ferme negotio id poſſe uitari doceamus? Neque ego aliquid nũc cogito,de illa à Cenſoribus nõſtris prudẽtiſſimè excogitata cautela,qua putãt ex re eſſe. ſi Põtifex ipſe diſertè teſtetur,quòd harum Inſtitutionũ editione iura noua inducere, aut uetera abrogare nulla ratione intendat:nam iſtud quidem adeo nobis plana,& expedita reddit omnia,adeo Aduerſariorum obiecta cõtundit,ut nec Momo quidem ullum repræhendendi locum relinquat,uerum etiam ſi nulla huiuſmodi teſtatio,quam tamẽ ego obuijs ulnis amplector,adhibeatur.

Cautela Cẽſorum.

Principiò nihil præcipue timendũ eſt in eo,quod æquè uniuerſis accidere ſolet.Eſt autẽ perſpicuũ, non ſolum ea quæ paulo ſcripta ſunt grauius,uerum etiam nullum prorſus eſſe genus ſcriptorum ita clarum,& undequaq; abſolutum,quin interdum uel ad dictũ ambiguum illuſtrandum,uel ad loca quæ inuicem pugnantia uideantur cõcilianda,uel ad fuſius quid explicãdum,benigna legentis,uel docentis interpretatione indigeat.

Omnia ſcriptorũ genera benigna legentis interpretatione interdũ indigent.

Atq; ut (quemadmodũ ſolent boni Poetæ) à Ioue ipſo exordiamur. Quis neſcit in ipſis ſacrarum literarum oraculis diuino numine ſanctiſſimis Viris inſpiratis nihil eſſe contrarium,nihil abſurdum,nihil perperam poſitum,omnia pia, omnia ueritati conſona,omnia deniq; ab uno,eodemq; Spiritu tum inſpirata, tum dictata? & tamen ſi quis Iudaicè uerbis tantummodo mordicus inhærere uelit, nec ullam prorſus interpretandi rationem admittat,multis erroribus anſam tribuat neceſſe eſt.de quo utinam non tam multa nobis exempla noſtrorum temporum calamitas ſuppeditaret.notiora quidem ſunt hæc,quàm ut exemplis indigeant,nec tamẽ adeo quis inſanus eſt,& à communi ſenſu Chriſtianorum tã abhorrens,qui ſolẽ ipſum de mundo tolli ſatius eſſe exiſtimare non debeat,quàm illa ipſa alicuius perplexitatis,uel ambiguitatis obtentu ab omnibus non legi,non concoqui,in ſuccũ, & ſanguinem uerti: nimirum quod,quæ quandoq; perplexa ſunt, uel ambigua ab eruditiſsimis,ac ſanctiſsimis Viris explicentur,ac clara fiant.

Sacra ſcriptura indiget interpretatione

Iam uerò ſi ad ueterum Iuriſconſultorum monumenta,& Imperatorum reſcripta,& ſanctiones, quibus intelligendis,& enucleandis dies,ac noctes inuigilamus, animum referamus; & ſi nihil in his contrarium depræhendi poſſe,Iuſtinianus conſtanter auſus fuerit affirmare,tam multa tamen,ſaltem ad ſpeciem , inuicem pugnantia comperiuntur,ut in eo potiſsimum noſtrates interpretes inludare uideantur, quemadmodum ſcilicet ea,quæ ex Diametro uidentur aduerſa conciliari ualeant, atq; adeo

Vix poſſet ius Ciuile ſubſiſtere ſine interpretatione

interdum

interdum in eo laborant,ut quaſi cum monſtro quodam fruſtra diu luctati demū dent manus,ſeq; uictos conſiteri minimę pudeat.ſed,ut ſaltem quoquo modo ſeſe ab inextricabilibus perplexitatibus eximant,& legiſlatoribus ſuis honorem ſeruent,aut unum reſponſum ſecundum alterius legis ſententiam accipiendum aſſerunt;aut hoc quidem inſpecta diſpoſitione Iuris antiqui.illud uerò recentioris,obtinere affirmant:aut hoc ſtrictè illud largè accipi debere contendunt: nunc etiam facti ſpeciem inter ſe diuerſam contra uerba contextus comminiſcuntur, & uno quidem caſu hoc,alio uerò illud procedere affirmant.Quid plura?non ſatis quidē illi acutè,ſed proculdubio ui quadam,& neceſſitate cōpulſi & adacti,uel quid minus rectè dictum erudiendorum iuuenum gratia contendunt, quaſi uerò docendi gratia errare,uel pugnantia loqui liceat;uel difficultatibus ſuccumbentes nos ad Apollineos Tripodas reijciunt.Cogitaram hic pauca huius rei exempla ſubnectere,ſed hæc minus etiam,quàm mediocriter in Iure Ciuili uerſatis cognita ſunt,& penitus perſpecta.obtinuerunt tamen,& obtinet Digeſtorū libri,Imperatorumq́; Conſtitutiones,& Inſtitutiones Iuſtiniani nomine conſcriptæ uim legum,nec propterea abijciuntur,quòd plurima in his ualde ambigua,multa, quæ uidentur contraria,non nulla inextricabilia depræhenduntur.nimirum quod uelut Vrſæ informes, & recenter natos catellos ſuos lābendo ad elegantiorem formā rediguntita interpretationis munere id cōſequimur,ut quæ ab Authoribus ſcripta uidentur durius,& perplexius,interpretando quaſi admota leniter manu ad molliorē tactū, & ad quandam rerū planiciem traducamus.Non permittā hic orationē noſtram ambitioſius uagari,ut idē accidere & in Philoſophorū,Medicorū,Poetarū,& omniū propè Scriptorum libris planū facere uelim:cū & res multis nō indigeat,& ſatis nobis ſit,ſi nos intra propria caſtra, ac domeſticos cancellos contineamus. Illud non dubitanter auſim affirmare,ne quotidianum quidèm,ac familiarem amicorum inter ſe ſermonem poſſe ſubſiſtere,ſi ita uerbis inhæreas,ut nullam prorſus interpretationem admittere uelis.

Quibus modis interpretes iuris ſe a perplexitatibus conētur eximere.

De hoc in Epiſtola Ferdinandi Farneſij ad Flauiū Vrſinū in operis limine

Quid præſtet interpretatio

Etiam quotidianus amicorum ſermo ſine interpretatione non ſubſiſtit.

M.Ne tu (inquit) Camillus iſtic hodie malo tuo compoſitis mendacijs
Huc aduenisti audaciæ columen conſutis dolis
S.Immo equidem tunicis conſutis huc aduenio non dolis.
M.At mentiris etiam certo pedibus non tunicis uenis

His captionibus ſi nihil interpretationi demus non modo comicorum uena etiā grauiſsimorum quorumuis authorum ſcripta ſunt obnoxia,ſic qui in clericum uiolentas manus intuleras non incidiſſe in pęnam Canonis ſiquis ſuadente diabolo.cōtendebat,quòd ſua ſponte uerberaſſet non diabolo ſuadente.ſic qui per annum nō communicauerat pœnis capituli Omnis utriuſq; ſexus.non teneri quòd illud de hermaphrodito tantū loquatur, ſed (ut inquit Paulus)non oportet iuris uerba captari,ſed qua mente quid dicatur animaduertere.

Cauēdū igiť erit ſūmopere,& quātū humana pōt pręſtare induſtria,& ſolertia,uitādū,ne qđ in iſta noua Inſtitutionū Iuris Canonici editiōe ſit ambiguū, pplexū, cōtrariū:& nos id ſtudioſè cauimus.Sed poſtq̃ omnis erit diligētia,& cura adhibita,ſi qd minus pſpicuè dictū exciderit,aut ꝙ pplexitatē præ ſe ferat,nihil adeò puerſe ſcriptū dephēdetur,quin interptationis beneficio quaſi manu medica adhibita ad ſanū intellectū retrahi,ac traduci poſsit:qđ utiq; futurū eſſet,ēt ſi diligentia adhibita fuiſſet paulo remiſsior,qđ qdē ex lectione uoluminū utriuſq; iuris facile intelligere poſſumus:qb.colligēdis,ac diſponēdis q̃ nō magnū adhibitū fuerit ſtudiū noſtro incōmodo quotidie experimur:Cur tantū formidamus ne huic noſtro cęterorū ēt librorū ſubeūda ſit fortuna?ſcripſerūt antiqui Pōtifices libros ſuos, atque legis uim obtinere uoluerūt,eoſq; hodie amplectimur, & exoſculamur,in quibus tamē plurima ſunt obſcura,nō nulla uerò ita inuicem etiā in eodem libro, & ſub eodem titulo pugnātia uidentur,ut maximū conciliare uolentibus negotium faciant.Poſſem ego hic ſexcenta huiuſmodi afferre exempla, ſed profecto clarior

In libris iuris Canonici multa ſīt quę uidentur pugnare:& que nō facile conciliantur.

eſt

eſt res, quam ut exemplis illuſtranda ſit. Nec hoc à me eò dicitur, quaſi imitandum iſtud putem, quod utiq; tanquam ſcopulum ſemper magno mihi ſtudio, ac labore uitandum cenſui: ſed, ut aliquando ipſis rerum experimentis, ac certiſſimis exemplis iſti intelligant, nullum magnum formidandum, & extimeſcendum eſſe in hac editione periculum. Alij tamen nec illi quidem (ut ſibi uidentur) inepti ita

Quorundã obiectio.

adhuc argumentantur: Aut quæ in Decretalium libris comperiuntur, nullis omnino mutatis uerbis in tuum librum tranſtuliſti, & tunc, cum ſint illa ipſa penitus quæ alibi ab ipſis Pontificibus ſcripta reperiuntur, etiam nullius nouæ approbationis interuentu, ubi legantur, eandem ſemper retinebunt authoritatem: Aut non quidem ad uerbum tranſtuliſti, ſed pro ingenio, & iudicio tuo illa tibi finxiſti, & tunc Pontificis interuenire approbationem eſt ualde periculoſum: Video, quid iſti moliantur, & quàm mecum aſtute, ac callidè agant ſentio: nempe, ut nos omnino penitus laude ſpolient: ita enim putant, ſi fateatur Is ſe in ſuum librum aduerbum ex alijs Iuris Pontificij libris omnia tranſtuliſſe, non tam Authoris operis noui ſibi nomen uendicare poterit, quàm ſimplicis librarij nobis miniſterium ſeſe præſtitiſſe confitebitur. Sin ſe pleraq; pro ſuo ingenio innouaſſe aſſeruerit, tum metu imminentis periculi, de ſuo illum inſtituto deijciemus. atque ità noſtræ cauſæ arcem inuaſiſſe exiſtimant: ut ſe uel ſuſpendio uitam finire uelle magno clamore iactent, ſi quando me uoti compotem fieri contingat. quem, qui ſim, ſatis iam (ut iſti prędicant) omnes norint. His obiectis facile me poſſe reſpondere non dubito, quod ante quàm faciam, paucis mihi lautus iſte Vir eſt admonẽdus, & compellandus. Si neſcis (bone Vir) cum ita excandeſcis; cum ſic ſtomacharis, cum me obliquè in angulos perſtringis, cum laqueum te meditari uociferaris, ſi Pontifex approbet, atq; alia uiro graui indigna euomis, authoritatem tuã, quæ ſola tibi ſupereſt, ad euertenda conſilia noſtra, apud eos: qui te ſolum in cute norunt, multum imminuis, atque arma ipſa, quæ aduerſus nos non ceſſas intorquere, ipſemet infringis. oportuit te ſedatiore animo hanc cauſam attingere, noſque, & Inſtitutiones noſtras ad ſpeciem interdum ornare tuo teſtimonio, ac laudare, atque ita fouere, ut cum boni Viri exiſtimationem, atque intercedentis inter nos amicitiæ opinionem tibi comparaſſes, tum me facilius quaſi per cuniculos oppugnare, & dum altera manu ſcaberes altera ferire poſſes; nec alicui alieni à nobis animi ſuſpicionẽ ingerere antea oportuit: nullæ enim grauiores ſunt inſidiæ, quàm; quæ in ſimulatione neceſsitudinis, & beneuolentiæ deliteſcunt: quod, ut facias, ego te aliquando conatum intellexi. ſed uſque adeo in uiſceribus tuis uenenum ebullit, ut illud intra ſtomachi clauſtra continere, & comprimere non ſemper poſsis. ſed uel te inuito, interdum erumpit ardentius. quod uerò (ut aſſeris) qui ſim, norint omnes; Non ſatis mirari poſſum quomodo id paſsim prędices, qui me non multis ante menſibus ipſe noueris, immo nec nunc quidem forte bene cognitum habeas: ſed me quidem huius rei, ſi ita ſit, minimè piget; te certè pauci omnino ſunt, qui ſicut ego, & alij quidam bene norint: & planè non tu talis es, qui aliquid in hac noſtra mediocritate diſpicere poſsis. Num meminiſti cum primum Romam appuliſſem, neque me de facie antea noſſes, quanto ſtudio mecum inire amicitiam quæſieris, quoties me inuiſeris, quoties domum tuam quaſi ueterem amicum perduxeris? quantis laudibus ingenium, iudicium, atque opus meum extuleris? quam ſæpe Pontificem ipſum magna mihi eo nomine debiturum prædicare ſoleres, quàm ſæpe & Pontificis ipſius cunctationem, & uicem meam dolere te diceres? quæ omnia

Inſidię illę ſunt graues: quę in ſimulatione neceſſitudinis deliteſcunt.

Intempeſtiua beneuolentia.

tunc ego non ſubdolo, ſed humaniſsimo, & candidiſsimo animo dici, & fieri abs te credebam: nec adagij memineram intempeſtiuam ſcilicet, beneuolentiam ſimultatis loco habendam, itaque nihil non egi, ut, quod unum te ſpectaſſe, & ambiſſe non multò poſt comperi inter Cenſores meos, quos tu ilico forte auro onerandos credideras, ab ipſo Pontifice legereris: At poſtquam hi, quibus melius, quã tunc mihi cognitus eſſes, optimo iudicio, ualde ambientem repulerunt, uix dici

poteſt,quàm mihi repente fueris immutatus,quàm ab illa tua ſimulata humanitate,atq; animi candore receſſeris,quàm tibi homo,paulò antè planè cum Tribonianis,ac Dorotheis conferendus,ſtatim nullius eruditionis,ac iudicij uiſus fuerim,quàm demũ mihi iniquus factus,& omnibus cęptis noſtris aduerſatus fueris. Demum quid te cogitari poteſt leuius,& inconſtantius,qui non modo aduerſus ea, quæ ſępe dixeris,uerum etiam contra illa ipſa,quæ proprio chirographo aliquando confirmaſti,tam imprudenter,atq; impudenter coram ampliſſimis iuris de me ac meis ſcriptis obloquutus fueris?num meminiſti cum librum,quem tibi legendum tradideram,repoſcerem,& tu me ſic extolleres, ut Tribonianis ipſis parem facere non dubitares,petijſſe me ex te,ut illius tuæ ſententiæ ſcripto fidẽ faceres? num eorum,quę ſcripſeris penitus es oblitus?uel me adeo ſupinũ arbitraris,ut ea, quæ ad exiſtimationem meam ualde pertinent,tui ſimilis factus prorſus negligã? falleris Amice,falleris.Nam ueluti eo tempore,quo iam mihi in aliquam tergiuerſationis ſuſpicionem ueneras,propriũ à te chirographum extorſi, ratus ita me poſſe penitus coercere procacitatem iſtam tuam:quã quaſi tẽpeſtatem quandã (uelut ex longinquo) iam tum mihi uidebar intueri,ita illud ipſum,ut impudentiſſimã garrulitatẽ tuam ſaltem quoquo modo reprimã,diligentiſſimè aſſeruo,& cum opus eſt proferre ſoleo,ut miretur iam nemo,ſi mihi tam iniquè detrahere conaris,qui nec ipſum tibi parcere noueris,& aliud ſtans,aliud ſedens dicere aſſueuеris atq; chirographum illum tuum commentario huic noſtro inſeruiſſem, niſi ab illaudato uiro laudari turpiſſimum duxiſſem.Qui ſim (inquis) omnes iam bene norunt:at norint quidem omnes, ecquem me tandem norunt?ecqua labe inquinatũ? ecquo ſcelere,uel turpi nota commaculatum ? norint omnes (inquam) me, nec enim recuſo,nam & in patria nunc celeberrimi nominis uiri, & qui aliquando in Aula maiori quàm tu,qui in ea conſenuiſti,in pretio fuerunt,& nunc ſunt,me collegam nec dedignantur,nec aſpernantur,& ibidem probati quiq; conſuetudinem noſtram appetunt:& Romæ illuſtrium Virorum patrocinijs non deſtituimur : &, quod forte ſcis,apud Maximum Principem maximis nos laudibus,maximi uiri ornarunt. Sed tu nec etiam ipſis parcis,& fœdo iſto tuo,atq; incondito ſermone,grauiſſimorum,& doctiſſimorum Virorum laudes ita conſpureas,ut has ego obtrectationes,ac teterrimam iſtam tuam uerborum colluuiem æquiore animo iam ferã, cum mihi ſocios,tantos ſcilicet,uiros adiũgis.unde nihil impedio,quin more ignauorum canum,qui non pro ueritate,ſed pro conſuetudine latrant quantumuis garrias.Sed reuertor iam ad cauſam noſtram,& præclaram argumentationẽ tuã , neq; committam,ut diuerticulum,ne reſponderem,quæſiſſe,& (quod dicitur) nimium altercando ueritatem, perdere uoluiſſe uideri poſſim.Vnum illum addo , quod te ſuſpendere uelle iactas,ſi quaſi Pontifice Authore liber exeat:per me quidem, & ſi non exeat;id facias,licet:immo te,ac tui ſimilibus aduerſantibus non exiturum facilè conijcere poſſum: non quòd magnam omnino tibi ineſſe authoritatem uideam,ſed quòd in demoliendo plus unum,quàm in conſtruendo plures ualere intelligam.ſed tu,ſi cuius alterius ſceleris conſcientia quaſi furijs ad laqueũ urgeris, tantiſper obſecro ſubſiſte,ac ſubſtine,donec ad præclaram illam tuã argumentationem breuiſſimè reſpondero. Breuiſſimè (inquam) tum quòd priori parti, cũ de imminenti periculo cum Populo ipſo nos admones,ſępius ſupra,ac uariè à nobis reſponſum eſt,tum quòd anterior pars egregiæ iſtius tuæ complexionis tantum abeſt,ut contra nos faciat;ut illam ipſam maximè noſtram cauſam adiuuare contendamus.Quæro (inquis) quomodo egeris,& an ad uerbum in librũ tuum Canones ipſos intexueris?quomodo me geſſerim,aliàs ſuprà ſatis dilucidè explicaui, unde nunc non repeto,cum præſertim tibi ſatis id exploratum putem; nam & plutibus diebus perlegendi operis tibi poteſtatem feci,& ex me ipſo de tota ratione inſtituti noſtri ſępius cognouiſti,quin immo quidã nec illi qdẽ aſpernãdi ex noſtro Codice,dum illũ apud te eſſe paterer, exẽplũ clãculũ ſumpſiſſe,atq; illud aſſerua

Diſſolutio obiectionis.

Plus unus poteſt in deſtruendo quàm multi in conſtruendo.

re te domi diligenter auſi mihi fuerunt affirmare. Sed fac me ad uerbum tranſtuliſſe. Quid præterea? Ergo (inquis) nulla noua neceſſaria eſt Principis approbatio. Præclara me hercule illatio, & homine ualde dialectico planè digniſſima: ſed finge me concedere nullam neceſſariam eſſe Principis comprobationem, quod tamē falſiſſimum eſſe proximè docebimus, nō propterea etiā euincis approbationē Principis nulla ratione interuenire oportere; multa ſiquidem cōperiūtur, quę quidem, ut neceſſaria non ſint, quia tamē uel decora ſunt, uel utilia non ſolum recipimus, uerum etiam magno ſtudio undiq; conquirimus, quod ſatis liquidò apparet dum ueſtes nobis curamus, dum ædificamus, dum agrum colimus. Nec enim omnia ad ſolam neceſſitatem referimus, ſed multa utilitatis, nonnulla ſolius etiam decoris, ac pulchritudinis gratia facimus, imitamurq; in hoc naturam ipſam. quæ, licet nihil agere fruſtra credatur, quædam tamen oſtentat in herbis, floribus, in plantis, frondibus, atq; terreſtrium animalium pellibus, in pennis auiū ſolius decoris, ac pulchritudinis cauſa à ſe conficta. nec tu (puto) inficiaberis, tum magnum Operi decus acceſſurum (quanquā hoc minimè omnium cupis) tum Pontifici illi glorioſum futurū, quo quaſi Authore Iuris Canonici Inſtitutiones in lucem ſint proditurę, cum inter egregia à ſe geſta maximus Imperator repoſuerit, quòd ſe Authore Iuris Cæſarei Inſtitutiones exiſſent, niſi forte tu, ut mihi, ità & Pontifici ipſi inuideas, nec quemquā præterquā te aliquam gloriæ particulā aſſequi: æquo animo pati poſſis. ſed, puto, dabis decorū hoc futurū ſupremo Pontifici ſaltē, ut illius amans, & ſtudioſus uidearis: ergo, ut hoc neceſſarium quidem non ſit, gloria tamen Principis, atq; operis ipſius decus ſatis eſt cauſæ, ut quaſi illo Authore liber in publicū exeat. huc accedat profectus Studioſorum, ac utilitas, qui longè alacrius, & impenſius huic perdiſcendo, & enucleando Operi inuigilabunt, ſi quaſi de manu Pontificis, quàm ſi ab homine priuato ſint recepturi. quippe quod ita natura comparatum eſt, ut munera ipſa non magis interdum materia quā Authores ipſi grata nobis, ac pretioſa faciant. ut non immerito Iuſtinianus ipſe non ſemel Iuuentuti à ſe docendæ gratuletur, quòd tanto honore digni tyrones habiti fuerint, ac tanta felicitate affecti, ut prima legum rudimenta ab Imperiali (ut ille inquit) ſplendore, ac uoce principali accipere debeant. Accedit quòd cū Iuris Pōtificij facultas Ius ipſum Ciuile quaſi ęmuletur, iniuriā quodāmodo illi facimus, ſi quemadmodū Iuri Ciuili contigit, Iuri etiam Canonico, quaſi Principe authore ſua principia non concedimus: præſertim quòd illo ſuadente in libros collecta, illo iubente recognita, ac reuiſa ſunt, ac nō niſi illo permittente ſint edenda. Vides ne igitur etiam ſi ipſorum Canonum uerbis adamuſſim uſum eſſe me tibi conceſſero, multas tamē eſſe cauſas, quæ quāquam neceſsitas (ut uis) non urgeat, ut quaſi Pontifice authore liber exire debeat, ſuadere poſsint. Sed in pręſenti nihil nos adiuuet, quòd Pontificis approbatio operi magnum decus adderet, nullū habeat momentū, quòd ea res futura eſt approbāti Pōtifici glorioſa. Nec attēdamus, quod ſit lecturis utilitatē allatura, nec indecens habeatur, quòd Iuris quidē Ciuilis elementa quaſi Imperatore magiſtro diſcimus, at Iuris Canonici à priuato accipiamus. omnia hæc nec aſsis faciamus, nec aliquo modo ad rem pertinere confiteamur. At quid tandem dices, quo tandē cōfugies, ſi, ut tibi dederim me à Canonū uerbis ne latum quidem unguē receſsiſſe, tunc tamē maximè huiuſmodi neceſſariam eſſe approbationē extorſero? ſi tu te id ſponte tua confiteberis? reſponde ſodes Vir acutiſsime, & qui tam anceps Dilemma ex quodā profundo Dialecticæ Artis expiſcatus es, quo quaſi cornibus quibuſdā ita poſſe nos impetere tibi perſuaſeras, ut nuſquā poſſe nos effugiū aliquod reperire credideris. reſponde (inquā) ſodes, cuius nam authoritate muniuntur Iura ipſa, quæ in gratiam tuam fateor nunc me ad uerbum meo libro intexuiſſe? Romani (inquis) Pontificis. tum præterea dicas, obſecro. eadem illa cuius loquentis perſonam nobis exhibent, a quo exprimunt? & pariter non negabis, quod Romani Pontificis. ſi ergo ad uerbum tranſlata ſint in noſtras

Multa: quæ non ſunt neceſſaria fiūt cauſa utilitatis ac decoris.

Iuſtinianus de Inſtitutionibus ſuis gloriatur.

Munera gratiora nobis facit largiētium dignitas.

Iura Canonica, & ciuilia æmula.

ſtras Inſtitutiones, nonne & ibi Pontificem loquentem intueri neceſſe erit? & hoc quoq; negare non poteris. Quid ergo? non putas tunc neceſſariam Pōtificis approbationē? quaſi mihi homini priuato in priuato opere liceat ſine ſcelere, ac falſi crimine Pontificis induere perſonam? Quid tu ad hæc? quo pacto elaberis? quomodo ab hoc laqueo te expedies? uiden', quàm ſubito, quàm nullo negotio non dicam, corruerit tota illa tua machina, quàm ad quatiandā cauſam noſtram paraueras ſed in te ipſum retorta fuerit? uiden', ut tuo te gladio confoderim? uiden' quàm parum ſis in diſputando acutus? Quid dicam? uidere non potuiſſe te, quod uel pueros latere non potuit? an potius uidiſſe te quidem, ſed facilè noſtris, atq; aliorum oculis tenebras offundi poſſe exiſtimaſſe? ſed neutrum horum ſtatuā, nam nec tibi mediocris ingenij, ac iudicij laudem inuideo, neq; itidem te de nobis tam prauè ſentire audio, ut huiuſmodi nugas facile nos imbibere poſſe exiſtimes. Sed profecto ità Natura comparatum, atq; uſu compertum eſt, ut cum primum mentem liuor occupat, animus quaſi cæca caligine inuolutus nihil rectum cernere ualeat: unde multos alioquin oculatiſsimos uiros impugnandi ſtudio in fœdiſsimos errores fuiſſe delapſos legimus. ſinamus igitur hos pro ſua libidine blaterate, proſequamurq; illorum obiecta confutare, qui, ut multo, quàm hi nobiſcum agūt, modeſtius, ita & à nobis modeſtius excipientur.

Impugnandi ſtudium anſam tribuit erroribus.

Aiunt ſi huiuſmodi Iuris Canonici Inſtitutiones cōſcribi, aut neceſsitas cogeret, aut ſuaderet utilitas, uel res aliqua ratione ſine magno periculo tranſigi potuiſſet, utiq; futurū fuiſſe, ut alij Romani Pōtifices eas cōſcribendas iam pridem nobis curare debuerint: neq; exiſtimandū hanc paratę ſibi laudis materiam poſteris illos fuiſſe relicturos. Ego uero, quid illi curauerint, uel non curauerint, nō multum ad rem pertinere arbitror. Primū enim nimis iniquo loco recentiores conſtituimus, ſi eiſdem omnem inueniendi rationem præreptam ſtatuimus, quod falſiſsimum eſſe ſupra demonſtrauimus, cum rerum ipſarum parēs & repertor tempus non omnia ſimul perficiat, ſed ſub uarijs temporum ſpatijs, & diſtinctis annorum interuallis: & ex unius perfectione alterius quoq; rei trahat, & deducat inuentionem: Et (ut prudentiſsime in ethicis docet Ariſtoteles) omnes præclaræ artes ab exiguis principijs profectæ ſunt, atq; inde ad magnum decus peruenerunt.

Non omnis inueniendi locus eſt recentioribus prærepta.

Tempus omnia inuenit ſed non ſimul.

Sed per me cogitarint quidem, & alij Pontifices, non tamen continuo euincis eos difficultate perterritos huic rei manum non admouiſſe: id enim fieri potuit, quód hi ad alia negotia animum uehementius appulerint. Illi nō diu ſuperſtites fuerint. Sed demus alios Pontifices omnino uacuos fuiſſe, diu ſuperuixiſſe, demus de componendo huiuſmodi opere cogitaſſe, demus difficile id, immo impoſsibile reputaſſe, & ideo abſtinuiſſe: & ſi quid quærunt amplius. num propterea nobis quaſi lex quædam dicta eſt, ut non idem poſsimus & nos excogitare, & tamē aliter, atq; ipſi opinari, & demum rē ab ipſis deſperatam aggredi, ac tentare? nōne ſæpe fit, ut quædam nobis non poſsint magis ex ſententia cadere, quæ tamē non tam conficiendi, & abſoluendi ſpe magna ducti, quam libidine tentandi aggredimur? Quin immo inquit Comicus.

Licet nobis à Veteribus diſſentire

Et deſperata cadunt interdum ex ſententia

Imprudens itidem, & ſæpe iam in multis locis
Plus inſciens quis fecit, quàm prudens boni.
Et idem rurſus
Inſperata accidunt magis ſæpe, quàm quæ ſperes

Quis ſcit igitur quin aliquo amico numine fauente, uel caſu poſsint recētiores feliciter id abſoluere, de quo ueteres deſperarint? Dij enim (ut in adagio) facientes adiuuant, & omnia uendūt laboribus. Quanquā alia ratio diligētius id cogitāti ſolet interdū occurrere, quamobrē illi nullas in Iure Canonico Inſtitutiones cōſcripſerint, nempe quod ueteres circa quædam Iuris illius quaſi cunabula ad Pōtificatum euecti ad firmandū, conſtituendumq; Ius ipſum Canonicū: quod tum uidebatur adoleſcere animum intenderent, nec potuerint Ius ipſum uel nullum omnino, uel certe rude adhuc, & uix inchoatum ad rectam Methodum redigere,

Ratio probabilis cur ueteres Pōtifices in iure canonico Inſtitutiones non conſcripſerunt.

quod ſatis liquido apparere poteſt, ſi quis ad tempora Gregorij noni, Bonifacij octaui, & Clemẽtis quinti animum, & memoriam reuocet, qui quidẽ haud ita multis ſeculis ſuos libros promulgauerunt: qui nouiſſimè Iuri Canonico certam quandam formam, & corpus, quod hodie retinemus, conſtituerunt. Inſtitutiones itaq; tunc temporis quaſi deficiente materia conſcribere minimè potuerunt ſacroſancti illi Patres. quod in ipſis fuit ſatis luculenter præſtiterunt, nempe ut ius ipſum fundarent, & conſtituerent. Nunc cum ipſa materia abundè ſuppedietur, accipiẽda eſt, atq; ex ea quaſi de rudi prope marmore effigies ducenda. Nec ego propterea Pontificum illorum libros malè digeſtos eſſe contendo, ſed ad id, quod molimur, nullum, aut certè perexiguum uſum præbere. nec enim illis fuit propoſitum, ut nos iura ueterum docerent, aut rudes aliquos inſtituerent: ſed tantum, ut quæ uel in uniuerſum ſtatuerent: uel antiquorum Imperatorum inſtar conſulentibus reſpõderent, Iuſtitiæ, & diuinæ legi conſona eſſent: in eo autem nulla neceſſaria erat Methodus, aut docendi ratio. Sed diuinæ tantum Legis peritia, & eorum: quæ antea conſtituta eſſent, ſcientia. Atq; cum interdum factũ illorum cum noſtro comparo, illud intereſſe mihi propè uideri ſolet, quod inter marmorum, ac lignorum maceriem, optimam quidem illam, & ad ædificandum longe præſtantiſsimam, ſed diſſolutam, ac malè congeſtam, atq; ex eadem materia fabrefactam Domum. nam marmora, & ligna eadem ſunt illa quidem, ſed uſum longè diuerſum nobis præbẽt artifici manu certa ratione compoſita, & tenaciſsimè inter ſe compacta, quam diſiecta, ac in uarias partes, diſsipata, uel ad inhabitandum non ſatis omnino illa cõmodè conſtructa. Veluti ergo cõmodè inhabitare uolentibus nõ ſatis eſt ſaxa, atque materiam, & cætera ædificanti utilia congerere, niſi diſponendis eis, collocandiſq; artificum manus adhibeantur, ſic non ſatis eſt facultatem quamlibet abundare rerũ copia, & cumulum tantũ habere, niſi illas certa diſponẽdi ratio in ordinem digeſtas, atq; inter ſe coniunctas deuinxerit. eadẽ accedat oportet uia, atque ea cum ad ingrediendum, tum ad demonſtrandum incipiẽtibus expedita. neq; propterea iſta cõparatione antiquis illis Patribus aliquid nos detractũ uelle quiſquã exiſtimet: nihil enim mirum, ſi id illi non præſtiterũt, quod uel deficiẽte ipſa materia, uel alia quacunq; cauſa ſuadẽte ne tentarũt quidem. minimũ illud eſt, quod nobis uendicamus, atq; huiuſmodi, ut ſi eo ueteres animum appellere ualuiſſent, uel uoluiſſent, elegãtius fortè, quàm nos id ipſos præſtare potuiſſe non negemus: hoc eſt nonnullã forte laudem nõ ineptè omnino diſponẽdi, ac rudioribus expeditiore quadam, & compendioſiore uia tradendi ea ipſa: quæ à ueteribus non modo præclarè cogitata, atq; diuinitus inuenta: uerum etiam ad conſtituendam Chriſtianã Remp. ſolenniter ſancita, ac ſalubriter decreta fuerunt, unde præter faciliorem quendam ordinem ad eas res perdiſcendas cætera omnia ipſis relinquimus, atq; multo magis illos nobis, quàm Cererem ipſam: quã frugũ inuentricem poetæ fabulantur, molitori cuidam, uel piſtori præſtare exiſtimamus. Quod autẽ de Innocẽtio dicitur: qui ſuis ſcriptis legis authoritatem non eſt impartitus, nihil nos mouere debet: ſiquidem is uec cum ſcripſit Pontifex erat, nec ſi fuiſſet quaſi Legislator ſcripſit, ſed quaſi purus interpres. nec utiq; dubium eſſe debet eundem, ſi collibitum eſſet, potuiſſe libris ſuis authoritatem Legis concedere: cũ illius multas Decretales cæteris Canonibus admixtas habeamus: ſed credendum eſt eũdem ideo abſtinuiſſe, ꝙ multa noua ſuis libris inſeruit, quæ non ea, qua decet legem ferri diligentia expendiſſet. Cum multum interſit Interpretemne quis ſe exhibeat, an Legislatorem, & ut cætera deſint, certè non plus unus nos mouere debet Innocentij authoritas, qui omnibus à ſe ſcriptis uim legis non tribuit, quàm Gregorij, Bonifacij, Clementis, atq; adeo ipſius etiam Innocentij, aliorũq;, qui Ius ipſum Canonicũ quaſi à fundamẽtis erexerũt. His accedit quòd diuerſa prorſus ẽ ratio noua ſcribẽdi, qđ illi contigit, alia eoũ, quę iã nõ modo ſcripta, uerum etiam ab omnibus recepta ſunt, ad certũ ordinem, rationẽq; redigendi, quod nos molimur.

Veteribus Pontifici-bus non tã docere propoſitũ fuit, quam ſtatuere.

Nihil detrahitur ueteribus Pontificibus.

Innocentius plures Decretales condidit.

Innocentius cur omnib. a ſe ſcriptis legis authoritatem nõ dedit.

Diuerſa ratio eſt ſcribendi noua, uel uetera ordinandi

Extorſimus itaque, in harum Inſtitutionum editione periculum aliquod magno-
pere formidari non oportere, diſpiciamus nunc, an eæ neceſſariæ ſint, & quam al
laturæ ſint legentibus utilitatẽ: & an omnino prouinciam iſtã ſuſcipiendo oleum,
& operã luſerimus. Quanquã, quæ de hoc inſtituitur diſputatio probabilior ſane
fuiſſet, ſi quis opus nondum aggreſſus eſſet, quàm nunc, cum res in eo ſtatu ſit, ut
ſuprema tantũ manu indigere uideatur, Quis enim quærat, an neceſſe ſit, quid ten-
tari, quod propè abſolutum oſtendatur: conemur tamẽ etiã his (ſi poſſumus) ſatiſ-
facere. Ac primũ quidẽ ſi librũ hunc noſtrũ ità neceſſarium, ut ſine eo nemo ſatis
proficere ualeat, aſtruere coner, impudentiſsimus ſim: quis enim non nouit quot-
quot unquã in iſta noſtra Iuris Canonici facultate floruerũt, neq; cogitaſſe quidẽ,
neq; librũ attigiſſe ſimilem? ſed quemadmodũ ius ipſum Pontificiũ in omni uita
profiteri uolentibus, nõ omnino illũ neceſſariũ minimè diffitemur, ita cũ omnibus
cõducere, tũ uerò quoſdã ſine eo nihil poſſe proficere, affirmare audeamus. Princi
pio neminẽ latet, ut proximè diſſeruimus, quã deceat unamquamq; facultatẽ certũ
habere librum, quo ipſius prima elementa concludantur, ac uelut in artem redigan
tur, cuius rei, quãquam per ſe ipſa ſatis pateat, locupletem tamen teſtem apud M.
Tullium habemus Marcum Craſſum. Omnia fere (inquit) quæ ſunt concluſa nunc
artibus, diſperſa, & diſſipata quondam fuerunt: ut in Muſicis numeri, & uoces, &
modi: in Geometria lineamenta, formæ interualla, magnitudines, in Aſtrologia
Cœli conuerſio, ortus, obitus, motuſq; ſiderum: in Gramaticis Poetarum pertracta
tio, hiſtoriarum cognitio, uerborum interpretatio, pronũtiandi quidam ſonus. In
hac deniq; ipſa ratione dicendi excogitare, ornare, diſponere, meminiſſe, agere,
ignota quondam omnibus, & diffuſa latè uidebantur. Adhibita eſt igitur ars quæ-
dam, extrinſecus ex alio genere quodam, quod ſibi totum Philoſophi aſſumunt.
Quæ rem diſſolutam, diuiſamq; conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret.
Sit ergo in Iure Ciuili finis hic legitimæ, atq; uſitatæ in rebus, cauſiſq; Ciuium, æ-
qualitatis conſeruatio, tum ſunt notanda genera, & ad certum numerum, paucita-
temq; reuocanda. Genus autem, id eſt, quod ſui ſimiles communione quadam,
ſpecie autem differentes duas, aut plures complectitur partes, partes uerò ſunt: quæ
generibus ijs: ex quibus emanant ſubijciuntur: omniaque, quæ ſunt uel generũ,
uel partium nomina definitionibus quam uim habeant eſt exprimẽdum. Eſt enim
definitio earum, quæ ſunt eius rei propriæ quam definire uolumus breuis, & cir-
cumſcripta quædam explicatio: his ego rebus exempla adiungerem, niſi apud quos
hæc haberetur oratio, cernerem. Nunc complectar, quod propoſui breui, ſi enim
aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quiſpiam, me impedito oc
cuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne Ius Ciuile in genera digerat: quæ
perpauca ſunt, deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat: tum pro
priam cuiuſq; uim diffinitione declaret, perfectam artem Iuris Ciuilis habebitis,
magis magnã, atq; uberem, quàm difficilem, & obſcuram. atq; interea tamẽ, dum
hæc, quæ diſperſa ſint coguntur, & uel paſſim licet carpentem, uel colligentem
undiq; repleri iſta Iuris Ciuilis ſcientia. Hæc ille. Et hoc quidem, quod in Iure ci-
uili tantopere ſe deſiderare, atq; expectare Craſſus aiebat, & ſe facturum aliquando
credebat, abundè ſuis Inſtitutionibus Iuſtinianus uidetur præſtitiſſe: quod tamen
tunc non erat perinde, ac nunc circa Ius Pontificium neceſſarium: ſiquidem Ius Ci
uile maxima ſui parte ex ueterum Iureconſultorum libris, & interpretationibus
conſtat, dum illi aliquid uel ad Senatuſcõſultum, uel ad legem, uel ad prætoris edi
ctum commentabantur, quibus ſuis lucubrationibus etiam ordinem quendam, ut
homines erant magna tum doctrina, tum iudicio, certamq; rationem ſeruaſſe cõ-
periuntur, dum finiendo, diuidendo generales quaſdam poſitiones formando rem
tractant, ita ut etiam ſi minus nos Iuſtinianus ſuis iuuiſſet Inſtitutionibus, futurum
tamen fuerit, ut ipſorum Iuriſconſultorum monumentis, idem propè labore haud
multò maiore conſequeremur, cum inde Inſtitutiones illas ferme ad uerbum de-
ſumptas,

Inſtitutiones in iure Canonico an neceſſariæ.

Ciceronis authoritas.

Inſtitutiones in iure Canonico magis neceſſariæ quàm in iure Ciuili & quamobrem.

ſumptas, & exceptas fuiſſe uideamus . quod de Iure Pontificio non item affirmari
poteſt:quippe quod potiſsimum ipſorum Pontificum ex facto cõſultorum reſpon-
ſis totum ferme conſtet.ut omittam interea quãtum putem intereſſe inter ipſorum
Iuriſconſultorum,& Pontificũ,aut eorũ, quorum opera ipſi uſi ſunt in pertractan-
dis,ac ſubtiliter perueſtigandis diſciplinis eruditionẽ & exercitationẽ. Si quis igitẽ
quãtumuis rudis quinquaginta Digeſtorum libros perlegat, non modicum legen-
do conſequetur in Iure Ciuili tum doctrinæ,tum iudicij, non idem legenti omnes
Decretales uſu ueniet,cum illæ cuncta ferè ad ſolam oblatæ ſpeciei deciſionẽ nul-
lo neq; docendi, uel certa ratione interpretandi ſine ipſis conditoribus propoſi-
to emanarint.Si igitur Iutis Ciuilis Inſtitutiones recipimus , laudamus, & tanquã
neceſſarias exoſculamur,cur non multo magis idem exiſtimemus de Inſtitutioni-
bus Iuris Canonici?cuius libris,ſi diligẽter quis inſpexerit, aut nulla,aut certe ual
de tenuis finiendi,diuidendi,certa Methodo rem explicandi ratio cõtinetur, quod

Duo hominum genera quibus hæ Inſtitutiones uſui eſſe poſſunt.

de Pandectarum libris uerè prædicari non poteſt.Accedat huc , quòd ſtudioſorum
hominum. quibus liber hic noſter uſui eſſe poterit duo genera cõſiderari poſſe ui-
dentẽ:alterum eorũ:qui huius Iuris peritiam ſibi ad quæſtum comparare nituntur,
ut ſunt ij , qui per multos annos Iuri Cæſareo in publicis gymnaſijs operam dan-
tes in receſſu uix paucis menſibus,aut ad ſummum anno Iuris Pontificio ita ſeſe de
dunt,ut tanq; de Nilo Canes recedentes uix pauca deguſtẽt.Alterum eſt eorũ : qui
non tam ad quæſtũ,quã ad proprium uſum eam ſibi facultatem parare cupiunt , ut

Cur Theologis Ius Canonicum diſcere laborioſum ſit licet neceſſarium.

ſunt Theologi,qui,cum Ius ipſum Canonicum cum Theologia communionẽ in
pleriſq; , & affinitatem quãdam habeat,non multum ſe profeciſſe exiſtimant , niſi
ad eam etiam Iuris Canonici cognitionẽ, ſi non exactam, at quacũq; ſaltem adiun
gant.Et audiui ego ſæpe magnos in Theologia uiros ad Ius Pontificum quaſi ſibi
occluſas fores conquerentes. Quippe quibus ad publica gymnaſia honeſtè non de
tur acceſſus,neq; ſi detur multum ſint profecturi,cum ibi iudiciorum,uel beneficio
rum tractatus,uel ſi qui ſunt alij ad lucrum parandum aptiores, interpretari docto

Quæ Iuris Canonici in publicis gymnaſijs explanetẽ portio.

res ſuis auditoribus conſueuerint . Quæ uerò habent cum Theologis quædã com-
munia,& ad pęnitentiarium forum ſpectãt,neq; digito quidẽ attingere ſolent : eo-
dem fermè loco:& Aulici ſunt habendi,& præſertim qui Eccleſiaſtica aliqua digni

Aulici Eccleſiaſtica dignitate inſigniti.

tate ſunt inſigniti.quibus circa ſuarum Eccleſiarum adminiſtrationem,& multipli-
cia negotia impeditis non uacat multos annos in eius Iuris ſibi paranda cognitio-
ne cõſumere,cum tamẽ paſſim ea illis occurrant , quæ non poſſint ſine illius Iuris
notitia explicari: ſiue igitur ad quæſtum, ſiue ad proprium uſum huius Iutis cogni
tionẽ referas,neutris harum Inſtitutionum editio ingrata eſſe debet.ſiquidẽ ij : qui
ad quęſtũ rem totam referunt,eo ipſo anno,quo Iuris Ciuilis deſinunt audire præ-
lectiones,& ad Pontificium ſe trãsferunt uix unius,aut alterius tractatus cognitio-

Quæ hodie interpretandi ratio inualuerit.

nẽ aſſequi ualent. Ea enim his temporibus inualuit interpretandi ratio , ut inter-
dum uix duobus,aut tribus menſibus unius Decretalis interpretationem abſoluãt:
ita fit,ut Iuuenes perpaucorum ſolummodo tractatuum notitiam tenentes ſeſe uel
domum recipiant,uel ad Ciuilia obeunda munera conferant,& ſæpe incidunt quæ
ſtiones,quarum prima illa rudimenta ne olfecerunt quidem , adeo , ut ſedes ipſus
principales incidentis quæſtionis miſere interdum emendicare cogantur. his igitẽ
hoc certè commodum liber hic noſter afferet, ut , ſi uel menſem in eo diligẽter per
legendo ponant,quęcunq; ſub tractatu emergens quæſtio reponatur , ex illius le-
ctione ſi non deciſionem, quàm tamen ſæpe ſunt ibidem inuenturi , at certè loca,
unde quæſtionem ſoluere poſſint,nota nullo negotio habere ualeant. Quod quidẽ
& ad laborem leuandum,& ad uitandam grauem tẽporis iacturam , quàm quis diu

Generalis terminorũ cognitio multum cõfert.

quærendo facere cogeretur,ualet plurimum: ut omittam interea, quod generalis il
la omnium: quæ Pontificio Iute continentur,rerum cognitio incredibile eſt,quã-
tum mentis tenebras excutiat , & ad unumquodq; quãtumuis abſtruſum inueſti-
gandum adiuuet.His uerò, quibus circa Theologiæ cognitionem, uel alia negotia

occupatis

occupatis in Iure Pontificio perdiſcendo non uacat multos annos collocare, non modo utiles erunt Inſtitutiones iſtæ, uerum etiam omnino neceſſariæ. Ac primum quidem quomodo hi nulla Iuris Ciuilis cognitione imbuti, quæ proculdubio multum adiuuat, audebunt tantam prouinciam aggredi? Quomodo Decretales ipſas inciſas, & plerunq; longiſſimam facti ſpeciem continentes ferre poterunt? aut ſi poſſint, quem inde ſuccum elicient? cum eæ, uti ſunt iuſtitiæ, & æquitatis pleniſſimæ: ita tanquam ad conſultantium uota pro tempore ab authoribus conſcriptæ, nullum certè ordinem continere potuerũt: aliquid forte hi ex libro Gratiani (quẽ Decretum appellant) conſequi poterunt: ſed non eſt incognitum quãtum illius libri nutet authoritas, quàm etiam perplexo ordine conſcriptus ſit, qui tamen ut ſit optimè digeſtus, & totus aureus, certè multa ſunt in eo poſteriorum Pontificũ Cõſtitutionibus immutata, & correcta multa nouiter inducta, de quibus uerbum in eo nullum inuenias: & ſi omnia ibi ſint, fuſius tamen inueniuntur pertractata, quàm ut his expediat, qui expeditam quãdam diſcendi uiam ſequi cupiunt, quod quidem libri ipſius magnitudo ſatis apertè oſtẽdit. Sed neq; Hoſtienſis ſumma hos meo iudicio multum adiuuare poterit, nec enim liber ille ab Authore ad eum uſum, de quo nobis nunc eſt inſtitutus ſermo, editus fuit: ſed ſcripſit egregius ille Vir, non minus conſumatis uiris, quàm tyronibus: neq; ut ſuo libro elementa Iuris Canonici complecteretur, ſed ut omnia, quæ uſq; ad tempora ſua in Iure tam Pontificio, quàm Cæſareo à quibusuis interpretibus quãtumuis ardua, uel ambigua conſcripta eſſent, in librum ſuũ congereret. quod ſatis perſpicuè ex operis ipſius procemio liquere poteſt, ubi id ipſum Author clariſſimè teſtatur. Et proculdubio ſi omnia: quæ in illo libro congeſſit, numerentur plura ſunt, quã ea, quæ tribus ipſis Iuris Canonici libris continentur. Accedat, quòd illius lectio nõ poteſt nõ eſſe periculi pleniſſima: ſi quidem cõſtat Hoſtienſem antea ſcripſiſſe: quàm Bonifacij, Clementis, nonnullorumq; aliorum Pontificum cõſtitutiones promulgarentur. ac uelut Citharedus, quãtumuis peritiſſimus, ſi ei Cithara: in qua plures principaliores fides confractæ fuerint, pulſanda ſit, nullũ ſuauẽ cõcentum reddere poterit, ſed obſtrepet uerius, quàm perſonet: ſic Vir ille inſignis, cui ſcribendũ fuit, multo antea, quàm bona pars librorum illius Iuris, quod interpretabatur, eſſet in lucẽ edita, nõ potuit non multa dicere, quæ aliter, atq; ipſe putauerit, hodie ſtatuta comperiuntur. Potuit quidem ipſe, quid maximè Iuri, & æquitati pro tempore conſentaneum ſibi uideretur, ſcriptis ſuis mãdare: quid poſteriores Pontifices cõſtituturi eſſent diuinare nõ potuit. Quod item & de alijs pluribus dici põt. ſed demus illum ſcripſiſſe nudiuſtertius, quis obſecro omnium rerum rudis ad Ius Canonicum per diſcendum accedens, ſummamq; Hoſtienſis legẽdam aſſumens primũ quidẽ tam grandis libri machina non terreatur: atq; inde legendo operi incumbens, ob tam multiplices (ut uocant) allegationes, ob tam uarias antiquiſsimorum doctorum, quas recenſet, opiniones, ob tam multas quæſtiones, non adeo ſe multiplicium rerum mole grauatum ſentiat, ut in ipſo ſtatim limine (ut dicebat Imperator) deſertor fiat ſtudiorũ? aut aliter, quã cum labore maximo ſero eò perueniat, quo leuiore, & ſimplici uia ductus citius cum maiore etiam profectu peruenire potuiſſet? Alenda perfectò primò tempore ſunt ingenia, atq; indulgẽtia quadam nutrienda, non aſperiorum tractatu rerum atterenda, aut difficultate numeroſe, atq; perplexe inſtitutionis deterrẽda. Et ſanè ſi Hoſtienſis liber huiuſmodi putetur, qui aliquem Inſtitutionibus ullis locũ non relinquat, iam & Iuſtiniani Inſtitutiones fruſtra mẽbranas occupabunt, ſi quidem & Placentinus & Azo. alijq; nõ nulli in Ius Ciuile ſummas (dicã audacter) elegãtius q̃ in Ius Põtificiũ Hoſtienſis cõſcripſerũt. Qđ ſi neq; Placẽtinus, nec Azo, nec alius qſquã ita ſcripſit, ut Cæſareæ Inſtitutiões hodie ſuperfluæ exiſtimari debeãt, neq; iſtorũ libris ad Ius Ciuile parat ingreſſus, ſed p eas tm̃ ad illud primus nobis aditus patet, cur itẽ, & de Inſtitutionibus Iuris Canonici exiſtimari nõ debeat, nõ ſatis quidẽ pſpicere poſſum. deniq; ut ea: quæ Hoſtiẽſis,

& alij

Iures Ciuilis cognitio adiuuat uolentes profiteri Ius Canonicum.

Decretũ Gratiani.

Hoſtienſis ſumma.

Hoſtienſis ſumma nõ e ſcripta ſolis tyronibus.

Grãdior eſt liber ſumma Hoſtienſis quã oẽm Canonum libri.

Lectio ſummeHoſtiẽſis periculoſa & quamobrem.

A principio alenda ſunt ingenia non atterenda.

& alij ſimiles ſcripta reliquerunt per omnes [illegible] penitus cognoſcere ad ſummam ſcientiæ neceſſarium eſt, ita incipientibus [illegible], ac ſimplicius tradi magis conuenit. Sed puto ijs, qui metam contigerint, [illegible] tute iſto Pontificio ita progreſsi ſunt, ut uix illis ſuperſit: in quo proficere ulterius ualeant, in hoc libro noſtro iudicando perinde accidere, atq; ſi quis arduum, ac præruptum iter ingreſſus emenſo longo ſpatio terminum tamen tandem contigerit. Nam, ſi ad eundem locum expeditiorem quãdam uiam rei quis polliceatur, aſpernetur, tum quod ei, qui ad metam peruenerit, quãquam cum labore, nulla noua, qua illum ingredi oporteat, uia neceſſaria eſt: tum etiam quòd uix æquo animo pati poteſt, alios breui, ac quaſi nullo labore eò peruolare, quo, ut ipſe pertingeret, multum inſudauit, ac multos menſes conſumpſit. Cuius rei ex eo coniecturam facio, ꝙ pauci ij: qui inſtitutum noſtrum non perinde mihi probare interdum uidentur, hi ferme huiuſmodi ſunt, quibus libri huius noſtri uſus minimè uideatur neceſſarius, & qui didiciſſe malunt, quàm diſcere. Quãquam non deſunt multi ſeniores docti etiam, ac graues uiri, qui rem hanc mirum in modum collaudent, atq; amplectantur. horum ego tã multos in præſentia proferre poſſem, ut uel nuda illorum nomina utramq; paginã facere poſſint. Vt tamen unuſquiſq; de re tota poſſit exploratius iudicare, placuit breuiſſimum compendium, & prima totius operis lineamenta edere, ac quaſi Appellis tabulam in publico proponere. obteſtorque, eos qui lecturi ſunt (ſi quis tamen hæc quoque, ſiquis.) ut ſi qua ſunt, quæ aut prauè poſita iudicet, aut quæ quaq; ratione illis non probentur mihi ante editionem nota facere minimè grauentur: à quibus tantum abeſt ut aliquid mihi detractum putem: ut hoc ipſum maximi beneficij loco ſim repoſiturus. Neque enim ego is ſum: qui ei, qui in ſcriptis meis aliquid deſiderauerit, uel reprehenderit inimicitias denuntiare uelim. cuius enim eſſet hoc in temperantiæ, aut qui obtineri id poteſt, ut homines etiam quæ nõ probent, laudent? immo hæc reprehenſio non ſolum ſine offenſione, uerum etiam accidit cum gratia, ita enim ſe res habet, ut qui alterius librum corrigere conatur, ſi quid affert, quod in rem ſit, gratia ſit ei habenda, ſin autem, ut eius ſaltem ſedulitatem amare debeas.

Malunt homines didiciſſe, quàm diſcere.

Non tamen ut quis ſurripiat.

Gratiæ ſunt agendæ qui alienũ librum conatur emẽdare.

F I N I S.



